Digitized by Google

FR. JOANNE A S. ANTONIO
BIBLIOTHECA
UNIVERSA
FRANCISCANA

Digitized by Google

32. 5. K. 8

8

Digitized by Google

II

32 5. K. 8

Digitized by Google


Hic est Gratia Dei
Confiteor tibi Pater quia
Abscondisti hæc
in omnem terram exivit sonus,
Funiculus scriptura eorum Ps. 18 v. 4.
circumduxit eum et docuit directorium
FUNICULUS TRIPLEX
DIFICILE RUMPITUR
Funiculus Iacob
Hereditatis eius
Ars Biblica
Expositiva
Dogmatica
Scholastica
Mystica
Ascetica
Moralia
Philosophia
Concionatoria
Regularis
Inſerebantur in deſcriptionibus & commetarijs
Mariana
Iuridica
Politica
Mathematica
Historica
Nehemiæ hæc eadē et vt conſtruens Bibliothecā
Medica
Astrologica
Poetica
Grammatica
Congregauit de Regionibus Libros 2. Mach
Conſiderantes enim multitudinem librorum, et difficultatē volentibus aggredi narrationes historiarū propter multitudinē rerū, curauimus volentibus quidē legere, ut eſſet animi oblectatio: ſtudioſis vero, vt facilius poſſint memoriæ commendare omnibus autē legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breuiandi cauſa ſuſcepimus, non facilē laborē imo vero negotium plenū vigiliarū, et ſudoris aſſumpſimus. Sicut hi, qui præparant conuiuiū, et quærūt aliorū voluntati parēre proter multorū gratiā libenter laborē ſuſtinentes, Veritatē quidē de ſingulis auctoribus concedentes ipſi autē ſecundū datā formā brebitati ſtudentes. 2. Machab. 2.
F Mathias Irala del. et ſculp. Anno 1732

BIBLIOTHECA
UNIVERSA
FRANCISCANA,
SIVE
ALUMNORUM TRIUM ORDINUM
S. P. N. FRANCISCI,

QUI AB ORDINE SERAPHICO condito, vſque ad præſentem diem, Latina, ſivè alia quavis lingua ſcripto aliquid conſignarunt,

ENCYCLOPÆDIA

UVILLOTI ATHENÆO, ET SYLLABO UVADINGIANO locupletior, in tres diſtributa tomos, adjectis neceſſarijs Indicibus, ac Materiarum Bibliotheca;

EX PRÆSCRIPTO
REVERENDISSIMI PATRIS NOSTRI
FR. JOANNIS DE SOTO,
LECTORIS JUBILATI, PRO REGALI IMMACULATÆ Conceptionis Congreſſu Catholicæ Majeſtatis Theologi, ac totius Ordinis Miniſtri Generalis,

CONCINNATA

A R. P. FR. JOANNE A S. ANTONIO, SALMANTINO, ex Diſcalceata S. Pauli Provincia, Theologo, Ex-Diffinitore, ac Cuſtode, Supremi Tribunalis S. Inquiſitionis in Hiſpania Cenſore, duarum Provinciarum Ex-Commiſſario Viſitatore, & Præſide, ſuæ Provinciæ, necnon totius Ordinis Minorum generali Hiſtorico, &c.

TOMUS PRIMUS.

NUNC PRIMO IN LUCEM PRODIENS
SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: Ex Typographia Cauſæ V. Matris de Agreda, anno 1732.

32·5·K·8.

Digitized by Google

RMO PATRI NOSTRO

FR. JOANNI A SOTO,

LECTORI JUBILATO, PRO REGALI Immaculatæ Conceptionis Congreſſu, Catholicæ Majeſtatis Theologo, totius Ordinis Minorum S. P. N. Franciſci actuali Generali Miniſtro, ac gratioſiſſimo Mecœnati.

CONvolat voluminum volantium (impreſſorum) & non volantium (ineditorum) Bibliotheca in *Bibliothecam animatam*. Convolat, inquam, in ſinum tuum RR. Pater, *Encyclopædia* totius veſtri Ordinis Seraphici, te jubente incepta, te favente promota, te fovente completa, quam tibi ſanè non ingratam fore ſpero, cum ob tuum in litteras, atque artes ſtudium & amorem, tùm ob argumenti ipſius majeſtatem. Undè tibi & meritò, cum Provinciæ omnes congeſtis meritarum laudum præconijs, quaſi arcum erigant triumphalem; *Bibliothecam* hanc Provincias omnes ambientem, minimè in dubium verti conſecrare ciens; quia ſicut non habet vndè placeat ex Authoris penu; ſic ex compilatis Scriptoribus diſplicere haud poterit. Nec tam Franciſcano Ordini gratulor, quod eos de Republica litteraria, & Eccleſia Dei benemeritos tulerit innumeros Authores, Doctores, ac Magiſtros, totque Libros à Solis ortu uſque ad occaſum emiſſerit, quàm quod tu, RR. P. incredibili erga tuos amore incenſus, ad eorum memoriam ab interitu vindicandam, ſubſidia contuleris nobilia. Vivunt enim nomina conſumptis corporibus excellenti Scriptorum induſtria, & ſi præconem virtus invenit, elucet; eo, ſi caret, obſcuratur, & ex-

tinguitur. Quò circa, vel ijs ipſis Sacris Interpretibus, Theologis, Philoſophis, Aſceticis, Hiſtoricis, Politicis, Poeticis, Muſicis, vel aliorum monumentorum Scriptoribus, tanti debet eſſe munus, officiumque tuum, quanti ſemper à Sapientibus Viris, æſtimatam nominis æternitatem videmus. Hæc ideò commemoro, RR. P. quod nihil magis tibi cordi eſſe ſciam, quam Seraphici Parentis (in Perſona V. RR. Paternitatis intellecti, & honorati) monita illa: *Sanctiſsima Myſteria volo ſuper omnia honorare, & venerari, & in locis pretioſis collocari. Et verba ſcripta vbicumque invenero in locis illicitis volo colligere; & rogo quod colligantur, & in loco honeſto collocentur. Et omnes Theologos, & qui miniſtrant nobis ſanctiſsimà verba Divina debemus honorare, & venerari, ſicut, qui miniſtrant nobis ſpiritum, & vitam.*

R. P. N. Franciſcus, cap. 1. ſui Teſtamenti.

Mirentur alij in te, pulchro invicem nexu conjuncta, ſapientiæ famam, ſupremum honoris gradum, judicij trutinam, & quæ poſsides ornamenta virtutum, quæ latere minimè valent; naturam quamvis fluviorum ingentium imiteris, quæ quo altiora ſunt, eo minori ſono labuntur. Nec aſſerendæ regulari diſciplinæ quantoperè incubueris, morabor. Ad alia me verto, ſed tua. Quid noſtrum Illuſtriſsimum Arzē in colligendis libris, ornandiſque Bibliothecis inſatiabilem; Eminentiſsimum quoque Ximenium noſtrum verè litteratum, ac Litteratorum Parentem poſteritati adeò ſpectabiles reddidit, niſi in Bibliothecis promovendis aſsiduum & ardens ſtudium? Quid vtrumque, & noſtrum Sixtum IV. & V. iſto exornante, illo erigente, toto terrarum Orbe celebrem Palatinam Bibliothecam?

Plus tamen Urbs debet: nàm quæ ſquallore latebat
Cernitur in celebri Bibliotheca loco.

Quid tuos digniſsimos, ac Illuſtriſsimos Prædeceſſores, Petrum Gonzalez, Archiepiſcopum Granatenſem, & Franciſcum Gonzaga, Mantuanum Epiſcopum, quorum prior in Bibliotheca Dominæ noſtræ de Salizeto colenda, & adornanda ſeſe exercere voluit; ſecundus autem & Mantuanam locupletavit, poſtquam ipſomet ſuaſore, & hortatore *Athæneum Franciſcanum* prodijt in lucem? Quis ergo, RR. P. ſummæ laudi non tribuat tuos certè pios, ac ſublimes conatus, quibus traditionum paternarum glorioſus æmulator, privatam Bibliothecam Pincianam erigis, ac exornas, & *Bibliothecam Uni-*

ver-

verſam Franciſcanam inſtituis, & reſtituis? Sidonio vt vtar: *Quoties liber quiſpiam ſcribi jubetur, non tantum honorem ſpectat Author à merito, quantum ab obſequio.* Sanè Hiſpaniarum Sapienti Monarchæ Alphonſo, *Alphonſinæ* tribuuntur *Tabulæ*, quas haùd dubiè, ejus imperio, ſub ejuſque majoribus vmbris, Salmantini Doctores concinnarunt. Aſpice igitur, & accipe.

Sidonius, lib. 9. Epiſt. 16.

Aſpice Doctorum numerum præclara Parentis
Pignora Franciſci candida ſcripta lege:
Extulit hos virtus fecit doctrina perennes
Illa canit Doctos, prædicat iſta pios.

Apud Prolog. Conſtit. Academiæ Salmanticenſæ.

Accipe, tàm enim opus hoc tuum eſt, quam ego tuus ſuum. Res totius Religionis Seraphicæ pando, & quidem tuo nutu; quidni tuum facias cui authoritatem tam gratiosè impertiris? Accipe librum RR. P. tunc maximè liberum, cum tuum; quandoquidem libri tùm potiſſimùm ſunt liberi, cum intra Paterna auſpicia, ceù brachia collocantur. Suſcipe, ſed recipe per honeſtas manus de Religione Seraphica benemeriti D. FERDINANDI DEL RIO GONZALEZ, CAMPI-FLORIDI MARCHIONIS, cujus in lumine, è prælo emergit. Interim, Miniſterium tuum imple, ac confortet te ſuper Vineam ſuam Dextera Chriſti, vt evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes; & renovetur in te S. P. N. Franciſci Spiritus duplex. Ita vovet, poſt manuum oſcula,

RR. P. V.

Obſervantiſſimus Cliens, & Filius,

Fr. Joannes à S. Antonio.

JUDICIUM, ET CENSURA R. A. P. FR.

Franciſci Garcia Ventas, Lectoris Jubilati, Supremæ Inquiſitionis Hiſpanicæ Qualificatoris, Toletani Archiepiſcopatus Examinatoris Synodalis, Provinciæ Conceptionis Patris, ac in Provincia Caſtellæ Ex-Provincialis.

MAndato Rmi. P. N. Fr. Joannis de Soto, Lectoris Jubilati, Catho-
licæ Majeſtatis pro Regali Immaculatæ Conceptionis Deiparæ
Conventu Theologi, & totius Ordinis Minorum Miniſtri Generalis, ob-
temperans, attentè vidi, adamuſim legi, & ſedulò pervolvi opus, cui ti-
tulus: *Bibliotheca Univerſa Franciſcana*, compoſitum à R. A. P. Fr. Joan-
ne à S. Antonio, Theologiæ Lectore, Supremæ Inquiſitionis Qualificato-
re, Prov. S. Pauli ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Cuſtode, ac de-
mùm Generali Ordinis Chronologo. Aſpexi, inquam, & introſpexi *opus*,
Plin. Epiſt. 10. Plinius loquitur, *pulchrum, validum, elegans, purum, figuratum, ſpatio-
ſum, & cum magna laude diffuſum. Pulchrum* variarum notitiarum ve-
nuſta ſymetria. *Validum* aſſertionum ſuarum firmiſsimis ratiocinijs. *Ele-
gans* ſuavi orationum eloquentia. *Purum* propria verborum latinitate.
Figuratum troporum concinnitate modeſta. *Spatioſum* Franciſcanæ Hiſ-
toriæ trina dimenſione ampliſsima; *& cum magna* Seraphicæ Religionis
laude, adoreaque per ejus tres numeroſos Ordines *diffuſum.*

Multum verè laudabilis, & nimis felix opere hoc Sacra Minorum
Familia luceſcit; tot namque Stellis fulgentibus, quot Scriptoribus micat
coronata, vt ſignum magnum, miraculum majus, portentumque maxi-
Apocal. 12. mum: Apparet enim denuò (ni fallor) *Mulier amicta Sole, & in capite
ejus corona Stellarum duodecim* in Cœlo militantis Eccleſiæ. *Mulier prop-
ter prolis fœcunditatem*, ajebat Alenſis: *Amicta Sole* Seraphico, Plagife-
ro, ejus Viro, ac Fundatore clariſsimo, qui in gratiæ cœleſtis, & ſancti-
tatis ſplendoribus tàm mirifica prole fœcundavit, vt Stellarum duodecim,
emphaticè numero innumerabilem ſapientum filiorum mulieris Seraphi-
cæ oſtendere glorietur prodigioſam fœcunditatem. In Daniele perlegi.
Dan. 12. *Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æterni-
tates, & in Bibliotheca* hac tot ſtellæ in perpetuum fulgent pro æterna co-
rona Matris Seraphicæ, quot Doctores filij ad juſtitiam erudierunt Or-
bem, & Orthodoxam, Catholicamque Eccleſiam defendentes, qui ceù
ſtellæ manentes in Ordine, & curſu ſuo, adverſus Siſaram, errorum, & hæ-
Geneſ. 15. reſium Ducem pugnant, & debellant. *Suſpice Cœlum, & numera Stellas,
ſi poteſt ::: ſic erit ſemen tuum.* Quis audebit? Neque Abraham ipſe. Au-
thor noſter? Et non auſu temerario, ſed labore mirabili. Stellas inſpexit
Abraham; non tamen dinumeravit. Haùd pauciores Cœli ſtellas in Sera-
phicis Scriptoribus vidit Author; verum ſic perennis ſtudij dioptra perſ-
pexit, vt cunctas adamuſim computaverit. Quid igitur? Defecit Abra-
ham? Complevit Author? Emulavit profectò charifinata meliora propria
Pſalm. 146. illius, *qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.*
Mirandum ſanè, ſic culmen attigiſſe Davidicum demonſtrativum infinitæ
Sapientiæ Dei! Stellas quippè in firmamento Seraphico lucentes omnes
fermè numerat, & omnibus eis nomina vocat. Opus abſdubiò ferè im-
poſsibile labore ſuo feliciter conſummavit, miſsis ſtellis non apparen-
tibus.

Delectat inſupèr corona Stellarum duodecim Mulieris Seraphicæ in
opere iſto mirificè ſplendeſcens. Stellæ ſiquidem, & homines in noctis te-
nebris dirigunt, & fulgidum Cœli ornamentum plaudent omnes. Plaude
igitur turba Minorum paupercula, Patre ditata paupere, Seraphicam Ma-
trem decoratam corona Sapientum tam ſplendida, viatoribus in tenebris
peccatorum ambulantibus, & in vmbra mortis ſedentibus lucem veritatis
irradiantium ad dirigendos pedes in viam pacis. Patre quidem ditaris
pau-

paupere, ſervans enixè rei titulum; quæ ſic te ditavit; quia in paupertatis prædio cœlitùs plantata, terrena reſpuens omnia; etiam victui neceſſaria mendicare non erubeſcis, vadiſque pro eleemoſyna confidentèr. Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis Seraphicæ, cui totalitèr inhærens; nihil aliud in perpetuum exoptas ſub Cœlo; ideòque proculdubiò in agro Evangelico Matris, Theſauro ſcientiarum invento, non abſcondis avarè, labore ditaris glorioſo, quo vniverſum ditas Orbem, quin pauperis nec rem, nec nomen perdas, facta felix pro miſeris.

Teſtis Author, qui in hac *Bibliotheca* non aliena rapiens, ſed domeſtica reſerans, de Theſauro Ordinis pauperrimi nova proferes, & vetera, divitias Sapientiæ ita affluenter omnibus prodit, vt jam non miſer, qui diteſcere nequeat, non parvulus; qui vel à minimo incipiens eſſe maximus deſperet. Patent enim in ſtellifero Minorum Sapientum Catalogo, pretioſo diademate Seraphicæ fœcunditatis myſteria, & arcana, quæ Sacra Pagina duodenario clauſit numero pro magnis, ſimùlque parvulis. Patent, inquam, Tropologica inductionis claritate. Duodecim Præfecti in domo erant Salomonis neceſſaria miniſtrantes; ecce Seraphici Scriptores Grammatici. Principes Tribuum duodecim; Rethorici Politici. Duodecim fontes Elim; dulces Poetæ. Angelorum Legiones duodecim; ſonori Muſici. Duodecim Zodiaci ſigna; eorum ſpeculatores Aſtrologi. Exploratores duodecim; perſpicui Mathematici. Duodecim boves mare fuſile ſuſtinentes; fundamentales Philoſophi. Lapides Jordanis duodecim in monumentum tranſitus filiorum Iſrael erecti; prophani Hiſtoriographi. Duodecim rationalis gemmæ; Hiſtorici Sacri. Apoſtoli duodecim; Evangelici Concionatores. Duodecim Leunculi in Throno Salomonis; Theologi dogmatici. Arboris vitæ fructus duodecim; expoſitivi Theologi. Duodecim fundamenta Civitatis Jeruſalem; Theologi Scholaſtici, qui ſuper columnas ſeptem totidem Scholarum magnificam Sapientiæ ædificavere domum. Portæ Jeruſalem duodecim; Theologi morales. Duodecim Cophini fragmentorum; myſtici Theologi. Judices Populi duodecim; vtriuſque Juris periti. Duodecim Tribus Iſrael; Poliſophi varia ſpeculantes. Margaritæ deniquè duodecim in portis Jeruſalem ſplendentes; Doctores Mariani, qui Deiparam Immaculatam ab introitu, paritèr & exitu indefeſſo ſtudio honore, & gloria coronarunt.

Parata ergo ſunt omnia in prædivite menſa Patris Familias Seraphici, vt miſer, & parvulus, & epuletur ſplendidè, & opuleſcat magnificè. Sed quo auxilio, & annona? Fit Doctis in ſtuporem. Qui habet aures audiendi audiat: pauperis, qui nobis fecit ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in Cœlis: pauperis nihil habentis, & omnia poſſidentis, qui non ſibi ſoli vivere, ſed & alijs proficere vult Dei zelo ductus. O ſtupor, & gaudium! Hæres factus Author in domo Patriarchæ pauperum opes Sapientiæ congeſsit omnes in publicam vtilitatem, in aliorum profectum, in ſuæ verò percelebris famæ glorioſum ſplendorem. Conſtruens *Bibliothecam* audiebatur jam Doctus doctricè gratia; & maximè in præclara verſicolori Religionis Hiſtoria; ſed Doctus quilibet experientia operis tam perfecti decoris, quo de regionibus congregavit libros, etiam audita fama, exclamabit, dicens: *Major eſt ſapientia, & opera tua, quam rumor, quem audivi.* *In ipſa enim brevitate* (concinnè Lipſius) *& ſtrictè dicendi genere apparet beata quædam copia.* Strictum ſanè dicendi genus; adeò etenim vigilanti cura, inquiſitione diſcurſiva, judicicialique diſcuſione immenſum propè lucis labyrinthum Author diſtinguit, & dilucidat, vt in ejus mente *beata* eruditionis *copia* omnibus appareat. *Ecce* jam *volumen volans* retroactis ſæculis ſtupore maximo adumbratum. Sed quis volumini dabit pennas? Author dedit veritatem, & elegantiam, Hiſtoriæ proprias, Orbis Seraphici antiqua, novaque monumenta clarè diſtinguens, ſapientèrque dilucidans. Pervolet igitur ad famæ Templum, ſicque luceat coram hominibus, vt Authoris opera bona videant, & glorificent Patrem noſtrum Seraphicum, qui in Cœlis eſt

3 Reg. cap. 10
Lipſ. in Manu duct. lib. 1. cap. 18.

Zach. cap. 5.

pro

pro ſuæ Religionis tam fœcunda inclyta prole: *Generationem ejus quis enarrabit?* O! *Felix Civitas*, Philippo Abbate vtor, *in qua Sancti Codices tanto ſtudio revolvuntur, & in eorum perplexa myſteria, ſuperfuſi dono Spiritus reſolvuntur, in qua tanta Lectorum diligentia, tanta denique ſcientia Scripturarum, vt in modum Cariatſepher meritò dici poſſit Civitas Litterarum.*

Phillipus Abb. epiſt. 3. fol. 17.

Cenſoris nomen, & munus ſub Panegyriſtæ facie congruentèr explevi. Dicta nuper vera cenſeo. Nec apicem, vel vnicum iudico in opere iſto Orthodoxæ Fidei, boniſque moribus diſſonum. Omnia egregiè adunata, pulchrè compta, & affatim concinnata teſtor, pro bono publico, pro Eccleſiæ decore, pro Minorum corona, & pro Authoris gloria. Ita ſentio, ſalvo meliori, in hoc S. P. N. Franciſci Matritenſi Conventu die 18. menſis Novembris, anni Domini 1731.

Fr. Franciſcus Garcia Ventas.

LICENTIA ORDINIS.

FR. Joannes de Soto, Lector Jubilatus, Catholicæ Majeſtatis pro Immaculatæ Conceptionis Regali Congreſſu Theologus, ac totius Ordinis S. P. N. Franciſci Miniſter Generalis, & Servus, &c. Dilecto nobis plurimum in Chriſto R. P. Fr. Joanni à S. Antonio, Sacræ Theologiæ Lectori, Provinciæ noſtræ S. Pauli Cuſtodi, atque noſtri Ordinis Hiſtorico Generali ſalutem in Domino ſempiternam:

Præſentium litterarum vigore, & quatenùs ad Officij noſtri jus attinet, tibi noſtra cum benedictione licentiam elargimur, & facultatem facimus, opus à te obtemperante compoſitum, & in tres tomos diviſum, cujus titulus eſt: *Bibliotheca Univerſa Franciſcana, &c.* Typis, & in lucem edendi: eo quod ex commiſſione noſtra, recognitum, & approbatum eſt à gravi, & docto Ordinis noſtri Theologo. Servatis in reliquis cæteris, quæ ſuper hoc, tàm de Jure, quàm ex Ordinis noſtri Conſtitutionibus opportunè ſunt cauta, & ſancita. Data in hoc noſtro Conventu S. Franciſci Curiæ Matritenſis, die 20. menſis Novembris, anni Domini 1731.

Fr. Joannes de Soto,

Miniſter Generalis.

D. M. S. Rmæ.

Fr. Didacus de Eſpinoſa,

Secretarius Generalis Ordinis.

R. A. P.

R. A. P. FR. JOSEPHI STEPHANI DE NORIEGA, *ex Candido Ordine Præmonſtratenſi, Lectoris emeriti, iteratò Abbatis, Diffinitoris quoque Generalis,*

JUDICIUM.

EX commiſsione D. Licentiati D. Michaelis Gomez de Eſcobar, Curiæ hujus Regiæ Matritenſis Ordinarij Inquiſitoris, & Vicarij, integrum legi Opus, trino volumine digeſtum, cujus titulus: *Bibliotheca Univerſa Franciſcana*, Authore R. A. P. Fr. Joanne à S. Antonio, Salmantino, Minorita Diſcalceato, Prov. S. Pauli Sacræ Theologiæ Lectore, Diffinitore, & Cuſtode, ejuſdem, totiuſque Seraphici Ordinis Hiſtoriographo, binæ Provinc. Ex-Commiſſario Viſitatore, ac Supremæ Inquiſitionis Qualificatore. Legi, inquam, integrum, opus ſine fuco egregium, ſine tædio prolixum, dignum cedro, non tàm Cenſoris muneri, quàm curioſi animi ſatisfactum iri præoptans aviditati. Inveni autem hortum irriguum, omnium florum odoribus, & ſpecioſis coloribus variegatum: Inveni thecam, omni lapide pretioſo divitem: Inveni Seraphicum Campum, nimis ſpatioſum, qua latiſsimè patet, nedùm floribus, ſed & maturatis fructibus onuſtum: Inveni altè defoſſum agrum, in quo hujuſque, nec ſine ingentis gloriæ diſpendio, antiquæ, & modernæ ſapientiæ theſaurum jacebat abſconditum. Sed ergo: *Sapientia abſconſa, & theſaurus inviſus, quæ utilitas in utriſque?* Id ſanè infatigabili Viro, ingenij ad quæque paratiſsimi dotibus ornato, in mentem venit; vt tàm arduo, vaſtiſsimoque huic labori, obedientiæ baculo innixus, & Seraphici Capitis galea tectus, operam daret: Et penè ſolus quadriennio confecerit, quod vix à pluribus longiori annorum curriculo congeſtum crediſſes.

Eccli. 20. verſ. 32.

Floruere olim in Seraphico Ordine, per vniverſum terrarum Orbem numeroſiſsimis vtriuſque ſexus alumnorum agminibus diffuſſo, & modo florent (vt Caſiodori verbis vtar) *doctiſsimi Viri, qui, aut libros divina inſpiratione conficiunt, aut invicem ſe Epiſtolarum gratia conſolantur, aut populos dulciſsimo ſermone deliniunt: Ita vt quidam eorum ſingulari certamine, & cum hæreticis vivaciſsima nimis altercatione confligant, & controverſias ſubeant. Præterea* (verba vſurpo Philippi Abbatis) *Tractatus, Epiſtolas, Sermones, Homelias, & cætera genera ſcripturarum multi ſcribere ſunt aggreſsi, ferventes ſtudio litterarum; & quo amplius de die in diem fides vbique gentium dilatatur, & donante gratia, fidelium numerus augmentatur, eo plures ad ſcribendum diverſis locis, & temporibus accinguntur, & divinæ laudis magnalia, tàm Græcis, quàm Latinis litteris multipliciter efferuntur.* Atteſtante igitur Scriptura Divina: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens. Narrationem Virorum nominatorum conſervabit. Occulta proverbiorum exquiret. In terram alienigenarum gentium pertranſiet*: Ea propter præfata omnia Scriptorum monumenta, vel per vniverſi Orbis nationes diſperſa, non tamen omnibus vbique nota, vel in ſcrinijs incurioſè abdita, & forsàn deſpecta, vel etiam oblivioni jamdiù ſomno penitùs conſopita, nullis itineribus, nullis laboribus, nec vigilijs parcens, Bibliothecas, Archivia, Protocola ſedulò evolvens; tineam, ac pulverem excutiens; Authorum Catalogos, Indices, Elenchos legens, ac relegens; Manuſcripta, nec ſine tædio, & ſummo labore recognoſcens; Archetypos, ſeù Authographos, Typos, & Epochas obſervans; regna, loca, Provincias, geſta, Scriptorumque nomina diligentèr examinans, totius denique Seraphici Ordinis, omniumque Fratrum, maximè ſapientium, ſub Bmi. P. Franciſci Evangelica Regula, vbique, & quomodolibet militantium, honori conſulens, ſumma diligentia, miraque induſtria, ad compendium reducit, in memoriam revocat, ab injurijs vindicat, & ſub modio deliteſcentia, innumera Virorum inſignium monumenta, ſo-

Caſiod. divi. lect. cap. 17.

N. P. Philippi Abb. de Silent. Cleric. cap. 49.

Eccli. 39. à v. 1.

lo

le digna, in lucem profert: profert, inquam, de theſauro ſuo nova, & vetera, vt vel ſic edacitati temporis, antiquorum oſcitantiæ, aut incuriæ ſe opponens, illorum obviare contendat interitui: vtque fas ſit de noſtro ingenioſiſsimo Authore, & id canere:

In ſchediaſm. Epiſtol. Epiſt. ad D. Laur. Ram. de Prado.

Volvens, reſolvens, miror, vt ad probè
Priſcos, novellos, cum Medioxumis
Excerpſiſti Authores, & ærie
Signa, quadros quoque litteratos:
Nil te ipſum fugit, quidquid ab Auſonum,
Grajumvè Cœlo, vel calamo, aut ſtylo,
Scalprovè, ſeis fractum, integrumvè,
Huic meruit ſupereſſe ſæclo.

Id ipſum argumentum, fateor, alij tractare aggreſsi ſunt, inter quos eminet eruditiſsimus P. Uvadingus; ſed nec tanto Viro, pluribus felici calamo diſtento, datum eſt, omnia, vel eorum qui præceſſerant Scriptorum monumenta congerere. Et quidem noſter Author, nec Uvadingi, nec cæterorum laborem ſpernit; quippè qui & Duces agnoſcit, & vel eorundem verbis ſæpènumero vti non dedignatur; quandoquidem, vt inquit *Sen. Epiſt. 72.* Seneca: *Conditio optima eſt vltimi; parata verba invenit, quæ alitèr inſtructa novam faciem habent, nec illis manus injicit, tanquam alienis, ſunt enim publica. Juriſconſulti negant, quidquam publicum vſurpari.* Undè *Idem ibi.* eum eodem poterit dicere: *Omnibus prætereà felicitèr hic locus ſe dedit, & qui præceſſerant, non præripuiſſe mihi videntur, quæ dici poterant, ſed aperuiſſe. Sed multum intereſt, vtrùm ad conſumptam materiam, an ad ſubactam accedas. Creſcit in dies, & inventis inventa non obſtant.* Hac de cauſa forsàn non deerit, qui in varium Bibliothecæ hujus ſtylum dentem acuat. At in hujuſmodi ſcriptis varietas hæc familiaris ſemper fuit Authoribus: Undè Theodorus Zuingerus ſtyli varietatem excuſans in Proſce- *Zuinger. in Proſcen. ad ſuum Theatr.* nia ad ſuum Theatrum: *Jam verò* (ait) *ſtylus ipſe Theatri hujus varius eſt: Ut etiam Scriptores, quorum authoritatem ſecuti ſumus, diverſi ſunt vſi charactere.... ſtylum variare neque potuimus, neque voluimus, rerum potiùs, quam verborum rationem habendam rati.* Et meritò, ea namque fuit P. Au- *S. P. Auguſt. 4. de Doct. Chriſt. cap. 11.* guſtini ſententia: *Bonorum ingeniorum* (ajebat Mag. P.) *inſignis eſt indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodeſt clavis aurea, ſi aperire, quod volumus non poteſt? Quando nihil quærimus, niſi patere, quod clauſum eſt.* Præterquamquod, vt vulgò dicitur, nec aranearum telæ ideò comptiores, & pretioſiores, quia ſe penitùs eviſcerant, vt filia de ſe miſerè proferant.

Præcipua igitur Authoris diligentiſsimi cura in eo ſita eſt, vt nedùm vnam, vel alteram ſpicam, ſed & non parvos relictos Scriptorum manipulos colligat, vt feraciſsimi Agri Seraphici copioſiorem meſſem oſtendat. Etſi quando, irrito labore, datum non eſt invenire integra opera, recenſet opuſcula, vel fragmenta, aut ſaltim Authorum nomina, ne eorum fama penitùs obſoleſcat. Et nullùs dubito, quin multoties acciderit Viro ſui Ordinis amantiſsimo, quod de ſe, ſuique Ordinis Scriptoribus fatetur *N. Godef. Ghiſelb. in Prolegom. ad opera Adami Præmonſt. cap. 10.* N. Godefribus Ghiſelbertus: *Conquirenti* (inquit) *& requirenti ſæpènumero Scriptores vetuſtiores, à cana fide, & ſana dictione commendatos, occurrit, quod olim de Cæſare dictum fertur: Aut naſci eum in Republica non debuiſſe, aut non mori: Sic præclaros Viros exarandis monumentis ſuis inſudare non debuiſſe, aut ea non periiſſe. Ut enim parentes levius ferunt liberos ſibi nonnatos, quam immaturè denatos: ſic nobis fortaſsis ſcripta complurium neſcientibus tantus dolor non eſſet. Nunc verò fragmenta, & titulos deperditorum operum intuiti, angimur deſiderio, & torquemur.* Et ſubdit ex Boëtio:

Sed

Digitized by Google

Sed quod decora novimus vocabula, Boeth. lib. 2. de Conſ. metr. 7.
Num ſcire conſumptos datur?
Jacetis ergo prorſus ignorabiles,
Nec fama notos efficit.

Felix ergo conquiſitor, felix inventor, cui fas tandem erit cum Sapiente dicere: *Luſtravi univerſa animo meo, vt ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam.* Quæ verba verſans Rudæus ſubdit aptè ad rem: *Hoc modò Salomon Encyclopediæ gyro luſtraſſe omnia ingeniorum monumenta ſignificat.* Mihi autem, Hippocrenæum fontem vix ſummis, vt ajunt, labris deguſtato, liceat in Authoris laudem ſic canere: liceat item Salmantino Salmantinum ingenium extollere: Eccl. 7. v. 26.

Te, qui præſtantes calamo depingis, & Ornas,
Quid fugit? Eſt pectus Bibliotheca tuum.
Facta Virum texis; Scriptores vndique clauſos
Proferś: nil ſtudium, nil latet ingenium.
Hi ſunt, Ordo Sacer, qui Te docuere Magiſtri,
Qua fas ſit colere Religione Deum.
Tinea quę rodit, quæ florida pulvere tecta
Plurima Lethæis ſcripta dabantur aquis:
Ne pluteis, ſine laude, diù deſpecta jacerent,
Hic Salmantini Bibliotheca locat.

Et vt Cenſoris muneri ſatisfaciam, obteſtor, nihil in tanto opere offendiſſe ſanæ doctrinæ, Chriſtianis, religioſiſque moribus diſſonum; immò cuncta Sacræ Scripturæ, ac Fidei regulis conſona, & Viro Religioſo eruditiſsimo, Theologo, & Hiſtoriographo digna. Sic ſentio, ſalvo ſemper ſaniori judicio. In hoc S. Joachimi, Præmonſtratenſis Candidi, & Canonici Ordinis Matritenſi Monaſterio, die 2. Decembris, anno Virginei partus 1731.

Mag. Fr. Joſeph Stephanus de Noriega,
Lector Jubilatus.

ORDINARIJ FACULTAS.

SUperiori approbatione ſpectata, facultatem concedimus vt prælis, lucique publicæ mandetur *Bibliotheca Univerſa Franciſcana* in ea probata. Datis Matriti 3. die, menſis Decembris, anni Domini 1731.

Licent. D. Michael Gomez de Eſcobar.

Ex præſcripto
Phillipus Ignatius Vazquez.

CEN-

CENSURA RR. P. MAGISTRI FR. PETRI MANSO, *Ordinis Eremitarum S. P. N. Auguſtini, apud Salmanticenſes Sacræ Theologiæ Doctoris, & poſt alias, Cathedræ Magnorum Moralium Moderatoris, Sacri Auguſtinani Conventus, ſemèl, iterùmque Prioris, ac Provinciæ Caſtellæ Diffinitoris, necnon pro Provincia in Comitijs Generalibus Romę celebratis; Provincialis olim Provincię Caſtellę, ac Rectoris Collegij Incarnationis Matritenſis, nunc tandem Provincię ejuſdem Diffinitoris.*

MAndato Regij, ac Supremi Caſtellæ Senatus libentiſsimè obtemperans, vidi *Bibliothecam Univerſam Franciſcanam Scriptorum Trium Ordinum S. P. N. Franciſci*, Authore RR. P. Mag. Fr. Joanne à Sancto Antonio, Salmantino, Seraphicæ ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum, in Provincia Sancti Pauli Profeſſore, Sacræ Theologiæ olim Lectore meritiſsimo, Ex-Diffinitore, Cuſtode, necnon, apud Supremos Fidei vindices Cenſore, ac ſemel, iterùmque Commiſſario, duarum Provinciarum Viſitatore, & poſt varia munera laudabilitèr expleta, totius tandem Seraphici Ordinis ex munere Chroniſta.

De Scriptoribus Eccleſiaſticis illuſtres habemus Codices, vel ſi mavis libros, à Maximo Hieronymo, Gennadio, Iſidoro, Honorio, Sigeberto, & alijs, quorum cura fuit, eorum memoriam digna laude perennare, & Eccleſiam Sanctam, ruſticæ ſimplicitatis falſo, & inverecundo perditorum hominum ore taxatam, ab immerita calumnia vindicare. Audiendus præ cæteris D. Max. rubis certè non vanitate, ſed veritate crepantibus, exclamans: *Diſcant* (inquit) *Celſus, Porphyrius, Julianus, Rabidi adverſus Chriſtum Canes, diſcant eorum ſectatores, qui putant, Eccleſiam nullos Philoſophos, & Eloquentes, nulloſque habuiſſe Doctores; quanti, & quales Viri eam fundaverint, extruxerint, & ornaverint: & deſinant fidem noſtram ruſticæ tantùm ſimplicitatis arguere, ſuamque potiùs ignorantiam agnoſcant.*

S. Hier. in Prolog. ad lib. de Script. Eccleſ.

An ne Seraphicus Ordo eandem fortaſsis Eccleſiæ ſubijt aleam, ruſticæ tantùm ſimplicitatis taxatus, dùm in primordijs apparuit humilitati plenè deditus? Si qui olim tam immanitèr deſipuere, vt nec erubuerint Divino Oraculo aſſerenti: *Abſcondiſti hęc à ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis*; diſcant, & ſuam ignorantiam agnoſcant, vel ex præſenti *Bibliotheca Univerſa Franciſcana Scriptorum*. Seraphicus enim Ordo ab initio fundationis ſuæ claris ſemper effulſit Doctoribus, quorum ingenijs, & moribus Sanctiſsimis, cæteris Ordinibus copioſiùs meruit illuſtrari. Sanè equidem, cui vel ex illuſtrioribus Religioſis familijs vnquam datum, varias, & præcellentes Scholas ſcriptis ſuis fundaſſe, & illuſtraſſe? Nulli certè, quantum cogitare licèt, ſi Seraphicam æque excipias, & ſuſcipias. Hæc vnica, & vt mihi videtur, ſine exemplo, celebres ſequentes Scholas induxit in Eccleſiam, quarum Principes Sanctis ſuis moribus evocavit ad Cœlum: Scholam, nempè, *Irrefragabilem* Alexandri Alenſis; *Seraphicam* ſexti Eccleſiæ Doctoris S. Bonaventuræ; *Subtilem, & Marianam* Ven. Joannis Duns Scoti; *Nominalem novam* Guillelmi Okami; *Elegantem* dictam Cardinalis Aureoli; & *Lulliſtam* nunquam ſatis laudati Raymundi Lullij.

Matth. 11.

Huic admirabili Scholarum fœcunditati, quibus ſtudiorum generalium Gymnaſia reſonant in laudem Dei, & defenſionem Catholicæ Fidei, incredibilis conſonat Doctorum numerus; ob idque varijs libris conſignatus. Audi, & mirare: Deoque noſtro gratias, & humili Franciſco gloriam debitam repende. In Capitulo Generali Toloſæ in Gallia celebrato à Sapientiſsimo Magiſtro, & Seraphici Ordinis Miniſtro Generali Fr. Gundiſalvo de Balboa, ibidem congregati ſunt nongenti nonaginta & octo Magiſtri in Sacra Theologia. Binos tantùm addas ex multis qui ſenio, aut morbo detentis in varijs mundi partibus, adeſſe non valuerunt Comi-

RR. P. Diaz in ſua Inform. Lux clara, n. 12. vbi plures alligat AA.

tijs

tijs Generalibus; mille numerabis Magiſtros; in Sacra tantùm Theolo-gia Doctores laureatos. Crediderim facilè, humili Franciſco dictum, quæ olim magno Abrahamo: *Numera Stellas, ſi potes; ſic erit ſemen tuum.* Geneſ.15.v.5. Cur autem vtriuſque poſteritas ſic ad inſtar Stellarum, nobis expoſuit Cornelius. *Primò* (inquit) *quia eſt innumera, & maxima.* Cornel. ibi. *Secundò eſt ſublimiſſima, & Cæleſtis. Tertiò eſt conſtans, ordinatiſſima, & æterna. Quartò eſt potentiſſima. Quintò eſt famoſiſſima. Sextò eſt ſplendidiſſima, & glorioſiſſima: atque talis maximè erit poſt Reſurrectionem. Qui enim docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi Stellæ imperpetuas æternitates.* Dan. 12. Aſtronomi, vt benè obſervat Cornelius, tantùm numerant mille & viginti duas Stellas in Cœleſti Sphera; totidem nuper computavimus in Sphera Seraphica: ſed quod certò vtrobique? Quis ſciat, niſi ille: *Qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Pſalm. 146.

Eas tamen recenſere tentat noſtræ Bibliothecæ Chronicus Compilator, omnibus eis nomina vocare, Patriam, quam illuſtrarunt detegere, & varia eorum ſcripta patefacere; indefeſſo quidem ſtudio ſuæ Sanctiſsimæ Matri deſerviens, non jam in angulo ſui Cœnobij conſtitutus, ſed extrà ſe fervidiſsimè raptus, quaſcumque publicas, aut privatas exploraturus Bibliothecas, vt ſuos detegat Seraphicos Scriptores. Vir ſanè, tàm Divinis Litteris, quàm humanis nobilitèr excultus, ſtylo mirè ſimplici, & puro, ſed non injucundo; cujus oratio ſic ornatum detraxit vt ſordes non contrahat, ex præſcripto P. Auguſtini S.Aug.lib.4.de Doctr. Chriſt. cap. 10. præcepto. Eidem non immeritò adaptandum cenſeo ſequens Epigramma, alteri jam pridem Joanni decantatum:

Scriptores quicumque velis noviſſe probatos
Ordinis, & quidquid quiſque decoris habet;
Scribentis docti legito hæc exempla Joannis
Antonij, ſua quem vita diſſerta probat.
Ordinis inſtaurat priſca hìc ceù dogmata Patrum;
Utque Franciſci jure Sacra ille novat.
Sic veterum curat Scriptorum nomina ſparſa
Comportare, vno colligere, atque libro.
Cathalogum ponit, quo tempora ſupputat, & quid
Scripſerit Authorum tam veneranda cohors.
Vendicat à cariè tot nomina digna Virorum,
Sub pedibus temnit quos modò tempus edax.
Et mirùm eſt, potuiſſe vnum vt in ordine dignum;
Aut legere, aut tantos commeminiſſe Viros.
Ut planè addubitem, ſi fors non legerit omnes,
Viſa ſit è cunctis pars ſibi multa tamen.
Quo fit, vt numerum Doctorum jure reponam
Hunc quoque magnanimum, perſpicuumque Virum.

Cum apud Sanctum Hilarium ſequentia verba me legiſſe recordor, egregio Scriptori noſtro dictata contemplor. S.Hil. lib.1.de Trin. *Incipe* (inquit) *procurre, perſiſte: etſi non perventurum ſciam, gratulor tamen profecturum. Qui enim piè infinita proſequitur, & ſi non contingat aliquandò, tamen proficiet* pro-

prodeundo. Nec parvam promeretur laudem, qui ſcriptis ſuis occaſionem exhibet, vt vbi poſteri eum deſtitiſſe cognoverint, ipſi ſuo ſtudio compleant, & perficiant. Omnipotens Deus, qui Scriptorem noſtrum hujus ſtadij invitavit ad curſum, felici conſummatione perducat ad præmum.

Jam verò, vt mei muneris honori paritèr, & oneri ſatisfaciam; ſinceriſsimè obteſtor, me nihil inveniſſe in hac Bibliotheca Catholica, aut Univerſa Franciſcana, quod deviet à Fidei, & morum regulis, aut Regijs Pragmaticis, & Sanctionibus. Cenſeo proindè typis mandari poſſe, & deberi, in communem litteratorum vtilitatem, & in ſingularem Seraphici Ordinis honorem, & commendationem. Sic ſentio (ſalvo ſemper, &c.) in hoc Collegio Incarnationis Matritenſi, vulgò *Doña Maria de Aragòn*, Ordinis S. P. N. Auguſt. die 10. Februarij, anno 1732.

Fr. Petrus Manſo.

CURRUS

CURRUS DEI DECEM MILLIBUS MULTIPLEX; MILLIA *lætantium: Dominus in eis.* Pſalm. 67. 18.

Magis propriè CURRUS DEI ſunt, qui pro Deo pedites per mundum currunt, vt nomen ejus per mundum portent. Hi ſunt Teofori, id eſt, Religioſi... & iſte currus eſt MULTIPLEX DECEM MILLIBUS, quia Dominus tales multiplicat, & jam multiplicavit, & multiplicabit vltrà decem millia. Jam etiam ſunt FRATRES MINORES PLUSQUAM DECEM MILLIA... ſunt MILLIA lætantium de profectu aliorum. *(Hug. Card. hic.)*

Ille coruſcantis Domini ſuper æthera CURRUS
Plena oculis acies, gloria, vita, ſonus:
Quis, petis? Auguſtum calamis miraberis agmen:
Maxima mente Minor certat ovante cohors.
Deſupèr extentis, rectiſque volumina pennis
Millia multa tulit: ſiſte, voluta, videri?
Celſior Orbe globus vigilum: quàm ſufficit Urbi
Dogmate, vi, radijs, caſtra, carina, polus!
Aggerat, alta legi, abdita adi RI, VERA micare
Et SUA, RE, Zelo, pondere, dexter agit.

Ita pangebat
R.P. Fr. Franciſcus à S. Nicolao Serrate,
Theologus, Ex-Diffinitor, & Cuſtos Prov.
Diſcalceatorum S. Didaci in Bætica.

D. FERDINANDUS AB ARIAS Maldonatus, Civitatenſis, Dominus Fuenlabratenſis de Hortaces, domuſque maternæ S. Petri de Alcantara poſſeſſor felicisſimus, hæc carmina luſit

ACROSTICHA.

Reverà doctos inter numerande Joanes,
Altus doctrina tempus in omne ſonas.
Fama frequens totum properè circumvolat Orbem,
Selectoſque tuos decanit illa libros.
In Chronicis fulges, fulgiſque Dilemmate miro,
Alme tibi gloriam Bibliotheca dabit.
Oſtendis nùnc ſcripta vagas diffuſa per oras,
Noſtra, ſed extera quæ non quoque laudat humus.
Altiſonantia tot verbis documenta refundis,
Tanta quot exponis dulcè elementa libris.
Nec gens vlla tuos æquè celebrabit honores,
Ornatur ſcriptis lætus vterque polus.
Totus honos, nullo nunquam delebilis ævo,
Nuſquam nec gentum laudibus ipſe caret.
Eſt noſtro Auctori eximio facundia tanta,
In numeroſque libros gentibus vt retegat.
Sol Franciſcanus totum luceſcis in Orbem;
Orbe duplex toto Bibliotheca nitet.

APPRO-

APPROBATIO CHARISSIMORUM FR. ANTONIJ A SANCTO Auguſtino, Prędicatoris, trium Provinciarum Viſitatoris, & in Capitulis Præſidis, ac Patris Provinciæ D. Pauli ſtrictioris Obſervantię Diſcalceatorum; necnon & Fr. Michaelis à SS. Trinitate, Theologiæ Sacrę Lectoris, ejuſdemque Provinciæ actualis Diffinitoris.

NOVA jam, & vetera profert de prædivite intellectuali Theſauro ſuo, in iſta *Univerſa Franciſcana Bibliotheca*, eloquentiæ floſculis referta, omnigenæque eruditionis monilibus ornata, Chariſsimus Fr. N. Fr. Joannes à S. Antonio, Sacræ Theologiæ Lector iſtius noſtræ Provinciæ Hiſtoriographus, & Ex-Diffinitore, Cuſtos, totius Seraphici Ordinis Chronologus, Supremique Fidei Senatus Cenſor. Lubentes igitur abſolutiſsimum, ſicut audivimus, ſic vidimus Opus iſtud, juſſu Chariſsimi Fr. N. Fr. Joannis à Reſurrectione, Lectoris Theologiæ Sacræ, & hujus almæ Provinciæ D. Pauli Provincialis Miniſtri. Per illud enim nova, imò & vetera illuſtrium univerſæ Familiæ Seraphicæ, Virorum ſcripta, quorum aliqua oblivioni penè jam data, tanquam mortua, & lætheis aquis (ut dicitur) jam immerſa, temporum vel in juria, vel invidia; modò jam, (ut elegantiſsima Propertij carmina locum habeant: Propert. lib. 3. elegia 1.

> *Aſt mihi quod vivo detraxerit invida turba;*
> *Poſt obitum duplici fęnore reddet honos.*
> *Omnia poſt obitum fingit majora vetuſtas.*
> *Majus ab exequijs nomen in ora venit.)*

Jam in lucem prodit, eiſque quaſi vitam reſtituit noſter Auctor, qui ſapientiam horum antiquorum exquirit ut ſapiens, & narrationem Virorum nominatorum vivido ſtudio, indeffeſſaque perveſtigatione conſervat. Difficile ſanè opus! Si enim ſolus conditor Orbis numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat; quomodò tot Seraphici Firmamenti Aſtra fulgentia (utpotè ad juſtitiam erudientia multos) enumerare, proprioque nomine enarrare quis poterit? Sed tandem felicitèr, auſpicè Deo, opus conſummavit Auctoris acrè ingenium, incredibile ſtudium, ſumma vigilantia: quin eum continua gravium negotia curatum, necnon & aſsiduæ ingenti cum plauſu, profectuque ad populum Conciones, ab iſto quam citiùs abſolvendo opere deterrere, præpedire, aut retardare voluiſſent. Dignus certè, ut in Bibliotheca iſta mittentis, tanquam imbres, eloquia ſapientiæ, necnon & palàm facientis diſciplinam doctrinæ ſuæ in laudando Viros glorioſos, & Parentes noſtros; collaudent quoque multi ſapientiam ejus; nec recedat memoria ejus, ſed nomen ejus requiratur à generatione in generationem. Etenim, poſtquàm, tùm è Cathedra docendo, tum è ſuggeſtu concionando, effudiſſet ad animarum ſalutem ignita vehementèr eloquia ſapientiæ; nunc demùm in opere iſto eructavit cor ejus verbum ſingularitèr bonum, quandoquidem lingua ejus eſt jam calamus ſcribæ velocitèr ſcribentis.

At fortè quis rogabit ſciolus: quomodò lingua calamus eſſe dicatur? „Sed audiat docentem Auguſtinum: *Quæro enim*, ait, *quare linguam* D. Aug. ſuper „*ſuam calamum dixit eſſe* ſcribæ velocitèr ſcribendis? : : Mihi videtur, Pſalm. 44. „quantum audet humana intelligentia, & hoc poſſe accipi ex perſona Pa„tris dictum, *lingua mea calamus ſcribæ*; quia quod lingua dicitur, ſonat, „& tranſit; quod ſcribitur, manet: Cùm ergo dicat Deus verbum, & „verbum, quod dicitur non ſonet, & tranſeat; ſed & dicatur, & maneat; „*ſcriptis hoc Deus maluit comparare, quam ſonis.* Ita Auguſtinus: nunc Chriſtianus Druthmarus: *Omnia verba, ſonando tranſeunt, & tranſeundo deficiunt; neceſſe eſt alligari igitur litteris verba, quæ aliquid utilitatis habere videantur.* Druthmar. in Præfat. Comment. in Matt.

alia

Fugacibus, proptereà ſuis, quamvis pulchrè reſonantibus verbis, alia item modò verba præclara prælo affixa conjunxit Auctor noſter; ſed calamo ſcribæ ita velocitèr ſcribentis, vt mirùm ſit; quomodò in tanta temporis anguſtia typis mandare potuerit, alteram, non parvam Bibliothecam de Franciſcanis Scriptoribus Diſcalceatis, in cujus laudem meritò pangebat Doct. D. Joannes Gonzalez in Salmantina Academia Primarius Humaniorum Litterarum Magiſter.

Digeris egregiè, Rivera, volumine juſto,
Quę multis fuerant ſparſa voluminibus.
Tu, quæcumque typis fuerant mandata, reponis;
Et quæ privato delituere lare.
Tu, quæ ſuſtulerat: jam jam invidioſa vetuſtas,
Et longa exciderant penè ſepulta die:
Non ſinis aut carie carpi, aut rubigine lædi:
Imò perennantes aſſeris inter opes
Scripta refers, & geſta ſimùl, morteſque piorum
Fratrum; proquè fide, quas ſubiere neces.
Nudipedum prolis opere, & ſermone Parentem
Franciſcum prodit, quæ facit, atque docet.
Tu decus immortale tuis, Patrięque paraſti,
Per quem tantorum vitaque, morſque vigent.

Prælo inſupèr mandavit, tùm duos Provinciæ noſtræ tomos Chronologicos, tùm deniquè magnam iſtam Bibliothecam, in qua Alphabetum inoffenſo pede decurrens, litteraſque omnes, ordini miro perluſtrans, quot litteras Scriptorum nominibus ornat, tot quoque volumina promit; quemadmodùm viginti duabus litteris Hebraici Alphabeti, totidem Sacros Li-

D. Hier. Præf. ad lib. Regum.

„ bros reſpondere obſervavit maximus Hieronymus inquiens: *Quomodò* „ *igitur viginti duo elementa ſunt*, per quæ ſcribimus Hebraicè omne quod „ loquimur, & eorum initijs vox humana comprehenditur; ita viginti „ duo volumina ſupputantur, quibus, quaſi litteris, & exordijs, tenera „ adhùc, & lactens *Viri juſti eruditur infantia.*

Verùmtamen, quod commendabilius eſt; quamvis noſter Auctor hoc opus abſolverit calamo tam velocitèr ſcribenti; nihilominùs ita ſpecioſum protulit, talique diffuſſa, ac dulciſona gratia cumulavit, vt omnia illuſtrium Scriptorum ora per ipſum locuta fuiſſe videantur; & meritò

Sidon. Appolli. lib. 3. epiſt. 3.

„ cum Sidonio Appollinari, de eo ita firmare valeamus: *Sentit vt Pitha-* „ *goras*, dividit vt Socrates, explicat vt Plato, implicat vt Ariſtoteles; „ vt Eſchines blanditur, vt Demoſthenes iraſcitur, vernat vt Hortenſius; „ æſtuat vt Cethegus, incitat vt Curio, moratur vt Fabius, ſimulat vt „ Craſſus, diſsimulat vt Cæſar, ſuadet vt Cato, diſſuadet vt Appius, „ perſuadet vt Tulius. Jam, ſi ad Sacroſanctos Patres pro comparatione „ veniatur: inſtruit vt Hieronymus, deſtruit vt Lactantius, aſtruit vt Au- „ guſtinus, attollitur vt Hilarius, ſubmittitur vt Joannes, vt Baſilius cor- „ ripit, vt Gregorius conſolatur, vt Oroſius affluit, vt Rufinus ſtringitur, „ vt Euſebius narrat, vt Eucherius ſollicitat, vt Paulinus provocat, *vt* „ *Ambroſius perſeverat*. Ita Sidonius in alterius laudem: ita & nos, & eodem jure, in laudem noſtri Auctoris; qui cum totius Seraphici Ordinis Scriptores tam ſublimitèr pangit, tot nobis Auguſtinos, Hilarios, &c. in deficiente lumine pingit.

Plaudat igitur Religio Seraphica vniverſa tanti operis lumine decorata: gaudeat jam tantorum illuſtrium Filiorum videns gloriam, & honorem in Bibliotheca iſta, veluti in ſpeculo, felicitèr coruſcantem. Fruatur perennitèr ſuorum ferè innumerabilium Scriptorum, tanquam glorioſo munimento, ac monumento, nobili iſto, exactiſsimoque Catalogo. Nos

autem

autem, pro operis cenſura, non, niſi laudem proferre valemus, Phoca vtentes Grammatico:

O vetuſtatis memorande Cuſtos
Ordinis totam ſeriem, & fugaces
Temporum curſus facilis referre
Nobilis Auctor.
Tu nihil magnum finis interire,
Nil mori clarum pateris, reſervans
Poſteris priſci monimenta ſæcli
Condita Libris.
Quippè ſuccatis variare libris
Paginas neſcis, ſed aperta quidquid
Veritas prodit, recines per ævum
Simplici lingua.

Siquidem omnia in eo pulchra, omnia ſine fuco concinnè diſpoſita, omnia, abſque nimietate, conſona, ornata, atque perpolita: nulla adverſus fidem, & mores; imò omnia fidem, atque honeſtatem redolent. Itaque, vt talis Bibliotheca luceat omnibus, maximè his, qui in Seraphica Domo ſunt, publicæ luci committi debere, vtpotè prælo digniſsimam, cenſemus. Hoc noſtrum judicium, noſtrum votum, noſtrum deſiderium, firmaque expectatio noſtra. In hoc Beati Didaci Conventu Valliſoletano, die 26. Decembris, anno Domini 1731.

Fr. Antonius à Sancto Auguſtino,
Prædicator, & Pater Prov.

Fr. Michael à Sanctiſsima Trinitate,
Theologiæ S. Lect. ac Diffinitor.

FACULTAS MINISTRI PROVINCIALIS.

FRATER Joannes à Reſurrectione, Sacræ Theologiæ Lector, necnon almæ Provinciæ S. Pauli Minorum Diſcalceatorum ſtrictioris Regularis Obſervantiæ Veteris Caſtellæ Miniſter Provincialis, ac Servus, &c. De conſenſu noſtri Diffinitorij Provincialis, vt Opus inſcriptum: *Bibliotheca Univerſa Franciſcana,* à Fratre noſtro Fr. Joanne à Divo Antonio, Theologiæ Profeſſore, actuali Cuſtode, Chronologo quoque ejuſdemmet Provinciæ, ac totius Ordinis, necnon, apud Supremum S. Inquiſitionis Senatum Cenſore, obtemperante compoſitum, & à duobus, doctrina, & authoritate in noſtrâmet Provincia gravibus Religioſis, inſignitis, recognitum, & approbatum, typis mandetur, ſervatis ſervandis, tenore præſentium, facultatem concedimus. In quorum fidem has litteras manu noſtra, & ſigillo, ac Secretarij nomine ſubſcriptas, dedimus in noſtro Seraphici Patris Noſtri Franciſci Tordeſillenſi, ac Regali Conventu, die 18. menſis Decembris, anno Domini 1731.

Fr. Joannes à Reſurrectione,
Miniſter Provincialis.

De Mand. Chariſsimi Fr. N. Miniſtri Provincialis;
Fr. Joſephus à Sancto Bernardo,
Secretarius Provinciæ.

IMA-

IMAGINEM EXPLANANS IN facie hujus Bibliothecæ expreſſam, Hiſpanicè accinebat R. A. P. Fr. Euſebius Gonzalez, Sacræ Theologiæ Lector, totius Ordinis Hiſtoricus, ac ſuæ Provinciæ Caſtellæ Regularis Obſervantiæ Pater.

SONETO.

Del Cherub Seraphin que pisò el Mundo,
Y à la Gloria le eleva con tres Cuerdas,
En la Pluma, y la Cruz tonos concuerdas
De ſu Ciencia, y Amor, ò Author profundo!
En la Cruz (ſi es que yo no lo confundo)
Seraphin, con las pennas, nos le acuerdas;
En la Pluma, Cherub con Obras cuerdas;
Y con plumas, ò pennas Sol fecundo.
Sol con plumas, y pennas, pues, le pintas,
Adornadas ſus alas con las ſummas
Plumas doctas, que dàn à ſu Orden vuelo;
Glorias ſon de tu viſta, no ſucintas,
Que numèra en millares de ſus Plumas
Mas que immenſas Eſtrellas de ſu Cielo.

Orietur Sol, & ſanitas in pennis ejus.

Qui numera multitudinem Stellarum, manentium in Ordine ſuo.

IN

IN OPERIS,

ET AUTHORIS LAUDEM

EPIGRAMMA.

QUEM Parnaſiadum Mater Salmantica fœlix
Unum præ cunctis edidit, & docuit:
Ecce novis volitat pernix talaribus Hermes
Eloquio pollens, ac pietate micans.
Innumeras, variaſque gerit pulchro Ordine plumas,
Seraphici luſtrans Orbis vbique plagas.
Quid ſibi tot Sacris vult pennis vndique cinctus
A capite ad calcem Nuntius iſte Jovis?
Franciſci Ducis notas facit ille Phalanges,
Queis calamos ſociat, datque perenne decus.
Junxerat has celebris Uvadingi Syllabus olim;
Henricus Chartis junxerat, atque ſuis.
Aſt novus hic Præco magno clamore Joannes
Agmina plura cier, jungit, ad aſtra vehit.
Abdita quæque haurit: jamque ſepulta Virorum
Nomina de tenebris vindicat ore manu.
Flos ſemper vivens rectè dicetur ab Anthos;
Cujus cultura germina cuncta vigent.
Nudipedum Sydus, magnum jubar atque Minorum;
Audiet à toto fauſta precante Grege.
Mercurium, Paulum vocitet nunc Ethnica Lyſtris;
Dùm lingua mentes ad ſua vota rapit.
Ripartum ſoboles noſtro memorabilis ævo
Utriuſque ſuæ gloria gentis erit.

Gratulabundus accinebat
Fr. Didacus Matritenſis,
ex Diſcalceatâ S. Joſephi Prov. ejus Chronologus,
ac Regius Eccleſiaſtes.

JUDICIUM P. ANTONIJ DE GOYENECHE E SOCIETATE JESU IN ſuo Complutenſi Collegio quondam Sacræ Scripturæ, deindè in Regio Seminario Hiſtoriæ, & Sacræ, prophanæque eruditionis Profeſſoris.

QUA potui mentis attentione, nec ſine ingenti voluptate legi, ſedulòque pervolvi in uno volumine omnia volumina, Univerſam videlicèt Ordinis Seraphici Bibliothecam à Rmo. P. Fr. Joanne à Sancto Antonio ex Diſcalceata S. Pauli Provincia, Generalique totius Ordinis Minorum Hiſtoriographo concinnatam. Quam fertili, copioſaque Scriptorum ſegete compleverit, imò & inundarit, inunderque etiamnum Orbem litteratium Seraphica Familia, ignorat nemo. Deerat tamen, qui ſparſas hinc indè ſpicas, eruditioniſque omnigenæ grano fœcundas in unum diſponeret faſcem. Venit tandèm Author noſter, qui illas laborioſè conquiſivit, aptè ordinavit, aureoque ſermonis ſui funiculo triplici, ſeù ex trium Ordinum funiculo contexto, tres enim hos Ordines Sancti Franciſci Funiculus conſtringit, in unum omnes manipulum colligavit. Si laborem Collectoris ſpectes, quantus ille fuerit novit ipſe ſolus, qui laboravit: quære ab illo, & diſces, quot in ſe pericula ſuſceperit: quot peregrinationes inierit: quot moleſtias imò & perſecutiones devorarit: quot Provincias, Conventuſque adierit: quot Sapientes per amicos, per ſocios, per litteras conſuluerit, nullis induſtrijs, nullis ſumptibus, niſi quos Franciſcana paupertas prohiberet, nullis æſtibus, nullis frigoribus, nulli denique labori parcens pro dilecta ſua Rachèle Bibliotheca Fratrum: neſcias, quinam plùs laborarint, iſti ne ſcribendo ſua volumina, an ille colligendo ſcripta. Nec ijs contentus, univerſas Bibliothecas cùm domeſticas, tùm exteras, ut ſuam Univerſam Bibliothecam conſtrueret, viſitavit evolvit, eviſceravit: multorum manuſcripta, ſchedaſque à blatis fermè eroſas reſtituit: ſcripta cum ſcriptis combinavit, & in concordiam redegit. *Univerſam* appellavit, tùm quod univerſos Ordinis ſui Authores, tùm quod univerſas materias, facultateſque ſuo ſinu complectatur; in ea enim reperiet linguarum januam Grammaticus, naturam Phyloſophus; Gratiam Theologus: Chriſtianam perfectionem Aſceta; Cœlùm Aſtronomus, eloquentiam Orator, interpretationem Bibliorum Amator, numeros Poëta, tandemque in uno omnia. Ab Uvadingo multa fateor mutuatus eſt; ſed multa etiam, quæ famoſo huic Scriptori exciderant, ſuperaddidit: alia, quæ bona fide adjecta erant, reſecuit, Authorumque ab anno 1650. ad noſtrum uſque tempus nova acceſione locupletavit, ut non jam ejus Reformator, ſed novus Author dici debeat Franciſcanæ Bibliothecæ, in qua ignores, quid plus mirari debeas, numerumne, an delectum, eruditionem, an pietatem ſcribentium, & quamquam in omni benè conſtituta Religione potior de virtutibus ſolidis, quàm de ſplendidis litteris, alijſque Naturæ donis habeatur ratio; auſim tamen dicere vix inventum iri in hac latiſsimâ Familia Sanctum aliquem, qui non fuerit Scriptor, nec vicìſim Scriptorem, qui Sanctus non fuerit; ut modò SS. ipſum Conditorem Ordinis Franciſcum, Antonios, Bernardinos, Alcantaras, aliòſque Religioſo ſilentio involvam.

Gravina in voce Turturis.

Scriptores in omni facultate adeò celebres reperies, ait eruditus Gravina, *ut hoc mirùm ſit in Eccleſia Dei Familiam S. Franciſci in Apoſtolica ſimplicitate fundatam, tanta ſapientia refertam, ut non ſolùm per Diſcalceatos, & ſimplices tractos ad Chriſti Crucem inſipiùas Reges Coronatos, ſicut olim per Piſcatores tractos Imperatores, ſed & per Sapientes alios, quos enumerare vix potes, Athenæ Lycæum, & Sapientum prudentia eſt retuſa.* Quales, quantoſque Viros Deus immortalis! poſſem ego in medium producere, ſi vel anguſtiæ temporis paterentur, vel Oratorio ſtylo fas mihi eſſet excurrere per ſcripta Alexandri Alenſis, Richardi, Alvari Pelagij, Aureoli, nominatiſsimorum Nominalium, Nicolai Lyrani, Joannis Haye, Soſæ, Fabri, Caſtri; Pontij, Maſtrij, Fraſſeni, Eminentiſsimorum Brancati, Cozzæ, aliorumque tùm Priſcorum, tùm Recentium, quos ad unum difficiliùs commemores, quam Mare intrà exiguum ſcrobem concludas. Quid verò? Annè mihi non licebit duos illos doctrinæ Scoticæ Heroes, vel binas Columnas, vel ſi mavis Gigantes in Franciſcano Theatro digito, vel à longè commonſtraſſe? Ades tu, qui a *bonis venturis* nomen ſortitus, æternitatem penè poſſediſti intrà tempus S. Bonaventura; qui deſtinatus à Matre Ordini Sancti Franciſci antequàm natus, tantùm non fuiſti alter Franciſcus, futurus SS. Ordinis Fundator, niſi Franciſcus præceſiſſet, cùm nihil defuerit ut fundares; quandoquidem ruinas ampliſsimè reſtituiſti, non impar annis, & meritis D. Thomæ, uterque Doctor hic Angelicus, tu Seraphicus:

cu-

Digitized by Google

cujuſnam ſors optabilior, incertum; ut enim ajebat Labbè, eo volavit affectu Bonaventura, quo Thomas intellectu, & quod Thomas credidit, Bonaventura guſtavit; *P. Labbè in elogijs Virorum illuſtrium,* dulceſque cordis ſui ſcintillæ ſub cinere ſuorum operum induſtria noſtri Authoris apparentium adhùc ſpirant. Duobus Polis innititur Franciſcana hæc Bibliotheca, altero, quem jam dixi Bonaventura, altero, quem dicam Doctore Mariano. Æquales eſſe debent Cœlorum Poli, & ſimiles: nec abſimilem imparemvè unum alteri Doctorem video; imò plùs aliquid ſonat Marianus, quàm Seraphicus Doctor, plùs enim ſonat MARIA, quàm Seraphim. Traxit ille à Maria ſubtilitatem, qua ejus Conceptionem defendit, ita ſubtilitèr, ut Univerſitatem Pariſinam in ſui juratam ſententiam trahere potuerit, facereque ut nemo ibidem lauream adipiſcatur, *niſi hac in parte Scotiſta ſit.* In Theologia cùm Sanctum Thomam ſuperare non potuerit, illum fortè æquavit; *& ne unicus Princeps eſſet, eam in duo Regna diviſit: in Philoſophia, nemo fuit illo ſubtilior: inveniſſet Philoſophiam, niſi Ariſtoteles prætexiſſet; eam tamen ſic ornavit, ut dici poſſet ejus inventor.* Splendent hic omnia ejus opera à noſtro Hiſtoriographo, tàm ſubtilitèr in partes diſtributa, quam fuerant à ſuo Authore ſubtilitèr ſcripta. Ne quis verò ex Viris ſolis conſtructam putet Bibliothecam, accedunt ad ejus ornamentum, & gloriam illuſtres etiam Fœminæ, Cœleſtes Debboræ, quæ doctrinas divinitùs hauſtas, prævio tamen, & profundo hominum judicio probatas, ſcriptis conſignarunt: inter quas ut antiquiores prætercam, venit in mentem, dùm hæc ſcribo, V. M. Maria de Agreda; in quam memorabiles illas Matronas, Getrudes, Brigittas, Mactildes, Catharinas, Thereſias, aliaſque magni nominis Virginis tranſmigraſſe exiſtimes: cujus ſcripta nemo niſi præjudicio mentis occupatus damnat: nemo niſi partium ſtudio abreptus dedignatur: quæque non tàm ſapientum primi Ordinis communibus votis, quàm publica legentium utilitate probantur: nec deſunt, & quidem non pauca, nec temerè credita miracula, quæ robur, & ſigillum veritati imprimant: ex quorum lectione per aliquot horas doctus, ſeveruſque P. Mendus plus ſe didiciſſe ajebat, quam ex continua aliorum voluminum per multos annos lectione didicerat. Alius verò, quem cognovimus, libros Myſticæ Civitatis non niſi flexis genibus, lachrymarumque imbre ipſos perfundens, lectitabat; à cujus etiam ore accepimus, ſe in ea *Illuſt. Bartias* ſemper fuiſſe ſententia, ut ſi pars aliqua ab his libris deleretur, & omnes unà ſapientes intenderent omnes eloquentiæ nervos, ut locum ſupplerent, non ſcripturos ea verborum vi, proprietate, unctione ſpiritus, majeſtateque, qua ſcripſit V. M. Ignoſcat Lector tàm importunæ ſibi, quàm mihi neceſſariæ digreſsioni: cùm enim ſingulare ingreſſus mei in Societatem Jeſu beneficium his Libris adſcribam, nec meritam eorum laudationem, opportunitatem nactus, nec grati animi memnoſinon prætermittere debui. Ut ad Bibliothecam tandèm, & ultimò redeam, cum mirabilis ſit ejus ordo exterior, mirabilius eſt quod intus latet, & loquitur: in ea enim videbis homines, qui *vivunt ſuperſtites ſibi: loquuntur, & tacent: audiuntur, & ſilent: interrogantur à vivis, & muti reſpondent.* Tale eſt noſtrum, & aliorum de hoc opere judicium. In hoc Imperiali Collegio Matritenſi Kalendas Aprilis, anno Domini 1732.

J H S.

Antonius de Goyenechea

FR. JOSEPHI ALVAREZ DE LA Fuente, Regularis Obſervantiæ Prov. Caſtellæ, Generalis, ac Regij Concionatoris, & Diffinitoris, in Bibliothecam Univerſam Franciſcanam.

DEZIMAS.

QUien, San Antonio, compite
Contigo? Pues no ſe ha hallado
Quien à ti te aya imitado,
Ni ſe hallarà quien te imite:
Mil gracias mi amor repite
A tu erudito deſvelo;
Pues para iluſtrar el Cielo
Del Seraphico Inſtituto,
Ni huvo Eſcritor, ni atributo
Que no alcanzaſſe tu buelo.

Serà eterna la memoria
De tres Ordenes felizes,
A quienes diò las raizes
El Seraphin de tu Hiſtoria;
A tu Pluma laudatoria
Deben todos à porfia
Luzca ſu ſabiduria;
Pues ſus Plumas ignoradas
Oy las mueſtras iluſtradas,
Como la razon pedia.

Es tu Bibliotheca en ſuma
Suma de inmenſos primores;
Que mueſtra los Eſcritores,
Y ſudores de ſu Pluma:
Con que es preciſo preſuma;
Que Biblia tan trabajada
Ha de ſer muy celebrada,
Y que tu ingenio profundo
En los Anales del Mundo
Tendrà memoria fundada.

PRÆ-

PRÆVIAM S. P. N. FRANCISCI Imaginem tot adamuſim emblematibus exornatam, tot hieroglyficis perpulchrè characteribus variegatam, explanare nitens; gratulabundus hos verſus ſcribebat P. Joannes à Conceptione, Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, Provinciæ Hiſpaniæ Prædicator, & Procurator Generalis, Humanarum Litterarum Magiſter, ſuique Matritenſis Hoſpitij Præſes.

ELEGIA GRAPHICA.

Centimanus tetigiſſe ſimul terramque, Polumque
Fertur: Franciſcum plaudite Centimanum.
Signa patent, pulchramque gerunt in imagine formam;
Lemmata conſpicito, mille manuſque vide,
En Triados Deitas ſedem tenet ordine primam,
Ut pateant metæ, quas petit iſte Seraph.
Cur volat, & Mundum calcat pede fortè ſiniſtro?
Ut Deitate fruens, tot peritura ſinat.
Gratia (quæſo) *Dei* quarè ſua tempora cingit?
Munere quippè *Dei Gratia totus erat.*
Cur alas pandens totum circumvolat Orbem?
Ut ſonus ejus eat ſubter vtrumque Polum.
Cur, placidè fando, ſuſpenſus ſub *quia* ceſſat?
Arcanum reſerans Angelus vnus ait:
Hæc abſcondiſti, calamumque librumque recuſat
Sic arcana latent, non reſeranda foro.
Quæ ſunt hæc? Pulchrè dextrà ſuſpenſa ſub ala;
Regula Cœleſtis, munera cuncta Dei.
Gratia, Religio, Fidei Myſteria, virtus,
Hinc pietas fulget, vita beata patet.
Angelus alter adeſt, quæ ſunt pandenda revelans:
Dat librum, & calamos, ſcribere cuncta jubet.
Quos calamos? Omnes, queis cum volat ala ſiniſtra;
Nimirùm quantos Pagina Sacra capit.

Cur

Ezech. 40. 3. Cur tenet, & calamum dextra, funemque ſiniſtra?
Viderat hunc olim taliter Ezechiel.
Sic Deus hunc olim Seraphim dedit eſſe futurum;
Sic dedit in lucem, ſic dedit Aſtra gradi.
Qui Templum menſurus adeſt reparare cadendum;
Quo niſi fune ſtatum, fortè ruiſſet adhùc.
Metitur Templum, cunctum remeare paratus,
Servet vt æthereas Sole micante vias.
Pandit eas calamo, finibus clauditque ſuorum;
Ne patiantur eas quis ſine corde terat.
Cur triplici nexu totum ter circuit Orbem?
Nam tribus Ordinibus latius ambit humum;
Indeque Funiculus triplex à nemine ruptus:
Herculeus nodus: Numinis inſtar opus.
Cur tanti Calami, vario tot Lemmata faſtu,
Queis ſtipant orbem fulgor, honorque, decus?
Sunt equidem varijs conſcripta volumina rebus,
Quas vix humanum concipit ingenium.
Omni Doctrina rerum Deitatis abyſſus.
Quæque Deus dixit, quæque crearat habens;
Cur oculus vigilat penna cum qualibet vnus?
Quippè fide rutilant, luce volantque Dei.
Hæc videant homines, plaudantque Cherubque Seraphque
Centimanumque canat Machina trina Poli.
Talis in effigie Franciſcus panditur Orbi.
Quod nec imago poteſt concipienda dati;
Laudandus planè tanti moliminis Author,
Fine catens vaſtum dignus habere decus.
Eſt enim verum: quod habet, dat quiſque, nec vltra;
Ergo, quidquid idem prompſerit, Autor habet.

SUMMA

SUMA DEL PRIVILEGIO.

TIene Privilegio del Rey nueſtro Señor el R. P. Fr. Juan de San Antonio, Lector de Theologia, Cuſtodio en la Provincia de San Pablo de Franciſcos Deſcalzos, Calificador de la Suprema, y Chroniſta General de la Orden Seraſica, &c. para imprimir, por tiempo de diez años, la Obra, intitulada: *Bibliotheca Franciſcana*; y para que ninguna otra perſona la pueda imprimir, ſin ſu licencia, como mas largamente conſta de dicho Privilegio, que eſtà firmado de ſu Mageſtad, y refrendado de Don Franciſco de Caſtejón, ſu Secretario, y de la Camara de Caſtilla, ſu fecha en Sevilla en doze de Diziembre de 1731.

MENDA SIC EMENDA.

PAG. 7. col. 2. Interrupta, lege *Incorrupta*. Pag. 10. col. 1. proſperitati, lege *poſteritati*. Pag. 15. col. 1. Genovæ, lege *Genua*. Pag. 18. col. 1. libris, lege *libros*. Ibidem Impireo, lege *Empyreo*. Ibidem col. 2. Alexander Burgos, Hiſpanus, lege *Italus*. Pag. 22. col. 1. fauctores, lege *Authores*. Pag. 25. col. 1. Commentarios luculenta, lege *Commentaria*. Pag. 25. col. 2. potiùs iſti, lege *iſtis*. Pag. 29. col. 1. Præceprorem fuerunt, lege *ferunt*. Pag. 32. col. 1. exequuntur, lege *ex ſequuntur*. Pag. 35. col. 1. Teppi, lege *Toppi*. Pag. 42. in Epitaph. edidiſsit, lege *ediidiſſet*. Pag. 48. col. 1. antiorem, lege *auctiorem*. Pag. 48. col. 2. Occidos, lege *Occiduos*. Pag. 52. Alphonſus de Bargas, lege *Vargas*. Pag. 55. col. 2. poſmodùm, lege *poſtmodùm*. Pag. 90. Putavij, lege *Patavij*. Pag. 110. col. 1. Joannes, lege *Joannis*. Pag. 113. col. 1. decoravit, lege *devoravit*. Pág. 115. col. 2. Reformata, lege *Reformatæ*. Pag. 176. col. 2. reciret, lege *reticet*. Pag. 182. col. 1. didit, lege *didicit*. Ibid. proprietatis, lege *proprietates*. Ibidem cæteres, lege *cæteris*. Ibid. col. 2. Extant, leg. *Extat*. Pag. 183. col. 2. Italus ex, *a-le ex*. Pag. 196. col. 1. Muguet quo, lege *quod*. Pag. 197. col. 2. in quibus, lege *in qua*. Pag. 199. ſicut illam, lege *illum*. Pag. 203. col. 2. Bollando, lege *Bollandi*. Pag. 205. col. 1. Genovæ, lege *Genua*. Pag. 206. col. 2. Poſſevinus, lege *Poſſevinum*. Pag. 202. col. 2. ann. natos, lege *natus*. Pag. 213. col. 2. Joannis, lege *Joannes*. Pag. 209. col. 1. circa ſinem 1551. in 8. lege 1651. Pag. 218. col. 1. Cœlite: quæ, lege *Cœlite quæ*. Col. 2. ſcripta, lege *ſcriptis*. Pag. 228. col. 1. amatorem, lege *amorem*. Pag. 244. col. 1. Provinciæ, lege *Provincia*. Pag. 247. col. 2. apotheſi, lege *apotheſi*. Pag. 248. col. 1. ſponga, lege *ſpongia*. Pag. 287. col. 2. Reginæ, lege *Regina*. Pag. 259. col. 2. Genuenſis, lege *Genuenſi*. Pag. 260. col. 1. extus, lege *extat*. Ibidem Sanctæ Mariæ, lege *Sanctam Mariam*. Ibidem col. 2. Obervantiæ, lege *Obſervantia*. Pag. 261. col. 2. Petro, lege *Petri*. Pag. 274. col. 1. Quid, lege *Quia*. Pag. 282. in Epitaph. innocentiæ, lege *innocentia*. Pag. 291. col. 2. pœnitentiæ, lege *pœnitentia*. Pag. 292. col. 1. Franciſci, lege *Franciſcum*. Pag. 302. col. 1. Servum, lege *Servus*. Pag. 318. col. 2. flaxu, lege *fluxu*. Pag. 320. col. 1. Magiſter, lege *Magiſtrum*. Ibid. Magiſter, lege *Magiſtri*. Ibidem col. 2. conſcriptum, lege *conſcriptam*. Pag. 377. col. 2. Regularis, lege *Regularibus*. Pag. 343. col. 2. Minorita, lege *Minoritæ*. Pag. 371. col. 1. Generali, lege *Generalis*. Pag. 382. col. 2. ab ea, lege *ab eo*. Pag. 383. col. 2. Commenearia, lege *Commentaria*. Pag. 397. col. 1. à Sacris, lege *in Sacris*. Pag. 400. col. 2. Divi, lege *D. Juliani*. Pag. 411. col. 2. Ex Provinciæ, lege *ex Provincia*. Pag. 412. col. 1. de Concionatoriæ, lege *Concionatoria*. Pag. 416. col. 1. mertis, lege *mortis*. Pag. 429. col. 1. deſumpta, lege *deſumptæ*. Pag. 436. col. 1. regidiſsimis, lege *rigidiſsimis*. Pag. 438. col. 2. novi Orbi, lege *novi Orbis*. Pag. 440. col. 1. iidem, lege ibidem. In eadem pag. col. 2. eperis, lege *operis*. Pag. 446. col. 2. de confeſsione, lege *de confeſsionis*.

Bib

Digitized by Google

Bibliotheca Univerſę Franciſcana tomum primum à R. P. M. Fr. Joanne à S. Antonio, ex Diſcalceata Prov. S. Pauli Lectore S. Theologiæ, Cuſtode, Supremæ Inquiſitionis Qualificatore, ac totius Ordinis Seraphici Hiſtorico conſcriptum diligentèr vidi, demptiſque mendis correctis, ac nonnullis alijs parvi momenti, ſuo prototypo correſpondet. Matriti Kalendis Majis, anni Domini M.DCC.XXXII.

Lic. D. Emmanuel Garcia & Aleſſon,
C.M. Corrector Generalis.

TASSA.

DON Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey nueſtro Señor, ſu Eſcrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del Conſejo: Certifico, que aviendoſe viſto por los Señores de èl vn libro intitulado: *Bibliotheca Franciſcana*, ſu Autor Fray Juan de San Antonio, Lector de Theologia, Cuſtodio en la Provincia de San Pablo de Franciſcos Deſcalzos, Calificador de la Suprema, y Chroniſta General de la Orden Serafica; que con licencia de dichos Señores ha ſido impreſſo, taſſaron à ſeis maravedis cada pliego; y dicho libro parece tiene ciento y treze y medio, ſin principios, ni tablas, que à eſte reſpecto importa ſeiſcientos y ochenta y vn maravedis: y al dicho precio, y no mas mandaron ſe venda, y que eſta Certificacion ſe ponga al principio de cada libro, para que ſe ſepa el à que ſe ha de vender. Y para que conſte lo firmè en Madrid à dos de Mayo de mil ſetecientos y treinta y dos.

Don Miguèl Fernandez Munilla.

PROTESTATIO AUTHORIS.

LECTOR adverte in elogijs Virorum illuſtrium, quos in hac *Bibliotheca* complexus ſum, nonnulla me obitèr attingere, quæ ſanctitatem ipſis videntur adſcribere; perſtringo nonnunquam aliqua ab ijs geſta, quæ, cum vires humanas ſuperent miracula videri poſſunt; præſagia futurorum; & ſi quæ ſunt alia hujuſmodi: demùm nonnullis ſanctimoniæ, vel martyrij videor appellationem tribuere. Verùm hæc omnia ita meis lectoribus propono, ut nollem ab illis accipi tanquam ab Apoſtolica Sede examinata, atque approbata, ſed tanquam, quæ à ſola ſuorum Authorum fide pondus obtineant. Proindè Apoſtolicum Decretum anni 1625. editum, & anno 1634. confirmatum, integrè, atque inviolatè juxtà declarationem ejuſdem Decreti anno 1631. factam, à me obſervari omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam, per hanc meam hiſtoriam ulli arrogare, vel famam, & opinionem ſanctitatis, aut martyrij inducere, ſeù augere; nullumque gradum facere ad futuram aliquandò ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem; ſed omnia in eo ſtatu à me relinqui, quem ſecluſa hac mea *Bibliotheca* obtinerent. Hoc tàm ſanctè profiteor, quàm decet eum, qui Sanctæ Sedis Apoſtolicæ obedientiſsimus haberi filius cupit, & ab ea in omni ſua ſcriptione dirigi, & actione regulari.

AD LECTOREM ERUDITUM.

QUID cauſæ fuerit, cur ego tam nihili jam quaſi in Rempublicam Litterariam intruſus, *Bibliothecam Univerſam Franciſcanam*, (Encyclopædiam ne dixeris) cujus tomum primum præ manibus habes, conſcribere non dubitaverim; intellexiſti puto, ſtudiosè Lector, ſi Nuncupatorias meas litteras perlegiſti:

Non habeo ingenium; Princeps, ſed juſsit habebo;
Cur poſſe negem, poſſe quod ille putat?

Nunc porrò te monitum velim, vt noveris primò, nullam in hac Bibliotheca ſuſpicionem gratiæ eſſe, nullam ſimultatem, ſervitum in primis veritati, rebuſque ipſis data eſſe omnia, phraſibus nec vulgaribus, nec electis, plùs ſenſuum quam verborum habentibus; præmiſsis nihilominus in cujuslibet Litteræ facie, qui Sanctitatis, vel Beatitudinis merito, alios antecellentes Authores, excipiendi ſunt à cæteris, nec cum cæteris conferendi. Secundò: *Ne à me exigas ornamenta verborum,* (a) *& elocutionis elegantiam, quam nec profiteor, nec ſi profitear, in tam varia, & inæquali diverſorum Scriptorum collectione ſervare poſsim.* Tertiò: Scriptores nonnullos compilari qui per pauca, aut etiam in ſpecie exigua evulgârunt, *id tamen facio,* (b) *tùm ne quemquam ſuæ induſtriæ, ac laboris laude defraudem: tùm verò, ac maximè propter Scriptoris dignitatem, & quoniam quæ minima prima fronte videntur, vtilitate, ſi benè proſpiciantur, ſunt maxima. Neque enim res tàm numero, & magnitudine, quam pretio, & pondere „ æſtimandæ ſunt. Quod ſi quis* (c) qui libros ſolùm percurrit, vt Momum agat, „ opus hoc irriſerit, quia in illo deſcriptos invenerit aliquos vnica tantùm „ Oratione, vel Poeamatio claros, quaſi Adamas vnius auricularis digiti orna„ mentum, pretioſior non eſſet aliquandò magno marmore Carrarienſi, quod „ plura juga bovum è loco removere non valent; percurrat hìc talis Scripto„ res antiquos, & recentes, & majorem, leget teſtimonio Martialis prome„ ruiſſe laudem Aulum Perſeum Flaccum, ſex ſolis Satyris, quam Marſum in „ tota ſua *Amazonide.* Non erit igitur vlla culpandi ratio, dùm plurimorum veſtigia calcanti æmulari placuit antiquos, ac recentes ſimilium Bibliothecarum, nunc generalium, nunc peculiarium Auctores. Similem torſerunt funem, vt ad Domeſticos me vertam, Bartholomæus Piſanus circa annum 1390. Petrus Rodulphus Epiſcopus anno 1586. Illuſtriſsimus Gonzaga anno 1587. Jeremias Buchius anno 1590. Henricus Uvillotus anno 1598. Auguſtinus Uvite anno 1627. demùmque, miſſo Illuſtriſsimo Ulyſsiponenſi qui aliquos ſparſim [illegible] ſua Chronica indigitavit Scriptores, Lucas Uvadingus qui anno 1650. indefeſſo, ac tædioſo labore fermè bis mille Scriptores collegit, nulla neglecta diligentia vniverſos perquirendi, vbique pulſans, & vbique conſulens. Sed etiam nunc opera non pauca, editiones plures, plurimos quoque Scriptores Ordinis noſtri illaudari, vel ex tomo primo hujus Bibliothecæ, ſex dumtaxàt elementis, centum ſeptuaginta novem, ſuprà mille, & mille Auctores complectente, facillè deprehenditur; vndè & meritò Fr. Antonius Caſtel: (d) *P. Lu*„ *cas Uvadingus, Seraphicæ* Familiæ Hiſtoriographus ſolertiſsimus ſuum Sylla„ bum Scriptorum Ordinis ad annum 1650. concinnavit, & typis mandavit, „ vbi ingentem, atque copioſum Authorum curavit aggerare Catalogum, „ mutilo tamen calamo, cum apud Noſtrates Neotericos magis, & magis gran„ deſcat calculus. In quinque etenim ab Ordinis exordio elapſis ſæculis, innu„ mera Scriptorum affulſit lucidiſsima cohors. Decem millia Authorum pro „ definito aſsignamus calculo. Evolve oculis Ordinis monumenta; per luſtra „ Authographa Provinciarum ad Generalia commitia tranſmiſſa: conſidera am„ plitudinem Religionis, ejuſque granditatem obſerva; & avidum hominum „ præſertim hujus labentis ſæculi ſcribendi genium ſedulò adverte, & mehercle *in ſtuporem abibis.* Hactenùs Caſtel. Sanè, hoc ævo, fortaſsè litteris obſtat, nimia librorum copia, quæ mei inopem facit ſapientiæ, & calculi; quia dùm no-

(a) *Sixt. Senenſis in Præf. ſuæ Bibliot.*

(b) *Ribadeneyr. ad Lectorem ſuæ Bibliothecæ.*

(c) *Oldoinus Lectori ſui Athenæi Peruſini.*

(d) *Caſtel. in Franciloglo, lib. 2. cap. 15. §. 7. num. 43.*

 vos

verum multitudine occupantur. Quid, vel optimos veterum, plerumque negligunt, [illegible] eorum manipulos omnes non portant. Sed quid dicit Scriptura? *Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.* Id eſt, ad Chriſtopolitani mentem: (e) *Et cæteri Doctores venerunt, & venient cum exultatione in die judicij portantes manipulos, & libros ſuos, quos ad elucidandas Scripturas, & defendendam Eccleſiam ediderunt.* Interim verò, quia *nonnunquam* (me erudiente S. Joanne Damaſceno, *Orat: de ijs, qui in fide migrarunt*) *in id, quod præter curſum à Sapientibus incidunt idiotæ; & id quod occultatum Magiſtris comparuit Diſcipulis*: vt plures multis partibus Scriptores, Bibliothecis excuſſis, in conſpectum producerem; eorumque memoriam perennarem in hac noſtra Bibliotheca, omnem operam adhibui, ab operiſque initio, laborem ſummatim perſtrigens, de Caſiodoro (f) accepi: *Ipſas quoque noctes inexplicabilis cura circumvolitat, & cogimur animo per cunctas ire Provincias.* De vitijs demùm typographicis nihil dicam; cùm facilius ſit Herculi extorquere clavam, quam ab iſtis ſibi præcavere. Utilitatem pariter ſubticeo, ne actum agam, nec diffido tot gentium acclamatione, tot Populorum vocibus comprobari, quot ſunt ex vnaquaque gente, hic commemorati Doctores; nec poſſe non quamlibet Provinciam ſuos Cives hùc relatos non ſuſcipere, &. colere. Hoc meum votum, & in magnis voluiſſe ſat eſt. *Veniam det benevolus precor*, (g) *& pro errore invento, propenſæ voluntatis ardorem amplectatur. Quiſquis augere, aut perpolire voluerit, per me licebit, & colaboranti gratulabor, imò vt non tepidè præſtet efflagito.* Interim, elogia ſubjicio, & extrariorum maximè.

(e) *Pſ. 125. Chriſtopolitanus hic.*

(f) *Caſiod. in Præfat. ad lib. Variar.*

(g) *Voillet. in Epiſ. Dedicat.*

AD

IN DOCTRINAM, SCIENTIAM, ſapientiam Trium Ordinum S.P.N.Franciſci, eorumque Doctores, & Scriptores multiplicia Elogia.

Innocentius III. apud Gubernatis tom. 1. Orbis Seraph. lib. 4. cap. 5.

INNOCENTIUS converſus ad S. Patriarcham Franciſcum, in ejus ſingulariſſimum encomium in hæc verba prorupit: *Verè hic eſt pauper, & modicus, qui opere, & Doctrina Dei ſubſtentavit Eccleſiam.*

Gregorius IX. in Bulla Canoniz. S. P. N. Franciſci, apud Bullar. Magnum.

Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, ac quaſi Luna plena in diebus ſuis, & ſicut Sol in Eccleſia Dei fulgens, Lampadem, & tubam in manus aſſumpſit ::: Felicitèr migravit ad Dominum, *multos praveniens ſcientia praditos, ſcientèr neſcius, & ſapientèr indoctus.* Idem Pontifex apud Gubernatis tom. 1. lib. 4. cap. 5. pag. 576. *Vos* (Minores) *quos in lucem gentium, Dei ſapientiam dediſſe noſcitur.*

Nicolaus III. in 6. Decretalium, lib. 5. de Verb. ſignific. cap. Exiijt, tit. 12.

Hæc eſt apud Deum, & Patrem munda, & immaculata Religio, *qua deſcendens à Patre luminum*, per ejus Filium exemplaritèr, & verbalitèr Apoſtolis tradita, & deindè per Spiritum Sanctum B. Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata; totius in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis. ::: Per piæ memoriæ Gregorium Papam prædeceſſorem noſtrum approbatam eſſe, *ex evidenti utilitate, quam de Ipſa conſequitur univerſalis Eccleſia*, in Generali Lugdunenſi Cornelio declaratur.

Clemens V. 6. Decret. Clement. lib. 5. tit. 1. Cap. Exivi.

In hunc mundum introivit ipſe, ut rigaret ipſum *fœcundis aquis ſpiritualis gratia, & doctrinæ.* Hic hortus ſiquidem eſt Fratrum Minorum S. Religio :::. Tantò provocamur ardentiùs, quantò frequentiùs intenta mente revolvimus *fructus uberes, quos ex eorum exemplari vita, & ſalutari doctrina toti univerſali Eccleſiæ continuà* cernimus provenire.

Bonifacius VIII. Bulla 6. apud Uvad. tom. 2. in Regeſto, anno 1295.

Nos ordinem ipſum *ob ſalutis fructus innumeros*, qui ex ipſo noſcuntur animabus fidelium provenire, gerentes in viſceribus charitatis, &c.

Joannis XXII. *Quorundam exigit*, apud Gubernatis tom. 1. lib. 4.

Profectò, cum & ipſius Religionis odor trahat, charitas attrahat, *ſcientia lucidet*, oratio mereatur, &c.

Sixtus IV. *Præclara*, data Romæ 1422. 3. Octob. Pontif. anno 2.

Supra Petram, quæ Chriſtus eſt, perpetuò ſtabilivit (Religionem Minorum) *ut præcipua Virorum inſigni ſanctimonia, moribus, ſcientia, atque virtutibus prædito-rum, fœcunditate, & numeroſitate exuberans fructuoſos palmites, ex vite vera produceret.*

*** *** ***

Sixtus IV. *Sancta*, edita anno 1471. apud Bullarium magnum, tom. 1.

Sancta Minorum Religio, quæ agrum militantis Eccleſiæ ſanctis operibus, & exemplis copioſiſsimè fœcundat, *& ſapientia ſplendore Catholicam illuſtrat Eccleſiam.*

Clemens VI. in Epiſt. ſua: *Summus, & mirabilis opifex, &c.* 8. Kal. Maji 1346.

Sanè dùm inter cæteros hujus belli ſpiritualis belligeros, Ordinem veſtrum, quem in agro ipſius Eccleſiæ cœleſtis plantavit Agricola ſic gratiæ ſuæ rore rigavit, *quod à ſui principio fructus honoris, & honeſtatis uberes in eadem Eccleſia continuò, nec deſtitit, nec deſiſtit producere.*

Clemens VII. apud Bullarium Roderici, num. 5.

Ad uberes fructus, quos Sacer Ordo de Pœnitentia, quem Seraphicus ille, hominum verè piſcator, vt animas omnes lucrifaceret Creatori, nemoque ſe abſconderet à charitatis calore, Spiritu Sancto illuminatus, B. Franciſcus inſtituit, in horreum Domini hactenùs adduxit, & in dies fertiliori manu afferre non ceſſat, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, & intra noſtræ mentis arcana revolventes, quod ipſe Ordo ne dùm conjugatis vtriuſque ſexus, verùmetiam Fratribus, & Monialibus in communi viventibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemnitèr emittentibus *florere jamdiù cœpit, & in dies magis effloreſcit.*

Leo X. in ſua *Extravaganti*: *Ite & vos*, apud Uvadingum tom. 8.

Hæc eſt illa Sacra Minorum Fratrum Religio, quæ virentibus cæremoniarum folijs, per Viros Apoſtolicos, tanquam per palmites extenſos à mari vſque ad terminos Orbis terrarum, *vino ſapientiæ, & ſcientia irrigavit montes, & implevit terram.*

S. Bernardinus Senenſis, De Evangelio æterno, Serm. 60.

Ab ortu Solis aſcendit (S. Franciſcus) quoniam *per Divinæ Sapientiæ exemplum, prædicationem, & ſenſum, cum ſuo Ordine mundum irradiavit.*

S. Antonius Florent. 3. part. Hiſt. tit. 24. cap. 8. §. 2.

Fueruntque *multi alij qui compoſuerunt multos libros* in eo Ordine (Franciſcano) in diverſis facultatibus ::: Sed & eorum, quibus non placuit ſcripta relinquere, extiterunt *quamplurimi in omni tempore*, ex quo cœpit Ordo ille qui fuerunt *doctiſsimi Viri, Magiſtri egregij, magni Prædicatores, acutiſsimi diſputatores.*

Joannes Trithemius, Ordinis S. Benedicti, De Scriptoribus Eccleſiaſticis, ad annum 1220.

Franciſcus Ordinis Minorum Inſtitutor, & Princeps, natione Italus, ex Aſiſio Civitate Italiæ oriundus, Vir ſanctiſsimæ converſationis, & Evangelicæ paupertatis ardentiſsimus ſectator, qui verbo, & exemplo multos ab iniquitate convertit, & in viam juſtitiæ Catholicæ direxit, tantus amator Chriſti extitit, vt in contemptu mundi, & conſolationis tranſitoriæ parem vix habuerit. *In cujus Ordine multi jam deinceps doctiſsimi Viri claruerunt, qui ad vtilitatem fidelium innumera penè compoſuerunt Opuſcula. Ipſe autem Franciſcus ſcripſit, &c.*

Gulielmus Eyſengrenius, De Teſtibus Catholicæ veritatis ad annum 1226.

Sanctus Franciſcus::: Regulam Minorum docto volumine politè ſcripſit; quorum Ordinem, in quo ſuceſſu temporis *complures Viri Sancti, atque doctiſsimi claruerunt*, qui verbo, & exemplo *Eccleſiam magnificè illuſtrarunt*, Honorius III. Pont. menſe Novemb. in Vigilia S. Andreæ Apoſtoli comprobavit.

Doctos

Doctor D. Hieronymus de Ormaechea Eccleſiæ Lucronenſis Canonic. Magiſtralis, tomo 1. Commentar. in Cantica, Prologom. 3. pag. 154. num. 181.

Quis poterit numerare Scriptores doctiſsimos qui ex hac Familia tanquam ex æquo Trojano prodiere in defenſam, propugnationem, lucem, gloriamque hujus piæ ſententiæ? Poteris enim mihi dicere jure optimo *numera Stellas, ſi potes*, ſi eos numerare tentaveris. Scotus Vexillifer, Ant. Andr. :::::: & alij quamplurimi inter, quos Uvadingus ſingulariſsima luce reſplendet. Nota autem, me comprehendere ſub generali Vocabulo Franciſcanæ, & Seraphicæ Religionis omnes illas, quæ quaſi germina felicia è communi ſtipite pullularunt, Obſervantes dico Minoritas; Clauſtrales; Diſcalceatos; Tertium Ordinem, Capuccinos.

Joannes Schroter, Societ. Jeſu, parte 2. tomi 2. *Exedræ Eccleſiaſticæ*, Concione in feſtivitate Mariæ Angelicæ, ſivè Portiunculæ.

Advertite profuſiſsimam Chriſti Domini liberalitatem in Sanctum Franciſcum, & SS. ipſius Familiam ab ipſo ad ſummam Reipublicæ Chriſtianæ vtilitatem. Huic tantum diſpenſavit luminis exterioris, vt illi nomina dederint duo Orientis Imperatores; Joannes, & Xerxes, vt duodecim Reges amore illius ſceptris ſe abdicaverint, Regij Juvenes innumeri ſpem omnem depoſuerint, Duces plurimi, ac Principes voluptatibus ſuis, honoribuſque vale dixerint. Tantùm illi elargitus ſplendoris exteriùs, vt ex ea Summi Pontifices quatuor extiterint, Cardinales quadraginta tres claruerint, Epiſcoporum numerus finiri nequeat. Tantùm item gratię, ac *ſapientiæ* interiùs, vt ſecundum Deum Franciſci Familiæ vetus Orbis, veteris fidei, ac morum debeat inſtaurationem; novus fidem, ac Religionem Chriſtianam acceptam. Non ego vobis ad blandior Patres Religioſiſsimi, ſed ita veritas, vt dicam me cogit; non potuiſtis Sanctiorem Inſtituti veſtri, & Ordinis Auctorem habere, nec veſtro ſanctiùs, digniùs, vtiliùs, *ſapientiùs* vitæ genus invenire.

Gulielmus Pepin ex Ordine Prædicatorum Concione de S. Antonio de Padua.

Decoratur Sacra Religio S. Franciſci *Doctorum copioſitate*; nàm ex ea prodijt Magiſter Alexander de Hales::: Floruit etiam in dicto Ordine Magiſter Richardus de Media-Villa qui egregiè ſcripſit ſuper quatuor libros Sententiarum. Inſupèr floruit in dicto Ordine Fr. Joannes Scotus, qui ſubtilitèr ſcripſit ſuper quatuor libros Sententiarum; vndè & Doctor Subtilis à Scholaſticis appellatur. Cæterùm in prædicto Ordine floruit Fr. Nicolaus de Lyra, qui in litterali expoſitione Sacræ Scripturæ ſimilem ſibi non reliquit :::: Præterea Fr. Petrum Aureoli, Fr. Franciſcum de Maronis, Fr. Alvarum, Fr. Gulielmum Okam, *& pleroſque illuminatos, & doctos Magiſtros in Theologia: nonnullos etiam in Jure Canonico peritiſsimos, quorum ſcriptis Bibliotheca moderna non parum ornatur.*

Joannes Antonius Velazquez, Soc. Jeſu, *De Maria immaculatè concepta*, lib. 4. diſſert. 9. adnot. 2. pag. 366. num. 5.

Alterum (ſpectat) florentiſſimam (ſi quæ alia in cunctis Sacris Ordinibus) Scriptorum phalangem è Minorum Ordine pro Maria immaculatè concepta militaſſe: nec ingratijs inſtructam hanc ſtrenuorum militum aciem phalangem appellavi, cum phalanx, tùm is cuneus militaris ſit, cum pes pedi, clypeus clypeo, Vir Viro in acie conſeritur, quod ad perpetuam diſceptationem, & Scholaſticam concertationem, in qua præclara hæc Religio Adverſatiorum impetum per tot annorum ſeriem retudit, ac fregit, opportunè refertur: tùm etiam *quod phalanx contineat octo millia armatorum, nec enim minorem dixeris numerum illuſtrium Authorum hujus Familiæ* qui pro immunitate Deiparæ decertarunt, decertantque, quos ad vnum recenſere multi temporis negotium eſſet: ſatis fuerit Duces, ſeù proceres nominare. Hi ſunt S. Bernardinus Senenſis,

ſis, S. Joannes Capiſtranus, Bonaventura, &c.

Joſephus Manſius Ord. Eremit. S. Auguſtini tomo 4. diſc. 1. de S. Franciſco, num. 14.

Bis mille, & ampliùs numerantur Scriptores fructuoſa, cœleſtique doctrina conſpicui Franciſci Filij, qui Hæreſes confutarunt, exploſiſque abuſibus, & ſcandalis, ſolidam fidelium animabus inſerverunt fidem, verumque Chriſti ſpiritum. Æneas Sylvius, qui ad Pontificatum aſſumptus Pius II. appellatus fuit, eo tempore, quo Religio Franciſc. etiamnum naſcens erat, „ ita de ea ſcribit: *Quid hæc Religio* aliud „ agit quam quod jubere novimus Evan„ gelium? Sentes, ac tribulos ex agro Do„ minico divellit, ſemen bonum ſeminat, „ zizania, & folium veritatis ſarculo præ„ cidit, exterminat avaritiam, pellit libi„ dines, fulminat illecebras, voluptates „ ſtrangulat, ambitiones, & odia fugat, „ ignaviæ, ac ſocordiæ ſtimulum adigit, *& aperiens os ſuum diebus ſingulis pœnitentiam ſuadet, & viam Dei in veritate docet.*

Antonius Iribarren ex Ordine Prædicatorum Doctor Theologus, tom. 1. *ſui Curſus prædicabilis*, ſerm. 41.

Hìc igitur ſiſtit permanentèr ſapientia, & verè ſiſtit in ferè innumera ſapientium filiorum multitudine, in non gentis triginta & tribus ſtudij domibus, abundantèr diffuſſa, in quinquaginta & duobus Collegijs in praxi habita, in tria millia ſeptingentis & nonaginta Lectoribus reperta, qui omnes veritatem docent, & ignorantiam depellunt, quibus numeris adjicere poſſumus, nongentos hujus Ordinis Doctores, in quodam Generali Capitulo concurrentes, & octingentos Theologos, apud Ferraram ad gravem diſputationem aliquandò congregatos. Sed quid mirùm, ſi dùm Religiones aliæ unica gaudent ſchola, ex ſex ſcholis diverſis gaudet. Prima eſt Seraphici Doctoris Di Bonaventuræ. Secunda, Subtiliſſimi Scoti. Tertia, Alexandri de Hales. Quarta, Ochami. Quinta, Nominalium. Ultimaque Richardi de Media-Villa. Sic in Franciſci Sobole ſapientia diffunditur, ibique illi domicilium paratur.

Ex Didaco Garcia Ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini Doctore Theologo Conc. 26. de S. Franciſco.

Fons ſapientiæ Franciſcanæ in quatuor dividitur Capita, in quibus nihil eorum quæ ad multiplicem, ſecuramque doctrinam requiruntur, deeſt. Orbi Chriſtiano dedit Pontifices Maximos ſex, ſexaginta Cardinales, Epiſcopos, Doctores, *ac Scriptores verè innumeros.*

Raphael Volaterranus, lib. 21. *Antroropol.*

Auctus exindè (Ordo Minorum) vt cunctis poſteà *multitudine Virorum præſtiterit, & Sacerdotio, & doctrina, & ſanctitate præcellentium.*

Bergomenſis, lib. 13. anno 1300.

Hunc autem (Scotum) lactè ſuæ ſapientiæ multos erudiſſe diſcipulos tradunt. Sed qui maximè profecerunt, hoc fuiſſe, ajunt, videlicèt Franciſcum Maronum, Antonium Andream, & alios complures, *quorum ingenijs mirum in modum Philoſophia crevit.*

Ludovicus Granatenſis Ordinis Prædicatorum, Conc. 4. de S. P. N. Franciſco.

Noſtis quantum dignitatis, & gloriæ Beatiſſimi hujus Patris Ordo in Eccleſia obtineat, in quo tot inſignes Viri floruerunt, tot Epiſcopi, tot Cardinales, & Pontifices Maximi, tot *clariſſimi Doctores, & Concionatores* (& quod eſt multo majus) tot invicti Martyres, tot Sanctiſſimi Confeſſores, tot Puriſſimæ Virgines.

Joſe-

Joſephus Speranza Congregationis Oratorij in ſuis *Scripturis Selectis*, puncto 78.

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum, hunc ſcilicèt quo intelligam, nihil hic diligendum, nihil quærendum. *Confiteor tibi Pater Domine Cœli, & terræ* (ob verbum, *Pater Cœli, & terræ*, quis timeat?) *quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & revelaſti ea parvulis*, minoribus meis. *Ita Pater quoniam ſic placitum fuit ante te.*

Leonardus de Utino Ordinis Prædicatorum Conc. de S. Franciſco.

De hoc Ordine Cardinales fuerunt plurimi, quorum primus fuit Dominus Bonaventura de Balneo Regio, Epiſcopi fuerunt multi, quorum primus fuit S. Ludovicus filius Regis Franciæ; *Doctores Theologiæ fuerunt quamplures.*

Joannes Paulus Oliva è Societate Jeſu, tom. 1. *Stromatum*, lib. 4. pag. 290.

Scripturarum intelligentia, qua Ordo Seraphicus præpollet, huic (S. Franciſco) debetur cruori, qui, vt Domini dolores expreſsit, ita ejus beneficentiam vberiùs conſecutus eſt. Ergo quod ſenes non meruerunt procidentes ante thronum Franciſcus meruit procùl à thronis. Nimirùm felicius funis, quam diadema reſignat Scripturas: quodque animalia plena oculis nequiverunt, plena cruore vulnera impetrarunt. Magna ſiquidem affinitas Scripturis, & ſanguini.

Didacus de Lequile Franciſcanus, tomo 1. *Hierarchiæ Franciſcanæ*, diſtinct. 3. fol. 224. & 226.

Nec deſunt in Hierarchia Franciſcana *Fœminæ eruditæ quæ ſcripſerunt* ::: Ex hac claſſe, & Catalogo Scriptorum Franciſcanorum præcipuarum ſcholarum inſtitutorum, *ſtatus Laicalis*, in confuſionem, & erubeſcentiam mundanæ ſapientiæ minimè in Hierarchia noſtra excludendus eſt.

Henricus de Hurimaria Ord. Eremit. S. Auguſt. ſerm. 3. de S. Franciſco.

De ipſo verificatur quod ſcribitur in Eccleſiaſtico: (34) *Tripliciter Sol exuriens montes, radios igneos exſufflans, & refulgens. Nam radio doctrinæ fugavit ignorantiam*, radio exemplorum in tepidis fugavit negligentiam, & radio miraculorum fugavit obſtinationem, & duritiam.

Hiacynthus Graveſon Ordin. Prædicat. tomo 7. *Hiſtoriæ Eccleſiaſt.* fol. 467. & 471.

Inter omnes Regulares Ordines, nullus, vt opinor in tot Familias propagatur, & tàm latè per Orbem Chriſtianum diffunditur, quàm Ordo S. Franciſci. Quapropter nullus dubito, quin hic Ordo de Eccleſia tàm benemeritus *plures dederit inſignes Scriptores.* ::: Ex Schola Fratrum Minorum prodierunt *ſeculo decimo ſexto innumeri penè Theologi, &c.*

Philippus Brietius, tom. 2. Annal. ad annum Chriſti 1245.

Obijt, & Alexander Alenſis, Minorita Anglus, in Academia Pariſienſi Profeſſor, Magiſter SS. Thomæ, ac Bonaventuræ: ideò *Doctor Doctorum* dictus, itemque *Doctor irrefragabilis, ex quo reliqui deinceps Theologiam, quam Scholaſticam vocant videntur perbibiſſe.*

Aubertus Miræus: *De Scriptor. Eccleſ.* ſeculo 17. cap. 242.

Redundat Ordo Capuccinorum *Scriptoribus clariſsimis*, qui omnes hujus vltimæ paginæ compendio recenſiri nequeunt.

*** *** ***
*** ***
***

Cæſar

Cæſar Buleus tomo 3. *Hiſt. Univ. Pariſ.* in Catalogo illuſtrium Academicorum, litt. F.

Franciſcus Aſsiſias, Minoritarum Inſtitutor, ob hoc Academicis accenſendus, quod ex ipſius Ordine complures prodierint Viri illuſtres, qui hanc Academiam parentem illuſtrarunt.

RR. P. Joannes Paulus Oliva, tomo 1. *Stromatum*, ex Divinis Scripturis, lib. 3. pagina 193. & 194.

Adam ſcelus involvit ſuum, ſequè denegat rebellem: cùm Franciſcus, & fateatur ſe, & ſe ſubſcribat peccatorem. Ibi ſcientiæ arbor, ex quam qui edit moritur: hic veriorem Philoſophiam, hoc eſt, vulnera Crucifixi Domini, quia in ſe tranſtulit Franciſcus non morietur in æternum. Quamobrem illud Hieronymi dicerem; pectus ſuum fecit Bibliothecam Chriſti, niſi quod non tantum pectus, ſed etiam pedes, & manus in Bibliothecam converterit.

Petrus Marchant in ſuis *Fundamentis*, tit. 12. fundam. 12. §. 11.

Quantum in ſapientiæ ſtudio, ſivè domi, ſivè foris Ordo Minorum in Eccleſia excelluerit, quantos Manipulos doctrinæ in horrea Domini intulerit; quantam Doctorum multitudinem Eccleſiæ Dei ſubminiſtraverit, clamant Academiæ, clamant Scholæ, clamant Libri, vniverſuſque Orbis teſtatur: ita vt anno 1651. in Capitulo Generali Romano illuſtres Scriptores ex Religione Franciſcana recenſiti ſint *duo millia*, ſcientias omnes illuſtrantes. Hoc autem ſingulare fuit huic Religioni quod certas methodos Scriptores ejus invenerint, quibus via ad ſapientiæ penetralia intima pararetur, ſivè Scripturam Sacram ſpectes, ſivè Conciliorum Sacrorum Decreta, & Definitiones, ſivè SS. Patrum ſcripta, ſivè Theologiæ cujuſcumque principia attendantur.

Et quidem primus, qui arcam Sacræ Scripturæ miro lumine penetravit à principio, & incunabulis Ordinis fuit *Sanctus Antonius Paduanus*, qui idcircò *à Gregorio IX. Arca Teſtamenti, & Sacrarum Scripturarum Armarium*, publicè nuncupatus eſt: Quemque S. Franciſcus ſuum *Epiſcopum* ob ſanctam doctrinam vocare ſolebat: qui præter Conciones ardentiſſimas, poſteritati reliquit *Concordantias Morales* ex Sacræ Scripturæ locis, tàm Doctrinalibus, quàm Hiſtoricis, in omni ſenſu Litterali, Allegorico, Anagogico, per titulos, & claſſes digeſtas, in Theologorum, & Concionatorum vtilitatem.

Antonium Paduanum proximè in Ordine ſecutus eſt *Alexander de Hales* (vt Auctor firmamenti refert) ab aliquibus inter Doctores, *Doctor Doctorum*, ab alijs *fons vitæ*, ab omnibus *Doctor Irrefragabilis* dictus, qui ſcripſit ſuper totam *Bibliam*, tàm *Vetus*, quàm *Novum Teſtamentum*, ad longum, nihil dimittens indiſcuſſum, opus multum prolixum, & laborioſum.

Quem in Biblijs exponendis de verbo ad verbum poſtillati modò non tàm ſecutus eſt, quàm arte, & marte ſpeciali, ac novo ingenio totam Scripturam explanavit *Nicolaus de Lyra* vocatus à facilitate, & omnium, ac ſingulorum verborum Scripturæ expoſitione *Doctor Planus, & Utilis*; qui præter *ſenſus litteralis Expoſitionem*: addidit alio volumine *Expoſitiones Morales omnium fermè Hiſtoriarum totius Biblia*. Hic viam primus ſtravit Expoſitioni litterali præcisè totius Scripturæ à primo verbo Geneſeos vſque ad vltimum Apocalypſis, quem cæteri Expoſitores in hunc diem ſecuti ſunt.

Et ne Expoſitionibus, & Poſtillis deeſſet Patrum auctoritas, primus inter Expoſitores; *in vniverſa Biblia ex dictis Sanctorum, & Patrum auctoritatibus, ac Claſsicorum Doctorum ſententijs per ſingulos libros, & librorum capita, Expoſitionem concatenatam* diſpoſuit *F. Pontius Carbonellus* S. Ludovici Epiſc. Thol. Præceptor. Quod opus in 8. magnis voluminibus in Bibliotheca Conventus S. Joannis Regum Toleti aſſervatur.

Quia verò loca nonnulla S. Scripturæ videntur interdùm inter ſe diſsidere: *Conciliationem, & veram omnium locorum Sacræ Scripturæ ad invicem conſonantiam* ex ſententijs Orthodoxorum Patrum ſcripſit in duobus tomis, & primus publici juris fecit *Fr. Seraphinus Cumeranus Feltrenſis*; *Annotationes, etiam, difficilium locorum* cum explicatione eorum edidit F. Mamotretus à Regio Lepidi. Et vt verba Scripturæ diſtinctius adnotarentur, *Dictionarium in totam Scripturam*, primus concinnavit

navit, *Fr. Marcus Dulmenſis.* Ac propter vocabula difficilia, quæ in Sacra Pagina reperiuntur *Fr. Guilhelmus Briſon* compoſuit *Vocabularium Eccleſiaſticum*, in quo vocabula illa omnia elucidantur. Nec minori vtilitate viam ad Bibliorum faciliorem intellectum ſtraverunt, *qui Concordantias Bibliorum* compoſuerunt, inter quos primum locum obtinet *P. Arlotus de Prato*, totius Ordinis Minorum aliquandò Miniſter Generalis, qui *vtriuſque Teſtamenti* loca ad invicem conferens *Concordantias* ad invenit. *Et majores Concordantias Bibliorum* ſecundum omnia vocabula *Fr. Franciſcus Arola* primus concinnavit, quas alij poſteà auxerunt. Inſignem porrò navavit hoc ſæculo poſtremò operam in hoc genere noſter, *Fr. Marius à Calaſio qui Concordantias* fertiliſsimas juxtà textus *Hebraicum, Chaldaicum, & Syriacum*, eorumque interpretationes, & conſonantias, deductis omnium nominum, & verborum ſignificatione à ſuis radicibus, & in claſſes ſuas redactis, miro artificio, incredibili labore, quatuor magnis voluminibus ordinavit, & evulgavit typis Stephani Paulini, Romæ anno milleſsimo ſexageneſsimo vigeſsimo primo, impreſſas, & Gregorio XV. dicatas.

Et hæc *Concordantia* non modicam lucem adferunt lectioni magnorum Bibliorum Complutenſium, quæ ſub *Leone X.* Hebraica, Chaldaica, Græca, Latina lingua ordinavit, & edi curavit noſter *P. Fr. Franciſcus Ximenius à Ciſneros*, natione Hiſpanus S. R. E. Presbyter Cardinalis Titulo S. Albinæ, Archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum Archicancellarius, cujus etiam opera prodijt *Alphabeticum dictionarium Hebraicum, Chaldaicum, & Lexicon Græcum*, in ſtudioſorum Scripturæ Sacræ vtilitatem. Et ab his alij Scriptores ſua principia deſumpſerunt.

Sic FF. Minores laboribus, & ſudoribus ſuis ad S. Scripturam viam paraverunt, & fœcundis Manipulis Eccleſiam ditarunt.

Nec minus in frugibus *SS. Conciliorum* colligendis deſudavit Ordo Minorum. Et quidem *Fr. Petrus Crabbe Belga Mechliniensis*, Primus: *Omnia Eccleſiæ Dei Concilia, tàm Œcumenica Generalia, quàm Provincialia ab Apoſtolorum temporibus* ad ſuam vſque ætatem celebrata, vndequaque collegit, & ad tres tomos reduxit, & typis mandari providit. Qui etiam omnes *Decretales Summorum Pontificum* in vnum corpus redegit, in æternum poſterorum monumentum. Et ne aliquid in hoc genere deeſſet, B. memoriæ *Fr. Joannes Pechanus Diſcipulus S. Bonaventuræ Cantuarienſis, poſteà Archiepiſcopus omnia ſtatuta Synodalia, & Conſtitutiones Provinciales* ab exordio naſcentis Eccleſiæ in vno volumine primus compendioſè retulerat, vt omnibus eſſent vitæ, & pietatis Chriſtianæ vna Regula.

Nec Agris fertiliſsimis *SS. Doctorum, & Patrum* FF. Minores defuerunt, vt illorum fructus in Eccleſiam totam derivarentur, & diſtribuerentur: Nàm & Fr. Florentinus Bourgonius, Pariſienſis, primus opera *S. Auguſtini* à mendis expurgavit, *Elenchum*, ſivè Indicem compoſuit, Scholia addidit. *Fr. Franciſcus Mayronis Doctor Illuminatus flores, & veritates*, ex S. Auguſtini *Operibus* excepſit. Et nuper Fr. Mathias Hauxeur Provinciæ Flandriæ Miniſter Anatomiam in omnia S. Auguſtini opera, compendioſè diſpoſuit. *S. Ambroſij opera* caſtigavit, & ſuæ luci reddidit *Fr. Felix Peretius*, poſteà Summus Pontifex dictus *Sixtus V. S. Hieronymi opera* illuſtravit *Fr. Franciſcus Uvuller* eruditiſsimo illo opere, quod *Repertorium Epiſtolarum S. Hieronymi*, intitulatur. *Et Fr. Nicolaus Marius* inſigne opus diſtinctum per materias ſuper S. Gregorij libros conſcripſit. Bibliothecam denique SS. Patrum primus compilavit *Fr. Guilielmus Brito*, quam alij auxerunt.

Sacra Theologia tàm ſpeculativa, quàm practica, tàm Scholaſtica, quàm poſitiva, tàm Moralis; quàm Myſtica additus reſerarunt, & præclaris methodis in hunc diem Fratres Minores, in publicam Eccleſiæ vtilitatem. Primus autem, qui in his laboravit cum auctoritate Eccleſiæ, & effectu vberrimo, fuit *Fr. Alexander de Hales Doctor Irrefragabilis*, qui quidem primò *libros Sententiarum Magiſtri Lombardi*, per Partes, Quæſtiones, Articulos, Concluſiones dividens, & argumentum, ac reſponſionem dilucidis explicationibus reſolvens, cæteris Theologis illam commentandi normam dedit. Demùm *Innocentij IV. Pontificis Summi* mandato, totam materiam Theologicam in ordinatiſſimam *Summam* 4. *tomorum* reduxit, cujus non tantùm formam, ſed & principia ſecutus eſt *S. Thomas Aquinas*, vt latè in præambulis ad Commentaria in Apocalypſim, reſumptis ſeptuaginta Articulis, oſtendit *noſter P. Joannes de la Haye*, cap. 11. Vitæ Alexandri de Hales, vt verè cecinerit de Alexandro Poeta:

Hic prudens opifex Divina volumina duxit,
Quo duce præmonitus, in prælia Divus Aquinas
Actus, & in molem retulit Acta ſenum.

Quæ quidem *Summa* copioſiſsima, & celeberrima approbata eſt à Sancta Sede Romana per Bullam expreſſam, quæ in Conventu Pariſienſi aſſervatur. Cui ſummæ ſubſcripſerunt ſexaginta, vel vt alijs placet ſeptuaginta Doctor. Pariſienſes. Hic etiam *Compendium Theologiæ* compoſuit ſex libris diſtinctum. Hunc ſecuti ſunt omnes fere Doctores, qui ſuper libros Sententiarum ſcripſerunt, quorum penè innumeri ex Ordine Minorum, qui a doctrinæ qualitate varia ſortiti ſunt nomina: *Ut Joannes Duns* ab ingenij ſublimitate (vt ſuperiùs dictum eſt) *Doctor Subtilis*, *Nicolaus de Lyra* à pervia facilitate *Doctor Planus, & Utilis*, *Richardus de Media Villa* à firmimitate, & copia doctrinæ *Doctor ſolidus, & copioſus*: Franciſcus Mayronis à claritate, & ſplendore *Doctor illuminatus*: *Petrus Aureolus* ab Eloquentia *Doctor facundus*. Sic & alij diverſa nomina ſunt ſortiti, qui recenſentur numero ſexaginta in *Firmamento Trium Ordinum*, tit. *de Illuſtrioribus Viris*, cap. 1.

Porrò *Theologiæ activa* (cujus præcipuus finis eſt hominem ad Dei cognitionem, & amorem deducere) *Cherubico* lumine, & *Seraphico* ardore initium dedit *S. Bonaventura Balneoregius* ab ipſo inflammato ſcribendi ſtylo dictus *Seraphicus, & Devotus Doctor*, de quo Cancellarius Pariſienſis *Joannes Gerſon*. lib. 1. tract. *de Examine Doctrinarum*, ad finem: *Si quæratur* (ait) *quis inter cæteros Doctores plùs videtur idoneus? Reſpondeo ſine præjudicio, quod Dominus Bonaventura, quia in dicendo ſolidus eſt, & ſecurus, pius, & juſtus, & devotus. Præterea recedit à curioſitate quantum poteſt, non immiſcens poſitiones extraneas, vel doctrinas ſæculares, Dialecticas, aut Phyſicas, terminis involutas Theologicis more multorum, ſed dùm ſtudet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem, &c.* Et concludit: *De quo verè dicitur illud Chriſti de Joanne.* Erat lucerna ardens, & lucens: & part. 1. Epiſt. de Doctrina S. Bonaventuræ: *Sortitus eſt idcircò* (inquit) *ſecundum laudem vitæ ſuæ paritèr, & doctrinæ, nomen ipſe Bonaventura, vt antonomaſticè Doctor Seraphicus nominetur, &c.* Intrà ſub finem: *Sint alij Doctores qui dicantur Cherubici: Bonaventura autem veriſsimo nomine Seraphicus ſimùl & Cherubicus, quia inflammat affectum, & erudit intellectum, reducit, & vnit ad Deum per amorem excitativum, dùm alij ſolùm divaricant, & diſpergunt intellectum per præciſiones, prioritates, & poſteritates, ſigna & contingentia, cum tamen vnum ſit neceſſarium.* Hæc Gerſon, qui in alijs varijs locis illum ſemper omnes alios Doctores extolit. Compendiosè verò, & ſincerè laudes doctrinæ ejus paucis recitat *Trithemius Abbas*, lib. de Eccleſiaſticis Scriptoribus: *Scripſit* (ait) *multa, & profunda, & devotiſsima opuſcula, quibus ardentia verba proferens, non minùs affectum legentis in Chriſti amore accendit, quam intellectum doctrinis Sanctis illuminat. Omnes enim ſui temporis Doctores vtilitate librorum facilè præcellit. Si ſpiritum Divini amoris, & Chriſtianæ devotionis in eo loquentem attendat.* Et proſequens doctrinæ qualitates: *Profundus* (inquit) *eſt, non verboſus, ſubtilis, non curioſus, diſertus, non vanus, flamantia non inflantia verba proferens. Et fructus doctrinæ ſubjugens. Undè* (ait) *ſecuriùs legitur, faciliùs ab amante intelligitur, vtiliùs frequentatur, dulciùs, & fructuoſiùs retinetur.* Et concludit: *Si ergo, & doctus vis eſſe, & devotus, illius opuſculis eſto intentus.* Hæc Trithemius.

Hinc ad Myſticam, & Anagogicam Theologiam *S. Bonaventura* viam ſtravit ex Diviniſsimis Diviniſsimi *Dionyſij Areopagitæ* Operibus, & Interpretum ejus Hugonis, ac Linconienſis, & *Richardi à S. Victore*, Meliſluique S. Bernardi. Diſperſa inordinatam praxim, *in Itinerario mentis in Deum*, *in ſeptem itineribus æternitatis*, & alijs opuſculis redigens (vtinàm omnium manibus tenerentur) tentaverat, & itinera illa Myſtica aperire *F. David de Aguſta*, Bonaventuræ contemporaneus, niſi feciſſet præceſſor tractatu ſpeciali qui *formula interioris hominis* inſcribitur: Quos ſcientia, ſapientia, affectu paritèr, & effectu proſecutus eſt *Henricus Harphius*, Belga, ex Ditione Leodienſi, Pago de *Herp Campiniæ* oriundus, olim Guardianus Conventus Mechlinienſis; qui ad ſuperos illos gradus extaticos elevatus, & in Miſſarum celebratione aliquandò ad ſex horas abreptus, quæ pleno hauſtu ex Divinis fontibus prompſerat, poſteà & eructavit, & in alios effudit, maximè qui inſcripti ſunt: *Theologia Myſtica* tribus libris comprehenſa; *in Cantica Canticorum Directorium aureum*, & alijs pluribus, quos

poſ-

poſteritati tradidit, verus contemplativorum, & Myſticorum Dux, & Inſtructor. Obijt Mechliniæ ad ann. 1477. in Choro Fratrum tumulatus.

Supremam Eccleſiæ poteſtatem, & primatum Petri in ſuis ſucceſſoribus Summis Pontificibus à fundamentis explicavere, & profecuti ſunt FF. Minores; inter quos excelluit *Alvarus Pelagius* ad Epiſcopatum Siluenſem poſteà aſſumptus in opere quod inſcripſit *de Planctu Eccleſiæ*, quem ſecutus eſt *Joannes Foreſtus*, Anglus, *D. Catharinæ* Anglorum Reginæ à Confeſſionibus, qui cum Primatum Sedis Romanæ videret periclitari apud Regem Angliæ *Henricum VIII. de Auctoritate Eccleſiæ, & Summi Pontificis* eruditum tractatum, edidit, qui incipit: *Nemo ſibi ſumit honorem*; & ipſum quidem Primatum Romani Pontificis proprio ſanguine Martyr ſignavit. Florebat ad annum 1539. Nec poſteà defuere qui eandem poteſtatem, cui innititur totum Eccleſiæ viſibilis regimen vſque ad hæc tempora, ſcripto, verbo, & ſanguine propugnarunt. Quo etiam conferendi ſunt, qui Eccleſiam Dei contra Hæreticos defenderunt, & Catholicos in fide firmaverunt, de quibus partim *in titulo de Converſione Hæreticorum per FF. Minores* ſupra actum eſt, partim in ſequentibus agetur.

Hæc ſufficiat prælibaſſe, vt vniverſo Orbi manifeſtum ſit, Ordinem Minorum Eccleſiæ Dei in omni doctrina ſalutari præfulſiſſe, vt merito *Turri David cum propugnaculis* comparari poſſet, ex qua *mille clypei pendent, omnis armatura fortium*, qua Eccleſia Dei defenditur. Taceo enim doctrinas Philoſophicas, Hiſtoricas, Legales, Canonicas, & Civiles. Tantum curioſus Lector dignetur legere eos, qui Scriptoribus Eccleſiaſticis recenſendis vacaverunt, inter quos pro Ordine fideliter laboravit noſter *P. Henricus Vvillotus*, Belga, fontibus Epiſcopi natus, Provinciæ Flandriæ Miniſter, in opere inſcripto: *Athenæum Orthodoxor. Sodalitij Franciſcani, qui vel ſelecta eruditione, vel floridiori eloquentia, vel editis ſcriptis SS. Dei Sponſæ Romanæ operam navarunt.*

Belgas noſtros hujus noſtræ ætatis non recenſeo, quia nonnulli adhùc vivunt. Alij à paucis annis defuncti Scriptoribus ſequentibus relinquuntur, vt ex guſtu, & judicio poſteriorum Deus in illis laudetur, &c.

*** *** ***

P. Dominicus Gravina, Dominicanus *in Voce Turturis*, pag. 231.

Scriptores in omni facultate adeò celebres reperies, vt hoc mirùm in Eccleſia Dei ſit Familiam S. Franciſci in Apoſtolica ſimplicitate fundatam, tanta ſapientia refertam, vt non ſolùm per diſcalceatos, & ſimplices tractos ad Chriſti Crucem inſpicias Reges Coronatos, ſicut olim per Piſcatores tractos Imperatores, ſed & per ſapientes alios, quos enumerare vix poſſes, Athenæ Lycæum, & Sapientum prudentia eſt refuſa.

Idem Gravin. ibid. part. 2. pag. 251.

Vos certè Patres (Minoritæ) Miniſtri verbi, adjutores Dei, oracula Spiritus Sancti, qui tot in inſulis, editis miraculis Eccleſias fundaſtis, tot Populos Apoſtolicis prædìti virtutibus regitis, Fidem Catholicam verbo, & exemplo, ſcripto, prædicationibus, diſputationibus, & cum opus eſt membrorum veſtrorum laceratione, & proprio cruore defenditis, qui nihil poſſidentes, omnia poſidetis.

Eminentiſsimus Trejo, in Epiſtola de excellentia doctrinæ S. Franciſci.

Audi caſum, ne dicam miraculum. In quadam Hiſpaniæ Civitate (quam reticeo, vt honorem caveam Viri, & Religionis, cujus dedecori hoc tribui poſſet, mihi enim veritas cordi eſt abſque aliorum injuria) decem ab hinc annis contigit, Prædicatorem quemdam concionantem, & litteras litteratoſque Sanctos commendantem, dixiſſe, ſe illis devotiſſimum, non verò idiotis, qualis erat Franciſcus, quod vt ſemèl, atque iterùm repetijt, populares Viri, & mulieres adſtantes, dùm Franciſci devotione tenebantur, ſuſurro, & murmure tacite hoc ſibi de Franciſco dictùm non placere indicarunt. Cœpit ſubito Prædicator ille, qui lingua expeditiſſimus erat, balbutiri, rubore ſuffundi, & conturbari; cœperunt, & ea, quæ ad Concionem præparaverat ſolertiſſimo ſtudio, è memoria decidere. Crevit ejus turbatione popularium tumultus: tandem Concionator ob mutuit, & quæ ſuperbè forsàn didicerat, in medium proponere non potuit; quia, vt credibile eſt, humilitatem

Viri

Viri ſapientis deſpexerat; & ita in completo ſermone, è ſuggeſto verecundè deſcendit. Hujus rei teſtes fuerunt Epiſcopus, & Capitulum, frequenſque Populus illius Civitatis, qui adderant ad feſtum ſolemniſsimum invitati.

Ex Hieronymo Lorte, Minorita, *in Arithmetica Seraphica*, ſupput. 4.

Quatuor Scholarum fuit Doctor Subtiliſsimus fontalis origo, ſuæ præcipuè dictæ Subtilis, Nominalium, Averroiſtarum, & Zenoniſtarum, quia horum trium Authorum, nempè Okam, Joannis Janduni, & Gualteri Burlei fuit Scotus Magiſter.

Idem ibidem ſupput. 22. & 24. ex Gubernatis *in Tabulla*.

Ad annum 1680. tria millia octingentos & quinquaginta Lectores, tàm liberalium Artium, quàm Theologiæ Dogmaticæ, & Scholaſticæ, necnon decem & octo millia ſeptingentos & tres Divini verbi proclamatores, ſeù Prædicatores enumerabat Seraphica Religio.

Ex Hieronymo Lorte *in Arithmetica Seraphic.* ſupput. 20. 21. & 24.

Quingentis quadraginta quinque Sacrorum Canonum locis, ſexcentis Sacræ Paginæ textibus, ac octingentis & quindecim D. Auguſtini auctoritatibus ſuas aſſertiones illuſtravit Doctor Subtilis qui triginta millia ſtudioſorum, ſeù auditorum habuit in Univerſitate Oxonienſi ad ann. 1300. cum ante ipſum nonniſi tria millia Scholaſticorum convenirent communitèr.

Ex eodem Lorte ibid. ſupput. 22.

Quinque millia voluminum Alchoranorum ſunt fermè congregata in præda Civitatis Orani auro etiam, & argento ornata, quæ juſſu S. Cardinalis Ximenez à Cisneros igni tradita ſunt.

Multiplex calculatio Scriptorum Ordinis Minorum ex diverſis Authoribus, & juxtà temporum varietatem.

Ex primo ſæculo Religionis Seraphicæ enumerat Hieronymus Lorte 30. Scriptores, & Doctores Pariſienſes. Auguſtinus Oldoinus, ex Minoritis Peruſinis 39. Idem, ex Minoritis Liguſticis 52. Trithemius, & Franciſcus Suvertius, ex Franciſcanis 67. Valerius Andreas, ex Minoritis Belgicis 81. Balthaſar de Medina, ex Diſcalceatis 100. Pitſeus, ex Minoritis 109. Antonius Terrinca, ex Minoritis Tuſciæ 150. Bonavent. Baro, ex Scholaſticis 184. Jeremias Buchius, ex Piſſano. 186. Nicolaus Toppi, ex Franciſcanis Neapolitanis 196. Ant. Mongitore, ex Minoritis Siculis 214. Angelus à S. Franciſco, ex Minoritis Anglis 224. Joannes Azor 293. celebres, in ſola Obſervantia. Joannes a Divo Antonio, ex Diſcalceatis 400. Marracius in ſua Bibliotheca, & in Appendice, ex Minoritis 412. Bernardus Sannig, ex Minoritis Scholaſticis 450. Petrus Rodulphus, ex Franciſcanis 490. Nicolaus Antonius, ex Minoritis Hiſpanis 570. Balthaſar Arias, ex Minoritis 575. Scriptores Magnos. Antonius Daza, ex Claſicis Franciſcanis 600. Claudius Roberti, ex Franciſcanis 600. celebres. Poſſevinus, ex Minoritis 624. Henricus Uvillot, ex Minoritis 670. Auguſtinus Uvite, ex Franciſcanis 729. Claſicos. Petrus de Alva, ex Marianis 810. Lucas Uvadingus, ex Franciſcanis fermè duo millia. Joſephus Manſi, bis mille. Hieronymus Lorte, ex Franciſcanis tria millia. Petrus Antonius de Venecia, ex Franciſcanis quinque millia. P. Antonius Velazquez, ex Minoritis octo millia. Antonius Caſtel, ex cunctis Ordinis Familijs decem millia. Euſebius Gonzalez, ex tribus Ordinibus Franciſcanis quinquaginta ſupra decem millia. Sed quot? Conſule primam, ſecundam, & tertiam partem hujus Bibliothecæ Univerſæ Franciſcanæ.

Gregorius IX. apud Piſſanum *in Confor. mitat.* fructu 2.

Franciſcus Princeps inclytus
Signum Regale bajulat,
Et celebrat Concilium
Per cuncta mundi climata:

Eccleſia S. *in Officio Romano-Seraphico S. P. N. Franciſci.*

Summi Regis Palatio
Doctor loca Diſcipulos;
Salutis privilegio
Chriſti pramuni famulos,
Domum Portam, & Tumulum
Pater Franciſce viſita,
Et Hevæ prolem miſeram
A ſomno mortis excita.
(Ex eodem Officio.)

BIBLIO-

BIBLIOTHECA CATHOLICA FRANCISCANA, SIVE SCRIPTORUM TRIUM ORDINUM S. PATRIS NOSTRI FRANCISCI.

A

S FRANCISCUS ASSISIAS (quem primitùs ad hanc Minoriticæ Familiæ Muſarum Aram appendam, niſi eum, qui inter Scriptores hìc adnumerandos, *primas tenet*, & Alpha pennulatorum prædicatur?) Petri Bernardoni, & Picæ lectiſsimæ fœminæ (deſcriptæ *in Cathalogo SS. Tertiariorum*, Authore Andrea Bonfanti, de quo inferiùs) filius, Aſsiſij, in Umbria, anno mileſimo centeſimo octogeſimo ſecundo, Lucio Tertio Pontifice, Friderico primo Imperatore, ac Ferdinando II. Hiſpaniarum Rege, magno rei chriſtianæ incremento, & Eccleſiæ Catholicæ fulcimento ſatus, ab ejus ortu, vſque ad occaſum, Chriſti Domini vitam, humilitatem, manſuetudinem, paupertatem ardentèr æmulatus, ab eodem Redemptore quino accepto vulnere, & ejus Eccleſiam fœtu novæ prolis multiplicavit, & planè collabentem erexit. Gràviſsimè, Chriſti Vicarius Gregorius IX. *Ecce*, inquit, *In hora vndecima* Dominus, qui cum Diluvij aqua „terram deleret, Juſtum per lignum con„temptibilem gubernavit, ſuper ſortem „Juſtorum virgam peccantium non relin„quens, excitavit Servum ſuum Beatum „Franciſcum, Virum vtiquè ſecundùm cor „ſuum, apud cogitationes divitum, lam„padem quidèm contemptam, ſed para„tam ad tempus ſtatutum, illam in vineam „ſuam mittens, vt ex ipſa ſpinas, & ve„pres evelleret, proſtratis iilam impug„nantibus Philiſthæis, illuminando pa„triam, & reconciiiari Deo, exhortatio„ne ſedu!a commonendo.

„Qui audita interiùs voce invitantis „amici, impiger ſurgens, mundi vincula „blandientis, quaſi alter Samſon, gratia „divina præventus, dirupit, & ſpiritus „fervore concepto, aſinique arrepta man„dibula, prædicatione ſiquidem ſimplici, „nullis verborum perſuaſibilium humanæ „ſapientiæ coloribus adornata, ſed tamèn

,, Dei virtute potenti, qui infirma mundi
,, eligit, vt fortia quæque confundat, non
,, tantùm mille, ſed multa millia Philiſtino-
,, rum, eo, qui tangit montes, & fumi-
,, gant, faciente proſtravit, & in ſpiritus
,, ſervitutem redegit, carnis illecebris an-
,, teà ſervientes. Quibus vitijs mortuis, &
,, Deo viventibus, jam non ipſis, quorum
,, pars peſsima perijt, ex mandibula ipſa
,, egreſſa copioſa eſt aqua, reficiens,
,, abluens, & fœcundans lapſos, ſordidos,
,, & arentes: quæ in vitam æternam ſaliens,
,, abſque argento, & commutatione ali-
,, qua poteſt emi: cujus rivuli longè, latè-
,, què diffuſi, vineam irrigant, vſque ad
,, mare palmites, & vſque ad flumen pro-
,, pagines extendentem.

,, Hic deniquè Patris noſtri Abrahæ
,, imitatus veſtigia, mente de terra, & co-
,, gitatione ſua, necnon domo patris ejus
,, egrediens, iturus in terram, quam ſibi
,, Dominus Divina inſpiratione monſtra-
,, ret, vt expeditiùs curreret ad bravium
,, vocationis Cœleſtis, & per anguſtam
,, portam poſſet faciliùs intrare, ſarcinam
,, terrenæ ſubſtantiæ depoſuit, ſe illi con-
,, formans, qui cum dives eſſet, pro nobis
,, factus eſt pauper, eamque diſperſit, de-
,, dit pauperibus, vt ſic ejus juſtitia in ſæ-
,, culum ſæculi permaneret. Et in terram
,, viſionis accedens, ſuper vnum ſibi mon-
,, tium demonſtratum, videlicèt exce-
,, llentiam fidei, carnem ſuam, quaſi filiam
,, vnigenitam, quæ ipſum interdùm dece-
,, perat, cum Jepte Domino in holocauſ-
,, tum obtulit, igne ſuppoſito charitatis,
,, illam fame, ſiti, frigore, ac nuditate,
,, vigilijs multis, & jejunijs macerando,
,, quæ cum vitijs, & concupiſcentijs cruci-
,, fixa, dicere poterat cum Apoſtolo: Vivo
,, ego, jam non ego, vivit autem in me
,, Chriſtus: quoniam jam non ſibi vixerat,
,, ſed Chriſto potiùs, qui pro peccatis noſ-
,, tris mortuus eſt, & reſurrexit propter
,, juſtificationem noſtram, vt nullatenùs
,, peccato vlteriùs ſerviamus. Vitia quo-
,, que ſupplantans, contra mundum, car-
,, nem, & poteſtates aereas luctamen aſ-
,, ſumens viriliter, vxore, villa, bobus, à
,, cœna magna retrahentibus invitatos,
,, penitùs abdicatis, cum Jacob Domino
,, jubente ſurrexit: & gratia Spiritus ſep-
,, tiformi accepta, octoque ſibi aſsiſtenti-
,, bus Beatitudinibus, Bethel domum Dei,
,, quam ſe ipſum præparavit eidem, per
,, quindecim gradus virtutum, qui myſti-
,, cè in Pſalterio continentur, aſcendit: &
,, ibidem altare cordis Domino conſtruens,
,, aromata devotarum orationum obtulit
,, ſuper eo, per manus Angelicas in conſ-
,, pectu Domini deferenda, concivis An-
,, gelicus mox futurus.

,, Ne verò ſibi ſoli proficeret in mon-
,, te, tantummodò Rachel amplexibus in-
,, hærendo, contemplationi pulchræ qui-
,, dem, ſed ſterili, ad Liæ interdictum deſ-
,, cendit cubiculum, minaturus gregem
,, gemellis fœtibus fœcundatum ad inte-
,, riora Deſerti pro vitæ paſcuis perqui-
,, rendis, vt illic, vbi manna Cœleſtis dul-
,, cedinis reficit à ſæcularium ſtrepitu ſe-
,, gregatos, cum lachrymarum effuſione
,, mittens, cum exultatione manipulos ad
,, æternitatis reportaret horrea, cum po-
,, puli ſui Principibus collocandus coro-
,, na juſtitiæ coronatus. Qui nimirùm non
,, quæ ſua ſunt quærens, ſed potiùs, quæ
,, ſunt Chriſti, & eidem velut apis argu-
,, mentoſa deſerviens, necnon quaſi ſtella
,, matutina in medio nebulæ, ac quaſi Lu-
,, na plena in diebus ſuis, & ſicut Sol in Ec-
,, cleſia Dei fulgens, lampadem, & tubam
,, in manus aſſumpſit, vt lucentium ope-
,, rum documentis humiles attraheret ad
,, gratiam, & protervos à noxis retraheret
,, exceſsibus, dura increpatione terrendo.
,, Ac ſic virtute charitatis afflatus, in caſ-
,, tra Madianitarum, Eccleſiæ judicium
,, declinantium, per contemptum, eo ju-
,, vante, qui dum virginali vtero claude-
,, retur, mundum ſuo circuibat imperio
,, vniverſum, intrepidus irruit, & abſtulit
,, arma, in quibus confidebat fortis arma-
,, tus, atrium ſuum cuſtodiens, & diſtri-
,, buit ſpolia, quæ tenebat, ejuſque capti-
,, vitatem captivam reduxit in obſequium
,, Jeſu-Chriſti.

,, Hoſte itaque triplici in terra poſitus
,, ſuperato, Regno Cœlorum vim intulit,
,, & illud rapuit violentèr, & poſt hujus vi-
,, tæ quàm plura glorioſa certamina de
,, mundo triunfans, felicitèr migravit ad
,, Dominum, multos præveniens ſcientia
,, præditos *ſcientèr neſcius, & ſapientèr in-*
,, *doctus.*

Hìc gradum ſiſto: *Scientèr neſcius, & ſapientèr indoctus*? Pape! Exeant nunc, qui idiotam, & Sacrarum Litterarum imperitum judicarint: in quos haud muſsitans, præclarè invehitur Cardinalis de Aguirre; quærens enim quibus Doctoribus Syderea Aureola in Cœlo conferatur? Alijs præmiſsis, reſpondet: *Idem* putandum de
,, omnibus Religionum Patriarchis, ſeù
,, Fundatoribus, ſivè doctis, ſivè non doc-
,, tis. Nàm eſto aliqui nullam ſcientiam

,, ſpe

,, ſpeculativam didicerint, aſſecuti ſunt
,, ſcientiam Sanctorum, quæ in Sacra Scrip-
,, tura omnibus diſciplinis præfertur, &
,, meritò Sapientia appellatur. Nempè aſ-
,, ſecuti ſunt cognitionem ſaluberrimam
,, Dei, ac ſui ipſorum non modò ſpecula-
,, tivam, ſed practicam, & perfectæ cha-
,, ritatis, atque humilitatis inſeparabilem
,, comitem: eamque verbo, & exemplo
,, imprimere ſtuduerunt in Sectatoribus ſuæ
,, Regulæ, ſivè *inſtituti*. Exeant ergò ſu-
ſurrantes Zoili ſuperbè ſapientes, ac mur-
murantes, vndè tanta doctrina evenerit
Franciſco? Quibus tamen abundè reſpon-
detur, in rerum Divinarum indagine Phi-
loſophorum libris, & vero ſæculi magiſte-
rio præſtare Sacrorum Librorum humi-
lem, & ſinceram lectionem, & ſanctam
meditationem, modo quæ leguntur, me-
ditationeque percipiuntur, opere com-
pleantur. Ita didicerunt Arſenius, Paulus,
Benedictus, Baſilius, Joannes Damaſce-
nus, & Antonius Magnus, qui vniverſam
S. Scripturam memoria tenuiſſe dicitur,
cujuſque aliqua opera extant doctiſsima ſa-
ne in Bibliotheca Veterum Patrum: *Licèt*
,, *dicant*, ait Alapide, S. Franciſcum fuiſ-
,, ſe idiotam, ſed fuit mentis puriſsimæ,
,, à Cardinalibus, alijſque ſubindè roga-
,, tus de altiſsimis Sacræ Scripturæ, &
,, Theologiæ difficultatibus ita ſubtilitèr
,, reſpondit, vt Doctores Theologos ſu-
,, peraret. Undè quanto minus humani ſtu-
,, dij, inquit Eminentiſsimus Trejo, & hu-
,, manæ litteraturæ concedatur Franciſco,
,, tanto ampliùs ejus eminet laus doctrinæ;
,, quia, ſi non acquiſita: ergo revelata; ſi
,, revelata: ergo vèra, excellens, ſecura
,, doctrina, nempè Spiritus Sancti doctri-
,, na, & Chriſti. Talem ſcientiam, ſub-
,, jungit laudatus Cornelius, habebat Sanc-
,, tus Franciſcus, qui de Deo, & rebus Di-
,, vinis ita ſapientèr, ſubtilitèr, & arden-
,, tèr diſſerebat, vt Theologos omnes ſu-
,, peraret, cunctique dicerent ejus ſcien-
,, tiam non eſſe humanam, ſed cœlitùs *ac-
ceptam*. Quod Biliſano valdè arridet di-
,, centi: *Eſt tacens*, qui invenitur Sapiens,
,, & hoc in Franciſco demiratus eſt mun-
,, dus, qui abſque humana voce replevit
,, Orbem ſapientia *Cœli*. Et alibì: *Ideo* for-
,, tè Sacrorum Stigmatum formatio voca-
,, tur impreſsio, nàm pro Seraphicis Scrip-
,, toribus, qui præclara opera ſua typis
,, excudunt, nobile præpoſuit Franciſcus
,, exemplar, in cujus corpore primò im-
,, preſſum proprio cruore *rubricatum*. Hinc
præcitatus Cardinalis de Trejo; alia vt
mittam, in medium profert aurea hæc ver-
,, ba: *Docet* etiam in ſuis libris Franciſcus,
,, tanquam poteſtatem habens exemplo
,, Chriſti: quem enim verba Seraphico
,, ſpiritu plena, & Regio ſignata ſigillo,
,, non compellant? Non immeritò ei con-
,, venire exiſtimem, quod Tito præcipit
,, Apoſtolus, cum omni imperio doceto
,, (non quod imperioſè, & tumidè Divina
,, doctrina prædicanda ſit, ſed quod bono
,, exemplo, & vitæ integritate venerabilis
,, factus Magiſter ſuam doctrinam reddat
,, obſervandam, vt ipſius capitis ſeries ſa-
,, tis oſtendit, & obſervant Sacri Docto-
,, res.) Franciſcus enim cum imperio, &
,, poteſtate docet, tùm ex vitæ, & morum
,, integra diſciplina, tùm ex auctoritate, &
,, majeſtate Chriſti, cujus ſignatus, adeò
,, Deiſormis effectus eſt, vt humanis ocu-
,, lis, cum non diſſonet doctrina, ſed con-
,, veniat, Chriſtus videri poſsit: Et ſi nos,
,, qui non vidimus perſonam Chriſti, Fran-
,, ciſcum ſtigmatibus decoratum, loquen-
,, tem verba Chriſti audiremus, aut ſcri-
,, bentem manu clavo transfixa, videre-
,, mus; non immeritò ejus ſimilitudine de-
,, cepti, Chriſtum audiſſe, aut vidiſſe ſcri-
,, bentem dicere auderemus. Quis ergo
,, non plurimi faciat? Quis non libentèr le-
,, gat doctrinam Chriſti, transfixis manibus
,, Franciſci ſcriptam? Quis manus transfi-
,, xæ ſanguine madentem chartam, cala-
,, mum, attramentumque non veneraretur,
,, ſi Franciſcum ſcribentem aſpicere mere-
,, retur? Crede tamen mihi, Lector, pluris
,, facienda eſſe verba dicta, & ſententias
,, ejus, quàm illa materialia ſigna: nàm ſi
,, iſta transfixæ manus ſanguine rubebant,
,, illa cordis ſanguine, & Seraphico ſpiri-
,, tus ardore ſunt ignita; & quantò Spiri-
,, tus Divinus, ex quo fonte illa emana-
,, bant, omnibus alijs pretioſior eſt rebus,
,, tantò dicta, ſententiæ, præcepta, & con-
,, ſilia Franciſci, pluris fieri debent, quam
,, charta, calamus, & attramentum, etiam
,, ejus ſanguine rubricata. Qui ergo illa,
,, ſi dignus videre fuiſſes, tanti haberes,
,, pluris iſta, quæ tibi nunc tradduntur, *ha-
,, beto*.

Luce igitur, calore, colore, Franciſ-
ciadum ſuorum pennis facem præferens,
doctus in ſtuporem, pangens, pingens, pun-
gens, quos Evangelicæ paupertatis fecit
hæredes, ſequentibus ditavit ſcriptis, ob
quæ, & jure, Scriptoribus Eccleſiaſticis
adſcribitur à ferè cunctis Nomenclatori-
bus. Scripſit ipſe, cum deſiperet.

Primam Regulam, quam Innocentius

ſine Bulla confirmavit, quæ incipit: *Hæc eſt vita*, in 23. capitibus partitam, quadamque exhortatione ad Fratres terminatam integro verſiculo: Gloria Patri, &c.

Secundam Regulam, cujus initium: Regula, & vita 12. capitibus poſt quadragenarium jejunium in monte Columbæ, ipſius manu Franciſci exaratam, immò à Deo revelatam, teſtibus S. Bernardino Senenſi, nonnulliſque gravibus Authoribus apud noſtrum Diſcalceatum Haye, tom. 2. opuſc. In Sacrario D. Franciſci Aſsiſio, præter cæteras egregias, quæ ibi aſſervantur reliquias, diligentèr cuſtoditur Regula iſta manu ipſius Patriarchæ exarata. Necnon Hiſpaniæ, in Paternanenſi Eccleſia decorè conſervatur manu etiam tanti Auctoris pulcherrimè exarata, vti narrat occulatus teſtis Illuſt. D.D.Fr. Damianus Cornejo, tom. 1. Chronic. Ordinis, lib. 1. cap. 6. Extat quoque M.S. in Bibliot. Canonicorum Regular. Tungrenſium Ditionis Leodienſis, teſte Sandero, innumeriſque gaudet editionibus, ac 200. Expoſitoribus. Diplomate confirmavit Honorius III. Laudavit Gregorius IX. Declararunt Innocentius IV. Nicolaus III. Clemens V. Hæc tandem Regula ipſius Seraphici Patris teſtimonio, *Liber eſt vitæ ſpes ſalutis, arrhabo gloriæ, medulla Evangelij, via Crucis, ſtatus perfectionis, clavis Paradyſi, pactum æterni fœderis.*

Regulam Sororum pauperum duodecim capitulis: ejus initium: In nomine Domini.

Regulam Tertiariorum, ſivè Fratrum de Pœnitentia viginti capitulis. Incipit: Si qui voluerint.

Collationes Monaſticas XXVIII. quarum prima: *De puſillo grege multiplicando.* Ultima verò: *Qualitèr converſandum ſit in Monaſterio S. Mariæ de Angelis.* Concinavit quoque:

Officium Paſsionis Dominicæ ad rem compoſitis Pſalmis, vt nihil aliundè, quam ex Davidico Pſalterio, alijſvè Sacræ Scripturæ Libris admiſcuerit. Titulus: *Ordo recitandi Officium Paſsionis ab hora Completorij Feriæ quintæ Majoris Hebdomadæ, quando Chriſtus Dominus traditus eſt, uſque ad Completorium Sabbati Sancti, & omnibus diebus Ferialibus per annum.*

Canticum Solis proprio idiomate, incipit: Altiſsimo Omnipotente, à præcitato Joanne de la Haye in Latinum, in Hiſpanum verò ab Illuſtriſsimo Cornejo everſum. tom. 1. ſuorum. Chronic. Ordinis, fol. 482. Lege Cornelium à Lapide in 43. Eccleſiaſt. v. 2.

Canticum ſecundum etiam Italicè. *De effectibus Divini amoris.*

Canticum tertium de vehementia ejuſdem amoris, eodem Idiomate, Hiſpanis, & Latinis donatum à præfatis Authoribus, & Joannetino Niño, nunc jambicis, nunc Anacreonticis, Elegiacis, Saphicis, ac Horatianis carminibus.

Apophthegmata ſeptem ſupra quinquaginta, in vnum collecta à Doctiſsimo Joanne de la Haye, lib. 3. opuſc.

Colloquia quadraginta in familiaribus collationibus prolata inter amicos, & laudato Haye, à Apophthegmatibus diſtincta. Ibidem.

Prophetias ſex ſuprà decem, alijs miſſis, quas Beatiſsimus Pater prophetaverat, ab eodem erudito Auctore collectas eodem tom. 3.

Parabolas duas. Initium primæ: Virgo quædam pauper. Secundæ verò: Rex quidam.

Exempla quinque de obedientia, mortificatione, humilitate, & amplitudine Ordinis Minorum.

Benedictiones ſeptem, vnam Fratris Leonis, aliam Sacri Conventus Alanqueræ in Luſitano Regno, aliam Zelatorum Minoritici Inſtituti, aliam Civitatis Aſsiſij, aliam Bernardi de Quintavalle, duaſque omnium Fratrum Minorum.

Oracula triginta. Verba prima primi apud laudatum Haye: *Maximus hominis inimicus eſt caro.* Prima vltimi: *Guſtanti Deum omnis delectatio mundi videtur amaritudo.*

Epiſtolam ad univerſos Chriſtianos. Incipit: Quam benedicti.

Epiſtolam aliam ad vniverſos Chriſti Fideles. Incipit: Cum ſim ſervus omnium, & clauditur quadam devota peroratione, tredecim capitulis præmiſsis.

Epiſtolam vnicam ad D. Antonium Paduanum. Incipit: Placet mihi.

Epiſtolas duas ad Beatam Virginem Claram, cæteraſque Sorores S. Damiani. Prima incipit: Quia Domini inſpirationi. Secunda: Ego Fr. Franciſcus.

Epiſtolas duas ad Fr. Eliam. Initium primæ: Frater det tibi Dominus. Secundæ: In omnibus Frater Elias.

Epiſtolam vnicam ad Generalem Miniſtrum. Ejus prima verba: Dominus te cuſtodiat.

Epiſtolas duas ad Generale Capitulum. Incipit prima: Nomen Dei audientes. Secunda: Quia qui ex Deo eſt.

Epiſtolam vnicam ad Provinciales Ordinis

dinis Minorum. Ejus initium: In regimine veſtro.

Epiſtolam vnicam ad Sacerdotes totius Ordinis. Incipit: Audite Dòmini.

Epiſtolam vnicam ad univerſos Clericos. Prima verba: Quoniam debitor.

Epiſtolam vnicam ad vniverſos Cuſtodes. Incipit: Scitote.

Epiſtolam vnicam ad Populorum Rectores, cujus initium: Conſiderate.

Epiſtolam vnicam ad Fr. Leonem, ipſius manu Franciſci exaratam. Incipit: Ita dico tibi, Fili mi.

Epiſtolam vnicam ad Dominam Jacobam de ſeptem ſoliis, ſed imperfectam. Initium ejus: Scias Chariſsima. Scripſit quoque:

Opuſcula viginti ſeptem capitulis diſtincta de præcipuis virtutibus, & gravioribus vitijs. Agit cap. 1. *De fide erga Deum*. In vltimo: *De abſcondendo bonum, ne perdatur*. Ex his plura, quaſi magis vtiliora, ſuis verbis iterum inculcata, ſub titulo: *Verba P. N. Franciſci*, & ſeorſim in vnum congeſta leges, tom. 1. opuſcul. ejus à præfato Haye elaborato. Nonnulla extant M. S. in Bibliotheca Alnenſis Abbatiæ Ditionis Leodienſis, & impreſſa ad finem Tom. III. Biblioth. VV. PP. editionis primæ.

De virtutibus, quibus decorata fuit Sanctiſsima Virgo. Incipit: Regina Sapientiæ.

De vera, & perfecta lætitia Fratrum Minorum. Incipit: Quamvis Fratres Minores.

Expoſitionem ſuper orationem Dominicam, non minus devotam, quam eruditam. Ejus prima verba: Pater noſter, Beatiſsime, & Sanctiſsime.

Laudem Domini Dei Altiſsimi Franciſci charactere ſcriptam, & in Conventu ſuo Aſsiſienſi aſſervatam, quæ incipit: Tu es Sanctus Dominus Deus.

Salutationes tres, aut Orationes ad Virginem Mariam. Exordium primæ: Ave Domina Sancta. Secundæ: Sancta Dei Genitrix. Tertiæ: Sancta Maria Virgo.

Orationem præponendam horis Canonicis. Ejus initium: Sanctus, Sanctus, Sanctus. Memoriam fecit hujus Doxologiæ Cornelius à Lapide in 43. Eccleſiaſt. verſ. 54.

Orationem in ſuæ converſionis initio. Incipit: Magne, & glorioſe Deus.

Orationem pro obtinenda paupertate, quæ incipit: O Domine Jeſu.

Orationem, quam dicere ſolebat, quando Sanctiſsimum Corpus elevabatur à Sacerdote. Ejus prima verba: Domine Deus.

Item: *Laudes quaſdam in vulgari ad Sorores Sanctæ Claræ*. Ex Mariano Florentino in Chronic.

Sermonem ſuper illud: *Venite ad me omnes, qui laboratis*. M. S. Sandero teſte, apud laudatam Alnenſem Bibliothecam.

Orationes tres: aliam quotidianam, cujus initium: Deus meus, & omnia; aliam in infirmitate, his primis verbis: Gratias tibi ago; aliam pro commendanda ſua Familia, quæ incipit: Domine commendo.

Teſtamentum, non morte teſtatoris, ſed immortalitatis vitæ condonatione ſancitum. Incipit: Dominus ita dedit mihi. Tandem (miſsis aliquibus Opuſculis, & Sermonibus) ſcripſit:

Orationem ad impetrandum Divinum amorem, cujus initium: Abſorbeat, quæſo Domine.

Prodierunt hæc abſque Commentarijs Mediolani, Alexandriæ, Neapoli, Lugduni, ac Salmanticæ ſtudio Fr. Joannerini Niño Minoritæ apud Antonium Ramirez 1624. Cum Commentarijs, Antuerpiæ ex Officina Plantiniana 1623. cura R. A. P. Fr. Lucæ Uvadingi celeberrimi totius Ordinis Hiſtoriographi. Et Lugduni ſumptibus Petri Rigaud, anno 1653. labore R. P. Fr. Joannis de la Haye clariſsimi Sacrorum Librorum Interpretis.

Nudus, humi jacens terrenis vinculis expeditus, in Cœlum evolavit IV. Nonas Octobris, anno Chriſti milleſsimo ducentiſsimo vigeſsimo ſexto, ætatis quadrageſsimo quarto, ita vt veriſsimè dixerit Raphael Volaterranus: *Conſervatoris noſtri per omnia ferè typum geſſit*. Secundo poſt obitum anno, tanta ſolemnitate, quanta alius nunquam canonizatus eſt à Gregorio IX. qui viventem amicè dilexit, & mortuum quouſque veneratus eſt, vt Aſsiſium cum vniverſo Cardinalium Collegio profectus ſit, & in ipſo, in quo jacebat Franciſcus, templo exhumato, & poſito in conſpectum vegeto, & integro corpore, cathalogo Sanctorum adſcripſerit, mox ei magnificam triplicis Templi Baſilicam extruxerit, in cujus imo, abditoque receſſu, Sacratiſsimum theſaurum hoc appoſito epitaphio deponi curavit.

***

*** *** *** *** *** ***

Viro Seraphico, Catholico, Apoſtolico;
Franciſci Romani,
Celſa humilitate conſpicui,
Chriſtiani Orbis fulcimenti,
Eccleſiæ Reparatoris,
Corpori, nec viventi, nec mortuo,
Chriſti crucifixi plagarum,
Clavorumque inſignibus admirando;
Papa novæ fœturæ collachrymans,
Lætificans, & exultans,
Juſſu, manu, munificentia, poſuit,
Anno Domini M. CC. XXVIII.
XVI. Kal. Auguſti.
Ante obitum mortuus, poſt obitum vivus.

SANCTUS ANTONIUS (DE PADUA ex ſepulturæ loco nuncupatus) Natione Luſitanus, Ulyſſipponenſis, ex Canonico Regulari Sancti Auguſtini, zelo martyrij flagrans, Minorita factus, talem ſe præſtitit, vt quid potiùs mirer, vitæ ne integritatem, an ſelectam eruditionem, dicendique promptitudinem, & facundiam dubius hæreo. Jure malleus hæreticorum, novus Elias, Eſdras alter nominatur, quem pauperum Patriarcha Epiſcopum ſuum conſueverit appellare. Haud eſt Inſtituti noſtri ejus virtutes, eximiam ſanctitatem, præclaraque miracula recenſere, fusè narrata à noſtris Uvadingo, tom. 1. Annalium; ac Joanne de la Haye, miſſos faciens ferè innumeros domeſticos, extraneoſque AA. Zelo juncta chatitas, veritas, ac modeſtia teſtes ſunt ſuæ præclariſsimæ doctrinæ, cujus monumenta tenet ejus percelebris Præceptor Abbas Vercellenſis, cap. 3. operis Theologiæ Myſticæ Dionyſij Areopagitæ, quod è Græco in Latinum tranſtulerat, illis verbis: *Frequenter amor penetrat, vbi cognitio Phyſica foris ſtat. Legimus quoſdam Sanctos Epiſcopos minus imbutos fuiſſe Phyſicis doctrinis, qui & Myſticam Theologiam captu mentis haurientes, Cœlos penetrabant, omnem phyſicam cognitionem ſubtiliſsime tranſcendentes vſque ad Beatiſsimam Trinitatem. Quod & ego in Fr. Antonio de Ordine Fratrum Minorum peculiari familiaritate expertus ſum. Qui cum eſſet minus imbutus litteris ſæcularibus, animi puritate, & mentis ardore ſuccenſus Myſticam Theologiam captum mentis excedentem, & ferventèr deſideravit, & abundantèr auſit, vt poſsim dicere de eo, quod de Joanne Baptiſta ſcribitur: Ille erat lucerna lucens, & ardens. Amore enim ardebat interiùs, & exemplo lucebat exteriùs.* Sunt ergo tanti Doctoris editæ lucubrationes,

Sermones Dominicales Adventus, & de Tempore.

Sermones quadrageſimales, quoad Dominicas.

Sermones Quadrageſimales.

Sermones Dominicales de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Interpretatio Myſtica in Sacram Scripturam.

Concordantiæ Morales Sacrorum Bibliorum. Hæc cuncta ſimùl cuſſa ſunt, ſtudio laudati Fr. Joannis de la Haye, Lugduni, ſumptibus Petri Rigaud 1653. in fol. Vidi. In lucem quoque prodierant ejus

Sermones Dominicales, & de Sanctis, Pariſijs, ſub prælo Jodoci Badij, 1521. in 8. & Venetijs 1575. in 8. apud Joannem Antonium Bertanum. Vidi.

Sermones Dominicales, ſivè de Tempore. Pariſijs, Typis ejuſdem Badij 1528. in 8. & Venetijs per Bertanum ſtudio Fr. Raphaelis

phaëlis Maffei Veneti, Theologi Minoritæ,
1574. in 8. Vidi.

De Feſtivitatibus B.V. Mariæ Concordantiæ Bibliorum, & fragmenta. Apud tom. 3. Biblioth. Virginalis Fr. Petri de Alva.

Concordantiæ Morales Sacræ Scripturæ, Romæ, apud Alphonſum Ciccaonium, 1624. in 4. labore, ac induſtria Uvadingi. Vidi. Ejus in capite præfixum extat R. A. P. Fr. Franciſci Bivarij, Theologi Ciſterciensis, ac Generalis Procuratoris in Urbe, præclarum laudati operis elogium, quod
„ hic ſubnectam. Quid ni verò, inquit,
„ Theodidactum appellem, quem Patris
„ ipſa ſapientia infantilem ætatem refe-
„ rens, non ſemèl Sacræ Lectioni dedirum
„ inviſir, inſtruxit? Eccleſiæ lucernam
„ Italia vniverſa experta eſt, cujus præſer-
„ tim populis, rametſi in Hiſpania ortus,
„ Doctor eſt deſignatus, poſitam ſuper
„ candelabrum, vt luceret omnibus, qui
„ in ea erant. Sacræ Theologiæ Sacrarium
„ ob miram in ejus diſciplinis peritiam ju-
„ rè dictus eſt, quamquàm, & eo reſpexiſ-
„ ſe crediderim, quod ei Seraphicus P.
„ Franciſcus, Theologi ſui nomen indide-
„ rit. Divinam ſiquidèm Theologiæ pra-
„ xim, quam à Jeſu-Chriſti Crucifixi ma-
„ giſterio ille didicerat, & præferebat ac-
„ tis; iſte veluti Franciſci Sacrarium, theo-
„ ricè retinebat, tanta præditus dicendi
„ virtute, vt non ſolùm efferatos quoſque
„ hominum manſuefecerit, ſed quod in
„ Orphæo finxit antiquitas, hoc in Anto-
„ nio verum fuerit, dùm videlicèt feras ip-
„ ſas, piſces, inquam, ratione carentes ad
„ ſui audientiam excitavit, & brutum ani-
„ mal verbo, vt genuflecteret, fecit. Por-
„ rò vtriuſque Teſtamenti Arcam jurè vo-
„ catum, vel hæ Concordantiæ abundè
„ probant. Quemadmodum ſiquidem in
„ Arca illa priſcæ legis documenta in ta-
„ bulis exarata continebantur, quibus ho-
„ mines mores ſuos componere, & benè,
„ beatèque vivere edocerentur; ſic & in
„ hiſce Antonianis Concordantijs vniver-
„ ſa morum doctrina ad certas redacta ta-
„ bulas conſpicitur, tali diſpoſita metho-
„ do, & artificio, vt cuivis facillimum ſit
„ incomparabilem ſibi theſaurum, ſivè ad
„ contiones, ſivè ad actiones, ſivè ad me-
„ ditationes depromere, ex quo non abs
„ re Antonius credatur Evangelicus ille
„ Paterfamilias, qui profert de theſauro
„ ſuo nova, & vetera. De theſauro, in-
„ quam ſuo, in quo nihil non aureum, ni-
„ hil non pretioſum, nihil vulgare repe-
„ ries, ſed margaritas, ſed gemmas, &
„ lapides omnis generis pretioſos, & au-
„ rea cuncta; verè Angelicæ mentis virtu-
„ tem ſpirantia. Hunc ſi alterum Grego-
„ rium dixeris, à vero non aberrabis, nem-
„ pè in eo non diſſimilitèr enitet Tropolo-
„ gici, Anagogici, Allegoricivè ſenſus,
„ vndecumque eruendi facilis, ac mira
„ dexteritas, vti ea de re non minus illius
„ conciones, quam Morales hæ Concor-
„ dantiæ manifeſtum perhibent teſtimo-
„ nium.

Inſuper FR. ANTONIUS PAGI, Minorita ejuſdem Paduani Doctoris communes fecit ineditos alios

Sermones de Sanctis, & de diverſis. Avenione per Petrum Offray 1684. in 8. Vidi. Demùm in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ extat opus aliud (omnibus Nomenclatoribus noſtris ignotum) pergameneum, litteris valdè bonis exaratum in 4. cui titulus:

Incendium amoris; initium libri: *Noverint univerſi.* Prologi prima verba: *Incipit prologus libri, qui vocatur incendium amoris editum à Divo Antonio Confeſſore de Padua.* Ex calce operis perſpicuum eſt laudatum opus è Padua in Hiſpalim translatum eſſe anno 1521. Vidi, & legi. Natura ſolutum Paduæ, anno M.CC.XXXI. Gregorius Nonus, ante annum ab ejus obitu expletum, adlegit inter Sanctos cujus lingua benedicta (pulcherrimè celebrata à R. A. P. Franciſco Mendoza Soc. Jeſu eruditiſſimo alumno, orat. 1. de S. Antonio in Viridario) 32. poſt ejus tranſitum anno, interrupta viſa fuit. In præſentiarum quoque, Hiſpaniæ, ex Apoſtolico Decreto feſtivus noſtri Thaumaturgi dies agitur. Quid plura? Mehercle, ad ejus laudes addidiſſe aliquid, decerpſiſſe eſt.

B. ANDREAS ANAGNINUS ex illuſtri Signiæ Comitum proſapia oriundus, Romanos Pontifices Gregorium IX. dùm lucem aſpexit, pro patruum habuit, Alexandrum IV. proavum, cum Minorum Ordini nomen dedit, & Bonifacium VIII. nepotem nactus eſt, cum diem clauſit extremum. A Bonifacio VIII. Præsbyter Cardinalis deſignatus, oblatam dignitatem ex humilitate conſtantèr rejecit, potiùs eligens in clauſtro inglorius latere, quam in ipſo Orbis, & Urbis Theatro purpuratus incedere. Ipſum celebrans Nicolaus Commenus in Hiſtoria Gymnaſij Patavini, inquit: *Notatur hic, vt Sanctitatis exemplar eximium, Templiſque dignum, & Aris.* Sanè Chriſti Vicarius Innocentius XIII. ſacros honores eidem Beato homini per

Sa-

Sacram Congregationem Rituum decretos, Apoſtolica authoritate firmavit, annuens in illius honorem ſub ritu duplicis majoris, quotannis Kalendis Februarij, ab omnibus, qui Minorum appellatione cenſentur, Officium, & Miſſam celebrari. Jure quoque prædixerat ibidem laudatus Commenus : *Non tamen hic ponitur ut alumnus Gymnaſij noſtri, ex ſapientia clarus, quamvis ex hac etiam eum claruiſſe cum Lynſengrenio non dubitat Oldoinus.* Et paucis interjectis: *Studioſiſſimum fuiſſe Deiparæ Virginis probat volumen ab eo editum:*

De Partu Virginis; hujus egregij operis meminit quoque Marracius. Illo Republica Litteraria ſe deſtitui tantò vehementiùs conqueritur, quantò impenſiùs à graviſsimis illius ævi, ac ſummis viris prædicatur, ut in ſuis Enciclycis Litteris monebat anno 1724. R. A. Fr. Laurentius à Sancto Laurentio, qui à Generali totius Ordinis Miniſteriatu ad Cardinalitiam dignitatem aſſumptus eſt. Scripſit inſuper, teſte Ludovico Caſtaneo Sanctæ R.E. Cardinalium Nomenclatore:

Sermones Sacros ad populum provehendi Deiparæ honoris cauſa declamatos. Vitam ſanctiſsima morte terminavit Piſis, in Conventu Provinciæ Romanæ, Kalendis Februarij, anno 1302. Agunt de ipſo, præter laudatos Authores, S. Antoninus, Uvadingus, Bzovius, alijque non pauci apud Arturum in Martyrologio Franciſcano die prima Februarij.

BEATA ANGELA FULGINAS, Vidua, Tertij Inſtituti Franciſcani alumna, virtutibus, ac miraculis præclara, cujus exemplariſsimam vitam habes tom. 3. Annalium noſtri Uvadingi, Divinis favoribus cumulata obſcura Scripturæ loca, & Sanctiſsimæ Trinitatis, aliaque Fidei Myſteria, quæ Doctiſsimis obſcura ſunt, clariſsimè explicavit. Ex præſcripto Arnoldi Minoritæ ipſius Confeſſarij, vitæ ſuæ curſum, gradus perfectionis, extaſes, quas aliquandò per triduum patiebatur, viſiones, & revelationes, quas à Deo, & Sanctis accipiebat, aliaque pia opuſcula ipſi Confeſſario ſcribenda dictavit, quæ libello conſcripta, maxima legentium utilitate, ac doctorum hominum approbatione Italicè, Hiſpanicè, Germanicè, & Latinè Typis ſæpiùs impreſſa prodierunt. Duo hujus operis exemplaria M. S. ſatis vetuſta teſtatur Uvadingus apud ſe habuiſſe, quorum unum Italicum, & alterum Latinum in quibuſdam ab impreſſo diſcrepabant. Barcinone quoque in celebri Bibliothecâ Domini Raymundi Dalmaſes aliud extabat exemplar M. S. idiomate Principatus Cataluñenſis, unà cum alijs pietatis opuſculis in fol. Matriti in Bibliotheca Conventus Regul. Obſervantiæ ſub N. N. num. 23. aſſervatur ſub hoc titulo:

Vita Angelæ de Fulgino, quæ continet proceſſum, per quem Dominus direxit greſſus ejus in viam pœnitentiæ. Editio antiqua in 4. Item Coloniæ Agrippinæ editio facta eſt libri inſcripti:

Beata Angela de Fulgino oſtendens nobis veram viam, qua poſſumus ſequi veſtigia noſtri Redemptoris. Apud Joannem Gimnici 1601. in 8. Vidi. Communes fecerat Hiſpaniæ

Ejus revelationes RR. ac V. D. D. Franciſcus Ximenez Ciſneros S. R. E. Cardinalis, cujus præcepto primò excuſſæ fuerunt Toleti, anno 1505. in 4. Item Valentiæ, anno 1596. in 8. Vidi. Viſiones de Beata Virgine Maria tranſcripſit, ac edidit latinè noſter Alva, tom. 3. ſuæ Bibliothecæ Virginalis. Ejus vitam unà cum ejus inſtructionibus, ac *Teſtamento* Hiſpanicè publicavit D. Franciſca de los Rios Matritenſis, Matriti, Typis Joannis de la Cueſta 1618. in 8. Vidi. Nonnulla hujuſmet Sanctæ, pietatis opuſcula habes eodem idiomate apud librum prænotatum, *Compendium vitæ ſpiritualis*, Salmanticæ excuſſum anno 1625. in 8. Inſuper res geſtas Beatæ Angelæ commendavit ſcripto P. Joannes Bolandus, tom. 1. ad diem 4. Januarij. Illuſtriſsimus D. Fr. Damianus Cornejo in ſuis eruditis Ordinis Chronicis, tom. 3. Ipſam collaudat Sanctus Franciſcus Saleſius, part. 2. Introductionis ad vitam devotam, cap. 17. aliiſque in locis, Molanus, Jacobillus, & alij apud Arturum die 4. Januarij, qua obijt anno milleſimo trecenteſimo nono. In Ordine Minorum ejus feſtum colitur die 30. Martij.

ACACIUS GAYTAN, Hiſpanus Regul. Obſ. alumnus, librum ſcripſit:

De Immaculata Virginis Conceptione; Granatæ 1656. Hæc incertus Author conſcripſit manu propria, aliquos Authores Ordinis addiciens Syllabo Uvadingi in Bibliotheca Matritenſis Conv. Regularis Obſervantiæ repoſito. Quædam inſuper ligato ſermone elaboravit, ex quibus in laudem Doctoris Subtilis nonnulla carmina extant à fol. 220. libri Hiſpanicè inſcripti: *Elogia Mariæ Sanctiſsima*, juxtà editionem factam Granatæ, anno 1651. in 4. Legi,

Eſt

Digitized by Google

Eſt hujnſce mentio apud Fr. Petrum de Alva in Militia, col. 8.

ACCURSIUS A SANCTO PETRO, Luſitanus, Prov. Algarbiorum Regul. Obſerv. Lector Emeritus, patrio idiomate emiſit.

Dogmaticam Concionem habitam in ſolemni Actu Fidei: Eboræ apud Dominicum Lopez Roca 1644. in 4. Vidi.

ADAMUS ANGLICUS, immeritò PP. Dominicanis adſcriptus à Piſeo, & Baldeo, vt noviſsimè teſtantur AA. eruditi recentis Bibliothecæ Dominicanæ „ hiſce verbis: Hunc itaque Nomencla-„ toribus noſtris omnibus ignotum è nume-„ ro Scriptorum noſtrorum eliminare de-„ bui; Minorita fuit, valdèque eruditus. Sub titulo Adami Anglici Codex extabat M. S.

Super Epiſtolam ad Hebreos, Lovanij in Bibliotheca Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Valle S. Martini, fidem ſi facias Antonio Sandero, part. 2. ſuæ Bibliothecæ Belgicæ M. Scriptorum. Hunc verò indiſtinctum judico ab Adamo de Mariſco, Anglo, Sacrorum Librorum Interprete, vel ab Adamo Goddam, etiam Anglico, inter Theologos poſitivos relato à P. Muſſancio, pag. 334. ſuæ Facis Chronologicæ. De vtroque inferiùs.

ADAMUS ANIOL, alijs HANIOL, Moguntinus, Provinciæ Colonienſis Diffinitor, in Germanicum tranſtulit:

Vitam S. P. N. Franciſci à S. Bonaventura compoſitam, Coloniæ, anno Virginei partus 1646. typis Joannis Crythij: Ex Uvadingo.

ADAMUS BOCFELDIUS, natione Anglus, Sacræ Theologiæ Magiſter, ac inſignis Peripateticus, Commentaria reliquit

In Libros Topicorum.

In Libros de Cœlo, & Mundo.

In Libros de Generatione, & Corruptione.

In Libros Metheorum.

In Libros Metaphyſicæ.

Omnia hæc, præter Metaphyſicalia, aſſerit Uvadingus in Cathalogo, M. S. vidiſſe. Cuncta pariter recenſet Fr. Bernardus Sanning tom. 1. Scholæ Philoſophicæ Scotiſtarum in Auctorum indice. Ævum, quo claruit non deſignant.

ADAMUS BURVINCH, Germanus, ex Marco Duro, Regul. Obſ. Provinciæ Coloniæ, aliquando Guardianus ſuæ Patriæ, & Sacræ Theologiæ Lector, edidit *Directorium*, ſeù

Inſtructionem pro Confratribus Chordæ, ſeù Cingali S. Franciſci. Moguntiæ apud Nicolaum Heil, anno ſalutis 1640. Ex Uvading. de Scriptor.

ADAMUS GODDAMUS, quibuſdam *Godbam*, vel *Coddam*, alijs *Godhamen Uvodam*, ſeù de *Uodronio*, Anglus, Oxonienſis Doctor, Vir ſolidæ doctrinæ, ac inculpatæ vitæ: Tomum in folio ſcripſit

Super 4. Libros Sententiarum, Pariſijs excuſſum, typis Henrici Stephani, anno 1510. Et ibidem induſtria Joannis Majoris Conterranei ipſius Adæ, typis verò Joannis Barbiel, anno 1512. tertio Nonas Aprilis. Vidi. Incipit Prologus: Iſta eſt enim lex Adam Domine Deus. Quæſt. 1. diſt. 1. incipit: Circa primam diſtinctionem. Quæſt. 1. in 2. Sententiarum, incipit: Circa illud, quod dicit Magiſter. Quæſt. 1. in 3. lib. incipit: Circa tertium librum, quem aliàs Londoni toto anno pertractavi. Quæſtio 1. in 4. Sentent. incipit, demùm: Circa principium quarti. Ex capite hujus Tomi abundè conſtat, Authorem noſtrum, ex Inſula Britannia, ea in parte, quam Angli colunt, oriundum: cognomen ipſius *Goddam* eſſe, aliàs *Uoddami* OKam, & Catonis contemporaneum fuiſſe: ſuccintè, & ſolidè ſcripſiſſe: ſuccumque, ac medullam ſuarum ſententiarum Henricum Oyta extraxiſſe, ſub titulo: *Sententia Adæ*. Hactenùs in elogio à Joanne Majore conſcripto. Henricus Euta, ſeù Oyta, Trithemio teſte de Scriptor. Eccleſiaſt. ſcripſit ſuper Sententias libros 4. quorum initium: Circa prologum primi; & claruit anno Domini 1390. Hujuſcè Authoris apud noviſsimam Bibliothecam Dominicanam verbo Adamus Anglicus duo ſunt codices in Sorb. Ad calcemque vnius ſic legitur: *Explicit Lectura Sententiarum Magiſtri Adæ de Uodronio abbreviata per Magiſtrum Henricum de Hayta.* Præter opus ſuper Sententias laudati Adami M. S. inventum Toleti in Bibliotheca S. Joannis Regum, littera Y. num. 14. ſtudio Patris Fr. Petri de Alva; alia ejuſdem opera ſervari M. S. in Bibliotheca Patrum Societatis Jeſu, Lovanij, nempè *Determinationes*, & alia in Bibliotheca Franciſcanorum Namcæi, aſſerit ex Uvillot, & Piſeo, Uvadingus. Hunc Adamum *Adamum Uvo de Haman* quidam faciunt, ſed perperàm, vt rectè ex Joanne Majore infert Jacobus Uvareus de Scriptoribus Hiberniæ, lib. 1. cap. 10. Claruit noſter Author, anno 1320. De ipſo, præter laudatos, tractant Poſſevinus, Dupin, Angelus à S. Franciſco in ſuo Certamine Prov. Angliæ, fol. 325. Et Tatarerus,

tus, qui ejus auctoritate ſæpè nititur.

ADAMUS HIBERNICUS, Oxonienſis Academiæ, celebris Theologus, poſteris reliquit:

Quæſtiones Quodlibetales.

Commentaria in 4. lib. Sentent. Claruit anno 1320. juxtà Uvadingum. Probabile videtur Jacobo Uvaræo de Scriptoribus Hibernicis, lib. 1. cap. 10. vnum eundemque fuiſſe cum Adamo Goddam, quem *Hibernicum* vocat Major, lib. 4. de geſtis Scotorum cap. 21. & Gregorius Ariminenſis ſæpè citat ſub nomine *Adami Doctoris, & Hibernici Doctoris.*

ADAMUS DE MARISCO, Anglus, habitum Franciſcanum apud Uvigorniam, teſte Angelo à S. Franciſco in ſuo Certamine Anglico, induit. Poſteà Oxonienſis Academiæ Theologus Litteratus, ac moribus clarus, ſocium habuit in ſtudijs S. Antonium Patavinum, juxta Uvillotum. Electus tandèm Epiſcopus Elienſis, alio autem loco ipſius conſecrato, vt Legatus cum Fr. Joanne Canciano deſtinatur. Propter luculentam in omnium meliorum diſciplinarum genere ſcientiam, *Doctoris Illuſtrati* pro illius ætate conſuetudine cognomen obtinuit, ac proſperitati legavit

Elucidarium Sacræ Scripturæ, lib. 1.

Notationes in quædam exemplaria Sacræ Scripturæ, lib. 1.

In Cantica Canticorum, lib. 1.

Paraphraſes in S. Dionifium Areopagitam, lib. 1.

Commentaria in Mag. Sentent. lib. 4.

Quæſtionum Theologicarum, lib. 1.

Lectiones ordinarias, lib. 1.

Epiſtolarum ad Robertum Capitonem, Epiſcopum Linconienſem, lib. 1.

Epiſtolam ad Serailum, Archiepiſcopum Eboracenſem, apud Bibliothecam Bodlejanam, tom. 1. fol. 82. Claruit vſque ad annum 1260. Eſt tanti Viri memoria apud Rodulphum, Piſa, Uvadingum, Poſevinum, Dupin in Supplemento, Coronelli, tom. 1. Bibliothecæ Univerſalis, & alios.

ADAMUS PARISIENSIS, Minoritæ eruditus, edidit:

Commentarios in 4. Libros Sententiarum. Claruit ad annum 1236. vti Aroldus recenſet hic, num. 4. inquiens: *Alij erant Fr. Gulielmus Almocyb, Fr. Gualterus Ceton. Anglicus, Fr. Robertus Cephat, Fr. Adam Pariſienſis, quorum tres vltimi in quatuor Libros Sententiarum ſcripſerunt, &c.*

ADAMUS SASBOLDUS (vulgò SASBOUTH) Patritia familia Delphis Batavorum anno 1516. die 21. Decembris ſatus: Ultrajecti lingua Latina, Græca, Poeſi, & Rethorica, à Georgio Macropedio plenè inſtructus, adhùc adoleſcens Lovanium ſe contulit, vbi & Hæbraicas litteras adjunxit, & Theologiæ operam dedit ſub Joanne Haſſelio Viro doctiſsimo, qui in Concilio Tridentino deceſsit. Sæculi pertæſus, inquit Aubertus Myreus, cùm inter æquales excelleret, mutata velificatione, religioſum vitæ genus animo agitare cœpit. Sed vt deliberatio de certo vitæ curſu ineundo omnium ſolet eſſe difficillima; multa, eaque dubia, & impedita cogitatio fluctuantem adoleſcentis animum exagitavit. Cum pijs itaque hominibus, iis Timanno, Geldropiano Pontificij Collegij Præſide, quem defunctum pro funere laudavit, communicato ſæpè conſilio, cum anceps animo penderet, multiſque cogitationum fluctibus agitaretur (vt ipſe in eleganti homilia de Magis tribus edita, profitetur) Deo precibus, meditatione, nocturniſque vigilijs; demùm conſultò in Franciſcanam Familiam illo impellente, vocari ſe ſenſit; eam itaque iniit hoc condito Teſtamento.

Quam ſit vita brevis, quam ſit via lubrica, quamque
Mors incerta, bonis quæ præmia, quæque parata
Sint tormenta malis: horum meditatio noſtra eſt.
Quod facimus, quod firmamus, quod & eſſe perenne
Optamus Teſtamentum: ſalvete, valete,
Care pater, cari fratres, caræque ſorores.

Mox ſuis (quam docendi Provinciam anteà Franciſcus Tirelmanus geſſerat) Sacras Litteras explanare cœpit. Cumque incredibili Dei zelo flagraret, & mira ſuprà ætatem valeret facundia, ſæpè ad Clerum Latinè, ad Populum vernaculè verba fecit. Teſtes ſunt Homiliæ ejus ampliùs triginta, non minus venuſtæ, quam piè conſcrip-

criptæ, quæ omnium manibus teruntur. Sed cum nihil in rebus humanis proprium, ac perpetuum, ætatis ſexto, & triceſimo, Monachatus decimo, quaſi terris tantùm oſtenſus, ante diem ereptus eſt die S. Benedicti, anno ſalutis 1553. conditus Lovanij apud ſuos conſodales in æde Capitulari. Cornelius Muſius concivi, & amico maximo, hoc poſuit Epitaphium.

Adamus nomen, Batavi mea Patria Delfi,
Progenies Sausbout non inhonora fuit.
Trajectum Latias, & Græcas traddidit artes:
Lovanium Hebræas addidit, atque Sacras.
Quas, vt proferrem (culpa eſt ſepelire talentum
Et Domino vſuras non ſolviſſe ſuas)
Commoda viſa mihi Franciſci ſemita: at illam
Dùm ſequor in medijs curſibus eripior.

Cornelius Muſius Delfus amico poſuit.

Oſſa defuncti Adami reſſoſa, ante gradus Altaris ſummi repoſita ſunt, volente Illuſtriſsimo Philippenſium, & Ultrajectenſium Archiepiſcopo Sasboldo Voſmero Vicario Apoſtolico, Patris Adami ex Sorore nepote, qui ejuſdem calvariam in corporis translatione ſibi ſervavit. Michael Voſmerus, Archiepiſcopi frater, elegans accinit carmen in avunculi Adami ad vivum expreſſam imaginem.

Bis decimum, & quintum Delforum conſule Patre,
Agnatis etiam Præſidibus varijs:
Aſsiſij vatis, normamque, habitumque ſecutus,
Adamus Sasbouth, hac fuit effigie.
At genus, & vitæ ſtudium, pietaſque, ſacrumque
Eloquium, & quatuor lingua diſſerta ſonis,
Exprimitur libris, ſolers quos ſuſcipit Orbis
Authoris nomen dùm canit, & titulus.
Quæ ni pulchra diù manſuram gloria famam,
Debuerant vitæ de brevitate queri.

Scripſit ſuper 4. Libros Sententiarum.

Commentaria in Iſaiam Prophetam: præmiſſo tractatu *de Scripturarum ſenſibus.* Incipiunt: Antequam Eſaiæ expoſitionem.

Explicationes in omnes Pauli Epiſtolas. Incipit: In Epiſtola quam ad Romanos ſcripſit.

In vtroque opere doctiſsimè Hæreticorum errores refellit, ſed & litteralem ſenſum doctè, & piè, aptèque ad mores expendit, vti teſtatur Cornelius à Lapide in argumento Commentarij in Iſaiam, quem etiam inter Epiſtolarum S. Pauli Interpretes maximè commendat. Non defuit tamen tanto Viro ſuus æmulus, qui famam obſcurare attentavit, aſſerendo vtrumque hoc opus non eſſe Sasboldi, ſed Aſſelij ſui Magiſtri, cui tamen Voſmerus ſupradictus docta Apologia plenè reſpondit, quam ſimùl cum Sasboldi vita, & homilijs à ſe illuſtratis Coloniæ, anno 1613. publicavit. Et quidem opus Aſſelij in Epiſtolas Pauli, ait Cornelius poſteriori loco citatus, extare manuſcriptum Lovanij, & tanquam aliud dif-

diſtinctum iſtud Sasboldi ſubjungit. Scripſit etiam:

In epiſtolam poſteriorem S. Petri. Argumentum huius epiſtolæ.

In epiſtolam Catholicam Judæ Apoſtoli. Judas docuit in Aſia minore.

Homilias tres ſuper illa verba Levit. 20. Eritis mihi Sancti, quia Sanctus ſum: Ego Dominus, & ſeparavi vos à cæteris Populis, vt eſſetis mei: *Ad Germanos fratres ſuos Sasboldum, & Gerardum brevi Sacerdotio initiandos.* Incipiunt: Homilias haſce leviticas.

Homilias totidèm de Mortalitate, ſuper illa verba Geneſis 3. *Memento homo, quod pulvis es, &c.* Socrates apud Platonem in Alcibiade.

Homilias duas in illud Joelis 3. *Convertimini ad me, &c.* Incipit: Poſt horrenda.

Duas de Circumciſione. Si ante annos.

Homiliam 1. in feſto Trium Regum. Hiſtoria hujus diei.

In feſto Purificationis Evangelium Domini.

In Dominicis Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ, prima, ſecunda, quarta Quadrageſimæ, & Paſſionis. Duo in hac concione.

In feſto Annuntiationis, in illud Iſaiæ 7. Domine in Cœlo miſericordia tua, &c. Qui linguæ Hebrææ periti ſunt.

In Aſſumptione Virg. homilias duas. Optarem ego Patres.

Homiliam vnam in illud ad Galat. 6. Mihi autem abſit gloriari. Incipit: Monet poſt Platonem Ariſtoteles.

In Dominica 3. & 4. Adventus. Evangelium Diſcipulos Joan.

De Nativitate Domini homilias duas. Tria habemus Evangelia.

Homiliam vnam in die Animarum, ſivè omnium defunctorum, in illam proſam: Audi tellus, audi magni maris nimbus: Incipit: Annus jam eſt.

Homiliam de timore Domini habitam ad juniores Philoſophiæ ſtudioſos in feſto S. Catharinæ. Cum mecum repeto.

Orationem quodlibeticam demonſtrantem veram Chriſti Eccleſiam.

Alteram funebrem in obitum D. Titelmanni Geldropij, Præſidis Collegij Pontificij in Academia Lovanienſi, in illud Iſaiæ 57. Juſtus perit, & nemo eſt, qui recogitet corde. Incipit: Vox hæc Iſaiæ Prophetæ. Utramque dedicavit Jodoco Tenſonio Caroli V. in Senatu Brabantiæ Conſiliario.

Primum lib. Iliados Homeri totidèm Latinis convertit carminibus. Iram mihi memora. Habetur in calce ſuorum operum.

Poeticam adeò egregiè calluit, eaque erat in recitandis verſibus felici, fidaque memoria, vt 12. libros Æneidos ſine monitore promptè recitaret. Litteris inſupèr (quod præcipuum eſt) vitæ ſanctimoniam adjecit. Prodierunt ejus opera Coloniæ apud Joannem BilcKmannum an. 1568. & auctiora ibidem apud Viduam ejuſdem BilcKmanni an. 1575. Hæc Uvadingus.

Præter Commentaria in Magiſtrum Sententiarum ligata ſimùl, & correcta, vidi ejus opera edita quoque Coloniæ, anno 1588. Commentaria in Epiſtolas Pauli impreſſa ſunt Antuerpiæ in ædibus Steelſeij 1561. In 4. *In Iſaiam*, ibidem 1563. etiam in 4. Opus Homiliarum impreſſum fuit Lovanij apud Rotgerum Velpium 1570. in 16. Homilias in laudem B. Virginis, meritò à Martatio laudatas, communes fecit Antuerpiæ Joannes Bellerus, anno 1553. in 12. Tranſcriptas habes in Bibliotheca Virginali Fr. Petri de Alvà. Agunt de ipſo Valerius Andreas, Dupin, & ferè omnes Nomenclatores.

ADAMUS UBISZEVVSKI, Polonus, Regular. Obſerv. alumnus, Polonicè, & Latinè edidit:

Vitam B. Simonis de Lipnica ejuſdem Inſtituti, & Provinciæ. Videſis Continuatores Bollandi ad diem 18. Julij.

ADAMUS UVODEHEMIUS, ſeu UVODEHAMENSIS, ita ab Oppido Uvodehamo, Diœceſis Uvinconienſis, Comitatus Sonthanptonienſis in Anglia cognominatus, Guilielmi Occami aliquando Diſcipulus, & tandèm Sacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis, & in multis Ordinis Cœnobijs publicus Profeſſor, ad quem ſcilicèt audiendum concurrebant etiam frequentèr externi homines, & ſæculares. Joannes Major cum Magiſtro ſuo Occamo eruditione prædicat æqualem, adeòque percrebuit ejus fama, vt inter doctiſsimos ſui temporis Viros non injuria reputaretur. Scripſit:

Commentarios in Cantica Canticorum, lib. vnum.

Poſtillas in Eccleſiaſticum, lib. vnum.

Super Magiſtrum Sententiarum, lib. quatuor.

Determinationes vndecim, librum vnum. Utrùm Officium prophericum ſit.

Sententias Oxonienſis Concilij, lib. 1. Sententiæ ſeptem ponuntur.

De Foro Pœnitentiario Fratrum, lib. 1. Abſolutio criminis, ſivè peccati.

Contra Richardum Uvetherſetum, lib. 1.

Obijt

Obijt anno 1338. ſepultus Babvvellæ propè Buriam. Hæc Uvadingus noſter in ſuo Cathalogo. Commentaria in Magiſtrum Sententiarum aſſervantur M. S. Toleti in Bibliotheca S. Joan. Regum ſub F.F. num. 23. ſub titulo: *Lectura in 4. Lib. Sententiarum*; ſed abſque initio. Eſt tanti Viri memoria apud Le-Long, Dupin, Poſſevinum, & Angelum à S. Franciſco in ſuo Certamine Anglico, fol. 334. In Libro contra Richardum agit *de Sacramento Euchariſtiæ*.

ADEODATUS PASINUS, Italus, Patria, à Bornato, Provinciæ Brixienſis Minor. Capuccinorum alumnus, Vir potens opere, & ſermone, atque Hæreticorum hoſtis acerrimus. Quanto amore erga Seraphicum Ordinem exarſerit, facilè ediſcitur ex tribus libris ab ipſomet compoſitis contra Salluſtium de Lovinio, ejuſque convitia. Titulus horum operum

Subverſio operum Joannis Molinei à Lovinio, &c. Brixiæ apud Ricciardos anno 1656. tom. 3. in 8. Floruit circa annum 1660. Meminit hujus Fr. Dionyſius Genuenſis in ſua Bibliotheca Minorum Capuccinorum, ac Ludovicus Dupin ſæculo 17.

ADRIANUS HOFSTADIUS, Lovanienſis, Theologus, Eccleſiaſtes egregius; in antiquis Patribus optimè verſatus, ore, & calamo promptus, quem ſæpiſsimè Antuerpiæ (ſibi, & Regi Catholico reſtitutæ) de ſuggeſtu tonantem cum admiratione ſe audiviſſe narrat Franciſcus Suvertius, ſuffectus in locum P. Bartholomæi à Middelburgo, Ultrajecti primum, deindè Amſterodami, Lovanij, Coloniæ Agrippinæ, Antuerpiæ, Bruxellis, deniquè Trajecti ad Moſam, maximam ſermonibus ſuis peperit admirationem; Sacrarum Litterarum in exilio Coloniæ, ſed priùs Theologiæ Lector Lovanij, præter fratres, multorum ſæcularium maximam habuit frequentiam, cum eodem tempore illic doceret controverſias ſuas Cardinalis Bellarminus. Guardianus ſecundò fuit Lovanij, & alibì. A' morte ejus editi ſunt, cura, & diligentia Henrici Sedulij Minoritæ,

Sermones Euchariſtici LXIX. ſumptibus N. Ven. Henrici Vanatten, militaris Annonæ Præfecti, Antuerpiæ, typis Trogneſij, anno 1608. & Coloniæ, alijſque in locis. Vidi.

In Symbolum Apoſtolicum libri 12. *&* *in Epiſtolam Sancti Pauli ad Romanos*, lib. 1. aſſervantur manuſcrip. in Archivio Provinciæ Germaniæ inferioris, teſte Valerio Andrea in ſua Belgica Bibliotheca. Extat ejuſdem

Decalogi, & Catheciſmi explanatio. In dies lucem expectabat Uvadingi ſæculo. Moritur Trajecti ad Moſam, & ſepultus in nobili Deiparæ Virginis Sacello, ad dexteram Altaris hoc epitaphio,

D. O. M.
Reverendo admodùm Patri
P. Adriano Hofstadio
Hujus, & aliorum Conventuum Guard.
Meritiſſ. S. Theol. Prælectori.
Ac Divini Verbi Præconi famoſiſsimo
Obijt XXII. Novemb. M.D.XC.VIII.
Hofstadius ſacro jacet hìc, Franciſce, tuorum
De numero, magnis notus, vbiquè viris
Ingenij cujus vires Bravantia paſsim
Senſerat, & Batavi gens generoſa ſoli
Lovanium genuit, quem verbi deindè Miniſtrum,
Lectoremque ſtupens audijt eximium.
Hoc multis tandèm fractus ſudoribus antro
Conditus, ætherei vivat in arce poli.

Meminit Hoſtadij Aubertus, Dupin, & cum laude Fr. Didacus Lequile Minorita in Cathalogo Scriptorum, qui pro fide Catholica dimicarunt.

ADRIANUS HUBERTI Antuerpenſis Prov. Inferioris Germaniæ, Regul. Obſ. Secretarius, multorumque Cœnobiorum Guardianus, Flandrico idiomate edidit:

Manuale pro directione quarundam Confraternitatum. Meclinia apud Henricum Jaje 1625. Et Mediolani eodem anno.

Opuſcula Gummari à Quercu de Ordine Annuntiatarum, ejuſque Fundatoribus nonnullis additis curavit excudi, vt Uvadingus refert.

Vitam V. Joannæ Valeſiæ in 24. imaginibus æri inciſis evulgavit, eandemque totidem capitibus deſcripſit Flandricè, ac Latinè.

Vitam Fr. Gabrielis à S. Maria, laudatæ Joannæ Confeſſarij, 24. iconibus, & capitulis communem fecit.

Hiſtoriam de origine, progreſſu, & gloria miraculoſa Imaginis B. Mariæ Virginis Brevis Sylvæ, vulgò de Cortemboſch dictâ, Leodienſis Diœceſis. Mediolani, & Mecliniæ 1642.

Regulam Ordinis B. Mariæ V. Annunciatæ cum privilegijs eidem Ordini ab Apoſtolica Sede conceſſis, unà cum Tractatibus pijs R. P. Fr. Gabrielis ab Ave Maria, ad promovendum cultum ejuſdem B. Virginis vtiliſsimis, vt Marratius aſſerit. Antuerpiæ, ex Officina Plantiniana 1645. in 12. Clarebat Author (cujus memoriam egit Le-Long, lib. 2. Biblioth. Gallicæ, num. 1091. Et Dupin de Scriptor. Eccleſiaſt. Sæculo 17.) in Romana Curia, anno 1650. negotiorum Provinciarum Belgicarum Promotor, teſte Uvadingo hic.

ADRIANUS ROUFFEL, Minorita opus vulgavit inſcriptum

Optica Chriſtiana, ſivè Verbi Incarnati oculus. Monachi 1646. in 4. Ex Cathalogo Librorum Theologicorum, & Catholicorum Genovæ edito apud Gabrielem de Tournes 1725. in 8.

ADRIANUS SCHINDLER, ex Reformatis Provinciæ Bohemiæ S. Uvenciſlai, Concionator inſignis, typis dedit opus Germanicum: *Affetto Concionatorium prænotatum*.

Academia mortis, anno Domini 1693. in 4. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

ÆGIDIUS ASSISIAS, tertius S. P. N. Franciſci Socius, de quo teſtis ocularis „S. Bonaventura cap. 3. Legendæ: *Sanctus* „*Pater Ægidius Vir vtiquè fuit Deo ple-* „*nus*, & celebri memoria dignus. Hic ete„nim poſtmodùm virtutum ſublimium „exercitatione præclarus (ſicut famulus „Domini de ipſo prædixit) quamquam eſ„ſet idiota, & ſimplex, ad excelſæ contem„plationis ſublimatus eſt verticem, nàm „per multa curricula temporum ſuorum „actionibus ſemper intentus, adeò crebris „rapiebatur exceſsibus (quemadmodùm „& ego oculata fide conſpexi) vt magis „cenſeretur inter homines viram Angeli„cam agere, quam humanam. Hic ergo „cœleſti imburus diſciplina, ſcripſit.

De Conſilijs animarum.
De Fide.
De Dilectione.
De Humilitate.
De Pacientia.
De Contemptu Mundi.
De Caſtitate.
De Tentatione.
De Pœnitentia.
De Scientia vtili, & inutili.
De Timore.
De Oratione.
De Verbis bonis, & non bonis.
De Perſeverantia.
De Religione.
De Obedientia.
De Contemplatione.
De Via ſalutis, & perfectionis.
De Spirituali cautela, & ejus conſiderationе.
Et de Verbi Divini Prædicatoribus.

Hæc extant M. S. in Bibliotheca Ultrajectina, vt ex ejus Cathalogo impreſſo conſtat: In Bibliotheca Canonic. Regul. Tungrenſium, ac Lovanij in Bibliotheca Canonic. Regul. S. Auguſtini in Valle S. Martini, teſte Sandero, part. 2. Biblior. Belgicæ M. S. Latinè autem evulgata, tùm in ejus vita, tùm apud Continuatores Bollandi ad diem 23. Aprilis habentur. Idiomate autem Hiſpano tom. 1. Chronic. Seraphic. Illuſtriſsimi D. D. Fr. Damiani Cornejo, Epiſcopi Aurienſis; in libro inſcripto: *Compendium vitæ ſpiritualis*, impreſſo Salmanticæ 1625. in 8. Ac in Chronic. vetuſtis Ordinis Min. In Bibliotheca Canonic. Regul. Tungrenſium Ditionis Leodienſis extant, teſte laudato Sandero, ejuſdem Ægidij *Sententiæ*, ſeù verba aurea, quæ Antuerpiæ 1634. in 8. communis juris facta ſunt, typis Michaelis Hillenij, ſub titulo: *Sententiæ S. Patris Ægidij Aſſiſinatis Ordinis Minor. ad Chriſtianam perfectionem aſpirantibus vtiles*, apud Biblioth. Tellerianam, fol. 99. Scriptorum Eccleſiaſticorum albo adſcribitur, à Poſſevino, ex Uvillot, & Rodulpho, à Uvadingo, Dupin,

pin, ſæculo 13. & alijs. Ipſum laudant Alvarus Pelagius, Cornelius à Lapide, Boſius, Surius, S. Antoninus, S. Franciſcus Saleſius, alijque non pauci apud Arturum die 23. Aprilis, §. 2.

ÆGIDIUS BRIANSON, Minorita, qui floruit ex laudato Dupin. initio ſæculi 16. ſcripſit

Commentaria in Magiſtrum Sententiarum, impreſſa anno Domini 1512.

ÆGIDIUS CAILLEAU, Minorita, Gallus, ſcripſit

Cathalogum Viduarum, tàm veteris, quam novi Teſtamenti. Vertit è Latino in Gallicum ſermonem

Epiſtolas quaſdam D. Baſilij, & S. Hieronymi. Vivebat anno 1543. Meminère hujuſce Le-Long. tom. 2. Bibliothecæ Sacræ, fol. 661. Fabianus Juſtinianus in ſuo Elencho, & Coronelli, tom. 7. Bibliothecæ Univerſalis, col. 173. Uvadingus, & Poſſevinus, tom. 1. Apparatus.

ÆGIDIUS CAMARTUS, Minorita, publici juris fecit tomum in 4. hujuſce inſcriptionis:

De Elia Propheta, Pariſijs 1630. Ex Bibliographia Aniſſoniana impreſſa Genovæ apud Fratres de Tourner 1726. litt. C. Et Lugduni 1724. Apud Bibliographiam vero Aniſſonianam excuſamLugduni 1702. *Minimis*, haùd Minoribus adſcribitur. Fides ſit apud iſtorum Cathalogorum Authores;Camartus enim adhùc eſt mihi ignotus.

ÆGIDIUS ex Oppido CÆSARI,Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, Vir doctrina, & animarum zelo illuſtris. In Romaniæ Miſsione, Conventualibus adſcripta, (quæ Grætiam, & Thratiam vſque ad Conſtantinopolitanam Urbem complectitur) Apoſtolici Miſsionarij munus egit, & in eo obeundo ſedulus Fidei operarius fuit, diùque inter Barbaros, & Schiſmaticos deſudavit, at Doctiſsimi Viri Græcum idioma egregiè callentis, Polemicaque eruditione ſatis inſtructi, argumentis obſiſtere non valentes Græci ab incepto opere, ſupplicibus libellis ad Sacram Congregationem de propaganda Fide tranſmiſsis, exturbare tentarunt. Romam igitur reverſus, Miſsionis neceſsitatem, ac Hæreticorum veſanias aperiens, ſcripſit, ac edidit

Controverſias Marcephesiſtarum Hæreticorum cum Orthodoxa Eccleſia. Meſſanæ apud Hæredes Petri Brea 1664. in 4.

Caſuum conſcientiæ breviſsimam, ac originalem expoſitionem. Venetijs, typis Blaſij Maldura 1678. in 4. Tandèm Græcè, Latinè, & Italicè communis juris fecit *Apologias in Catalatinom Nathanaelis Xhicha Athenienſis, in quibus 53. propoſitiones Hæreticales, & erroneæ ad hominem confutantur.* Ibidèm apud Morralum in 4. anno 1678. quo vitam agebat. De eo ex Joanne Franchino in Bibliosophia Minor. Conventual. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

ÆGIDIUS CUALLART, Minorita, Belga ſcripſiſſe dicitur Gallico idiomate, apud noſtrum Alva, col. 16. ſuæ Militiæ, ligato, atque ſoluto ſermone:

De Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis devotiſsimum tractatum, editum Namurci 1641. in 8.

ÆGIDIUS DAVID, Minorita, *Seboſijs* locupletavit opus inſcriptum

Paraſceve ad Rethoricam Fr. Simonis Fontani, ejuſdem inſtituti, excuſum Pariſijs, typis Sebaſtiani Novelli 1578.

ÆGIDIUS GABRIELIS, Leodienſis, Sacræ Theologiæ Lector ex Tertiarijs Franciſcanis Regularibus, in publicum miſit:

Specimina Moralis Chriſtianæ, & Moralis diabolicæ in praxi 1675. in 12.

Theologiam Moralem latinè. Flandriæ, & Romæ juxtà correctionem S. Congregationis Indicis 1680. Poſteà in Gallia.

Theſes Morales practicas. Bruſellis 1673. Ex Ludovico Dupin ſæculo 17. & Bibliotheca Telleriana, fol. 97. Vide Eph. XIII. Erudit. Italiæ 1676. Ac Eph. XXI. Erud. Galliæ anno 1681. Ejus Provincia, & ævum me fugiunt.

ÆGIDIUS GUILLELMUS MISALIUS, Minorita Aquitanus.

Opera Joannis Scoti in Articulos, fecit, & contraxit. Extant M. S. in Bibliotheca Vaticana, Uvadingo teſte.

ÆGIDIUS HISPANUS, Minorita, inter Scriptores Hiſpanos ex Uvadingo laudatus à D. Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Veteris, edidit:

Sermones de Sanctis. Incipiunt: Philoſophia eſt Divinarum rerum ſpeculatio. Laudat Poſſevinus, tom. 1.

ÆGIDIUS LUNIACUS, ſivè vt vocant de LUGNACO, Doctor Pariſienſis, ſcripſit:

Commentaria in primum Sententiarum. Hæc Uvadingus, & Sanning in ſua Synopſi Scriptorum Ordinis, ex Uvillot, & Poſſevino.

ÆGIDIUS PAESMANS NOVENUS, Natione Belga, à Haſſeleti Oppido Diœceſis Leodienſis oriundus, Vir Muſicæ valdè

ſuæ Biblioth. Virginali, vbi à fol. 17. communis juris fecit: *Cœliloquia moralia de Puriſsima Virgine*, præmiſſo elogio.
„ *Edidit*, inquit, *Cœliloquium morale* in ſep-
„ tem diſtributum libris, in quibus de Cœ-
„ lo ſupercœleſti, id eſt, de Deo benedic-
„ to, & Sacra Trinitate, Chriſto glorio-
„ ſo, & Maria Sanctiſsima, de Mundo in
„ generali, & Cœlo Impireo, de Sphera,
„ Cœlo decimo, primo Mobili, Chriſta-
„ lino, ſtellato, de duodecim ſignis Zo-
„ diaci, de ſeptem Planetis in generali,
„ & ſpeciali quoad realitatem, & morali-
„ tatem, applicando eorum naturas, pro-
„ prietates, motus, influxus, ſyderum flu-
„ xus, & influxus, quaſi aſſumpto Eliæ
„ Prophetæ curru, & ad æthereos illos ig-
„ ne, & claritate perpetuus ſcandens, So-
„ lis, Lunæque Aureos Thronos aſcen-
„ dens, ad Eccleſiam Sanctam aſportavit
„ ad bonos mores applicuit, & vitiorum
„ deteſtationem, jàm allegoricè, anago-
„ gicevè, jam moralitèr conſcientiæ, &
„ animæ loquens, Cœlum ipſum materia-
„ le, & in eo contenta ad Cœli gloriam
„ ſpiritualem direxit, necnon veluti apes
„ argumentoſa, ex varia ſcientiarum ſu-
„ pellectile mel roſidum, & divinum colle-
„ git antidotum, & vt omnia vno ſolo pro-
„ feram verbo, omnes Gentilicas fabulas,
„ idolatrias Gentiliacas, & Mathematicas
„ ſuperſtitiones Antiquorum, Saturni, Jo-
„ bis, Dianæ, Veneris, & vnus hìc Alber-
„ tus baptizavit, & ad Chriſtianitatem mi-
„ ro artificio, & ſcientia doctè, ſubtilitèr
„ *& eruditè reduxit*. Claruit 1531. in cujus laudem, Franciſci de Caſtrocaro, Minoritæ Bonon. Exaſticon ſubjicio.

Deſcribent alij mòtus, & ſydera Cœli
Humaniſque oculis penè videnda dabunt,
Sed vulgata ferent, & non ignota legenti
Ampliùs, aut miris invenienda modis
At novus hic Scriptor reſerat penetralia ſummi
Diverſa nimiùm, ſed ratione poli
Signaque Zodiaci, atque errantia ſydera ſeptem
Haùd vllo veterum ſic retegente docet
Inſpice, mòx dices æquuſque fatebere Lector
Divinum, ac miræ fertilitatis opus.

ALBERTUS PATAVINUS, præclarus Doctor, celebris Verbi Dei Declamator (diſtinctus ab vno, & alio Alberto Patavino Auguſtiniano) Seraphicæ S. P. N. Franciſci Familiæ alumnus extitit, ſi Marco Antonio Sabelico credendum eſt, & Fr. Thomæ de Herrera in ſuo Alphabeto Auguſtiniano à N. Alva adductis tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Virginalis, fol. 609. Floruit ad annum 1287. ingenij ſui monumenta relinquens

Conciones varias, editas Pariſijs 1544. Et Venetijs 1584.

Sermones de B. Virgine, cuſſos cum alijs, Taurini in ædibus Antonij Ranoti 1529. in 4. Habes apud laudatum Alva Conciones de Feſtivitatibus Purificationis, Aſſumptionis, & Nativitatis; vbi monet pro noſtri Alberti laude eximia, *retentum morem in Eccleſia Catholica ſalutandi Virginem Mariam ante publici ſermonis initium, ab eo exordium ſumpſiſſe.*

ALBERTUS PISANUS, Etruſcus, S. P. N. Franciſci dignus Diſcipulus, Germaniæ, & Angliæ Miniſter, ac Generalis totius Ordinis, Vir verè Sanctus, & doctus, ſcripſit:

Geſta ſuorum Fratrum in Anglia, & Saxonia. Ex Uvadingo, & Theatro Provinciæ Tuſciæ, fol. 186. Claruit anno 1239.

ALBERTUS PONTARLIENSIS, Tertij Ordinis Congregationis Galliæ, ſcripſit

Vitas Sanctorum, Sanctarum, ac Beatorum Tertij Ordinis.

Preces Liturgicas. Obijt Romæ 1629. 13. Septembris. Agunt de ipſo Bordonius, fol. 547. ſuæ Chronologiæ, & Vernonenſis Annalium ad calcem Tertij Ordinis.

AL-

ALBERTUS SARTIANUS, è Sartiano Etruriæ Oppido, Regularis Obſervantiæ Propugnator, & Propagator, Vir prædicatione, ac miraculis illuſtris, Græcis, Latinis, Humanis, & Divinis Litteris apprimè eruditus, Martino V. Eugenio IV. & Nicolao V. Summis Pontificibus ſummè charus, teſtibus Uvillot, Mariano, Rodulpho, Uvadingo, & Antonio à Terrinca in Theatro Tuſciæ, fol. 186. ſcripſit anno 1422.

Tractatum de Eucharistia Sacramento. Anno 1430.

Apologeticum pro Obſervantibus. Anno 1433.

Tractatus de Pœnitentia. Incipit: A plerisque, & multis, anno 1433.

Confutavit Hermaphroditum obſcœniſſimum Antonij Panormitani. Anno 1445. ad Thomaſium Bibrium Cyprium.

De conditione amicitiæ, & malitia invidentiæ. Incipit: Non ſecùs illo pacto. Anno eodem.

Opuſculum *quod nihil noceat ad virtutem humili naſci loco.* Incipit: Non falsò forsàn arbitreris. Anno eodem ad Eugenium IV. Pontificem.

Opuſculum *contra Vituperatores Martyrum.* Incipit: Cum adversùs ampliſsimæ gloriæ. Anno 1446.

De inſolentibus corripiendis. Incipit: Cum Apoſtolus Paulus.

Tandèm *librum Epiſtolarum ad Summum Pontificem, Antiſtites, Principes, & Magiſtratus.* Hæc omnia, poſt Uvadingum habuit ad prælum matura ejus Compilator R.P. Fr. Franciſcus Aroldus. Publici autem juris fecit Patritius Duffius ejuſdem Inſtituti alumnus, Romæ apud Joannem Baptiſtam Buſſorum anno 1688. in fol. Vidi. Amplectitur hoc opus, vna cum Sartiani vita, orationes tres, Epiſtolaſque C.XXV. Nonnulla quoque Latinè, & Hiſpanè habes apud Euſebium Gonzalez, tom. 5. Chron. Ordinis. Floruit anno 1450. cujus animam in Cœlos aſcendentem vidit S. Joannes à Capiſtrano. Ejus memoriam fecit Ludovicus Dupin de Scriptoribus Eccleſiaſtic. ſæculo 15. & pluribus Arturus in ejus Martyrolog. die 15. Auguſti. Etiam, poſt mortem miraculis coruſcat.

ALBERTUS (cognomine ignoto) Tarviſij Epiſcopus, compilavit:

Summam Pontificiam. Uvadingus in De Scriptoribus.

ALEXANDER ALBERTINUS à Rocca Conrada, Piſanus, pius Minorita, edidit:

Volumen inſcriptum *Malleus Dæmonum; ſivè quatuor experimentatiſsimi exorciſmi ex Evangelijs collecti.* Mediolani, apud Hæredes Pacifici Poncij anno 1624. atque Veronæ 1620. in 8. Vidi. Adjecit in fine:

Duas benedictiones, & unam vulgarem Italicam deprecationem pro liberandis obſeſſis. Eſt hujuſce mentio apud Toſignianum, Uvadingum, & Dupin, ſæculo 17. Floruit anno 1620.

ALEXANDER ALLEMANICUS Saxo, Minorita, dictus Doctor illibatus, ſcripſit

In 4. Libros Sententiarum.

Commentaria in Apocalypſim, Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ, fol. 602. ex Uvadingo. Petrus Rodulphus lib. 3. Hiſtor. Seraph. ac Poſſevinus tom. 1. Apparatus ex Uvilloto. Baro, Sanning, Uvite, ac alij. De tempore, quo vixerit, nihil apud AA. quos legerim, adhùc inveni.

ALEXANDER DE ALEXANDRIA, Mediolanenſis, Provinciæ Genuenſis alumnus, ac Miniſter Generalis totius Ordinis Barcinone electus anno 1313. à Trithemio appellatur in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, ſenſu, & intellectu profundus. Scripſiſſe fertur:

In Magiſtrum Sententiarum. S. Antoninus part. 3. Hiſtor. tit. 24. cap. 8.

Super Methaphyſicam Ariſtotelis. Idem ibidem, Rodulphus, Uvadingus, & Jacobus Garius:

Summam Quæſtionum S. Bonaventuræ in 4. libros Sententiarum. Uvadingus.

Quæſtiones Quodlibeticas. Poſſevinus.

Tractatum de Uſuris. Idem.

Poſtillas in Tobiam, Eccleſiaſticum, & Eſaiam, ex Fabiano Juſtiniano in ſuo Elencho, & Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ, fol. 602.

In Evangelium Joannis. Habetur Patavij, ac Toleti in Biblioth. Conventus S. Joannis Regum, ſub H. A. num. 13. In cujus calce legitur: *Explicit Poſtilla in Evangelium S. Joannis,* edita à Fr. Alexandro de Alexandria, Ordinis FF. Minorum. Item. In Bibliotheca Vaticana inter libros Comitis Palatini Cod. 229.

In Epiſtolas Pauli. Ejus Poſtilla ſuper Epiſtolam ad Romanos, Patavij. Ex Thomaſino pag. 63. & in Vaticana.

Quæſtionum Variarum, lib. 1. habetur M. S. in Vaticana, Uvadingo teſte.

De memoria rerum difficilium. Codex membr. in 4. apud Hiſpalenſis Eccleſiæ Biblioth. Incipit: Summa. Vidi.

In libros Ariſtotelis de Anima. Venetijs 1502. in fol. apud Martinum Lippenum,

tom.

tus, qui ejus auctoritate ſæpè nititur.

ADAMUS HIBERNICUS, Oxonienſis Academiæ, celebris Theologus, poſteris reliquit

Quæſtiones Quodlibetales.

Commentaria in 4. lib. Sentent. Claruit anno 1320. juxtà Uvadingum. Probabile videtur Jacobo Uvaræo de Scriptoribus Hibernicis, lib. 1. cap. 10. vnum eundemque fuiſſe cum Adamo Goddam, quem *Hibernicum* vocat Major, lib. 4. de geſtis Scotorum cap. 21. & Gregorius Ariminenſis ſæpè citat ſub nomine *Adami Doctoris, & Hibernici Doctoris.*

ADAMUS DE MARISCO, Anglus, habitum Franciſcanum apud Uvigorniam, teſte Angelo a S. Franciſco in ſuo Certamine Anglico, induit. Poſteà Oxonienſis Academiæ Theologus Litteratus, ac moribus clarus, ſocium habuit in ſtudijs S. Antonium Paravinum, juxta Uvillotum. Electus tandèm Epiſcopus Elienſis, alio autem loco ipſius conſecrato, vt Legatus cum Fr. Joanne Canciano deſtinatur. Propter luculentam in omnium meliorum diſciplinarum genere ſcientiam, *Doctoris Illuſtrati* pro illius ætate conſuetudine cognomen obtinuit, ac proſperitati legavit

Elucidarium Sacræ Scripturæ, lib. 1.

Notationes in quædam exemplaria Sacræ Scripturæ, lib. 1.

In Cantica Canticorum, lib. 1.

Paraphraſes in S. Dioniſium Areopagitam, lib. 1.

Commentaria in Mag. Sentent. lib. 4.

Quæſtionum Theologicarum, lib. 1.

Lectiones ordinarias, lib. 1.

Epiſtolarum ad Robertum Capitonem, Epiſcopum Linconienſem, lib. 1.

Epiſtolam ad Serallum, Archiepiſcopum Eboracenſem, apud Bibliothecam Bodlejanam, tom. 1. fol. 82. Claruit vſque ad annum 1260. Eſt tanti Viri memoria apud Rodulphum, Piſa, Uvadingum, Polevinum, Dupin in Supplemento, Coronelli, tom. 1. Bibliothecæ Univerſalis, & alios.

ADAMUS PARISIENSIS, Minorita eruditus, edidit:

Commentarios in 4. Libros Sententiarum. Claruit ad annum 1236. vti Aroldus recenſet hìc, num. 4. inquiens: *Alij erant Fr. Gulielmus Almocyb, Fr. Gualterus Ceton. Anglicus, Fr. Robertus Cephat, Fr. Adam Pariſienſis, quorum tres vltimi in quator Libros Sententiarum ſcripſerunt, &c.*

ADAMUS SASBOLDUS (vulgò SASBOUTH) Patritia familia Delphis Batavorum anno 1516. die 21. Decembris ſatus: Ultrajecti lingua Latina, Græca, Poeſi, & Rethorica, à Georgio Macropedio plenè inſtructus, adhùc adoleſcens Lovanium ſe contulit, vbi & Hæbraicas litteras adjunxit, & Theologiæ operam dedit ſub Joanne Haſſelio Viro doctiſsimo, qui in Concilio Tridentino deceſsit. Sæculi pertæſus, inquit Aubertus Myreus, cum inter æquales excelleret, mutata veliſicatione, religioſum vitæ genus animo agitare cœpit. Sed vt deliberatio de certo vitæ curſu ineundo omnium ſolet eſſe difficillima; multa, eaque dubia, & impedita cogitatio fluctuantem adoleſcentis animum exagitavit. Cum pijs itaque hominibus, in his Timanno, Geldropiano Pontificij Collegij Præſide, quem defunctum pro funere laudavit, communicato ſæpè conſilio, cum anceps animo penderet, multiſque cogitationum fluctibus agitaretur (vt ipſe in eleganti homilia de Magis tribus edita, profitetur) Deo precibus, meditatione, nocturniſque vigilijs; demùm conſultò in Franciſcanam Familiam illo impellente, vocari ſe ſenſit; eam itaquè inijt hoc condito Teſtamento.

Quam ſit vita brevis, quam ſit via lubrica, quamque
Mors incerta, bonis quæ præmia, quæque parata
Sint tormenta malis: horum meditatio noſtra eſt.
Quod facimus, quod firmamus, quod & eſſe perenne
Optamus Teſtamentum: ſalvete, valete,
Care pater, cari fratres, caræque ſorores.

Mòx ſuis (quam docendi Provinciam anteà Franciſcus Titelmanus geſſerat) Sacras Litteras explanare cœpit. Cumque incredibili Dei zelo flagraret, & mira ſuprà ætatem valeret facundia, ſæpè ad Clerum Latinè, ad Populum vernaculè verba fecit. Teſtes ſunt Homiliæ ejus ampliùs triginta, non minus venuſtæ, quam pie conſcrip-

criptæ, quæ omnium manibus teruntur. Sed cum nihil in rebus humanis proprium, ac perpetuum, ætatis ſexto, & triceſimo, Monachatus decimo, quaſi terris tantùm oſtenſus, ante diem ereptus eſt die S. Benedicti, anno ſalutis 1553. conditus Lovanij apud ſuos conſodales in æde Capitulari. Cornelius Muſius concivi, & amico maximo, hoc poſuit Epitaphium.

Adamus nomen, Batavi mea Patria Delfi,
Progenies Sausbout non inhonora fuit.
Trajectum Latias, & Græcas traddidit artes:
Lovanium Hebræas addidit, atque Sacras.
Quas, vt proferrem (culpa eſt ſepelire talentum
Et Domino vſuras non ſolviſſe ſuas)
Commoda viſa mihi Franciſci ſemita: at illam
Dùm ſequor in medijs curſibus eripior.

Cornelius Muſius Delfus amico poſuit.

Oſſa defuncti Adami reſſoſa, ante gradus Altaris ſummi repoſita ſunt, volente Illuſtriſsimo Philippenſium, & Ultrajectenſium Archiepiſcopo Sasboldo Voſmero Vicario Apoſtolico, Patris Adami ex Sorore nepote, qui ejuſdem calvariam in corporis translatione ſibi ſervavit. Michael Voſmerus, Archiepiſcopi frater, elegans accinit carmen in avunculi Adami ad vivum expreſſam imaginem.

Bis decimum, & quintum Delforum conſule Patre,
Agnatis etiam Præſidibus varijs:
Aſsiſij vatis, normamque, habitumque ſecutus,
Adamus Sasbouth, hac fuit effigie.
At genus, & vitæ ſtudium, pietaſque, ſacrumque
Eloquium, & quatuor lingua diſſerta ſonis,
Exprimitur libris, ſolers quos ſuſcipit Orbis
Authoris nomen dùm canit, & titulus.
Quæ ni pulchra diù manſuram gloria famam,
Debuerant vitæ de brevitate queri.

Scripſit ſuper 4. Libros Sententiarum.

Commentaria in Iſaiam Prophetam: præmiſſo tractatu *de Scripturarum ſenſibus.* Incipiunt: Antequam Eſaiæ expoſitionem.

Explicationes in omnes Pauli Epiſtolas. Incipit: In Epiſtola quam ad Romanos ſcripſit.

In vtroque opere doctiſsimè Hæreticorum errores refellit, ſed & litteralem ſenſum doctè, & piè, aptèque ad mores expendit, vti teſtatur Cornelius à Lapide in argumento Commentarij in Iſaiam, quem etiam inter Epiſtolarum S. Pauli Interpretes maximè commendat. Non defuit tamen tanto Viro ſuus æmulus, qui famam obſcurare attentavit, aſſerendo vtrumque hoc opus non eſſe Sasboldi, ſed Aſſelij ſui Magiſtri, cui tamen Voſmerus ſupradictus docta Apologia plenè reſpondit, quam ſimùl cum Sasboldi vita, & homilijs à ſe illuſtratis Coloniæ, anno 1613. publicavit. Et quidem opus Aſſelij in Epiſtolas Pauli, ait Cornelius poſteriori loco citatus, extare manuſcriptum Lovanij, & tanquam aliud diſ-

diſtinctum iſtud Sasboldi ſubjungit. Scripſit etiam:

In epiſtolam poſteriorem S. Petri. Argumentum huius epiſtolæ.

In epiſtolam Catholicam Judæ Apoſtoli. Judas docuit in Aſsia minore.

Homilias tres ſuper illa verba Levit. 20. Eritis mihi Sancti, quia Sanctus ſum: Ego Dominus, & ſeparavi vos à cæteris Populis, vt eſſetis mei: *Ad Germanos fratres ſuos Sasboldum, & Gerardum brevi Sacerdotio in tiandos.* Incipiunt: Homilias haſce leviticas.

Homilias totidèm de Mortalitate, ſuper illa verba Geneſis 3. *Memento homo, quod pulvis es, &c.* Socrates apud Platonem in Alcibiade.

Homilias duas in illud Joelis 3. *Convertimini ad me, &c.* Incipit: Poſt horrenda.

Duas de Circumciſione. Si ante annos.

Homiliam 1. in feſto Trium Regum. Hiſtoria hujus diei.

In feſto Purificationis Evangelium Domini.

In Dominicis Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ, prima, ſecunda, quarta Quadrageſimæ, & Paſsionis. Duo in hac concione.

In feſto Annuntiationis, in illud Iſaiæ 7. Domine in Cœlo miſericordia tua, &c. Qui linguæ Hebrææ periti ſunt.

In Aſſumptione Virg. homilias duas. Optatem ego Patres.

Homiliam vnam in illud ad Galat. 6. Mihi autem abſit glorjari. Incipit: Monet poſt Platonem Ariſtoteles.

In Dominica 3. & 4. Adventus. Evangelium Diſcipulos Joan.

De Nativitate Domini homilias duas. Tria habemus Evangelia.

Homiliam vnam in die Animarum, ſivè omnium defunctorum, in illam proſam: Audi tellus, audi magni maris nimbus: Incipit: Annus jam eſt.

Homiliam de timore Domini habitam ad juniores Philoſophiæ ſtudioſos in feſto S. Catharinæ. Cum mecum repeto.

Orationem quodlibeticam demonſtrantem veram Chriſti Eccleſiam.

Alteram funebrem in obitum D. Titelmanni Geldropij, Præſidis Collegij Pontificij in Academia Lovanienſi, in illud Iſaiæ 57. Juſtus perit, & nemo eſt, qui recogitet corde. Incipit: Vox hæc Iſaiæ Prophetæ. Utramque dedicavit Jodoco Temſonio Caroli V. in Senatu Brabantiæ Conſiliario.

Primum lib. Iliados Homeri totidèm Latinis convertit carminibus. Iram mihi memora. Habetur in calce ſuorum operum.

Poeticam adeò egregiè calluit, eaque erat in recitandis verſibus felici, fidaque memoria, vt 12. libros Æneidos ſine monitore promptè recitaret. Litteris inſupèr (quod præcipuum eſt) vitæ ſanctimoniam adjecit. Prodierunt ejus opera Coloniæ apud Joannem BilcKmannum an. 1568. & auctiora ibidem apud Viduam ejuſdem BilcKmanni an. 1575. Hæc Uvadingus.

Præter Commentaria in Magiſtrum Sententiarum ligata ſimùl, & correcta, vidi ejus opera edita quoque Coloniæ, anno 1588. Commentaria in Epiſtolas Pauli impreſſa ſunt Antuerpiæ in ædibus Steelſeij 1561. in 4. *In Iſaiam*, ibidèm 1563. etiam in 4. Opus Homiliarum impreſſum fuit Lovanij apud Rotgerum Velpium 1570. in 16. Homilias in laudem B. Virginis, meritò à Marratio laudatas, communes fecit Antuerpiæ Joannes Belletus, anno 1553. in 12. Tranſcriptas habes in Bibliotheca Virginali Fr. Petri de Alvà. Agunt de ipſo Valerius Andreas, Dupin, & ferè omnes Nomenclatores.

ADAMUS UBISZEVVSKI, Polonus, Regular. Obſerv. alumnus, Polonicè, & Latinè edidit:

Vitam B. Simonis de Lipnica ejuſdem Inſtituti, & Provinciæ. Videſis Continuatores Bollandi ad diem 18. Julij.

ADAMUS UVODEHEMIUS, ſeù UVODEHAMENSIS, ita ab Oppido Uvodehamo, Diœceſis Uvinconienſis, Comitatus Sonthanptonienſis in Anglia cognominatus, Guilielmi Occami aliquandò Diſcipulus, & tandèm Sacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis, & in multis Ordinis Cœnobijs publicus Profeſſor, ad quem ſcilicèt audiendum concurrebant etiam frequentèr externi homines, & ſæculares. Joannes Major cum Magiſtro ſuo Occamo eruditione prædicat æqualem, adeòque percrebuit ejus fama, vt inter doctiſsimos ſui temporis Viros non injuria reputaretur. Scripſit:

Commentarios in Cantica Canticorum, lib. vnum.

Poſtillas in Eccleſiaſticum, lib. vnum.

Super Magiſtrum Sententiarum, lib. quatuor.

Determinationes vndecim, librum vnum. Utrùm Officium propheticum ſit.

Sententias Oxonienſis Concilij, lib. 1. Sententiæ ſeptem ponuntur.

De Foro Pœnitentiario Fratrum, lib. 1. Abſolutio criminis, ſivè peccati.

Contra Richardum Uvetherſetum, lib. 1.

Obijt

Obijt anno 1338. ſepultus Babvvellæ propè Buriam. Hæc Uvadingus noſter in ſuo Cathalogo. Commentaria in Magiſtrum Sententiarum aſſervantur M. S. Toleti in Bibliotheca S. Joan. Regum ſub F.F. num. 23. ſub titulo: *Lectura in 4. Lib. Sententiarum*; ſed abſque initio. Eſt tanti Viri memoria apud Le-Long, Dupin, Poſſevinum, & Angelum à S. Franciſco in ſuo Certamine Anglico, fol. 334. In Libro contra Richardum agit *de Sacramento Eucharistiæ*.

ADEODATUS PASINUS, Italus, Patria, à Bornato, Provinciæ Brixienſis Minor. Capuccinorum alumnus, Vir potens opere, & ſermone, atque Hæreticorum hoſtis acerrimus. Quanto amore erga Seraphicum Ordinem exarſerit, facilè ediſcitur ex tribus libris ab ipſomet compoſitis contra Salluſtium de Lovinio, ejuſque convitia. Titulus horum operum

Subverſio operum Joannis Molinei à Lovinio, &c. Brixiæ apud Ricciardos anno 1656. tom. 3. in 8. Floruit circa annum 1660. Meminit hujus Fr. Dionyſius Genuenſis in ſua Bibliotheca Minorum Capuccinorum, ac Ludovicus Dupin ſæculo 17.

ADRIANUS HOFSTADIUS, Lovanienſis, Theologus, Eccleſiaſtes egregius, in antiquis Patribus optimè verſatus, ore, & calamo promptus, quem ſæpiſsimè Antuerpiæ (ſibi, & Regi Catholico reſtitutæ) de ſuggeſtu tonantem cum admiratione ſe audiviſſe narrat Franciſcus Suvertius, ſuffectus in locum P. Bartholomæi à Middelburgo, Ultrajecti primum, deindè Amſterodami, Lovanij, Coloniæ Agrippinæ, Antuerpiæ, Bruxellis, deniquè Trajecti ad Moſam, maximam ſermonibus ſuis peperit admirationem; Sacrarum Litterarum in exilio Coloniæ, ſed priùs Theologiæ Lector Lovanij, præter fratres, multorum ſæcularium maximam habuit frequentiam, cum eodem tempore illic doceret controverſias ſuas Cardinalis Bellarminus. Guardianus ſecundò fuit Lovanij, & alibì. A' morte ejus editi ſunt, cura, & diligentia Henrici Sedulij Minoritæ,

Sermones Eucharistici LXIX. ſumptibus N. Ven. Henrici Vanatten, militaris Annonæ Præfecti, Antuerpiæ, typis Trogneſij, anno 1608. & Coloniæ, alijſque in locis. Vidi.

In Symbolum Apoſtolicum libri 12. & *in Epiſtolam Sancti Pauli ad Romanos*, lib. 1. aſſervantur manuſcrip. in Archivio Provinciæ Germaniæ inferioris, teſte Valerio Andrea in ſua Belgica Bibliotheca. Extat ejuſdem

Decalogi, & Cathechiſmi explanatio. In dies lucem expectabat Uvadingi ſæculo. Moritur Trajecti ad Moſam, & ſepultus in nobili Deiparæ Virginis Sacello, ad dexteram Altaris hoc epitaphio,

D. O. M.
Reverendo admodùm Patri
P. Adriano Hofſtadio
Hujus, & aliorum Conventuum Guard.
Meritiſſ. S. Theol. Prælectori.
Ac Divini Verbi Præconi famoſiſsimo
Obijt XXII. Novemb. M.D.XC.VIII.
Hofſtadius ſacro jacet hìc, Franciſce, tuorum
De numero, magnis notus, vbiquè viris
Ingenij cujus vires Bravantia paſsim
Senſerat, & Batavi gens generoſa ſoli
Lovanium genuit, quem verbi deindè Miniſtrum,
Lectoremque ſtupens audijt eximium.
Hoc multis tandèm fractus ſudoribus antro
Conditus, ætherei vivat in arce poli.

Meminit Hoſtadij Aubertus, Dupin, & cum laude Fr. Didacus Lequile Minorita in Cathalogo Scriptorum, qui pro fide Catholica dimicarunt.

ADRIANUS HUBERTI Antuerpenſis Prov. Inferioris Germaniæ, Regul. Obſ. Secretarius, multorumque Cœnobiorum Guardianus, Flandrico idiomate edidit:

Manuale pro directione quarundam Confraternitatum. Mecliniæ apud Henricum Jaje 1625. Et Mediolani eodem anno.

Opuſcula Gummari à Quercu de Ordine Annuntiatarum, ejuſque Fundatoribus nonnullis additis curavit excudi, vt Uvadingus refert.

Vitam V. Joannæ Valeſiæ in 24. imaginibus æri inciſis evulgavit, eandemque totidèm capitibus deſcripſit Flandricè, ac Latinè.

Vitam Fr. Gabrielis à S. Maria, laudatæ Joannæ Confeſſarij, 24. iconibus, & capitulis communem fecit.

Hiſtoriam de origine, progreſſu, & gloria miraculoſæ Imaginis B. Mariæ Virginis Brevis Sylvæ, vulgò de Cortemboſch dictâ, Leodienſis Diœceſis. Mediolani, & Mecliniæ 1642.

Regulam Ordinis B. Mariæ V. Annunciatæ cum privilegijs eidem Ordini ab Apoſtolica Sede conceſſis, unà cum Tractatibus pijs R. P. Fr. Gabrielis ab Ave Maria, ad promovendum cultum ejuſdem B. Virginis vtiliſsimis, vt Marrattius aſſerit. Antuerpiæ, ex Officina Plantiniana 1645. in 12. Clarebat Author (cujus memoriam egit Le-Long, lib. 2. Biblioth. Gallicæ, num. 1091. Et Dupin de Scriptor. Eccleſiaſt. Sæculo 17.) in Romana Curia, anno 1650. negotiorum Provinciarum Belgicarum Promotor, teſte Uvadingo hìc.

ADRIANUS ROUFFEL, Minorita opus vulgavit inſcriptum

Optica Chriſtiana, ſivè Verbi Incarnati oculus. Monachi 1646. in 4. Ex Cathalogo Librorum Theologicorum, & Catholicorum Genovæ edito apud Gabrielem de Tournes 1725. in 8.

ADRIANUS SCHINDLER, ex Reformatis Provinciæ Bohemiæ S. Uvenciſlai, Concionator inſignis, typis dedit opus Germanicum: *Aſceto Concionatorium prænotatum.*

Academia mortis, anno Domini 1693. in 4. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

ÆGIDIUS ASSISIAS, tertius S. P. N. Franciſci Socius, de quo teſtis oculatis „S. Bonaventura cap. 3. Legendæ: *Sanctus* „Pater Ægidius Vir vtiquè fuit Deo ple„nus, & celebri memoria dignus. Hic ete„nim poſtmodùm virtutum ſublimium „exercitatione præclarus (ſicut famulus „Domini de ipſo prædixit) quamquam eſ„ſet idiota, & ſimplex, ad excelſæ contem„plationis ſublimatus eſt verticem, nàm „per multa curricula temporum ſuorum „actionibus ſemper intentus, adeò crebris „rapiebatur exceſsibus (quemadmodùm „& ego oculata fide conſpexi) vt magis „cenſeretur inter homines vitam Angeli„cam agere, quam humanam. Hic ergo „cœleſti imbutus diſciplina, ſcripſit.

De Conſilijs animarum.
De Fide.
De Dilectione.
De Humilitate.
De Pacientia.
De Contemptu Mundi;
De Caſtitate.
De Tentatione.
De Pœnitentia.
De Scientia vtili, & inutili;
De Timore.
De Oratione.
De Verbis bonis, & non bonis;
De Perſeverantia.
De Religione.
De Obedientia.
De Contemplatione.
De Via ſalutis, & perfectionis.
De Spirituali cautela, & ejus conſideratione.
Et de Verbi Divini Prædicatoribus.

Hæc extant M. S. in Bibliotheca Ultrajectina, vt ex ejus Cathalogo impreſſo conſtat: In Bibliotheca Canonic. Regul. Tungtenſium, ac Lovanij in Bibliotheca Canonic. Regul. S. Auguſtini in Valle S. Martini, teſte Sandero, part. 2. Biblior. Belgicæ M. S. Latinè autem evulgata, tùm in ejus vita, tùm apud Continuatores Bollandi ad diem 23. Aprilis habentur. Idiomate autem Hiſpano tom. 1. Chronic. Seraphic. Illuſtriſsimi D. D. Fr. Damiani Cornejo, Epiſcopi Aurienſis; in libro inſcripto: *Compendium vitæ ſpiritualis*, impreſſo Salmanticæ 1625. in 8. Ac in Chronic. vetuſtis Ordinis Min. In Bibliotheca Canonic. Regul. Tungrenſium Ditionis Leodienſis extant, teſte laudato Sandero, ejuſdem Ægidij *Sententiæ*, ſeù verba aurea, quæ Antuerpiæ 1634. in 8. communis juris facta ſunt, typis Michaelis Hillenij, ſub titulo: *Sententiæ S. Patris Ægidij Aſſiſinatis Ordinis Minor. ad Chriſtianam perfectionem aſpirantibus vtiles*, apud Biblioth. Tellerianam, fol. 99. Scriptorum Eccleſiaſticorum albo adſcribitur, à Poſſevino, ex Uvillot, & Rodulpho, à Uvadingo, Dupin;

pin, ſæculo 13. & alijs. Ipſum laudant Alvarus Pelagius, Cornelius à Lapide, Boſius, Surius, S. Antoninus, S. Franciſcus Saleſius, alijque non pauci apud Arturum die 23. Aprilis, §. 2.

ÆGIDIUS BRIANSON, Minorita, qui floruit ex laudato Dupin. initio ſæculi 16. ſcripſit

Commentaria in Magiſtrum Sententiarum, impreſſa anno Domini 1512.

ÆGIDIUS CAILLEAU, Minorita, Gallus, ſcripſit

Cathalogum Viduarum, tàm veteris, quam novi Teſtamenti. Vertit è Latino in Gallicum ſermonem

Epiſtolas quaſdam D. Baſilij, & S. Hieronymi. Vivebat anno 1543. Meminère hujuſce Le-Long. tom. 2. Bibliothecæ Sacræ, fol. 661. Fabianus Juſtinianus in ſuo Elencho, & Coronelli, tom. 7. Bibliothecæ Univerſalis, col. 173. Uvadingus, & Poſſevinus, tom. 1. Apparatus.

ÆGIDIUS CAMARTUS, Minorita, publici juris fecit tomum in 4. hujuſce inſcriptionis:

De Elia Propheta, Pariſijs 1630. Ex Bibliographia Aniſſoniana impreſſa Genovæ apud Fratres de Tourner 1726. litt. C. Et Lugduni 1724. Apud Bibliographiam vero Aniſſonianam excuſam Lugduni 1702. *Minimis*, haùd Minoribus adſcribitur. Fides ſit apud iſtorum Cathalogorum Authores; Camartus enim adhùc eſt mihi ignotus.

ÆGIDIUS ex Oppido CÆSARI, Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, Vir doctrina, & animarum zelo illuſtris. In Romaniæ Miſsione, Conventualibus adſcripta, (quæ Græciam, & Thratiam vſque ad Conſtantinopolitanam Urbem complectitur) Apoſtolici Miſsionarij munus egit, & in eo obeundo ſedulus Fidei operarius fuit, diùque inter Barbaros, & Schiſmaticos deſudavit, at Doctiſsimi Viri Græcum idioma egregiè callentis, Polemicaque eruditione ſatis inſtructi, argumentis obſiſtere non valentes Græci ab incepto opere, ſupplicibus libellis ad Sacram Congregationem de propaganda Fide tranſmiſsis, exturbare tentarunt. Romam igitur reverſus, Miſsionis neceſsitatem, ac Hæreticorum veſanias aperiens, ſcripſit, ac edidit

Controverſias Marcephesiſtarum Hæreticorum cum Orthodoxa Eccleſia. Meſſanæ apud Hæredes Petri Brea 1664. in 4.

Caſuum conſcientiæ breviſsimam, ac originalem expoſitionem. Venetijs, typis Blaſij Maldura 1678. in 4. Tandèm Græcè, Latinè, & Italicè communis juris fecit *Apologias in Catalatinom Nathanaelis Xbichæ Athenienſis, in quibus 53. propoſitiones Hæreticales, & erroneæ ad hominem confutantur.* Ibidèm apud Mortalum in 4. anno 1678. quo vitam agebat. De eo ex Joanne Franchino in Biblioſophia Minor. Conventual. Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

ÆGIDIUS CUALLART, Minorita, Belga ſcripſiſſe dicitur Gallico idiomate, apud noſtrum Alva, col. 16. ſuæ Militiæ, ligato, atque ſoluto ſermone:

De Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis devotiſsimum tractatum, editum Namurci 1641. in 8.

ÆGIDIUS DAVID, Minorita, *Scholijs* locupletavit opus inſcriptum

Paraſceve ad Rethoricam Fr. Simonis Fontani, ejuſdem inſtituti, excuſum Pariſijs, typis Sebaſtiani Novelli 1578.

ÆGIDIUS GABRIELIS, Leodienſis, Sacræ Theologiæ Lector ex Tertiarijs Franciſcanis Regularibus, in publicum miſsit:

Specimina Moralis Chriſtianæ, & Moralis diabolicæ in praxi 1675. in 12.

Theologiam Moralem latinè. Flandriæ, & Romæ juxtà correctionem S. Congregationis Indicis 1680. Poſteà in Gallia.

Theſſes Morales practicas. Bruſellis 1673. Ex Ludovico Dupin ſæculo 17. & Bibliotheca Telleriana, fol. 97. Vide Eph. XIII. Erudit. Italiæ 1676. Ac Eph. XXI. Erud. Galliæ anno 1681. Ejus Provincia, & ævum me fugiunt.

ÆGIDIUS GUILLELMUS MISALIUS, Minorita Aquitanus.

Opera Joannis Scoti in Articulos, ſecuit, & contraxit. Extant M. S. in Bibliotheca Vaticana, Uvadingo teſte.

ÆGIDIUS HISPANUS, Minorita, inter Scriptores Hiſpanos ex Uvadingo laudatus à D. Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Veteris, edidit:

Sermones de Sanctis. Incipiunt: Philoſophia eſt Divinarum rerum ſpeculatio. Laudat Poſſevinus, tom. 1.

ÆGIDIUS LUNIACUS, ſivè vt vocant de LUGNACO, Doctor Pariſienſis, ſcripſit:

Commentaria in primum Sententiarum. Hæc Uvadingus, & Sanning in ſua Synopſi Scriptorum Ordinis, ex Uvillot, & Poſſevino.

ÆGIDIUS PAESMANS NOVENUS, Natione Belga, à Haſſeleti Oppido Diœceſis Leodienſis oriundus, Vir Muſicæ val-

dè addictus, pietatis, eruditionis, ac laurea Sacræ Theologiæ Lovanij conſpicuus, qui non in vno loco ſeduli Paſtoris Officio functus fuit, ac demùm plenus dierum, Tertiarijs Franciſcanis Congregationis Zeppérenſis adſcriptus, ſcripſit (recenſentibus Valerio Andrea in Bibliotheca Belgica, & Hippolyto Marratio in Bibliotheca Mariana) opera ſequentia:

Tractatum Cathechiſticum de VII. Sacramentis.

Elucidationem Cathechiſticam Symboli Apoſtolici, Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ.

Conciones XV. de Paſſione Dominica.

Defenſionem brevem pro Salve Reginaæ & Ave Maria vernaculo ſermone. Bruxellæ 1622. quo florebat. Hujuſce Ægidij meminit Joannes Marangoni, tomo 2. ſui *Theſauri Parochorum*, lib. 3. cap. 1.

ÆGIDIUS PANORMITANUS, Strictioris Obſervantiæ Reformatorum Provinciæ Siculæ Cuſtos, à Confeſsionibus Marci Antonij Columnæ Neapolitani Regni Comitis ſtabilis, Vir doctrina, & in rebus agendis eximia dexteritate ornatus, ſcripſit Italicè:

Sacrum Diarium, ſeù Salutationes devotiſsimas varias pro ſingulis diebus Hebdomadæ. Aſſervabat M. S. in 8. Petrus Togneletius, vt ipſemet teſtatur in ſuo Paradiſo Seraphico, lib. 5. cap. 1. ex quo Antonius Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ. Diem clauſit extremum Patriæ, anno 1653.

ÆGIDIUS PUCCIARINUS, Patria Peruſinus, Reg. Obſervantiæ alumnus, *carmine Etruſco* laudavit ſtatuam quandam marmoream S. Pauli ab Alexandro Algardo Attifice illuſtri, miro artificio elaboratam. Deluxitque *eodem carmine* obitum Georgi Boreæ, Nobilis Lugenſis, ac Ludovici Alberti, anno 1643. Meminit hujus P. Oldonius, pag. 2. ſui Athenæi Peruſini.

ÆGIDIUS SCHIESEL, Germanus Strictioris Obſ. Alumnus, in Aſtria, Styria, & Carinthia, Provincialis Miniſter, Vir ſingulari eruditione celebris, ac Deiparæ Immaculatæ addictiſsimus Servus, edidit:

Manuale Archiconfraternitatis Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis Mariæ. Viennæ Auſtriæ, typis Matthæi Goſmeronij, anno 1642. in 12. Clarebat anno 1640. Agunt de ipſo Marratius, part. 1. Bibliot. Marianæ, ac Uvadingus. Scripſit inſuper:

Myſterium Præſervationis B. Virginis; ibidem, anno 1656. Vidi. Alia ejus opera adhùc deſidero.

ÆGIDIUS VILLALON, Hiſpanus, profeſsione Laicus in Caſtellana Provincia Minorum Capuccinorum, emiſsit vernacule:

Theſaurum novum Medicinæ, ex Aphoriſmis Charitatis depromptum, glorioſiſsimo S. Judæ Thaddæo ſacrum. Matriti, typis Firmini de Eſtrada 1731. in 4. Vidi.

ÆGIDIUS ZAMORA, Vide Joannes Ægidius.

AGAPETUS DALMATA, Minorita, edidit, vt ex Antonio Daza, atque Ojeda refert Marratius in Appendice, & Alva in ſua Militia vniverſali, col. 18.

De Immaculata Conceptione B. Virginis tractatum.

AGATHANGELUS BITURICENSIS, Gallus, Provinciæ Turoniæ Minorum Capuccinorum Concionator fervidus, & in Myſtica Theologia eruditus, edidit:

Opuſculum ſpirituale, vernaculo idiomate, D. Abbatiſſæ de la Virginite Sorori Domini Archiepiſcopi Pariſienſis dicatum. Evulgavit etiam, teſte Fr. Dionyſio Genuenſi in Appendice *Carmina elegiaca in laudem Ludovici XIV. Regis Chriſtianiſsimi.*

AGNES ASSISIAS, Virgo, Germana Soror, & Diſcipula S. Claræ, virtutibus, ac mira ſimplicitate exornata, ſcripſit:

Pias Epiſtolas. Aliquas ejus litteras communes fecit Uvadingus, tom. 1. Annalium ad annum 1221. Agit quoque de ipſa Arturus die 1. Februar. & Coronelli, tom. 2. Bibliot. Univerſalis, num. 1433.

AGNES DE HARICURIA, Neuſtria, Virgo illuſtriſsima, Abbatiſſa 3. Monaſterij Longi Campi, Ord. S. Claræ Urbaniſt. necnon domeſtica, & familiaris B. Iſabellæ Virg. *Legendam parvam M. S. de Vita, ac miraculis B. Iſabellæ compoſuit*, quæ adhùc extat in eadem Abbatia. Hanc fuſiori ſtylo, Vir clariſsimus Sebaſtianus Roliardus I. S. Melodunenſis, & in Suprema Curia Franciæ Advocatus, prælo cudendam dedit Pariſijs ex Arturo in Martyrolog. Franc. die 31. Auguſti, §. 36. & in Indice AA.

AGNES A JESU, Hiſpana, ex Monialibus Clariſis Toletani Conv. S. Eliſabeth, Virgo ſanè devota, ſuæque profeſſionis haùd immemor, Sororibus inedita reliquit Volumina duo in 4. pietate chriſtiana, ac religioſa referta. Tractatus, tomi 1. ſunt, ſermone patrio.

Sca-

Scala Vitæ Chriſtianæ.
Expoſitio Symboli.Quicumque vult.
Vera declaratio triginta Itinerum.
Viæ intellectualis, ac illuminativa.
In Tomo autem 2. continentur alij quatuor tractatus, nempè:
Forma, ac Ædificium Portæ Cæleſtis.
Nativitas Domini Jeſu in corde.
Linguæ; quibus Deus loquitur animabus, & aſsignat tredecim.
De Vita Activa Tract. Vidi.

ALBERTINUS MINORITA, Cognomento non addito, edidit
Quadrageſimale, & Sanctorale. Ex Rodulpho, lib. 3. Hiſt. Seraphic. & Uvadingo de Script. & Uvite in ſuo Catalogo.

ALBERTUS DE BASCIA, Uvadingo teſte in Tom. de Scriptoribus, ſcripſit
In Regulam Minorum. Ejus memoriam fecit Alva, tab. 1.

ALBERTUS BELLETUS, Italus, Tertij Ordinis Regularis, ſtudiorum Regens, Sacræ Theologiæ Magiſter, & Collegiatus Doctor Bononienſis, Eccleſiæ S. Mariæ Charitatis de Bononia Parochus, S. Inquiſitionis Conſultor Theologus, Examinator Synodalis Cæſanæ, & Provinciæ Bononiæ Provincialis eruditum opus in lucem edendum præ manibus habet, videlicèt
Traductionem Italicam Annalium Brennenſium, adjectis Catalogis Pontificum, Imperatorum, Conciliorum, ac omnium Ordinum, &c. Egregium hoc opus, ad annum 1532. pervenerat, anno 1726. quo Author ſpiritum ducebat, uti recenſet Joannes Marangoni, tom. 2. ſui *Theſauri Parochorum*, lib. 3. cap. 1.

ALBERTUS BERGOMENSIS, Capuc. Italus, Vir verè Seraphicus, ac Provinciæ Mediolanenſis fervidus alumnus, ad Concionatorum uſum nonnulla inedita reliquit; ſcilicèt
Tractatum de vitijs, & virtutibus.
Sermones Quadrageſimales, de Tempore, & de Sanctis. Floruit anno 1585. in Conventu Colonij in agro Brixienſi, grandi ſanctitatis opinione, teſtibus Annalibus Boverio, & Carolo Bruxellenſi apud Authorem Biblioth. Script. Capuccin.

ALBERTUS DE BONONIA, Minorita, ſcripſit
Poſtillam ſuper univerſa Biblia. Hæc Uvadingus.

ALBERTUS DE SANCTA CLARA, Gualteri, Provinciæ Neapolitanæ S. Petri de Alcantara Pater, ac Illuſtriſsimus Epiſcopus Nicocerenſis in Calabria elaboravit:
Tom. I. *Tractatum brevem originis, progreſſus, & formæ recitandi Coronam Virginis Mariæ Dominæ noſtræ.* Publicavit Neapoli Felix Moſca, anno 1718. Egimus de ipſo in N. Biblioth. Minor. Diſcalceat. in Appendice.

ALBERTUS FELIX, Pariſinus, Gallus, Provinciæ Pariſienſis PP. Capuccin. Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, cujus eruditionem non vulgarem in ſacris, ac humanis litteris, ingenij ſui monumenta facilè oſtendunt, edidit Latinè:
Opuſculum in 12. intitulatum: *Reflexiones in methodum concionandi.* Idiomate proprio communem fecit unicum tomum in 8. inſcriptum:
Conferentia Chriſtiana ſuper Symbolum Apoſtolorum. Pariſijs 1688. Eodemque idiomate foras emiſit:
Viſitationes Sanctiſsimi Sacramenti, meditationum methodo, anno 1688. teſtibus Ludovico Dupin, ſæculo 17. & Dionyſio Genuenſi in De Scriptoribus Capuccin. pag. 2.

ALBERTUS GERMANUS, olim Abbas S. Mariæ in Stadio Bremenſis Diœceſis, poſteà Minorita, quem immeritò ex Uvillot confundit Poſſevinus, & Aubertus cap. 402. cum Alberto Piſano, ſcripſit:
Chronica doctiſsima, & accuratiſsima ab Orbe condito, uſque ad annum M.CC.LVI. Incipiunt: A primo parente hominum. Ea edidit cum annotationibus omninò expungendis Reynerius Steinhemius Hæreticus Helmeſtadij anno 1587. ut in ſuo de Scriptoribus obſervavit Uvadingus. Edita quoque ſunt Uviterbengæ, anno 1608. Floruit anno 1240. Agit quoque de ipſo Ludovicus Dupin de Scriptorib. Eccleſiaſt. ſæculo 13. & Rodulphus, lib. 3. Hiſtor. Seraphicæ.

ALBERTUS DE MARCHESIS in Æmilia, quæ Romandiola dicitur, & Oppido Cotiniola natus, Minorita clarus, Philoſophus ſingularis, ac Theologus inſignis, edidit
Cœliloquium Morale (perperàm Coloquium, alij, & alij Centiloquium appellant) opus ſanè eruditiſsimum in 8. libros diſtinctum. Bononiæ, anno 1529. in 4. Incipit: Omnium rerum perſcrutatores. Et ibidem in 4. apud Joannem Baptiſtam de Faelis 1529. Vidi. Agunt de ipſo ex Gonzaga, Rodulpho, & alijs domeſticis Uvadingus de Script. Poſſevinus, tom. 1. Apparatus. Joann. Hallevordius in ſua Bibl. curioſa, & fuſiùs Petrus de Alva, tom. 3. ſuæ

ſuæ Biblioth. Virginali, vbi à fol. 17. communis juris fecit: *Cœliloquia moralia de Puriſsima Virgine*, præmiſſo elogio. „ *Edidit*, inquit, *Cœliloquium morale* in ſep- „ tem diſtributum libris, in quibus de Cœ- „ lo ſupercœleſti, id eſt, de Deo benedic- „ to, & Sacra Trinitate, Chriſto glorio- „ ſo, & Maria Sanctiſsima, de Mundo in „ generali, & Cœlo Impireo, de Sphera, „ Cœlo decimo, primo Mobili, Chriſta- „ lino, ſtellato, de duodecim ſignis Zo- „ diaci, de ſeptem Planetis in generali, „ & ſpeciali quoad realitatem, & morali- „ tatem, applicando eorum naturas, pro- „ prietates, motus, influxus, ſyderum flu- „ xus, & influxus, quaſi aſſumpto Eliæ „ Prophetæ curru, & ad æthereos illos ig- „ ne, & claritate perpetuus ſcandens, So- „ lis, Lunæque Aureos Thronos aſcen- „ dens, ad Eccleſiam Sanctam eſportavit „ ad bonos mores applicuit, & vitiorum „ deteſtationem, jàm allegoricè, anago- „ gicevè, jam moralitèr conſcientiæ, & „ animæ loquens, Cœlum ipſum materia- „ le, & in eo contenta ad Cœli gloriam „ ſpiritualem direxit, necnon veluti apes „ argumentoſa, ex varia ſcientiarum ſu- „ pellectile mel roſidum, & divinum colle- „ git antidotum, & vt omnia vno ſolo pro- „ feram verbo, omnes Gentilicas fabulas, „ idolatrias Gentiliacas, & Mathematicas „ ſuperſtitiones Antiquorum, Saturni, Jo- „ bis, Dianæ, Veneris, & vnus hìc Alber- „ tus baptizavit, & ad Chriſtianitatem mi- „ ro artificio, & ſcientia doctè, ſubtilitèr „ *& eruditè reduxit*. Claruit 1531. in cujus laudem, Franciſci de Caſtrocaro, Minoritæ Bonon. Exaſticon ſubjicio.

Deſcribent alij motus, & ſydera Cœli
Humaniſque oculis penè videnda dabunt,
Sed vulgata ferent, & non ignota legenti
Ampliùs, aut miris invenienda modis
At novus hic Scriptor referat penetralia ſummi
Diverſa nimiùm, ſed ratione poli
Signaque Zodiaci, atque errantia ſydera ſeptem
Haùd vllo veterum ſic retegente docet
Inſpice, mòx dices æquuſque fatebere Lector
Divinum, ac miræ fertilitatis opus.

ALBERTUS PATAVINUS, præclarus Doctor, celebris Verbi Dei Declamator (diſtinctus ab vno, & alio Alberto Patavino Auguſtiniano) Seraphicæ S. P. N. Franciſci Familiæ alumnus extitit, ſi Marco Antonio Sabelico credendum eſt, & Fr. Thomæ de Herrera in ſuo Alphabeto Auguſtiniano à N. Alva adductis tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Virginalis, fol. 609. Floruit ad annum 1287. ingenij ſui monumenta relinquens

Conciones varias, editas Pariſijs 1544. Et Venetijs 1584.

Sermones de B. Virgine, cuſſos cum alijs, Taurini in ædibus Antonij Ranoti 1529. in 4. Habes apud laudatum Alva Conciones de Feſtivitatibus Purificationis, Aſſumptionis, & Nativitatis; vbi monet pro noſtri Alberti laude eximia, *retentum morem in Eccleſia Catholica ſalutandi Virginem Mariam ante publici ſermonis initium, ab eo exordium ſumpſiſſe.*

ALBERTUS PISANUS, Etruſcus, S. P. N. Franciſci dignus Diſcipulus, Germaniæ, & Angliæ Miniſter, ac Generalis totius Ordinis, Vir verè Sanctus, & doctus, ſcripſit:

Geſta ſuorum Fratrum in Anglia, & Saxonia. Ex Uvadingo, & Theatro Provinciæ Tuſciæ, fol. 186. Claruit anno 1239.

ALBERTUS PONTARLIENSIS, Tertij Ordinis Congregationis Galliæ, ſcripſit

Vitas Sanctorum, Sanctarum, ac Beatorum Tertij Ordinis.

Preces Liturgicas. Obijt Romæ 1629. 13. Septembris. Agunt de ipſo Bordonius, fol. 547. ſuæ Chronologiæ, & Vernonenſis Annalium ad calcem Tertij Ordinis.

AL-

ALBERTUS SARTIANUS, è Sartiano Etruriæ Oppido, Regularis Obſervantiæ Propugnator, & Propagator, Vir prædicatione, ac miraculis illuſtris, Græcis, Latinis, Humanis, & Divinis Litteris appriinè eruditus, Martino V. Eugenio IV. & Nicolao V. Summis Pontificibus ſummè charus, teſtibus Uvillot, Mariano, Rodulpho, Uvadingo, & Antonio à Terrinca in Theatro Tuſciæ, fol. 186. ſcripſit anno 1422.

Tractatum de Eucharistia Sacramento, Anno 1430.

Apologeticum pro Obſervantibus. Anno 1433.

Tractatus de Pœnitentia. Incipit: A pleriſque, & multis, anno 1433.

Confutavit Hermaphroditum obſcœniſſimum Antonij Panormitani. Anno 1445. ad Thomaſium Bibrium Cyprium.

De conditione amicitiæ, & malitia invidentiæ. Incipit: Non ſecùs illo pacto. Anno eodem.

Opuſculum *quod nihil noceat ad virtutem humili naſci loco*. Incipit: Non falsò forsàn arbitreris. Anno eodem ad Eugenium IV. Pontificem.

Opuſculum *contra Vituperatores Martyrum*. Incipit: Cum adversùs ampliſsimæ gloriæ. Anno 1446.

De inſolentibus corripiendis. Incipit: Cum Apoſtolus Paulus.

Tandèm *librum Epiſtolarum ad Summum Pontificem, Antiſtites, Principes, & Magiſtratus*. Hæc omnia, poſt Uvadingum habuit, & prælum maturâ ejus Compilator R.P.Fr. Franciſcus Aroldus. Publici autem juris fecit Patritius Duffius ejuſdem Inſtituti alumnus, Romæ apud Joannem Baptiſtam Buſſotum anno 1688. in fol. Vidi. Amplectitur hoc opus, vna cum Sartiani vita, orationes tres, Epiſtolaſque C.XXV. Nonnulla quoque Latinè, & Hiſpanè habes apud Euſebium Gonzalez, tom. 5. Chron. Ordinis. Floruit anno 1450. cujus animam in Cœlos aſcendentem vidit S. Joannes à Capiſtrano. Ejus memoriam fecit Ludovicus Dupin de Scriptoribus Eccleſiaſtic. ſæculo 15. & pluribus Arturus in ejus Martyrolog. die 15. Auguſti. Etiam, poſt mortem miraculis coruſcat.

ALBERTUS (cognomine ignoto) Tarviſij Epiſcopus, compilavit:

Summam Pontificiam. Uvadingus in De Scriptoribus.

ALEXANDER ALBERTINUS à Rocca Conrada, Piſanus, pius Minorita, edidit:

Volumen inſcriptum *Malleus Dæmonum, ſive quatuor experimentatiſſimi exorciſmi ex Evangelijs collecti*. Mediolani, apud Hæredes Pacifici Poncij anno 1624. atque Veronæ 1620. in 8. Vidi. Adjecit in fine:

Duas benedictiones, & unam vulgarem Italicam deprecationem pro liberandis obſeſſis. Eſt hujuſce mentio apud Toſignianum, Uvadingum, & Dupin, ſæculo 17. Floruit anno 1620.

ALEXANDER ALLEMANICUS Saxo, Minorita, dictus Doctor illibatus, ſcripſit

In 4. Libros Sententiarum.

Commentaria in Apocalypſim, Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ, fol. 602. ex Uvadingo. Petrus Rodulphus lib. 3. Hiſtor. Seraph. ac Poſſevinus tom. 1. Apparatus ex Uvilloto. Baro, Sanning, Uvite, ac alij. De tempore, quo vixerit, nihil apud AA. quos legerim, adhùc inveni.

ALEXANDER DE ALEXANDRIA, Mediolanenſis, Provinciæ Genuenſis alumnus, ac Miniſter Generalis totius Ordinis Barcinone electus anno 1313. à Trithemio appellatur in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, ſenſu, & intellectu profundus. Scripſiſſe fertur:

In Magiſtrum Sententiarum. S. Antoninus part. 3. Hiſtor. tit. 24. cap. 8.

Super Methaphyſicam Ariſtotelis. Idem ibidem, Rodulphus, Uvadingus, & Jacobus Garius:

Summam Quæſtionum S. Bonaventuræ in 4. libros Sententiarum. Uvadingus.

Quæſtiones Quodlibeticas. Poſſevinus.

Tractatum de Uſuris. Idem.

Poſtillas in Tobiam, Eccleſiaſticum, & Eſaiam, ex Fabiano Juſtiniano in ſuo Elencho, & Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ, fol. 602.

In Evangelium Joannis. Habetur Patavij, ac Toleti in Biblioth. Conventus S. Joannis Regum, ſub H. A. num. 13. In cujus calce legitur: *Explicit Poſtilla in Evangelium S. Joannis*, edita à Fr. Alexandro de Alexandria, Ordinis FF. Minorum. Item. In Bibliotheca Vaticana inter libros Comitis Palatini Cod. 229.

In Epiſtolas Pauli. Ejus Poſtilla ſuper Epiſtolam ad Romanos, Patavij. Ex Thomaſino pag. 63. & in Vaticana.

Quæſtionum Variarum, lib. 1. habetur M. S. in Vaticana, Uvadingo teſte.

De memoria rerum difficilium. Codex membr. in 4. apud Hiſpalenſis Eccleſiæ Biblioth. Incipit: Summa. Vidi.

In libros Ariſtotelis de Anima. Venetijs 1502. In fol. apud Martinum Lippenum,

tom.

tom. 1. Bibliothecæ Realis Philoſophicæ, pag. 60. Obijt in Generalatu, anno 1314. ſepult. apud Aramcœli Romæ, ſequenti Epitaphio:

Hic jacet R. P. Fr. Alexander
Sacræ Theologiæ Doctor, & Generalis
Miniſter, qui obijt 1314. menſe Octobris
Die craſtino S. Patris noſtri Franciſci.

Scripſiſſe etiam *pro Virginis Puritate*, aſſerit Antonius Cucharus, par. 2. Elucidarij, fol. 63. Agit de ipſo Coronelli, tom. 2. Bibliot. Univerſ. num. 4170. Uvadingus ad annum 1314. miſsis alijs.

ALEXANDER DE ARBITRIS, Minorita, cujus nec nationem, patriam, ævumque, quo claruit, hactenùs inveni, ſcripſit:

Enchiridion Confeſſorum. Venetijs, anno 1522. Uvadingo teſte.

ALEXANDER BARCLEIUS, primum Præsbyter S. Mariæ de Ortherijs in Anglia, deindè Benedictinus, ac demùm Franciſcanus, Vir vario litterarum genere conſpicuus, in Anglicum ex Latino tranſtulit:

Mancium de Virtutibus. Librum vnum.
Vitam S. Margaritæ.
Vitam Sanctæ Etelredæ.
Vitam S. Catharinæ.
Vitam S. Georgij, ex Mantuano.
Quinque Eclogas ejuſdem.
Caſtellum Laboris.
Bucolicam Codri.
Eclogam quartam.
Navem ſtultiferam ad Thomam Epiſcopum.
Cornitium, lib. 1.
Contra Sceltonum, lib. 1.
De Miſerijs Aulicorum, lib. 1. Incipit Illuſtres Poetæ.
Saluſtbium de Bello Jugurtino, lib. 1. Incipit: Memini me.
De pronuntiatione Gallica, lib. 1. Incipit: Multi, ac varij. Alia, quæ me fugiunt, ſcripſit. Ex hac ad meliorem vitam migravit Croidone, non longè à Londino, anno 1552. ex Uvadingo de Script. & Angelo de S. Franciſco in ſuo Certamine Anglico, fol. 346.

ALEXANDER BONANNUS, Panormitanus, Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, in gratiam Concionatorum elaboravit, communiſque juris fecit:

Conciones Quadrageſimales, ſub titulo: Portus Panormi. Venetijs, typis Guerræorum Fratrum Joannis, & Dominici in 4. anno 1574. quo claruit. Agunt de ipſo Poſſevinus, Uvadingus, Rodulphus, & Franciſcus Baron. apud Mongitore in ſua Bibliot. Sicula.

ALEXANDER BOVIUS, Bononienſis Magiſter, ex Tertiarijs Regularibus, ſpectabilis Concionator, ac Sereniſsimi Ducis Parmæ Theologus, Italicè concinavit egregium tom. in fol.

De Angelis Sanctis, eorumque Cultoribus. Venetijs, typis Benedicti Milloce, anno 1676. Vidi. Opuſculum pium inſcriptum:

Vultus Sacer de Lucca contemplatus. Mediolani per Dionyſium Gariboldum 1639. & Bononiæ, typis Joannis Baptiſtæ Farronij 1657. Alia ad publicam vtilitatem parabat, anno 1658. Fr. Franciſco Bordonio teſte, in ſuo Chronologio, fol. 547.

ALEXANDER BURGOS, Hiſpanus, Meſſanenſis, Minorita Conventualis, S. Theologiæ Lector emeritus, in Romano Collegio S. Bonaventuræ, quo florebat anno 1708. omnigena eruditione clarus, Italicè edidit:

Epiſtolam de Siculo Terremotu, cui accedit elegia. Panormi apud Auguſtinum Epirum, anno 1693. in 4. Neapoli apud Dominicum Parrinum 1693. in 4. Extat etiam hæc Epiſtola apud Silvium Bocconem in Muſeo edito Venetijs, typis Joannis Baptiſta Zuccato 1693. in 4.

Panormum gratum pietati Sanctæ Roſaliæ in Siculo Terremotu. Panormi, typis Epiri 1693. in 4.

De neceſsitate, & vſu Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in rebus Theologicis diſſertationem, Peruſiæ, litteris Conſtantini 1702. in 4.

De vſu, & neceſsitate eloquentiæ in rebus ſacris tractandis, diſſertationem habitam in Archigymnaſio Romanæ ſapientiæ. Romæ excudebat Franciſcus Gonzaga 1710. in 4. Summoperè laudant acta Eruditor. Lipſiæ anno 1711. pag. 455. et Diarium Litteratorum Italiæ, tom. 1. pag. 516.

In exequijs Leonis X. Orationem. Ibidem apud eundem 1710. in 4. De ea Diarium

tium citatum, tom. 2. pagin. *516.*

Orationem pro ſtudijs primæ Philoſophiæ, habitam in Gymnaſio Patavino, anno 1713. Patavij typis Seminarij 1713. in 4. Ex Diario citato, tom. 13. pagin. 422. Ad poeticas delitias à puetitia mirificè pronus, multa edenda paravit, præſertim Italicè, teſte Antonio Mongitore in ſua Bibliot. Sicula, littera A. & tom. 2. in Appendice ad tomum primum. Ipſum quoque laudat Fr. Vincentius Coronelli, tom. 6. ſuæ Bibliot. Univerſalis, num. 4558. Joannes Marius de Creſtimbenis in Carminibus, pag. 187. & in Arcadia, lib. 5. pag. 187.

ALEXANDER CADOMENSIS (vulgò de Caen) Gallus, Capuccinus, Provinciæ Normaniæ, Prædicator, religioſis moribus, ac ingenij acumine ornatus, edidit Gallico idiomate.

Portum Gratiæ in 8.

Triumphum Ludovici Mainl de Hereticis Galliæ.

Ruinam Proteſtantium. Ibidem 1685. in 8.

Demùm paritèr in 8. *Triumphum Sanctiſſimi Sacramenti Hæreticos ſubjugantis.* Conſule Dionyſium Genuenſem, pag. 2. ſuæ Bibliothecæ.

ALEXANDER CRISPIUS, Capuccinus, natione Italus, Patria à Buſto, Mediolanenſis Provinciæ, fervidus Eccleſiaſtes, communis juris fecit:

Sermones 42. *pro Oratione* 40. *Horarum.* Mediolani apud Malateſta, anno 1680. in 4. Ex Biblioth. Script. Cappuccin. in Appendice.

ALEXANDER FLOROVANTIUS, Sacræ Theologiæ Profeſſor, natione Italus, Patria Bononienſis, profeſsione Capuccinus, ſanguine, doctrina, ac inculpatæ vitæ prærogativa clarus, ſcripſit:

In Prædicamenta Ariſtotelis, lib. 2.

De Sophiſmatibus, lib. 1.

De Cœlo, & Mundo, lib. 2.

De Meteoris, lib. 2.

De multiplicatione Specierum, lib. 2.

Reliquit inſupèr *Opuſculum Mathematicum*, editum Venetijs 1585. in 4. ſub titulo: *De modo practicandi Retorarium Mathematicum*, eo quod ad rotis ſimilitudinem ſit expanſum. Exemplar nullum vidimus. Agit de ipſo Cherubinus Sandolinus apud Dionyſium Genuenſem in Bibliot. Minorum Capuccin.

ALEXANDER HALENSIS, ſeù ALENSIS, Anglus ab Ales Monaſterio Comitatus Claudioſceſtrenſis cognominatus, poſt jacta in Patria optima ſtudiorum fundamenta, Pariſijs Sacræ Theologiæ lauream eſt aſſecutus. Cum verò eſſet per illam ætatem Theologorum facilè princeps, Seraphicam Regulam primus ex Anglis, aut inter primos, divinitùs inſpiratus, Deiparæ ſemper Virginis amore, amplexus eſt. Factus igitur Minorita, ac eximiæ pietatis Vit, omnes penè Franciſcanæ claſsis Duces tempore præcurrens, & ſapientia ſuperans, *Fons vitæ*, *Doctor Doctorum*, *ac Irrefragabilis appellatus legitur*, non à ſuis Conſodalibus dumtaxàt, ſed ab externis, qui veritate, ac fama compulſi, ita eum prædicabant.

Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca de Halenſi agens, inquit: *In Scholaſticis articulis, & in cognitione Divinarum Scientiarum tantùm nominis, & gloriæ conſecutus eſt, ut ab eruditiſsimis ſui temporis Fons vitæ appellari meruerit.* Vel ergo eruditiſsimi ſui temporis erant dumtaxàt Franciſcani, vel aliorum ſuffragijs cognomen *Fontis vitæ* ſortitus eſt. Concordant cum ipſis S. Antoninus 2. part. Hiſtoriæ, tit. 24. cap. 8. *Alexander de Hales*, inquit, *qui Summam Theologiæ edidit copioſam, qui pro veritate ejuſ doctrinæ, dicitur Doctor Irrefragabilis.* Cardinalis Turre-Cremata De Veritate Conceptionis, part. 7. cap. 30. *Alexander de Ales, Magiſter Pariſienſis, qui pro ſua excellentia nominatus eſt Doctor Irrefragabilis.* Vincentius Bandellus in ſua Diſputatione ſolemni de Conceptione B. Virginis, fol. 44. *Alexander de Hales, Doctor clariſsimus, & Irrefragabilis*; Philippus Labbe: *Alexander de Hales, dictus Doctor Irrefragabilis, & fons vitæ.* Et part. 3. Chronolog. Hiſtor. anno 1245. *dictus Doctor Doctorum, &c.* Antonius Poſſevinus: *Meritò dictus eſt Irrefragabilis.* Mattatius, tom. 1. Biblioth. Marianæ: *Halenſis, qui poſt abſolutam Pariſijs Theologiæ Summam, hoc ſibi apud peritiſsimos quoſque conciliavit inſignè, ut Doctor Irrefragabilis, & Doctor Doctorum, ac Fons vitæ cenſeretur, & appellaretur.* Philippus Brietius, tom. 2. Annal. Mundi, fol. 671. *Alenſis Minorita, Doctor Doctorum dictus, itemque Doctor Irrefragabilis.* Nec minimè ab his Authoribus (quorum nullus fuit Minorita) recedunt Petrus Gautruche, Societatis Jeſu, tom. 2. Hiſtor. Eccleſiaſticæ, fol. 18. Cornelius à Lapide, cap. 5. in Matthæum; Antonius Spinelo, Societ. Jeſu, *De Maria Deipara*, cap. 39. fol. 560. ut alios miſſos faciam. Videant nunc Lectores, & impartialitèr conſiderent, an horum authoritas præferenda ſit vni-

vnico Fr. Natali Alexandro (aliundè docto) Dominicano, qui Minoritas, tanquam præcipuos fauctores indebitæ laudis faciens ſæcul. 13. cap. 4. num. 2. ita inquit: *Alexander de Ales* ::: *Ordinis Fratrum Minorum Lumen, ab his Fons vitæ, Doctor Doctorum, & Irrefragabilis appellatus.* Inter clariſsimos Viros, qui ex noſtri Alenſis Schola prodierunt, nominatiſsima ſunt illa duo ſplendidiſsima Eccleſiæ Catholicæ lumina, videlicet S. Thomas de Aquino, ac Epiſcopus Cardinalis S. Bonaventura, vti Fr. Joannes de la Haye in Alenſi vita, quam præmiſit ipſius Commentarijs in Apocalypſim recenſet: *Ubi etiam* (verbis, vt vtar Pariſienſis Theologi Ludovici Bail Abbavillæi, par. 2. ſuæ Biblioth. Concionatorum, pag. 154. cap. 35.) *omnia decora Alexandri abundè refert, & confirmat, vt quod Diſcipulos habuerit in Theologia D. Thomam, & D. Bonaventuram, quod primus in Ordine Minorum Conceptionem Immaculatam B. Virginis defenderit, pro qua etiam Apologiam ſcripſit, quod fuerit Scoto Author, vt pro eadem conſtantiſsimè pugnaret, quod S. Thomas multa ex ejus ſcriptis deſumpſerit, & in ſua corrivaverit, quorum indicem benè longum prafert*, cap. 11. vitæ ejuſdem. *Quod idem D. Thomas inquiſitus de modo optimo ſtudendi Theologiæ, reſponderit exercere ſe in vno Doctore, præcipuè; rurſuſque inquiſitus, quis eſſet talis Doctor? Alexander de Hales.* Sanè, retroactis ſæculis Præceptor Sancti Thomæ cognominabatur noſter Halenſis, quin aliquis ex Ordine Prædicatorum calamum tempeſtivè ſtrinxerit, vt hic locum habeat: *Qui tacet, conſentire videtur.* Quomodò autem diebus iſtis velint, nollint Authores domeſtici, & extranei pro tali magiſterio ad aras certantes, contrarium ironicè, mordicùs, & marcialitèr ſcribitur? Sed de hoc inferiùs; nunc autem ad ejus Scripta, & ſanè doctiſsima, quibus nominis ſui famam propagavit, ſedulò me vertam. Scripſit Alenſis noſter

Grammaticalia. Itá liquidè infertur ex quodam opere inſcripto: *Aurea Grammatica ſuper textum Irrefragabilis Doctoris Alexandri*, cujus vetuſtæ editionis in folio memoriam facit Michael Mayttaire de Annalibus Typographorum, fol. 387. juxtà editionem factam Hage-Comitum, anno 1719. in fol. parvo.

Annotationes, ſeù Poſtillas in vniverſos Bibliorum libros. Ex Uvadingo, Fabiano Juſtiniano in Elencho Authorum, qui in Sacra Biblia ſcripſerunt, pag. 1. Martino Lippenio, tom. 1. Bibliothecæ Realis Theologiæ. Joanne de la Haye in ejus vita. Poſſevino in Apparatu. Le-Long, tom. 2. Bibliothecæ Sacræ, fol. 602. Bergomenſi, lib. 13. ac Sixto Senenſi ſic ſcribente: *Utrumque Teſtamentum varijs hinc inde annotationibus, veluti ſtellulis illuſtravit; quod opus ipſe Poſtillam ſuper totam Bibliam ſcripſit.* Aſſervabatur in Noſtratum Bibliothecis ætate Piſani, vt ipſemet teſtatur, lib. 1. fructu 8.

In Pentateuchum Moyſis Commentaria. Poſſevinus, Pitſeus, Uvillot, Uvadingus, Haye, Venecia, Piſſanus, Le-Long, Joſias Simlerus in Bibliotheca Geſnerij in Epitomem redacta, Lippenius in ſua Bibliotheca Reali Theologica, tom. 1. ac Fabianus Juſtinianus præcitatus, pag. 4.

In Joſue, & Judices, & in 4. Libros Regum. Ex eiſdem, & ex alijs junioribus.

In Job librum vnum. Uvadingus, Haye, ex Pitſeo. Ejus initium: Dicitur in Pſalmo.

Annotationes in 12. Prophetas Minores. Poſſevinus. Habentur M. S. in Bibliotheca Ambroſiana, Uvadingo teſte, & in Bibliotheca Colvertina, cod. 429. vt ex illius catalogo conſtat.

In Libros Salomonis. Hæc Piſſanus. *Commentaria in Eccleſiaſtem.* Haberi M. S. in Bibliotheca Minorum Mirapicenſi, refert Uvadingus.

In Cantica Canticorum. Hac vtitur expoſitione, ſermone primo de Conceptione, Author lib. inſcripti: *Theſaurus novus*, juxtà editionem Pariſienſem, ann. 1539. Et ſermone primo de Anuntiatione B. Mariæ Virginis, hiſce verbis: *Ideò Alexander ſuper Cantica: amor erat in Orbe regnaturus; ideò miſſus eſt Cœleſtis Paranymphus, &c.*

In 4. Prophetas majores. Uvadingus. Extant M. S. in Bibliotheca Ambroſiana. *Commentarius in Iſaiam* in Bibliotheca Paulina Lipſienſi, vti legitur pag. 71. catalogi impreſsi M. S. Codicum prædictæ Bibliothecæ, Lipſiæ, anno 1686.

In Evangelia libros 4. Habentur M. S. teſte Uvadingo, in Bibliotheca Ambroſiana Mediolani. *Commentaria in Marcum, & Lucam* vidit Romæ Poſſevinus apud Bibliothecam Cardinalis Sarnani, vt ipſe teſtatur. Laudatur à Fabiano Juſtiniano in ſuo Elencho, pag. 58. & 59. *Commentaria in Joannem* præ manibus habuit Nicolaus de Cuſſa, Cardinalis; vndè lib. 2. de Concordantia Catholica, cap. 34. ſemèl, atque iterùm ab ipſo citatur, his verbis: *Alexander de Ales ſuper Joannem.* Et infrà: *Alexan-*

xander de Ales in Poſtillis ſuper Joanne di-
cit Hieronymum dicere eidem. Commentaria
in Lucam partim , nempè ,*ſuper Miſſus eſt*,
& ſuper Magnificat, communis juris fecit
Petrus de Alva , tom. 1. ſuæ Bibliothecæ
„ Virginalis, præmittens ſequentia : *Dùm*
„ *noſtri* Alexandri opera ſummo deſiderio
„ diù quæſiſſem , tandèm in Bibliotheca
„ Toletana S. Joannis Regum pluteo 10.
„ num. 76. inveni M.S.Codicem in fol. cu-
„ jus titulus erat : *Gloſſa ſuper Lucam Ale-*
„ *xandri de Ales*. Prologi verò initium eſt:
„ *Diſciplina Medici exaltabit caput illius.*
„ Quod vero ſit hic proprius , & legitimus
„ fœtus noſtri Alexandri Alenſis patet 1.
„ ex opere , nàm vt refert R. P. Antonius
„ Poſſevinus in Apparatu ſuo Sacro , vidit
„ Romæ apud noſtrum Illuſtr. S. R. Eccle-
„ ſiæ Cardinalem Sarnanum quatuor M. S.
„ tom. noſtri Alexandri de Ales , primum
„ in S. Marcum , ſecundum in D. Lucam,
„ reliquos verò in omnes D. Pauli Epiſto-
„ las. Secundò conſtat ex titulo , quia cla-
„ rè , & diſtinctè , tàm extra in pergame-
„ no , quàm intrà in prima pagina ex per-
„ vetuſtiſsimis characteribus inſcriptum eſt:
„ *Gloſſa ſuper Lucam Alexandri de Ales.*
„ Tertiò ex antiquitate , quia vetuſtiſſi-
„ mus eſt , vt vix Codicem legere potuiſ-
„ ſem adhibito adminiculo plurium Litte-
„ ratorum. Quartò , ex loco , nàm extat
„ in Bibliotheca antiquiſsima S. P. N. Fran-
„ ciſci , vbi Rex Catholicus Ferdinandus
„ ſuos collocavit Codices. Quintò , & vl-
„ timò , quia ſtylus noſtri Alexandri eſt;
„ nàm ſi legas ejus luculentiſsimum Com-
„ mentarium in Pſalmos, impreſſum Vene-
„ tijs , anno 1516. & iterùm ibidèm , anno
„ 1546. (falſo Ugoni de Sancto Caro Car-
„ dinali adſcriptum) videbis , quod ordo
„ procedendi , diviſiones , methodus , diſ-
„ poſitio , & ſtylus , immò & verba ipſiſſi-
„ ma ſunt.

In Acta Apoſtolorum , teſte Fabiano Juſtiniano in ſuo Elencho . pag.73.

In Epiſtolas Pauli libros 14. Piſſanus, Le Long. & Uvadingus ſubjungens partim extare M. S. Oxonij in publica Bibliotheca , & in Bibliotheca Ambroſiana. Sed au-
„ diendus Poſſevinus hic : Mihi dùm vi-
„ veret Cardinalis Sarnanus, oſtendit to-
„ mos 4. M. S. ejuſdem Alexandri Halenſis
„ in D. Marcum , in D. Lucam , in omnes
„ Epiſtolas D. Pauli , quos optabat in lu-
„ cem emitti. Noviſsimè Martinus Lippenius , tom. 1. Bibliothecæ Realis Theologicæ teſtatur Commentaria N. Alenſis *in Epiſtolas S. Pauli* edita fuiſſe Venetijs 1496. & 1575.

Concordiam vtriuſque Teſtamenti. Uvadingus , Piſeus , Haye,

De Concordia Juris Divini , & Humani multa vtilitèr diſſeruit. Dupinus, Bergomenſis, Piſeus.

Lecturas Bibliorum. Poſſevinus , Piſeus , & alij.

Repetitiones Lectionum , lib. 1. cujus Piſſanus laudatus memoriam egit , & ex Uvillot Haye.

De Legibus libr. 1. Haye , Uvadingus, Piſeus.

De Myſterijs Eccleſiæ. Incipit , Uvadingo teſte : *Anglia quo tandèm tendit.* Ex Piſeo.

In Apocalypſim Commentaria. Piſeus,
„ Uvillot: *Et hi ſunt*, ait noſter Haye,Com-
„ mentarij , quos ad me R. admodùm Pa-
„ ter Marchantius per Germaniam, & Bel-
„ gium Commiſſarius Generalis , mitten-
„ dos curavit , (aſſervabantur olim in Bi-
„ bliotheca Antuerpiana Minoritarum) &
„ qui labore , & mea diligentia typis *ex-*
„ *cuſſi ſunt*. Vidimus editionem factam in fol. Pariſijs 1647. ſumptibus Antonij Bertier , & apud Bibliothecas Barberinam , & Tellerianam , ac Jacobum Le-Long, tom. Bibliothecæ Sacræ. Non ergò gratis *Sacrarum Litterarum Interpretem , juxtà S. Hieronymi verſionem* , N. Alenſem deprædicant Menochius, tom. 1. ſuæ brevis explicationis SS. Bibliorum in præfatione ad Lectorem , ac ferè eiſdem verbis Franciſcus Haræus in Præfatione ad Lectorem Sacrorum Bibliorum , tandèmque *vtriuſque Teſtamenti Expoſitorem* , Angelus Roche Auguſtinianus in ſuo Compendio Bibliothecæ Theologicæ , & Scripturalis.

Summam Theologiæ Innocentij IV. juſſu , ea methodo , quam antea nemo vnquàm attigerat , Alexandri IV. Pontificis diplomate , ac ſeptuaginta duorum Pariſienſis Univerſitatis Doctorum ſymgraphis comprobatam. Sed vt monuit N. Der-
„ mitius , fol. 44. *Admonitos* tamèn volo,
„ ſivè adverſarios , ſivè alios quoſcumque
„ ejuſmodi approbationes non debere ad
„ omnia , & ſingula placita referri doctri-
„ næ approbatæ ; ſed ad ea , quæ potiſſi....
„ ſunt contra Hæreticos , & pro *defenſione*
„ *articulorum Fidei*. Summa ergò hæc,quæ M. S. Ceſſenæ in Bibliotheca Minorum, & Hanoniæ in Cœnobio Camberonenſi Ciſtercienſi aſſervatur , teſte Sandero , par. 1. Bibliothecæ Belgicæ M. S. edita fuit primo , Veniſſæ Urbe Adriatica , typis Joannis de Colonia , anno 1475. in fol. ſed ſub hoc titulo obſervatione digniſsimo : *Sum-*

ma

ma D. Thomæ Alenſis. Ita recenſet Joannes de la Caille De Vitis Typographorum, fol. 22. juxtà editionem Pariſijs factam Gallico idiomate, anno 1639. in fol. parvo. Secundò Norimbergæ 1482. in fol. magno apud Antonium Kobulger. Papiæ apud Joannem Antonium de Birretis 1489. in 4. & ibidem per eundem 1490. in fol. Baſileæ 1502. Lugduni 1505. & 1516. Tandèm Venetijs Franciſcus Franciſcius Senenſis communem faciebat, anno 1575. & 1576. recognitam, & quintuplici indice auctam 4. voluminibus in folio. Porrò, vt ex Poſſevino notat Uvadingus, ad hujus Summæ doctrinam ſolidè percipiendam perutilis eſt *Summa Reſolutionum Halenſis*, quam Proſper Urbinas, Minorita Conventualis acri Vir juditio in ordinem, & compendium redegit, ac in publicum miſsit Urbini 1604.

Sermones ad populum. Uvadingus ex Poſſevino. *Sermo habitus in ſolemnitate B. Virginis Mariæ*, cujus initium: *Fiat lux*, citatur multotiès à Fr. Franciſco Martini, Carmelita, (qui florebat, & ſcribebat anno 1390.) in ſuo Compendio *Veritatis Conceptionis V. Mariæ* M. S. Pariſijs apud PP. Carmelitanos Majoris Conventus, & Lovanij impreſſo, anno 1663. in 4. ſtudio Fr. Petri de Alva.

Declarationem in Regulam FF. Minorum, laudatam à S. Antonino Florentino 3. part. tit. 23. cap. 9. §. 3. Editam habes apud librum inſcriptum: *Monumenta Ordinis Seraphici*, à fol. 20. juxtà editionem Salmantinam, ann. 1511.

Compendium Sacræ Theologiæ, quo libris ſeptem, veteris, ac novæ legis myſteria elucidantur. Habuit Uvadingus M. S. & exaratum 1405. Aſſervatur M. S. in Bibliotheca Toletana Conventus S. Joannis Regum ſub FF. num. 14. in fol. Incipit: Deum eſſe multis modis. Et Hiſpali in Bibliotheca Eccleſiæ in 4. Codice membraneo. Vidi.

Interrogatorium pro animabus regendis. Uvadingus, & alij.

De Sacramento Pœnitentiæ, opus inſigne apud Uvillot, & Pitſeum.

De Negligentia, lib. 1. Haye ex Pitſeo.

Mariale Magnum, lib. 6. Initium: *Mariæ praecellentiſſimæ Matris.* Ex Pitſeo, Uvillot, & alijs quampluribus Authoribus. Extat M. S. in Bibliotheca Lamberana.

Commentaria in lib. 3. de Anima: Oxoniæ, ſub hoc titulo: *Sententioſa, ac ſtudio digna expoſitio Ven. Alexandri ſuper tertium librum de Anima, Impreſſa per me Theodoricum Road de Colonia in alma Univerſitate Oxonienſi, anno Incarnationis Divinæ* 1481. in fol.

In lib. 12. Metaphyſicorum. Venetijs 1577. teſte Lippenio in ſua Bibliotheca Reali Theologica; & ibidem 1573. apud Bibliothecam Barberinam. Item, ibidèm 1572. Prodierunt hæc Commentaria ſtudio Fr. Propertij Reſta à Talliacetis Franciſcani Conventualis, typis Simonis Galignani. Scio Natalem Alexandrum P. Nazarij Sectatorem nolle admittere hanc expoſitionem eſſe N. Alenſis; ſed cur potiùs eis fides adhibeatur, quam Propertio, Uvillot, & Franciſcanis? Sanè P. Muſantius, Societatis Jeſu alumnus, tab. 4. ſuæ Chronologiæ, inquit: *Alenſis, Albertus, & S. Thomas praecipuè Ariſtotelem, quo Arabes contra nos abuti conſueverant, Chriſtianæ veritati ſervire docuerunt.*

De Verbis exoticis. Incipit ex Uvadingo: *In exordio hujus libelli iſta ſunt.* Extabat M. S. Cantabrigiæ in Collegio Caio Gombillenſi: *Exoticon Magni Alexandri de Ales*, Cod. 1030. num. 6. apud tom. 4. libr. M. S. Angliæ, & Hiberniæ.

Dictionarium difficilium vocabulorum. Prima verba, Uvadingo atteſtante: *Ceſpitat in Phaloris Appus.*

De Mahometis factis librum laudatum ab Ildephonſo Laſor à Varea, tom. 2. *Univerſi terrarum Orbis Scriptorum calamo delineati*, fol. 612. juxtà editionem Patavinam 1713. Nec de hoc opere tacet Poſſevinus.

Summam de Virtutibus Pariſijs impreſſam 1509. & alibì. Aſſervatur, Uvadingo teſte, M. S. Toloſæ in Bibliotheca Collegij Fuxenſis. An N. Alexandri, an alterius Alexandri Angli ſint *Tituli* 13. *de Operibus Miſericordiæ*, judicent alij. Hoc opus vidimus in Bibliotheca Regia Matritenſi, Hiſpanis donatum à Petro Gonzalez à Turre, Eccleſiæ Valdemorenſis, in Nova Caſtella Rectore, impreſſum Toleti apud Joannem Villaquiram 1530. in fol.

Deſtructorium vitiorum, ſub titulo: *Alexandri Angli, Theologi vetuſtiſsimi.* Venetijs apud Damianum Zenarium 1582. Et Nurimbergæ, typis Antonij Koberger 1496. ſub cujus finem legitur: opus compoſitum fuiſſe à quodam Fabrilignarij filio. Undè infert Uvadingus, *Alenſis partus eſſe non videtur*; neque certò ſcias, cui ſit adſcribendum. At Alexandro Halenſi, conſtanti Codicum M. S. fide adſcribitur, nonnullis extraneis Authoribus atteſtantibus.

In

In Pſalmos Commentarios luculenta. Sub nomine N. Alenſis vidi, ac legi in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ, ubi in præſentiarum aſſervantur. Titulus hic eſt. *Poſtilla Irrefragabilis Doctoris Domini Alexandri de Ales, Ordinis Minorum ſuper Pſalmos, aurea.* Incipit: Egredimini Filiæ Sion. Ultima verba ſunt iſta: *Et ſic eſt finis hujus utilis, & ſuavis Poſtillæ ſuper totum Pſalterium. Impreſ. autem fuit Venetijs per Joannem, & Gregorium de Gregorijs fratres, impenſis Stephani, & Bernardini de Nallis fratrum, ſuaſu Reverendiſsimi Patris, & Prædicatoris egregij Fr. Dominici Ponzoni. Habita tamen gratia ab Excelſo Venetorum Dominio; ne quis per decennium proximum imprimere poſsit, aut imprimi facere, ſeù alibi impreſſam vendere per totum Dominium, & ſub pœnis, &c. Prout in ipſa gratia pleniùs continetur. Completa verò fuit die 12. Novembris 1496.* Item ſub nomine ipſius Alexandri, edita ſunt Venetijs 1476. typis Gott. apud Bibliothecam Sluſianam. Ibidem 1496. apud Georgium Draudium in Bibliotheca Claſsica apud Bibliothecam Bodleianam, & Guilielmum Corveum in Catalago Scriptorum in Sacram Scripturam. Lipſiæ 1554. apud Martinum Lippenium. Venetijs 1546. ex Uvadingo, & 1566. ex Pitſeo, & apud Bibliothecam Barberinam. Improſpectè ergo ſcripſit Dominicanus Graveſon in ſua Eccleſiaſtica Hiſtoria, fol. mihi 402. verbo Hugo de S. Charo: *Author eſt*, inquit, *expoſitionis ſpecialis in Pſalmos, uti teſtantur S. Antoninus, Bellarminus, Simlerus, & Labbeus, qui Minoritarum hanc Expoſitionem in Pſalmos Alexandro Halenſi perperam adſcribentium, figmentum rejiciunt.* Sed quàm gratis, & acerba Minerva hæc ſcripſerit, ob oculis ponam. Appello in primis ad Authores ab ipſis relatos. Bellarminus, agens de Hugone de S. Charo, inquit: *Scripſit etiam ſeorſim in Pſalmos, quamvis omninò non conſtet an Commentaria illa in Pſalmos ſint hujus Hugonis, an Alexandri Halenſis.* Ecce Bellarminus dubitat, non aſſerit. Ubi ergo ejus teſtimonium, quo rejecit figmentum Minoritarum? Joſias Simlerus, verbo Alexander de Hales, ait: *Scripſit in Pſalterium.* S. Antoninus affirmat Hugonem opus feciſſe, & valdè proficuum ſuper totum Pſalterium; ſed ubi negat Alenſem Expoſitorem fuiſſe Davidici Pſalterij? Philippi Labbe verba ſunt iſta: *Commentarij in Pſalmos, de quibus vide infrà, verbo Hugo de S. Charo, Cardinalis, cui tribuuntur, quæque ex Poſſevino notavit Uvadingus.* Ecce nullus ex quatuor Authoribus relatis rejicit, quod perperàm aſſerere, & propatulè mittere P. Graveſſon non dubitavit. Quod ſi ex dictis aliorum, pondus æſtimare libet, Aubertus Mireus, ut ejus verba demonſtrant in Scholio ad caput 40. verb. *Alexander de Ales*, mentem multorum Anonymorum aperit, non ſuam. Valerius Taxandrus in Hugonis natione diſcrepans, diſcrepare potuit & in hoc Commentario. Poſſevinus priùs militavit pro N. Alenſi, dicens: *In Pſalmos item Commentaria luculenta falsò Hugoni à S. Theodorico adſcripta, quæ Venetijs, anno 1496. excuſa ſunt à Gregorio de Gregorijs.* Junior Dupinus, & Andreas Scotus aſſerunt. Sed cur potiùs iſti fides adhibeatur, quàm alijs antiquioribus Authoribus ex adverſo reclamantibus?

In Catalogo Bibliothecæ Bodleianæ legitur: *Alexander de Ales Commentaria in Pſalmos.* Gerardus Dubois Congregationis Oratorij, tom. 2. Hiſtoriæ Pariſienſis, fol. 301. agens de N. Alenſi, inquit: *Commentarios compoſuit in Pſalmos.* Georgius Draudius in Bibliotheca Claſsica, fol. 526. *Alexander de Ales in Pſalmos.* Bulleus ſæcul. 5. Univerſit. Pariſienſis, fol. 673. *In Pſalmos Davidicos Commentaria lucidiſsima edidit.* In Bibliotheca Barberina, verbo Alexander Alenſis: *Poſtillæ in Pſalmos.* Guilielmus Crovveus in Elencho Scriptorum in Sacram Scripturam, fol. 41. verbo Alexander de Hales: *In Pſalmos Commentaria falsò Hugoni Theodorico adſcripta* fol. Venetijs 1469. Pitſeus, verbo Alexander Alenſis: *In Pſalmos*, extant Venetijs 1566. Martinus Lippenius tom. 2. Bibliothecæ Realis Theologicæ, fol. 582. *Alexandri de Ales, ſeù Hales Angli Commentaria in Pſalmos Davidis, quæ falsò Hugoni Theodorico adſcribuntur.* Fabianus Juſtinianus Congregationis Oratorij in Elencho Authorum, titulo *In Pſalmos*, ait: *Alexandri Alenſis Commentaria.* Inſuper teſte Fr. Petro de Alva, Radio 68. pag. 772. & 773. in Majori Conventu Pariſienſi, & in Conventu Leydenſi Minorum extabant *M. S. Commentaria ſuper Pſalmos N. Alenſis.* Et in S. Jacobo Leodij duo Originalia M. S. antiqua *ſuper Pſalmum: Beati immaculati in via* ſub nomine Alexandri de Ales. Neque his ſimilia ignota fuerunt Dominicanis Joanni Bundero, & Guilielmo Carnificis in ſuis Bibliothecis M. S. Belgij, ſic dicentibus: *Alexander de Hales ſuper Pſalterium.* Pariter, ſub nomine *Nequam* (ſic etiam vocabatur, teſte Franciſco Martino Carmelita-

tano in ſuo tractatu de Conceptione, ſcripto anno 1390. fol.123.) extabant in Bibliotheca Bodleiana, & in Trajectenſi ad Rhenum, *Commentaria in Pſalmos.* Verba formalia, tom.2. Bibliothecæ Bodleianæ, tom. 1. num.2339. ſunt: *Alexander NeKam ſuper Pſalmos.* Tandem adſcribunt Patres Dominicani Petrus de Vincentia, Continuator Patris Bandelli, ac Nicolaus Eymericus, adducentes pro ſua ſententia Alexandrum Alenſem *in ſua Poſtilla ſuper Pſalmum* 14. Sat ſit adducere Magiſtrum Bandellum Dominicanum, qui in ſua Diſputatione ſolemni edita in 4. abſque loco impreſsionis, & nomine Typographi anno 1502. fol. 34. inquit: *Alexander de Ales Doctor clariſsimus idem dicit ſuper Pſalmum: Deus noſter refugium.* Vel ergò ſcripſit ſuper Pſalmos N. Alenſis, vel non? Si Alenſis non ſunt Commentaria, nulla erit authoritas ab Authoribus laudatis adducta. Si ergo authoritas ab illis transcripta expreſſa eſt N. Alenſis; dilucidè infertur indiligentia P. Graveſſon, ejuſque gratuitum aſſertum. Meritò Joannes Oven lib.2. epigr. 164.

Hic ait, ille negat,
Scinditur Hiſtoricum ſtudia in contraria vulgus.
Vixque minor conſtat, cui ſit habenda fides.

In libros 4. *Sententiarum*, qui Lugduni 1515. ex Joanne de la Haye, typis ſubjecti prodierunt. Piſſeus teſtatur aſſervari M. S. in Collegio Cantabrigienſi S. Petri. Item in 4. Sententiarum ſub nomine Halenſis, Lovanij in Bibliotheca Collegij Societatis Jeſu, apud Sanderum tom. 1. Bibliothecæ M. S. Belgicæ. In Bibliotheca Regia Scorialis pluteo VI. num.33. litt. E. etiam M. S. extant *Alenſis Diffinitiones in 4. libros Sententiarum.* In Eccleſia Cathedrali Herfodenſi *ſuper 3. Sententiarum.* Et in domo S. Petri, apud Cantabrigiam, ex Catalogo libr. M. S. Angliæ, & Hiberniæ: *Quæſtiones excerpta de Summa Alexandri de Ales ſuper 4. libros Sententiarum.* Principium: *Quæritur primo.* Hæc, ni fallor, evincerent alium fœtum eſſe N. Alenſis Commentarios in 4. libros Sententiarum, niſi accuratiùs rem conſpexiſſet eruditus Fr. Petrus de Alva, quem ſuppreſſo nomine inſequitur P. Natalis Alexander. Nihilominùs tamen, vt Dominicano Gravina loquar, tom.3. Catholicarum præſcriptionum lib.4. fol. 296. *Primas partes damus primę ætatis Scholaſticis, vt Guillelmo Pariſienſi, Antiſiodorenſi, Alberto Magno, Alexandro Alenſi, S. Thomæ, Bonaventuræ, Ægidio, Scoto, quos Principes meritò dixeris, & primæ claſsis Legionarios.* Et eruditus Minoritæ Philippus Boſquierus tom. 2. pag. 955. *Vt ex immenſo Oceano flumina innumerabilia fluxerunt, ſic ex iſto Halenſi Theologi multi.* Litteris etiam conſignavit

DE IMMACULATA V. MARIÆ Conceptione Tractatum.

NUllum non movet lapidem in ſua Diſſertatione Pater Natalis Alexander, vt hunc Alexandro Alenſi eripiat famoſiſsimum Tractatum. Nunquid rationabiliter, aut acerba Minerva? Sed quid opus eſt verbis? Spectemus agendo. Seraphici Alexandri eſſe digniſsimum, propriumque fœtum Tractatum integrum de Immaculata Virginis Conceptione, teſtantur oculati teſtes antiqui, quibus adhærent innumeri Authores graves. Unus pro multis loquitur Pater Franciſcus Martinus Carmelitanus, qui ſuum Tractatum de Conceptione ſcripſit circa annum 1390. fol.123. expreſsè dicens: *Continuando materiam arguendo per Magiſtrum Alexandrum de Hales Nequam, &c... & libro, quem de B. Virgine edidit, qui Toloſæ incatenatus extat in Choro Eccleſiæ Cathedralis, probat ipſam Virginem Mariam Dei-Genitricem ab originalis peccati macula præſervatam; vbi etiam retractat in contrarium, quidquid dixerat in 3. Sententiarum, diſtinct.* 3. Ridicula ergo conſequentia eſt: Anno 1679. (quo ſuam Diſſertationem publicavit P. Natalis Alexander) Toloſæ non extabat Tractatus iſte Alenſis: ergo non extabat anno 1479. vt teſtatur Bernardinus de Buſtis? Ergo non extabat anno 1500. quo floruit Pelbartus Temeſvarienſis lib.4. Stellarij (apud P. Nieremberg immediatè citandum) idem aſſerens? Ergo non extabat anno 1390. quo ſuum efformavit Tractatum laudatus Carmelitanus? Subſcribunt Mauritius de Villaprobata, Dominicanus, ſermone 3. de Corona, Celaya, & alij, apud Joannem Euſebium Nierembergium Societatis Jeſu, de Exceptionibus Concilij Tridentini, cap. 19. & apud Ægidium de Præſentatione lib. 2. *de Præſervatione Virginis*, quæſt. 4. articul.4. §. 1. num.7.

Inſuper N. Guilielmus Borrillon, (cujus Commentaria vidi ſuper 4. libros Sententiarum, edita in fol. Lugduni 1489. & Venetijs 1496. in 4.) apud Silveſtrum de Saavedra, Ordin. Redemptorum B. Mariæ Vir-

Virginis de Mercede, tomo de Sacra Deipara, fol. 362. num. 113. ſcribens: *Tractatus iſte Irrefragabilis Doctoris* à Toloſano Magiſtro Joanne de Gattim hujus Ordinis Doctore contra nonnullos Virgini de novo garrientes in Univerſitate Toloſana circa octo annos *productus eſt*. Conſentiunt Ojeda, Salazar, ac Carolus Latius de Immaculata Virginis Conceptione, fol. 228. num. 1082. *Quotannis igitur*, inquit, *Alenſis* in ipſo Conceptionis feſto gravi morbo percuſſus, & à diſcipulis tandèm admonitus, votum emiſit de contextanda Immaculata Deiparæ Conceptione, & ſic ſanitatem adeptus, egregium volumen de eodem myſterio ſcripſit, adeò vt in ipſo vltimo vitæ ſpiritu illud Spiritus Sancti Canticum concinnens: *Tota pulchra eſt amica mea, & macula non eſt in te*, ac ſubdens: Maria Domina mea tota pulchra es, & formoſa, & macula originalis, aut actualis peccati nunquàm fuit: Seraphicus hic Cygnus obdormivit Immaculatæ Conceptionis concinnens *myſterium*. Inſupèr, S. Bernardinus Senenſis in ſuo Tractatu de Conceptione, fol. 8. ſic dicit: *Ille Doctor* famoſus, atque devotus Alexandet in fine vitæ ſuæ expoſuit ad honorem Conceptionis hanc authoritatem, ſcilicèt: *Tota pulchra*, *&c.* & macula non eſt in te; ſuple, originalis, actualis, venialiſquet & hæc dicens, devotèque ſe commendans Virgini glorioſæ, expiravit. Subſcribit demùm N. Iſidorus à S. Michaele, §. 11. ſui Certaminis Hiſtorialis panegyrici, pag. 98. quærens: *Sed dicat P. Natalis, qui ſunt iſti omnes, qui Toloſam adjere, & in hanc inquiſiere fabulam*?

Vitam S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi. Piſſanus, Haye.

Vitam Ricbardi Regis. Poſſevinus, Piſſanus, & alij.

De Characlere quæſtionem vnam. M. S. in Bibliotheca Vaticana Uvadingo teſte, & ex eodem ibidem Opuſculum intitulatum:

Quæſtio de Theologia Alexandri Alenſis. Alia plura conſcripſit, teſtibus Piſano, Poſſevino, & Bergomenſi. Apud Bibliothecam Canonicorum Regularium Tungrenſium Ditionis Leodienſis extant aliqui tractatus M. S. ejuſdem Alenſis, vt refert Sanderus, part. 2. Bibliothecæ M. S. Belgicæ. Apud Bibliothecam Bodleianam Cod. 663. num. 11. extabat *Alexandri Halenſis expoſitio decem præceptorum Legis.*

DISSERTATIO SCHOLASTICO-Hiſtorica de Magiſterio Alenſis, ac diſcipulatu Angelici Præceptoris.

NUllas agens ambages, rationiſque, & authoritatis veſtigijs inſiſtens, ad clamores accedo R. A. P. Fr. Natalis Alexandri in ſua Diſſertatione, vbi multa acerba in Franciſcanos projicit; ſed ſic ſcribens, quod non decuit, vel quomodò non decuit, vt SS. Chriſoſtomo, ac Bernardo vtar, non tàm nos læſit, ſemèl, atque iterùm prædictam diſſertationem in publicum mittens, quàm ſe ipſum, namque ita ſcribendo *ſuam prodidit potiùs levitatem, quam noſtrum reprehendit errorem.* Sed dicatur veritas, ne fortè, cum tacetur propter eos, qui capere non poſſunt, non ſolùm veritate nudentur, verumetiam falſitate capiantur. Dicatur; quia extranæi à charitate eſſe non poſſunt Authores, cum quibus veritas graditur.

Præmitto primò Angelicum Præceptorem Magiſtris profeciſſe, vt ex ſuo Guilielmo refert Dominicanus Maluenda in ſuis Annalibus ad ann. Chriſti 1237. Sed audiendi ſunt RR. PP. Jacobus Quetit, & Jacobus Echard eruditi, ac recentes Authores Bibliothecæ Scriptorum Ordinis Prædicatorum, tom. 1. ſect. 13. fol. 276. reſolventes: *Hos tres Joannem Pungenſianum, Albertum Magnum, & Stephanum de Vameſia ab Aquinate Pariſijs auditos, ſtatuimus.* Meritò N. Uvadingus ad annum 1245. inquit: *Ego Doctori Angelico nihil in hoc derogatum eſſe video, ſi jam ſenem juvenis audivit, quem ſenex pro reliquis aſſumpſit imitandum, & ſequendum.* Undè Authores Bibliothecæ Dominicanæ conſequentèt ſubjungunt: *Halenſis Diſcipulum Aquinatem fuiſſe, non quia contumelioſum ſit, eſto, ſed quia falſiſsimum eſt, ideò verò pernego, & Chronologia, duplici ex capite peremptoriè evinco.* De his capitibus verè languidis, infrà redibit ſermo.

Præmitto ſecundò Divum Thomam Halenſis ſectatorem eſſe, quantumvis non fuerit auditor. Immò Ducem Angelici Præceptoris (non autem gratis) qui ipſi in dividenda varias in quæſtiones, & articulos Theologia exemplo ſuo præiverit fatetur Pater Natalis, ſubdens: *Id verò Superiores verſus evidentèr probant*, quos

in Summa Alexandri Alenſis, prima, vt puto editionis, anno, ſcilicet, milleſimo quadringenteſimo octogeſimo ſecundo excuſa memini me legiſſe.

> Hic prudens Opifex, multa celeberrimus arte,
> Compage, & nervis conſolidavit opus.
> Primus in articulos Divina volumina duxit,
> Artis, & morem retulit Acta Senum.
> Quo duce præmonitus in prælia Divus Aquinas
> Quotquot, & vſque legis fortius arma gerunt.

Hæc P. Natalis, ſed coactus, legerat enim Joannis Gerſon Epiſtolam, & Authorem *Firmamenti*, de quibus infrà redibit ſermo. Ecce ſine controverſia dàt Alenſi P. Natalis quod potiſsimum eſt, longè enim glorioſius eſt, maturum ætate, & ſcientia ſtudioſum nanciſci imitatorem D. Thomam, quàm in Scholis docere juvenem, vt rectè obſervavit laudatus Uvadingus. Hìc revocare licet editionem illam ſuperiùs laudatam, cui titulus: *Summa D. Thoma Alenſis*; titulus enim iſte aliquid innuit. Quid ergo?

Præmitto tertiò, narrationem de S. Thoma in diſciplinam Alexandri Alenſis tradito, in traditionum cenſu, haberi à graviſsimis viris, quorum nullus Scotiſta, aut Franciſcanus. Nequit inficiari poteſt, quod ex Magno Baſilio ſubjungit Dominicanus Cano de locis, lib. 3. cap. 6. *In Republica judicijs, vbi Scripturæ deeſt inſtrumentum, teſtibus habetur fides:::eſſet enim ridicula Reſpublica, quæ in judicis ſcripto omnia nihil ſine ſcripto probaret. Scripturas enim propter litigioſos facimus.* Supponunt Cornelius Alapide in 5. Matthæi: Gerardus Dubois, Congregationis Oratorij alumnus, tom. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Pariſienſis, lib. 15. cap. 7. fol. 391. Joannes Dominicus Muſantius, Societatis Jeſu, tabul. 4. Joannes Gerſon apud „ ipſum Natalem in ſua Diſſertatione: *Vi-„ vente tunc*, & conſentiente Fr. Alexan-„ dro de Hales, cujus doctrina, quantæ „ ſit vbertatis, dici ſatis nequit: de qua „ fertur reſpondiſſe S. Thomas, dùm in-„ quireretur ab eo quis eſſet optimus mo-„ dus ſtudendi Theologiam? Reſpondet: „ Exercere ſe in vno Doctore præcipuè: „ Dùm vltrà peteretur, quis eſſet talis Doc-„ tor? Alexander de Ales. Teſtor me ita le-„ giſſe pridèm in Tractatu quoddam de „ Viſione Beata contra Joannem XXII. Sed occurrit P. Natalis frigidis hiſce verbis: *Utinam Authorem Tractatus, in quo id legerat, nominatim laudaſſet! Veſtri forſàm Ordinis* (Franciſcani) *fuiſſe conſtaret, quem non immeritò hac in cauſa ſuſpectum à teſtimonio dicendo repellere poſſemus. Quamquam id minimè opus ſit, cum id certum non eſſe ſatis innuat Gerſonius his verbis: De quo fertur reſpondiſſe Sanct. Thomas.*

Ecce, ò Natalis nominatim laudavi Cornelium, Gerardum, ac Muſantium, in quibus expreſsè dicitur, *auditur, fertur & creditur* Alenſem N. Præceptorem fuiſſe S. Thomæ, quos Ordinis Franciſcani non fuiſſe, luce clarius eſt. Præterea: Domeſticos teſtes, præcipuè illius, vel proximæ tempeſtatis, rejiciendo, quid certi de Perſona, re, vel cauſa alicui Provinciæ accidentibus habeatur? Inſuper P. Natalis gradum ſiſtens in verbo *fertur*, minimè aſsignat verba alia ejuſdem Gerſonis immediatè dicentis: *Teſtantur Scripta ejuſdem S. Thomæ, maximè ſecunda ſecundæ, quam intimum ſibi fecerat, & familiarem illum, quem laudabat Doctorem Alexandrum*, quod me judice, infertur ex illa vetuſta editione Summæ ſuperiùs laudatæ, ſub hac inſcriptione: *Summa Divi Thomæ Alenſis.* Paritèr in medium adducto à P. Natali, Franciſcano, Authore *Firmamenti*, ſtudioſè reticet ejuſdem Authoris ſequentia verba: *Nunc omnes Doctores ſcribentes ſuper Sententias, veluti Diſcipuli Magiſtrum inſequuntur, ſingularitèr D. Thomas Aquinas, vt dicit Magiſter Gerſon.* Porrò, ad formam redigo negativum argumentum P. Natalis ex Authore *Firmamenti* depromptum.

Author *Firmamenti* inquit, Halenſem Præceptorem fuiſſe *Sancti Bonaventuræ*, nullam Sancti Thomæ memoriam faciens: Ergo fabula eſt Divum Thomam

Digitized by Google

auditorem Halenſis fuiſſe. Sed miſſa antecedentis falſitate, contra: P. Carolus Joſephus Ciſtercienſis in Appendice ad Bibliothecam Latino-Hebraicam, fol. 300. num. „ 917. inquit: Alexander Aleſius, ſeù Ale„ xius (longè ab Alexandro Alenſi D. Tho„ mæ Præceptore) natione Scotus, &c. P. Maxenſius ſuperiùs laudatus, immemor quoque diſcipulatus S. Bonaventuræ ſcripſit: *Alexander Alenſis creditur D. Thomæ Præceptor*: Ergo Alenſis Præceptor non fuit S. Bonaventuræ? Inſuper, ſi P. Natalis vim facit in verbo *fertur*: in prima parte Summæ N. Alenſis Venetijs impreſſa, anno 1576. ac Scipioni Cardinali Piſano ſacra, legitur: *Alexander de Ales*: *Ille* (inquam) *quem Doctorem Irrefragabilem appellant, quem DD. Euſtachij, & Thomæ Aquinatis Præceptorem fuerunt*: Ergo certum non eſſe S. Bonaventuram Diſcipulum Halenſis fuiſſe, innuit ſatis verbum *ferunt*? Verbum autem *ferunt* maximè in ore Authorum doctrina, ac pietate inſignium, vel ex eo deprehenditur inficiari non poſſe, quod Spiritus Sanctus eo vtitur. Secundo enim Paralipomenon cap. 35. legitur: *Et quaſi lex obtinuit in Iſrael*: *Ecce ſcriptum fertur in Lamentationibus.* His ergo præmiſſis:

Dicendum eſt, quod *auditur*, *fertur*, *& creditur*, nempè Angelicum Præceptorem auditorem fuiſſe Irrefragabilis Doctoris. Huic veritati ſubſcribunt Minoritæ omnes; apud quos mentio extat N. Alenſis. Subſcribunt Spondanus 1245. Joannes Pitſeus, Philippus Labbe, Cæſar Æsbaſius, Philippus, Brietius, Petrus Gatruche, Antonius Poſſevinus, Hyppolitus Marratius, miſſis Balleo, Gualtero, Nicolao Arpſerio, La-Croix, alijſque Recentioribus. Subſcribunt Abrahamus Bzobius, Dominicanus ad annum 1250. Illuſtriſſimus Lopez, Dominicanus, lib. 1. part. 6. ſuæ Hiſtoriæ, cap. 87. Chronologus tandèm Dominicanus, Fr. Ferdinandus del Caſtillo (meritò laudatus ab AA. modernæ Bibliothecæ Dominicanæ; *eo quod Annales ſuos lingua Hiſpana puriſſimè, & elegantiſſimè, & ſumma fide ſcripſerit*) part. 1. ſuæ Hiſtoriæ, lib. 3. cap. 3. Sed quia certitudo noſtri aſſerri non præcisè ex authoritate ipſorum, quorum memoriam egimus (quamvis ex Joſepho, lib. 1. contra Apionem: *Indicium eſt veræ Hiſtoriæ, ſi de rebus iiſdem omnes eadem, & dicant, & ſcribant*) ſed ex principijs ſolidis ratione temporum ſervata, generatur; id ipſum

Probo primò ex Tabella (non ex epitaphio) ex antiquo muro appenſa in ejus memoriam, in qua hoc inſcribitur diſtichon.

Quo duce præmonitus in prælia Divus Aquinas
Quotquot, & vſque legis fortius arma gerunt.

Ubi iter, quo itur, & quo eundum eſt dilucidè oſtendunt illa verba; *Quo duce præmonitus.* Reſpondent Authores laudatæ Bibliothecæ Dominicanæ, Tabellam iſtam novitiam eſſe, nulliuſque momenti. Sed contrarium evidentèr evincitur; primò ex Bullæo, ſæcul. 5. Univerſitatis Pariſienſis, fol. 201. dicente: *Ex Tabula Hiſtoriam illius temporis non obſcurè intelligimus.* Secundò: ex identitate eorum carminum cum illis recognitis, ac receptis à ſuo Natali Alexandro ſuperiùs dato. Tertiò: ex editionibus Summæ Alenſis, anno 1480. & 1505. in quorum initijs præfixum extat idem Diſtichon. Præterquamquod, ex P. Natalis doctrina, ad veriſimilitudinem facti, nec requiruntur teſtes coævi, aut ſuppares: ipſe enim alibì concludere intendit teſtimonio ſexti ſæculi, & noni, adventum in Marſiliam S. Mariæ Magdalenæ, quæ in primo ſæculo comes fuit N. Dulciſſimi Jeſu, vt rectè vrget in ſuo Certamine Hiſtorico N. Fr. Iſidorus à Sancto Michaele, fol. 110.

Probo ſecundò, vna ex publicis Theſibus propugnatis in Comitijs noſtris Generalibus celebratis in Victoriæ Urbe anno „ 1694. vbi §. 5. *Juxtà* diplomata Sixti IV. „ & V. vtrique Doctores, Angelicus, ſcili„ cèt, & Seraphicus, fuerunt Coætanei, „ Commagiſtri, & Condiſcipuli: Bonaven„ tura nullum alium cognovit Magiſtrum, „ præter Alexandrum Alenſem: ergo ambo „ fuiſſe ſub diſciplina, ac doctrina Alenſis, „ liquet *illationis vi.* Porrò reſpondent Authores recentis Bibliothecæ Dominicanæ *verum habent ſenſum, verba Pontificis Condiſcipuli, id eſt, iiſdem annis Theologiæ operam dantes, Thomas ſub Magiſtris S. Jacobæis, Bonaventura ſub Magiſtris Minoritis.* Sed contrà: Hoc quod eſt iiſdem annis Doctores Sanctos Theologiæ operam dare, explicatur probè à Pontificibus Summis illis verbis: *Coævi, coætanei, iiſdemque ſtudijs dediti.* At eſſe Condiſcipulos, quid

erit? Quid enim eſt condiſcipulus, niſi diſcipulus cum alio ſub eodem Magiſtro diſcens? Unus pro multis ſufficiat, Joannes Gaudinus ex Societate Jeſu in ſuo Theſauro trium linguarum occurit, verbo *Condiſcipulus*, Gallicè ſcribens: *Condiſciple, Compagnon, d'etude, qui etudiè ſous meme maitre.*

Reſpondent alitèr Authores Bibliothecæ Dominicanæ, dicentes: *Sixtus IV. more aliorum Pontificum loquitur ſuppoſita rei veritate*: ergo Sixtus IV. & Sixtus V. ſupponunt verum eſſe, quod P. Natalis Alexander, ejuſque Sectator P. Graveſſon *Fabellam, & novum figmentum appellant.* Immemorem ſuimet P. Natalem invenio, ex authoritate Sixti IV. probantem adventum S. Mariæ Magdalenæ, qui in ſimilium negantium argumentorum ſatisfactionem adverſus Magdalenæ adventum, inquit: *Reſpondeo argumenta futilia eſſe, quia negativa ſunt.* His adde Magiſtrum Arriagam, Dominicanum, cap. 6. Vitæ S. Thomæ nolle ſectatorem eſſe ſui Illuſtriſ. Lopez; quia hunc diſcipulatum Joannes XXII. minimè innuit. Sed contrà: Joannes XXII. in Bulla Canonizationis S. Thomæ, nec directè, nec indirectè innuit Angelicum Præceptorem auditorem fuiſſe Alberti Magni; nec in Breviario Segovienſi, nec Giennenſi, nec Breviario Dominicano reformato juxtà Acta Capituli Generalis Salmanticenſis, vlla de Magiſterio Alberti Magni fit mentio in lectionibus S. Thomæ: Ergo Angelicus Præceptor diſcipulus non fuit Alberti Magni? Si igitur Pontificem deſiderabat Magiſter Arriaga de diſcipulatu D. Thomæ agentem, ecce duo IV. & V. Sixtus planè aſſerentes *Condiſcipulos fuiſſe* Angelicum Præceptorem, & Seraphicum Bonaventuram.

Sed quare ſupponunt Pontifices Summi Magiſtrum fuiſſe N. Alenſem Angelici, & Seraphici Doctoris, niſi ex ſincera relatione, qua ſcripta ſunt noſtra Chronica antiqua, ex quibus poſteriores Minoritæ, alijque Authores graves hanc veritatem fidelitèr tranſcripſere? Hinc quarto oſtenditur aſſertum noſtrum; nàm ex Octaviano opuſculo de Canonizatione S. Bonaventuræ, „ articul. 8. *Concludendum* eſt adhibendam „ eſſe fidem Chronicis; ad arbitrium tamen „ Papæ, & Collegij DD. Cardinalium per „ cap. vnicum in fi. de Sac. Unc. Et quia „ Majores noſtri eis crediderunt, & quia „ conſervantur inter libros authenticos; & „ propter eorum authoritatem; & quia „ veritas illorum coadjuvatur alijs adminiculis, & maximè, ex quo non apparent „ alia veriora, quia tunc verioribus eſſet „ *ſtandum.* Nunc ſic; ſed illis ſtant duo Pontifices Summi aſſerentes Condiſcipulos fuiſſe Angelicum, & Seraphicum: ergo cum dici nequeat rationabilitèr tunc ortum habuiſſe Sacrorum Thomæ, & Bonaventuræ Condiſcipularum, quando Pontifices locuti ſunt, ſed per traditionem firmam, vel Authorum coævorum, vel ſuperſtitum teſtimonium, aut per aliorum inſtrumentorum virtutem; veritati, quam Chriſti Vicarij ſupponunt, ſtandum erit.

Probo quintò, & ad hominem: P. Natalis Alexandri fundamentum ecce adeſt: *S. Thomam Pariſijs nunquàm Philoſophiam, aut Theologiam audiviſſe, ſed docuiſſe tantùm, ſi evicero, ipſum Alexandri Halenſis nunquàm fuiſſe Diſcipulum confecero.* Et infrá: *Vides Pater hunc Authorem* (agit de Guilielmo de Toco, Dominicano, Scriptore antiquo Vitæ S. Thomæ) *ne quidèm pro re comperta habere, quod S. Thomas Pariſios profectus ſit poſtquam è Caſtro dimiſſus eſt à Fr. Joanne Theutonico ſuſceptus? Miſſerunt fortè Bononiam*, inquit, *ſeù potiùs Pariſios.* Hoc ſanè argumento incidit P. Natalis in foveam, quam fecit. Sed tuus Author Guilielmus de Toco pro re comperta habet contrarium: ergo deficit omninò tua argumentatio. Subſumptam evidentèr probant ejus formalia verba, in quibus deficit adverbium *fortè*, ſtudio P. Natalis adinventum. Verba P. Toco, apud Bollandum 7. Martij ſunt iſta: *Duxit ipſum Pariſios, dein Coloniam.* Sed audiamus Authores novæ Bibliothecæ Dominicanæ: *Guilielmus de Toco*, inquiunt, *ſic habet Duxit ipſum Pariſios, & deindè Coloniam.* Nec minimum à Guilielmo Toco recedunt Surius 7. Martij. Petrus de Natalibus, cap. 181. ſcribens: *Cum Magiſtro Joanne Theutonico ivit Pariſios, ibidem in S. Theologiæ ſtudio mancipatus, deindè miſſus Coloniam.* Bollandus 7. Martij in Commentar. prævio, §. 2. Franciſcus Hareus in Hiſtorijs Sanctorum 7. Martij. Alphonſus de Villegas de Vitis Sanctorum eadem die. Antnnius Malleth, Dominicanus, tom. 1, operum S. Thomæ, juxtà editionem Pariſijs factam anno 1660. Andreas Duval de Sanctis 7. Martij. Dominicus Maria in Sacro Diario Dominicano, eadem die. Seraphinus Razi, Dominicanus, in Vita S. Thomæ, fol. 124. Paulus Regius in Vita S. Thomæ, edita Neapoli anno 1580. Petrus de Rivadeneyra de Vitis Sanctorum 7. Martij. Illuſtriſsimus Lopez, Dominicanus, ſupra laudatus. Gonzalus de Arriaga, Dominicanus, cap. 6. Vitæ

Digitized by Google

tæ S. Thomæ. Humbertus, Dominicanus, apud Maluenda ejuſdem inſtituti alumnum in Annalibus Prædicatorum, fol. 603. Ferdinandus del Caſtillo Hiſtoriographus Dominicanus ſuperiùs laudatus. S. Antoninus part. 3. titul. 23. §. 4. Recentes Authores Bibliothecæ Dominicanæ, tom. 1. verbo *S. Thomas*. Ex his luce meridiana clariùs habetur, niſi P. Graveſon cum ſuo Natali Alexandro quærere velit nodum in ſcirpo. D. Thomam è Caſtro demiſſum Pariſios profectum eſſe, ibidemque aliquot menſes egiſſe, vel deficit quoque Breviarium Romanum in feſto S. Thomæ. Lectione enim 2. ſecundi Nocturni recitatur: *Emiſſus è Caſtro per feneſtram, Neapolim reducitur: unde Romam, poſteà Pariſium, à Fr. Joanne Theutonico, Ordinis Prædicatorum Generali Magiſtro ductus, Alberto Magno Doctore Philoſophiæ, ac Theologiam operam dedit.* Hæc ſic legeret P. Graveſon, haùd ſcriberet: *Conſtat D. Thomam nunquàm Pariſijs Philoſophiæ, ac Theologiæ ſtuduiſſe, ſed cum ſtatim, atque è Caſtro, in quo à Matre, & fratribus detinebatur, demiſſus eſt à Joanne Theutonico Magiſtro Ordinis, Coloniam deductum eſſe.*

Inſupèr ex Petro Natali *conſtat Pariſijs in Theologiæ ſtudio mancipatum*, & atteſtantibus Authoribus recentis Bibliothecæ Dominicanæ, D. Thomas Pariſijs fuit, anno 1244. Imo fol. 271. ſubjungunt: *Anno 1245. Albertus Magnus Pariſijs ad legendas ſententias aſsignatus, & cum eo juvenis Thomas ad ſtudium illud mittitur*: Ergo Pariſijs fuit D. Thomas è Caſtro demiſſus, & Pariſijs Theologiam audivit. Inconſequentèr vtiquè arguunt Authores Bibliothecæ Dominicanæ hæc ſcribentes, ac ſequentibus verbis noſtrum aſſertum negantes: *Ideò verò pernego, & ex Chronologia duplici capite peremptoriè evinco, & quod vivo Alenſi, Pariſijs non ſteterit Aquinas*. Hìc gradum ſiſtamus. Per vos D. Thomas ſtetit Pariſijs, anno 1244. & 45. & juxtà Bollandum, anno 1243. quo, juxtà Graveſon, ductus eſt Coloniam; ſed per vos, & juxtà rei veritatem, anno 1243. 44. & 45: N. Alenſis vivebat: Ergo vivo Alenſi, ſtetit Pariſijs D. Thomas non ſemèl, ſed bis.

Ad limam nunc veritatis revocemus ſecundam Chronologicam rationem Scriptorum Bibliothecæ Dominicanæ. *Joannes de Rupella*, inquiunt, *immediatus Alenſis ſucceſſor, jam Minorita Cathedra potiebatur, anno 1238. nàm in convocatione de pluralitate beneficiorum, eo anno à Guilielmo Pariſienſi Epiſcopo habita, cui Theologiæ Magiſtri Pariſienſes adſuere, Joannes de Ripa jam Magiſter aderat; imò ſolus ex Minorum familia laudatur à Cantiprateno apud lib. 1. cap. 19. §. 5.* Ergo anno 1243. 44. & 45. auditores non habuit Alenſis, & conſequentèr nec D. Thomam. Hoc quidèm argumentum leviſsimum eſt; tùm quia aliud eſt Joannem de Ruppella, Virum doctum fuiſſe, anno 1238. aliud hoc anno laureatum eſſe in Pariſina Academia. Secundum eſt falſum, primum verum, vt clarè liquet ex laudato Cantipratano, ex Uvadingo ad annum 1238. ſcribente: *Convocatis per Guilielmum Epiſcopum Pariſienſem doctis quibuſque Viris, atque inter hos Joanne de Rupella, Franciſcano.* His adde, ex mandato Capituli Montis Peſulani, anno 1240. cui interfuit Reverendiſsimus Haymo, Alenſis, & Joannes de Ruppella præcellentes in Theologia Magiſtri, vt cum D. Antonino loquar, tert. part. tit. 23. cap. 9. §. 3. Scriptum valdè vtile ſuper Regulam ediderunt. Hæc autem expoſitio præſentata fuit anno 1242. Bononiæ in Generalibus Commitijs ſub eodem Generali Haymone, vt teſtantur cuncti noſtri Chronologi cum Uvadingo. Demùmque Seraphicus Doctor Luteiam Pariſiorum venit ad Alexandrum Alenſem, anno 1243. Ergo anno 1240. 42. & 43. & ſequentibus, auditores habebat noſter Alenſis, qui obdormivit in Domino anno 1245. Conſultò dixi: *Et ſequentibus*: vel perperàm Authores recentis Bibliothecæ Dominicanæ agentes de ſuo Guerrico de S. Quintino, qui floruit anno 1245. relationem colligentes Cantipratani ſcribunt: *Cum autem viſionem retuliſſet* (anno 1245.) *FF. & Magiſtris Alexandro, & Joanni de Rupella*. Meritò N. Bernardus Sannig in Synopſi Hiſtorica Scriptorum, ſcripſit: *Alexander Alenſis Pariſijs extitit Profeſſor publicus Sancti Bonaventuræ, & S. Thomæ Aquinatis, anno 1244.*

Oſtenditur inſupèr noſtrum aſſertum, ex quadam pictura, cujus meminit Uvadingus, vetuſta ad introitum Capituli Conventus Pariſienſis, in qua D. Bonaventura, ac S. Thomas docentis Alenſis verba excipiunt. Reſpondet feſtivè P. Natalis, dicens: *Imaginem commemorat in ingreſſu Capituli veſtri depictam, cujus ne tenuè quidem viſitur veſtigium*, quaſi argumentum negativum vlius eſſet momenti, vel annus 1680. quo edita eſt ſua Diſſertatio, annus eſſet 1647. quo Uvadingus in publicum miſit tom. 1. Annal. Ord. Min. Si ad Sal-

man-

mantinum magnum, antiquiſsimumque Cœnobium S. P. N. Franciſci, R. P. Natalis adventaret, iu magna Conventus Exedra aſpiceret in alia vetuſta picturaD. Thomam Alexandri Alenſis verba recipientem, ſubjectis carminibus iſtis:

Debet Alexandro mundus, gymnaſia, templum
Quidquid diſcipulo debet vtrique ſuo.

Nec deſunt inpræſentiarum ſimiles, & famoſæ Imagines in vetuſtis alijs Ordinis Conventibus. Sanè in tebus antiquis conjecturæ, & indicia pro probatione habentur; ſed potiſsimum picturæ vetuſtæ atteſtantibus cunctis Hiſtoriographis: *in Imagine enim*, a t D. Gregorius, epiſt. ad Serenum, *legunt, qui litteras neſciunt*. Et Damaſcenus 3. de Venetatione Imaginum: *Imago omnis rei cujuſpiam arcanæ, & reconditæ, enarrativa eſt, & demonſtrativa.* At P. Natalis expreſsè voluit rationi prefetre contentionem ſuam, illam exprimens ſic: *Veſtræ igitur quæcumque ſint, & quamvis fumoſæ Imagines, quæ SS. Bonaventuram, & Thomam Alexandri Alenſis verba in Scholis recipientes referunt, non prohibebunt, quin illa veſtrorum Scriptorum de S. Thoma in diſciplinam Alexandri Alenſis tradito narratio, in fabellarum cenſu habeatur.* Huic argumento nocent iſta, nec decent teligioſum virum in ſua Aſicritica, art. 1. pag. 4, docentem: *Virorum Theologorum, qui ad honeſtatem ſunt informati, ea laus eſt, vt ſi quando aliorum opera refellere neceſsitas compellit, id non ſolùm ſervatis legibus charitatis, ſed etiam modeſtiæ, & urbanitatis exequuntur.*

Quid quod D. Thomas Pariſijs aliquos tantùm menſes egit ſuperſtite Alenſi, & quod Patres Prædicatores domeſticis tunc non carerent Magiſtris? His ratiunculis, vel potiùs conjecturis fit ſatis teſtimonio Joannis Foderici, Pariſienſis Doctoris, ſcribentis: *Auditores innumeros, non ſolùm ſæculares, ſed & Religioſos habuit.* Uuum pro multis ex aliarum Religionum alumnis, qui ſub N. Alenſi Theologiæ operam Pariſijs dederunt, adduco, nempè B. Joannem Clarifontis, totius Candidi Ordinis Præmonſtratenſis Generalem, ſcriptis, ſignis, & virtutibus clarum, vt ſincerè fatetur R. Le Payge, lib. 2. ſuæ Bibliothecæ Præmonſtratenſis, pag 581. in ejus vita, „ hiſce verbis: *Lutetiam* Pariſiorum ſtu-„ diorum cauſa à Canone prædicto ductus „ Alexandro Halenſi, Doctore Pariſienſi, „ natione Anglo, Ordinis S. Franciſci, Phi-„ loſophiæ, ac Theologiæ *operam dedit.* Idem recenſet in ſua Diſſertatione Apologetica Mariano-Candida R. P. Noriega, fol. 262. num. 183. Foderico concordat Petrus Galaſinus in Vita S. Bonaventuræ. Nec refert, ſi diù, ſi parum, modo in Scholis, diſcendi ſtudio Alexandrum conveniens audivit. Nàm vt RR. ac Illuſtriſsimus D. Fr. Damianus Cornejo, Chronic. part. 2. lib. 4. cap. 3. pag. 455. Hiſpanicè, ſed luculenta lepiditate ſcribit: *Dezir, que el Angelico Doctor apenas eſtuvo en Parìs vn año, y que ſe fùe muy luego à Colonia, es gracioſa freſcura, como ſi para ſer Diſcipulo de Alexandro de Alès fuera neceſſario averle oìdo vn ſiglo.* Quod etiam Patres Prædicatores tùnc domeſticis non carerent Thologis inconfeſsò nobis eſt; ea tamen Alenſis fama, & authoritas fuit in alma Univerſitate Pariſienſi, antequam Monachatum indueret, obſervavit N. Uvadingus, vt omnes certatim ad eum confluxerint, nec quiſquam ſibi indignum judicaverit ab eo diſcere. Illam opinionem non minuit aſſumptum inſtitutum, ſed auxit, attrahente primum ſcientia, nunc autem ſimùl pietate, & ſcientia. Undè, verbis vt vtar laudati Boſquerij, tom. 2. pag. 955. *Ut rectè Origenes à Nazianzeno dictus eſt cos omnium noſtrum; ſic Alexander iſte Halenſis dici meritò poſsit, cos omnium Scholaſticorum, excitator, & praitor.* Hæc de hac Diſſertatione, quam impartialibus Lectoribus traddo ſorte N. Alenſis contentus, cujus Irrefragabilem Scholam ſub ſtemmate *Fontis floridi* in lucem profluentis recenſet Fr. Didacus de Lequile, tom. 2. Tet Legislatoris, tract. 6. lib. 13. §. 3. fol. 398. Paritèr ipſam commendat Fr. Antonius Caſtel, cap. 15. ſui Francilogij Seraphici, §. 2. Ejus inſcriptio ſepulchralis ſanctitate vitæ, & granditate doctrinæ Magnum oſtendit in Magno Pariſienſi Conventu vbi ſepultus eſt, obiens anno 1245.

***

Clau-

Clauditur hoc ſaxo famam ſortitus abundè
Gloria Doctorum, decus, & flos Philoſophorum,
Auctor Scriptorum Vir Alexander variorum
Norma modernorum, fons veri, lux aliorum,
Inclytus Anglorum fuit Archilevita, ſed horum
Scriptor Clerorum, frater Collega Minorum
Factus egenorum, ſed Doctor primus eorum.

ALEXANDER MARAFFIUS, Capuccinus, natione Italus, Patria à Pontremulo Vallis Magræ Oppido nobiliſsimo, Bononienſis Provinciæ Sacerdos, ac in ſæculo in vtroque jure laureatus, Religioſo Viro dignam vſque ad mortem, vitam ſumma integritate traducens, ingenij ſui monumentum reliquit librum inſcriptum:

Monita pro illis, qui ſpiritualem ægrotantium curam exercent, cum modo perfacili ad illos conſolandos, & ad piam, & ſanctam mortem diſponendos. Mutinæ, anno 1623. in 8. ſub nomine ſui ex fratre nepotis Pellegrini Maraffi, teſte erudito Compilatore Scriptorum Cappuccinorum.

ALEXANDER MATHEOS VENREL, Hiſpanus, Provinciæ Beticæ, Regular. Obſervantiæ filius, ac devotus Concionator, in Religioſorum vtilitatem, vernaculè evulgavit

Speculum Diſciplinæ Religioſæ Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ. Hiſpali apud Lucam Martinum de Hermoſilla, anno 1685. Vidi.

ALEXANDER NEKAM, NEQUAM, aut NEOKAM (his tribus modis ſcribitur ab Antiquis.) Anglus, Doctor celebris Pariſienſis, ac magnus Theologus. Hunc Minoritam faciunt P. Ferdinandus Quirinus de Salazar, Societ. Jeſu, tomo de Conceptione, arg. 12. ſæculo 15. pag. 438. Fr. Ludovicus de Miranda, tractatu ſuo de Conceptione, quæſtione decima nona, & alij apud noſtrum Alva, ſigno 5. radio 78. Alij Canonicis Regularibus Auguſtinianis adſcribunt, ſubjungentes mortuum fuiſſe anno milleſsimo ducenteſsimo vigeſsimo ſeptimo, cujus Tumulo, ait Balæus, ſæculo quarto Hiſtoriæ Pariſienſis, pagina 725. inſcriptio illa inſculpta fuit.

Eclipſim patitur Sapientia, Sol ſepelitur
Cui ſi par vnus, minus eſſet flebile funus.
Vir benè diſcretus, & in omni more facetus,
Dictus erat NeKam, vitam duxit tamen æquam.

Laudatus Alva collatis, natione, ſæculo, ac ſcriptis hujus Alexandri, & Alexandri de Ales, ambiguus manens, loco „ præcitato, ita inquit: *Ego* (ſalvo melio„ ri judicio) poſt exactam diligentiam, dico „ hunc fuiſſe Alexandrum de Ales, qui for„ tè habuit duo cognomina, NeKam ex „ ſtemmate Gentilitio, Ales verò cogno„ minatus fuit ab Ales Monaſterio, Comi„ tatus Claudioceſtrenſis, vbi aliquandò, „ nondùm Cononicus in ſtudijs fuerat edu„ catus, vt inquit Pitſeus, fol. 313. quia „ in omnibus alijs coincidunt. Primò, quia „ vterque vocatur Alexander. Secundò, „ quia ambo fuerunt natione Anglici. Ter„ tiò, quia vixerunt eodem ſæculo, & tem„ pore. Quartò, quia Alexander NeKam „ fuit etiam ex Ordine Minor. ſecundùm „ aliquos. Quintò, quia ſcripſerunt ſup. „ 3. Sentent. & diſtinct. 3. ſuſtinuerunt Vir„ ginem Mariam fuiſſe conceptam in pec„ cato originali: ac ante Alexandrum de „ Ales nullus ſcripſit ſuper 3. Sententia„ rum, quia ipſe primus reduxit Theolo„ giam ad methodum, vt demonſtravimus „ ex Pitſeo in antecedentibus. Sextò, prop„ ter revocationem factam contrariæ opi„ nionis, propè vitæ terminum; nàm hoc „ idem etiam dicitur de Alexandro de „ Ales. Septimò, propter apparitionem

„ Vir-

,, Virginis, & correctionem in infirmitate.
,, Octavò, propter librum ſcriptum in Can-
,, tica Canticorum, & Sermonem incipien-
,, tem : *Fiat lux*; nàm hoc idem dicitur de
,, Alenſi. Nonò, propter prolata verba ad
,, illud Cantic. 4. quæ ipſiſsima ſunt cum
,, adſcriptis Alexandro de Ales, vt ſuprà
,, vidimus. Decimò, quia aliqua opera, quæ
,, recitanrur de Alexandro NeKam, repe-
,, riuntur in Alexandro de Ales. Undecimò,
,, quia P. Franciſcus Martini ſemper vo-
,, cat iſtum de Ales Alexandrum Nequam:
,, Ergo credendum eſt fuiſſe vnum, & eun-
,, dem Authorem. Duodecimò, quia am-
,, bo fuerunt Doctores Pariſienſes, & ibi-
,, dem docuerunt. Pitſeus ad annum 1227.
,, fol. 298. illum facit Canonicum Regu-
,, larem S. Auguſtini, circa quod narrat le-
,, pidam Hiſtoriam. Vide ibi. Ad finem ex
,, Catalogo Buſtonis Burienſis, adducit hoc
,, epitaphium : *Dictus erat Nequam, vitam*
,, *duxit tamen æquam*. Et ſepultum dicunt
,, anno 1227. Undè videtur eſſe diſtinctus
,, ab Alexandro de Ales Franciſcano, qui
,, obijt anno 1245.

Secundum credens minimè inter Scriptores noſtros Nechamum numeres, cujus varia opera multa, ſed inedita in Bibliothecis potiſsimùm Angliæ, ac Galliæ extare leguntur, apud Poſſevinum, ac Pitſeum, quos conſulas.

ALEXANDER N. Minorita (cujus Patriam, ac Provinciam non novimus) ſcripſit Italicè, Uvadingo teſte:

Praxim Compendiariam Medicinæ.

ALEXANDER POMELLUS, Minorita, Natione Italus, Patria Bononienſis, communis juris fecit:

Methodum ſyllogiſticam, unà cum Tractatu de Ratione affirmandi conſequentias. Venerijs, anno 1572. typis Chriſtophori Zanneti. Teſtatur Uvadingus hìc.

ALEXANDER POCQUELINUS, Gallus, Provinciæ Recollectorum S. Dionyſij in Gallia Ex-Provincialis, Gallicè reddidit:

Librum de Oratione, & Meditatione S. Petri de Alcantara, addita Vita bujuſmet Sancti. Rothomagi 1626. & Pariſijs 1622. Arturus in Martyrolog. Franciſcano, die 18. Octob. §. 6. Le Long, ſæcul. 17. Claruit anno 1630. Virum Sanctiſsimum appellant Annales ſuæ Provinciæ, fol. 114.

ALEXANDER QUINTUS, ortu Cretenſis, profeſsione Minorita, dictus Petrus de Candia, vel Petrus Philargi, ab alijs Philareti, ac Doctor Patavinus primum, tandèm Pariſienſis. Hæc memorantur litteris Longobardicis in Tabullario Cretenſis Conventus, teſte Commeno, lib. 3. ſuæ Hiſtoriæ Gymnaſij Patavini, vetuſ-
,, tiſsima hac inſcriptione : *Petrus Philar-*
,, *gus*, Petrus de Candia Cretenſis, Doc-
,, tor Paduæ, Pariſijs Magiſter, Epiſcopus
,, Mediolani, Alexander V. Papa Piſis in
,, hoc Conventu converſus, ex gratia Cle-
,, ricus, anno Domini 1357. moribus, eru-
,, ditione, prudentia, ac incredibili in pau-
,, peres liberalitate conſpicuus, ex Archie-
,, piſcopo Mediolanenſi, Cardinalis, ac
,, tandem miro omnium Cardinalium con-
,, ſenſu pro ſchiſmate eradicando *Sum-*
,, *mus Pontifex electus*. Scriptis conſignavit:

Commentaria in 4. lib. Magiſtri Sententiarum. Habentur M. S. Voluminibus Magnis Aſsiſij in Bibliotheca Minorum. Picauri in Ducali Bibliotheca extant in 1. Sentent. Et in Monaſterio S. Eligij, Canonicorum S. Auguſtini, teſte Sandero, part. 1. Biblior. Belgicæ M. S. Vidi Commentaria iſta ſup. 1. Sentent. Hiſpali in Bibliotheca Cathedr. Eccleſiæ, num. 88. Codex eſt partim membraneus, partim chartaceus in fol. Super 1. & 2. Sentent. Extat in Bibliotheca D. Marci, teſte Nicolao Commeno, lib. 3. Hiſtoriæ Gymnaſij Patavini. Extant etiam Toloſæ in Bibliotheca Collegij Fuxenſis, in membranis, manu propria Fr. Petri, Cardinalis Fuxenſis, qui Collegium extruxit, conſcripta.

Quodlibeta.

Sermones varios.

In laudata D. Marci Bibliotheca ex præcitato Commeno, ibidem aſſervatur volumen inſcriptum:

Fr. Petri de Ordine Minorum Sermonarium; atque incipit à prima Dominica Adventus.

Concluſiones Concilij Piſani : Extant in Bibliotheca Cantabrigienſi.

Regulas Cancellariæ.

Obligationes. Utrumque habetur M. S. in Bibliotheca Vaticana. Marratius, tom. 2. Biblior. Marianæ, verbo *Petrus de Candia* ex Bernardino de Buſtos aſſerit, compoſuiſſe etiam

Tractatum de Immaculata Conceptione. Et ſanè hanc quæſtionem M. S. ex Conventu S. P. N. Franciſci Aſsiſienſis præ manibus habuiſſe teſtatur Petrus de Alva in Militia, verbo *Alexander Quintus*, Hujuſce Tractatus memores quoque ſunt Ludovicus de Miranda *De Conceptione*, quæſt. 19. Quirinus Salazar *De Conceptione*, & alij. Laudatus Tractatus incipit : *Utrùm ca-*

ro

ro, ex qua formatum. Eſt hujuſce mentio apud Bibliothecam Marianam M. S. repoſitam Matriti in Bibliot. Conv. Regul. Obſervantiæ ſub G. H. num. 147. & ſequentibus. Legi. Obijt Bononiæ, vbi jacet in Eccleſia Minorum cum hoc Epitaphio:

Summus Alexander Paſtorum Quintus, & omnis
Scripturæ lumen, Sanctiſsimus Ordo Minorum
Quem dedit; & proprio Cretenſis nomine Petrus
Migravit Superum ad lumen, ſedeſque beatas.
M. CCCC. X.

Fusiùs ibidem, in ejuſdem laudem.

Petro Philargo, Cretenſi Viro, Inſigni Oratori, Gentium Concionatori facundiſsimo, Conſiliario Ducum, Diſputatori accerrimo, Pariſijs publicè Theologiam profitenti, in quatuor Sententiarum Libros Scriptori luculentiſsimo. Qui ex Ordine Minorum ad Epiſcopatum Vincentiæ, Novariæ, Archiepiſcopatum Mediolanenſem, Cardinalatum, & tandem ad Sum. Pontificatus apicem erectus, & Alexander V. appellatus, Bononiæ moritur anno ſalutis 1410. Pontific. ſui menſe 8. Joan. Bap. Paganus de Zantinnis, dono pietatis impulſus, dùm plura in hoc Templo Divino cultui pararet eidem Divo Cultori hoc Mauſeolum reparavit, ann. 1483. die 20. Septembris.

Ejus ſcripta recenſet Trithemius, Rodulphus, Uvadingus; Ludovicus, Catanеus Nomenclator Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Coronelli, tom. 2. Bibliot. Univerſal. num. 4010.

ALEXANDER DE RITIJS AB AQUILA, Neapolitanus, Minorita Conventualis ſcripſit:

Chronicon ab anno 1180. *vſque ad annum* 1496. Ejus latinè profuerunt nonnulli Hiſtoriographi, teſte Nicolao Teppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, litt. A. Aſſervabatur Aquilæ in Bibliotheca Conventus S. Bernardini. Hunc, cujus meminit Uvadingus, vocat Alexandrum Aquilanum Petrus de Alva, tab. 1.

ALEXANDER RUBEUS DE LUGO, Italus ex Minoritis Conventualibus, in Collegio Aſsiſienſi, & Bononienſi Regens, ac ſuæ Provinciæ Diffinitor, ſcripſit Volumina duo non contemnenda.

De Controverſijs Theologicis. Tomus primus *Controverſiarum Theologicarum inter Scotiſtas*, prodijt Bononiæ ex Typographia Joannis Baptiſtæ Feronij, anno 1651. in 4. De ſecundo teſtimonium perhibet Author ad Lectorem: *Primam hanc*, inquit, *Scotiſtarum Controverſiarum partem luci committo, commiſſurus mox etiam ſecundam.* Vidi.

ALEXANDER TOLETANUS, natione Hiſpanus, Provinciæ Caſtellanæ, Minorum Capuccinorum alumnus, ac celebris Concionator, communes fecit:

Conciones varias de Sanctis, editas Matriti patrio idiomate, & Toleti, anno 1663. Ex Bibliotheca Minorum Capuccinorum.

ALEXANDER VILLADEUS, Patria Dolenſis, Franciſcanus, Poeta Leonini Carminis, quod olim in pretio fuit, facilè Princeps, cujus adhùc ſupereſt opus, *Doctrinale* nuncupatum, pueris olim ad Grammatica rudimenta capeſſenda, in ludis litterarijs vſitatum, quod M. S. habetur in Regia Galliarum Bibliotheca, cod. 5514. Non ſemèl excuſum, editum eſt Venetijs cum explicatione Ludovici de Guaſchis, anno 1483. apud Bibliothecam Bodlejanam Impreſſorum. In Bibliotheca Bodlejana M. S. cod. 1166. num. 79. aſſervantur

tur *Textus Doctrinalis verſibus*, *& flores Grammaticæ*. In Bibliotheca Norfolciana, cod. 3123. num. 224. extat *Magiſtri Alexandri de Villa-Dei Doctrinale cum Gloſſa Principum*. Incipit: Teſtante Philoſopho in 1. Metaphiſicorum. Et apud Bibliothecam Joannis Hobij militis, cod. 3795. num. 4. *Doctrinale Magiſtri Alexandri de Villa-Dei ad Episcop. Dolenſem cum Commentarijs*, vt conſtat ex tom. 1. & 2. M.S. Angliæ, impreſſo in fol. Oxoniæ 1697. Hiſpali in Bibliotheca Cathedr. Ecceleſiæ vidi *Doctrinale* M. S. in 4. Ibidem, *cum Gloſſa Foucardi*, *& additionibus Joannis Bernier* in 4. editio antiqua. Ibidem *cum Expoſitione Monachi Lombardi*. Rothomagi impreſſum in 4. abſque anno, typis Laurenti Huſtingue. Ibidem *cum Gloſſa notabili Magiſtri Jacobi*, Rothomagi impreſſum 1514. in 4. Ibidem *cum Expoſitione Champonis ſuper 2. partem Doctrinalis Hermani Tarrentinis ſuper primam*, *& Andreæ Guitern ſuper tertiam*. Nurimbergæ per Hieronymum Holtzial in 4. abſque anno. Ibidem, *cum Expoſitione Jodici Badij Aſcientij*. In Badio, anno 1552. in 4. Ibidem, *cum Expoſitione Gulielmi Zendres*, anno 1500. in 4. abſque loco. Ibidem, demùm, *cum Expoſitione cujuſdam Anonimi* in folio, ſine loco, & anno. Prodijt inſuper ejus *Doctrinale cum Petri Hiſpani Tractatibus*. Moguntiæ 1462. Et ſub titulo: *Grammatica Latina* 1486. in folio. Et ni fallitur Author Libri, cujus titulus: *Incunabula Typographiæ*, etiam Norimbergæ 1492. Compoſuit inſuper:

In Acta Apoſtolorum Scholaſticam Poſtillam Leoninis Hexametris concinnatam, quæ incipit.

Si vis tranſacta Apoſtolica noſcere facta,
Hæc tibi Poſtilla tractabit verſibus illa.

Scripſit etiam ad commoditatem eorum, qui Divinorum Voluminum ſummam memoriæ mandare, ac retinere deſiderant, brevisſimum, & arctisſimum totius Divinæ Scripturæ Compendiolum, duodecim, ac ducentis exametris carminibus arctisſimè incluſum, in quibus dictiones ſingulæ ſingula Sanctorum Librorum, Capitula comprehendunt, quorum verſuum dictiones, vt planiùs intelligerentur, cuilibet earum numerum Capitis in Ipſa con tenti, inſcribit, ſubterpoſitis quoque nonnullis interlinealibus minutioris characteris gloſſematibus, quæ cujuſque dictionis ſignificatum in hunc modum indicarent.

Sex. Prohibent. Peccant. Abel. Enoch, & arca fit. Intrant.
1. Dies. 2. Lignum vitæ. 3. Primi Parentes. 4. Occiditur. 5. transfertur, 6. à Noe. 7. in Arca.

Ejus ſummam brevem vtriuſque Teſtamenti edidit N. Joannes de la Haye in Præliminaribus ad ſua Biblia Maxima, juxtà editionem factam Pariſijs, anno 1660. Item inter Codic. M. S. Ultrajectanæ Bibliothecæ, vti habet eorum Catalogus in fol. editus, anno 1670. extat num. 2528. aliud opus ſub titulo: *Maſſa Computi*, *quam metricè compoſuit Alexander de Villa-Dei ad jura Matris Eccleſiæ obſervanda cum Algoriſmo Kalendario*, *& Sphera*. Seorſim, *Liber de Computo Eccleſiaſtico*, cujus initium: Quamvis modò in fine temporum. Habetur M.S. in Bibliotheca Bodlejana, Cod. 1623. num. 22. *Computus*. Et in Bibliotheca Vaticana, Uvadingo teſte. Ex ipſo, & Bergomenſi, lib. 13. anno 1252. ſcripſit inſuper.

De Arte numerandi, lib. 1.

Epiſtolas doctas.

Sermones.

Alios quoque varios Tractatus, *tàm metro*, *quam proſa*. Claruit anno 1240. Baileus, ſæculo 5. Univ. Pariſienſis, fol. 644. *Ipſum appellat inſignem Grammaticum*, *Philoſophum*, *Aſtronomum*, *& Calculatorem*. Sanè Pater Muſantius, tab. 4. Alexandrum iſtum adſcribit Philoſophis, Mathematicis, necnon Grammaticis. Adſcribitur Martyrologio Franciſcano, die 3. Februarij, in cujus ſecunda editione, conſule Arturum.

ALEXANDRA SULMONIENSIS, Fundatrix Monaſterij Fulginatis Sanctæ Luciæ, ſanctitate, ac miraculis illuſtris, M. S. reliquit:

Hiſtoriam ſui Monaſterij, *vnà cum vitis nonnullarum Venerabilium Monialium ſui*

ſui temporis. Claruit anno 1458. die 3. Aprilis. De ea pertractant Petrus Antonius de Venetia in ſuo Hortulo Seraphico, tom.2. part. 3. & Haroldus ex Uvadingo ad annum prænotatum, num.4. Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 3. Aprilis ejus acta, ſed ſub nomine *Alexandrina* recenſet.

ALEXANDRINUS CIVITATENSIS, Capuccinus, Natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici, Concionator eruditus, ac exemplaris, edidir in 8. Gallico ſermone.

Opuſculum de Theologia Myſtica. Agit in ipſo, teſte erudito Scriptorum Capuccinorum Compilatore, de triplici via, purgativa, illuminativa, & vnitiva.

ALEXIUS BONET, Hiſpanus, Cathalonienſis Provinciæ Regularis Obſervantiæ alumnus, Theologus, ac Synodalis Examinator Gerundienſis Diœceſis, in Concionatorum gratiam, hiſpanicè vulgavit.

Conciones plures Morales, ac de Sanctis. Gerundæ litteris Gabrielis Bro, anno 1705. in 4. Vidi.

ALEXIUS BORVIZA, cujus monumenta hactenùs mihi incognita, laudatur à Fr. Franciſco Haroldo ad annum Chriſti 1511. §. V. *In Polonia*, inquit, *doctrina, ſcriptis, pietate, & ſchiſmaticorum converſione inſignis hoc tempore floruit Fr. Alexius à Borvtza, Concionator, obijtque in Conventu Samborienſi.*

ALEXIUS GRIGNANUS, Italus, Marſalenſis, Capuccinus, morum integritate conſpicuus, muſas coluit Etruſcas, ligatoque ſermone ſcripſit, atque edidit Mediolani:

Vitam S. Alexi Confeſſoris. Obijt Panormi 1620. Hujuſce mentio extat apud tom. 1. Bibliothecæ Syculæ ex Pirro in Not. Eccleſ. Mazar. pag.560.

ALEXIUS HURTADO SALAMANCA, Hiſpanus, Zamorenſis, Compoſtellanæ Provinciæ Regul. Obſervantiæ alumnus, quem elegantia ingenij, atque doctrinę, ſimùl & cognitione trium linguarum, ſpectabilem deprædicat Nicolaus Antonius, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Hiſpanicæ, publicæ luci commiſsir.

Dialogos tres de Chriſti Domini Republica. Prodierunt Salmanticæ 1528. in 4. ad Carolum Cæſarem Auguſtum. Lugduníque apud Sebaſtianum Bartholomæum Honorat. 1556. in 8. Vidi. Ulteriùs de ipſo tractat, ſub titulo: *Alexius Salamanc.* N. Uvadingus; ſed vnus, idemque eſt cum *Alexio Zamorenſi* laudato ab Illuſtriſ. Gonzaga in ſuo Catalogo, & Fr. Jacobo de Caſtro, tom.1. Chron.Prov.S.Jacobi.

ALEXIUS DE LANOY, Minorita, Flander, ac Theologus eruditus, in publicum miſsit:

Theſſes Theologicas de Prærogativis Immaculatæ Deiparæ, ſemperque Virginis Mariæ, ad mentem Doctor. Subtiliſ. Ipris 1656. in 4. Communes quoque fecit alias.

De peccato originali, editas in lucem Gandavi 1662. in 4. teſte N. Alva, colum. 57. ſuæ Militiæ.

ALEXIUS A S. LAUDO (vulgò de S. LO) Natione Gallus, Provinciæ Normaniæ alumnus, Divini Verbi Declamator ſuo tempore illuſtris. Hic de tenebris Calviniſtarum hæreſum, inter quas à parentibus fuerat enutritus, ad veræ Religionis lumen adſcitus, & in Seraphicum Ordinem pauló poſt admiſſus, accenſæ facis ad inſtar, quampluribus enituit virtutibus, quibus ſæculum illuminans, maximè in concionando, multos, tàm verbo, quàm exemplo, ad veritatis tramitem convertit. Catholicæ Fidei vbiquè dilatandæ, portandique nomen Domini, cotam Gentibus, & Regibus, ardentiſsimè zelo æſtuans apud Indos Miſsionarij Apoſtolici munus obivit: ad quos iterùm, ac tertiò trajiciens, vidit, & vicit plurimis ad Chriſti fidem ex Gentilibus reportatis. Confecit librum egregium de ſuo itinere Gallico Idiomate ab ipſo conſcriptum, cujus titulum Latinè hìc exponimus:

Relatio Promontorij Septemtrionalis ſeù de viridi Promontorio. Fuit impreſſ. Rothomagi, anno 1633. & devotiſsimè Ibidem obijt anno 1638. Hunc appella *Alexium Lopez* Uvadingus in Catalogo Paritèr Nicolaus Antonius, tom. 1. pag. 314. ac Luſitanum facit. Rectius Genuenſis in ſuo opere de Scriptoribus Capuccinis, quem excripſi.

ALEXIUS SEGALA, Italus, à Salo, ſeù Salodio, Provinciæ Brixientis Minor. Capuccinorum alumnus, Vir verè Evangelicus, morumque integritate conſpicuus, ac Deiparæ ſemper Virginis devotiſsimus clientulus, ea patrio ſermone ſcripſit, quibus nomen ſuum Eropeis notificans, luculentèr docet, quæ in ſemetipſo fuerat expertus. Sunt ergo ejus egregia monumenta:

Ars amandi, & colendi Glorioſam Virginem Mariam Dei Matrem. Opus verè aureum, ac miram ſpirans devotionem, quod tan-

tanti fecit Paulus V. Pontifex Maximus, vt ab ejus lectione temperare non poſſet. Prodijt Brixiæ ex Officina Franciſci Fontana 1608. & apud Franciſcum Marchetum 1611. ac 1622. Venetijs quoque, typis Joannis BaptiſtæCombi 1619. ac 1623. in 8. Coloniæ 1680. in 8. Vidi. Extat quoque in Bibliotheca Virginali noſtri Alva, pag. 338. vbi à ſuppoſito Authore Fr. Humili Sagala *Artem* laudatam vindicat, ex quo, & Marratio, Genuenſis in ſuo opere de Scriptoribus Capuccinis, pag. 4. Latinati donavit Fr. Philippus Boſquetius Regul. Obſerv. alumnus, in publicumque miſsit Coloniæ in 12.

Exercitium Angelicum ad colligendam mentem in recitatione Divini Officij, & Deiparæ Virginis. Venetijs apud Jacobum Sarcinam, anno 1638. & denuò anno 1653. in 8.

Exercitium omnium virtutum: Opus vtiliſsimum, in quo de virtutum omnium praxi, Canones, & Methodos ſanxit. Undè facilè quiſque conjicere poteſt illum, quæ in ſemetipſo fuerat expertus, alios luculentèr docuiſſe. Venetijs, anno 1638. in 4. & in 8.

Gemmam ſpiritualem Sanctarum Meditationum. Ibidem, anno 1653. & antea Brixiæ 1611.

Conſiderationes, ſivè Meditationes de Vita, & heroicis Virtutibus Beatiſsimæ Virginis Mariæ. Brixiæ, anno 1612. in 8. & Venetijs, anno 1653. in 4.

Catenam Auream de Vitis Sanctorum in duas partes diviſam. Ibidem 1612. & 1653. in 4.

Coronam Cœleſtem, ſivè Meditationes pro ſingulis anni diebus, de Vita, & Paſſione Domini noſtri Jeſu-Chriſti. Ibidem 653. & anteà Brixiæ, apud Franciſcum Marchetum anno 1611. Vidi.

Viam Paradiſi à Jeſu-Chriſto nobis demonſtratam in illis verbis: Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, &c. Scripſit inſupèr, & edidit Opuſculum, cujus titulus eſt:

Triumphus animarum, quæ in Purgatorij pœnis detinentur. Eſt liber in duas partes diſtributus. Venetijs apud Jacobum Millochium, anno 1653. in 4. Et anteà Brixiæ, apud Franciſcum Marchetum, anno 1612. in 8.

Et quia ſupra modum afficiebatur in meditatione Paſsionis Jeſu-Chriſti, in qua adeò frequens erat, vt quotidiè tredecim horas in illa contemplanda, orationi conſecraret, & hoc tanta mentis contentione, quod anima illius ſurſum erecta, etiam ſurſum corpus efferret; vt eodem igne Cœleſti, quo ipſe vtebatur, arderent Chriſti fideles; alium librum compoſuit de Paſsione Chriſti, quem ſic intitulavit:

Arca Sancta, in qua continentur omnia Sacratiſsimæ Jeſu-Chriſti Paſsionis myſteria. Ibidem 1653.

Omnia ſupradicta Opera ex Italico idiomate translata ſunt in Gallicum, & impreſſa Lugduni anno 1623. in 8. & in 12. Multa alia ſcripſit, atque elaboravit, eaque devotiſsima, quæ M. S. aſſervantur in Provincia Brixienſi. Nihil de illo agunt P. Boverius in ſuis Annalibus, nec P. Carolus Avemberg in ſuis Floribus Seraphicis. Eſt autem ejus memoria cum laude, præter Authores præcitatos, apud Uvadingum, ac Marcellinum de Piſe, tom. 3. Annal. Capucc. §. 11. ad annum 1628. quo ætatis ſuæ 69. inter Crucifixi amplexus, diem clauſit extremum in Brixienſi Conventu, haùd abſque ſanctitatis fama. Ludovicus Dupin, ſæcul. 17. ſubjungit aliud opus inſcriptum:

Conſiderationes, ſeù Meditationes Virtutum heroicarum Virginis Mariæ. Venetijs impreſſum anno 1612.

ALEXIUS DE SEREGNIO, Mediolanenſis, Minorita inſignis, Epiſcopus primò Bovienſis in Lombardia, ſecundò Vapicenſis, ac tandèm Placentinus in Italia, M. S. reliquit:

Quadrageſimale. Habetur, Uvadingo teſte, in Conventu Mediolanenſi S. Franciſci. Sedit vſque ad annum 1447. quo mortuus eſt Cremonæ, & indè ad Placentinam ſuam Cathedralem deportatus.

ALEXIUS TROUSSET, Gallus, Conventus Turonenſis, Pariſienſis Doctor, ſermone patrio ſcripſit Sermones de Euchariſtia, ſub titulo:

Pignus pretioſum. Necnon

Compendium terminorum Philoſophiæ. Hæc ex Uvadingo. Exaravit inſupèr ex fide Arturi in Martyrologio Franciſcano, die 12. Auguſti:

Panegyrim de Laudibus S. Claræ.

ALEXIUS TUDERTINUS, Italus, Strictioris Obſervantiæ Provinciæ S. Franciſci, ac S. Petri in Janiculo Romæ, linguæ Arabicæ Lector

Doctrinam Chriſtianam, ſeù Catechiſmum pro Orientalibus nationibus juſſu Pauli V. Arabicè, & Latinè excuſum, correctum, & auctum recudi curavit, additis Interpretatione Italica ſeptem Pſalmi

mis Pœnitentialibus ; cum Sanctorum Litanijs, & Marianis. Romæ typis Fidei propagandæ, anno 1642. in 4. Agit de ipſo poſt Uvadingum, Didacus de Lequile, tom.2. Terlegisl. tract.6. lib. 11.

ALIPHAS DE ANGLIA, Minorita, ſcripſit:

Super primum Sententiarum. Habetur M. S. in Bibliotheca Aſsiſienſis Conventus, Uvadingo teſte.

ALOISIUS. Vide LUDOVICUS.

ALPHONSUS DE AVILA, Hiſpanus, ex alumnis Provinciæ S. Evangelij in Mexicano Regno, Lector Jubilatus, ſermone patrio evulgavit:

Panegyrim de Apparitione Dominæ noſtræ, vulgò *del Pilar.* Mexici 1679. in 4. Item.

Concionem de Doloribus Mariæ Sanctiſſimæ. Ibidem 1692. in 4. typis Didaci Fernandez de Leon. Vidi. Hujuſce meminit Fr. Auguſtinus Vemtancurtin Chronicis laudatæ Provinciæ, fol.143. num.43.

ALPHONSUS A S. ANNA, Hiſpanus, ex Minoritis Diſcalceatis Provinciæ S. Gregorij, Apoſtolicus Concionator, & Guardianus Conventus Dominæ noſtræ à Loreto, Populi de Sampalos, in Philippinis, Tagalo idiomate in publicum miſsit:

Expoſitionem Doctrinæ Chriſtianæ. Manilæ anno 1628. Teſtem adduco Balthaſarem à Medina in Chronicis Provinciæ Diſcalceatorum S. Didaci de Mexico, à fol. 214. Eodem idiomate ibidem evulgavit Tractatum.

De Officio Divino. Ejus vtilitatem teſtatur Fr. Antonius de la Llave, trienn.16. apud meam Bibliothecam Minor. Diſcalceat. pag. 1.

ALPHONSUS ARANDA, Hiſpanus, Regularis Obſerv. Provinciæ Conceptionis, Officio Concionator, vernaculè dedit

Panegyrim de Magna Indulgentia Portiunculæ. Vallis Oleti per Joſephum de Rueda 1670. in 4. Vidi.

ALPHONSUS BALSALOBRE, Minorita, Hiſpanus, vernaculè ſcripſit, ac edidit libellum in 8.

De Vita, ac Miraculis BB. Martyrum Japponienſium Petri Baptiſtæ, ac Sociorum ejus. Barcinone apud Sebaſtianum Jaime 1618. Hæc Nicol. Antonius tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ ex ſupplemento M. S. Bibliothecæ Franciſcanæ Fr. Franciſci Haroldi. Ejus meminit Fr. Balthaſar de Medina, Minorita, cap.30. ſuæ Hiſtoriæ S. Philippi à Jeſu.

ALPHONSUS BAPTISTA SIDON, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Bæticæ, Lector emeritus, à Cenſuris S. Officij, ac Pater, coram populo gravi habuit

Concionem de Nativitate B. Mariæ Virginis pro annorum proſperitate Caroli II. Catholici Hiſpan. Regis. Prodijt in Urbe Gaditana, anno 1676. in 4. Vidi.

ALPHONSUS DE BENAVIDES, Hiſpanus, Regular. Obſervant. Cuſtos Provinciæ, & Converſionis novi Mexici, Sanctæ Inquiſitionis Commiſſarius, dedit Philippo IV. Hiſpaniarum Regi:

Relationem ; ſivè narrationem diffuſam per modum memorialis, ſivè libelli ſupplicis Hiſpanicè ſcriptam de Magnis Theſauris Spiritualibus, & Temporalibus, Deo inſpirante, & adjuvante in novo Mexico detectis. Matriti in Typographia Regia anno 1630. in 4. Vidi. Vide verbo Joannes de Cranendone in hac Bibliotheca.

ALPHONSUS A S. BERNARDO, Hiſpanus, Strictioris Obſervantiæ Diſcalceat. alumnus, ac Provinciæ Neapolitanæ S. Petri de Alcantara Ex-Diffinitor, in laudem ejuſdemmet Sancti vernaculè vulgavit:

Vitam S. Petri de Alcantara. Neapoli, typis Felicis Moſca anno 1710. Vidi.

ALPHONSUS BLASCUS, Hiſpanus, Provinciæ S. Michaelis Regular. Obſervantiæ, Eccleſiaſtes, ſcripſit, ac edidit non abjiciendæ eruditionis:

Panegyrim de Exaltatione S. Crucis. Toleti, anno 1615. in 4. Vidi.

ALPHONSUS BETANZOS, Hiſpanus, Gallæcius, ex Compoſtellana Prov. Regul. Obſerv. in eam de Guatemala zelo animarum translatus, ad Miſsionariorum vtilitatem concinnavit:

Artem, ac Dictionarium idiomatis illius Regionis, vti narrat Jacobus de Caſtro fol. 112. Arboris Chronologici Prov. S. Jacobi.

ALPHONSUS BRICEñO, Americanus, Chilenſis apud Limanam Provinciam Regul. Obſervant. Sacræ Theologiæ Profeſſor emeritus, Vir cæteroqui doctiſsimus, Ex-Procuratore Cauſæ Canonizationis S. Franciſci Solani ad Epiſcoparum Nicaraguæ aſſumptus, ac demùm ad ſedem Provinciæ Venezuelæ, ſivè de Caracas translatus, Reipublicæ litterariæ dedit:

Celebriores controverſias in primum Sententiarum Scoti, admixtis potiſsimum diſſertationibus Methaphyſicis, tomis duobus in fol. Prodijt vterque Matriti ex Typogra-

graphia Regia anno 1638. Vidi. Item:

Apologiam de Vita, & Doctrina Joannis Scoti Doctoris Subtilis, ac B. Amadei. Ibid. in capite tomi primi. Florebat an. Domini 1654. Uvadingus, verbo *Ildephonſus.* Nicolaus Anton. tom. 2. pag. 315. Alva in Militia, col. 676.

ALPHONSUS CARTONENSIS, (vulgò DE CHATRES) Pariſienſis Provinciæ, Concionator Capuccinus, Vir prædicatione, & ingenio potens, tranſtulit ex Italico in Gallicum idioma opuſculum Ludovici Manzini, ſub titulo:

Exercitium animæ reſuſcitatæ. Pariſijs 1659. in 8. Illuſtravit inſuper *Opera omnia P. Ivonis Pariſienſis* Gallicè compoſita, ad meliorem formam redegit, & in publicum miſsit tomis 3. in fol. Pariſijs 1680. Elaboravit tandèm opus præclarum, inſcriptum:

Demonſtrationes Evangelicæ, ſeù practicæ veritates ex quolibet Evangelio ſelectæ, multiplici, tùm Theologica, tùm Phyſica, tùm Morali ratione illuſtratæ Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum, atque Philoſophorum ſententijs confirmatæ. Sunt 2. tom. in 4. Pariſijs editi, anno 1670. in 4. apud Dionyſium Thierry. Vidi tomum 1. amplectentem Demonſtrationes Evangelicas à Domin. 1. poſt Epiphaniam, vſque ad Dominicam Quinquag. impreſ. Pariſijs 1666. Etiam num in Genuenſis Bibliotheca.

ALPHONSUS DE CASA-RUBIOS, Hiſpanus, ex Regulari Obſervantia edidit:

Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, per Hieronymum à Sorbo, additionibus locupletatum, cum Annotationibus Antonij de Cordoba. Salmanticæ apud Alphonſum de Porras, anno 1532. facta eſt editio prima. Alia Pariſijs, anno 1590. Alia Venetijs, anno 1609. in 4. Alia demùm Coloniæ apud Joannem Kinchium 1619. Vidi. Hunc ex noſtro Antonio Capuccinum facit Genuenſis in ſuo opere de Scriptoribus Capuccinis.

ALPHONSUS DE EL CASTILLO, Hiſpanus, Prov. Conceptionis Regul. Obſerv. alumnus, edidit vernaculè, teſte D. Nicolao Antonio, tom. 1. Bibliot. Hiſpanæ, pag. 11.

Compendium rationum dulcium, ac efficacium, quibus peccator poſtulat à Deo miſericordiam. Pinciæ apud Joannem de Rueda 1616. in 16.

ALPHONSUS A CASTRO, Hiſpanus, Zamorenſis, Salmanticenſis Cœnobij Prov. Compoſtellanæ Regul. Obſer. profeſſus, *meritò potens Hæreticorum flagellum* à Fr. Joanne de la Haye in Indice AA. præfixo, tom. 3. ſuorum Commentariorum in Apocalypſim: *Hæreſiomatrix acerrimus, & Scriptor feliciſſimus* ab Illuſtriſsimo Gonzaga, ac *Faber Theologorum, ut Vulcanus Deorum* ab erudito Boſquiero, tom. 2. pag. 955. appellatus, Vir fuit pietate inſignis, imò ex Eiſengrenio, *Apoſtolica vita, vir arcana, & myſtica Divinarum Scripturarum interpretatione altus*, vnus ex Patribus Tridentini Concilij (vtque verbis vtar Petri Annati, tom. 2. Apparatus ad poſitivam Theologiam, lib. 7. artic. 10. de clarioribus, qui circa Hæreſes ſcripſere Viris.) *Et Concionator totius Hiſpaniæ celeberrimus ſub Carolo V. & Philippo II. qui tandèm ad Archiepiſcopatum Compoſtellanum deſignatus, ſed morte præventus Bruxellæ in Bravantia, nondùm conſecratus, è terra petijt Cœlum, anno 1558. varijs, & eximijs relictis ſuæ eruditionis profundæ, monumentis, inter quæ inſigne reperitur opus.*

Adverſus Hæreſes in libros 14. diſtributum. Opus hoc ordine Alphabetico diſpoſitum, vtiliſsimum ſanè ad tuendam Catholicam fidem, prodijt primùm Pariſijs apud Aſcenſium 1534. in fol. Venetijs deindè, atque Lugduni 1546. atque alijs locis; ex tertiaque Authoris ipſius recognitione, anno 1556. Item Antuerpiæ apud Steelſium 1568. Pariſijs etiam iterùm 1565. Tandèmque cum Appendice Franciſci Fervandentij, ejuſdem Ordinis Theologi clariſsimi in 3. libros diſtributum, quibus XL. hæreſes ab eodem Alphonſo, vel prætermiſſæ, vel poſt ejus obitum natæ refelluntur duobus tomis, vnà cum reliquis operibus apud Michaelem Sonium, Pariſijs, anno 1578 Aliqua ex hoc egregio opere reprehendit Bellarminus Cardinalis, cui modeſtè, & luculentèr occurrit Uvadingus noſter hìc, pag. „11. Robertus, Cardinalis Bellarminus, „(Uvadingus inquit) Vir alioquin modeſ„tiſsimus, inſignem hùnc Authorem, à quo „potiſsimum pro ſuis ſcribendis contro„verſijs, ſubſidium accepit aliquantò du„riuſculè ſecundò, & tertiò cenſurat, tom. „2. l. 2. de Imaginibus, cap. 6. dicit eum, „non ſine temeritate, & præjudicio Catho„licæ Fidei, tam craſſos errores, tàm mag„nis Viris (Sereno, ſcilicèt, Epiſcopo Ma„ſilienſi, & Epiphanio Cyprio attribuiſſe,

„Atta-

„ Attamen ſi quis legerit Alphonſum, vi-„ debit tantummodò verè retuliſſe in Se-„ reno, quod S. Gregorius in eo repre-„ henderat de fractis per eum Imaginibus; „ & in Epiphanio, quod ipſe in Epiſtola „ ad Joannem Epiſcopum Jeroſolymita-„ num narravit, quod ſciderit velum, in „ quo depicta erat Chriſti Imago, de quo „ adeò ſiniſtrè apud aliquos audivit, vt „ VII. in Synodo, Act. 6. re maturè diſ-„ cuſſa, fuerit purgatus ab omni errore. „ Et quidem vtrumque Epiſcopum ipſe „ Caſtro reverentèr ab omni hæreſis nota „ defendit. Tom. 3. lib. 3. de Grat. & „ Libero Arbitr. cap. 4. ait Bellarminus „ videri Alphonſum acceſiſſe ad ſenten-„ tiam Calvini in conſtituenda libertatis „ eſſentia, dùm ait eam eſſe libertatem, „ quæ opponitur neceſsitati, vel vt verius „ dicat, coactioni; ſed tamen ipſe poſteà „ admittit Alphonſum ſatis apertè indica-„ te ſe per *coactionem* intelligere quamli-„ bet determinationem ad vnum, atque „ ita ſolùm in modo loquendi eum rece-„ dere à communi ſententia. Tom. 4. lib. „ 1. de Matrimonio, cap. 5. ait eum ad-„ mittere Matrimonium non eſſe Sacra-„ mentum proprium novæ Legis; ſed fuiſ-„ ſe in Lege veteri, & à Chriſto non tàm „ inſtitutum, quàm confirmatum, quod „ (inquit) tuto defendi non poteſt, ſed „ nihil horum habet Caſtro; docet tan-„ tùm exordium habuiſſe Matrimonium in „ conjugio primorum Parentum, quod „ nullus negavit, ſaltèm ratione conjugij, „ & contractus. Vide Bonavent. in 4. diſ-„ tinct. 26. artic. 2. quæſt. 2. Et Petrum „ de Soto lect. 2. de Matrimonio. Nun-„ quàm autem dixit Caſtro fuiſſe propriè „ Sacramentum ante Legem Gratiæ. Hac-tenùs Uvadingus. Extant quoque noſtri Authoris.

De juſta Hæreticorum punitione, lib. 3. Salmanticæ 1547. in fol. ex Officina Joannis Giuntæ, Antuerpiæ ap. Steelſij hæredes 1568. in 8. vt confirmaret juſtas eſſe omnes illas pœnas, quibus in Jure Civili, atque Canonico Hæretici addicuntur.

De poteſtate Legis pœnalis, lib. 2. Salmanticæ 1550. in fol. ad Michaelem Munoſium, Præſulem Conchenſis Urbis, & Pincianæ Cancellariæ Præfectum. Scopus eſt prioris libri, vt probet eos falſos eſſe, qui dicunt, nullam legem pœnalem obligare Subditorum conſcientias ad culpam, præſertim lethalem: Poſterioris, eos ſimilitèr à vero errare, qui dicunt: legem pœnalem nunquam ſine declaratione, aut facto Judicis obligare ad pœnam. Pariſijs etiam prodierunt in fol. anno 1571. & 1578.

Nonnullos Pſalmos expoſuiſſe teſtatur, Sixtus Senenſis, lib. 4. ſuæ Bibliothecæ. Ex his extant:

In Pſalm. L. Miſerere mei Deus, &c. Homilia XXV. Salmanticæ in Eccleſia Fratrum Minorum dictæ ad Joannem III. Luſitaniæ Regem. Salmanticæ 1537. in 8.

In Pſalmum XXXI. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, Homilia XXIV. ad Populum Salmantinum, Henrico Portugaliæ Infanti S. R. E. Cardinali, nuncupatæ. Salmanticæ 1540. Item 1568. in 8.

Opera hæc omnia Pariſijs quatuor voluminibus primùm edita ſunt anno 1565. Poſteà duobus, curante Franciſco Fevardentio 1578. in fol. Prætereà, vti refert D. Nicolaus Antonius, ſcripſiſſe eum *pro validitate Matrimonij Henrici VIII. Angliæ Regis, & Catharinæ Conjugis*; conſtat ex Nicolao Sandero, lib. 1. Schiſmat. Anglic. cujus hæc verba ſunt Hiſpanos referentis, qui pro Regina ſcripſerunt: *Apud Hiſpanos verò Franciſcus Roxas, Alphonſus Vilveſius, Alphonſus à Caſtro, & Sepulveda.* His adde ex Ludovico Dupin in ſuis additionibus, & correctionibus opus aliud Authoribus domeſticis ignotum, nempè:

Commentaria in XII. Prophetas Minores. Majenciæ 1617. Hunc laudant Alphonſum, præter citatos AA. Fr. Jacobus de Caſtro, tom. 1. Chron. Prov. S. Jacobi, ac Fr. Carolus de Coundhenove in Compilatione Chronolog. Prov. Recollect. Germaniæ inferioris M. S. Matriti ap. Archivium Generale Ordinis, pag. 12. ubi inquit: *Porrò Alphonſum noſtra Provinciæ adſcribimus, quia in ea vixit, vita deceſſit, & in Conventus noſtri Bruxellenſis Choro ſepultus eſt.* Gaſpar Tamayo, Salmantinus ejus charus Diſcipulus hujuſmodi ad Sepulchrum epitaphium adſcripſit.

***

*** *** *** ***

R. P. Alphonſo à Caſtro Zamorenſi,
Viro profanis, omnibuſque ſacris doctrinis ornatiſsimo;
Qui cum Salmanticæ ann. XXX. Theologiam
Magna cum laude profeſſus fuiſſet,
Atque inter alia præclara, Divinum illud, nec vnquam
Intermoriturum Opus adverſus omnes hæreſes poſt
Chriſtum Salvatorem natas edidiſsit.
Tridentum deindè aſcitus, celebre ſibi nomen comparaſſet, atque in
Sancti Evangelij per annos XLIII. prædicatione, ingenij, pietatis
Eruditionis gloriam apud Hiſpanos adeptus fuiſſet
A Philippo II. Hiſpaniarum Rege inter alios Divinarum rerum
Conſiliarios, & Eccleſiaſtes cooptatus eſt,
Cui in Anglia, dùm Religionem in eo Regno reſtituit,
Inſignem operam navavit.
Demùm in Belgium ipſum ſecutus, à Deo Optimo evocatus Bruxellæ
Tertio Non. Febr. M.D.LVIII. ætatis anno LXIII. ſub inſtituto
Autem Sancti Franciſci XLVIII.
Gaſpar Tamayo Salmanticenſis Præceptori Chatiſsimo, ac contubernali,
Dulciſsimo, mæſtiſsimus poſuit.

ALPHONSUS CIACONIUS, Minoritis Scriptoribus adſcribitur ab Alphonſo Laſor à Varea, tom. 1. ſui operis prænotati: *Univerſus terrarum Orbis Scriptorum calamo delineatus*, fol. 318. juxta editionem factam Patavij, anno 1713. ſed immeritò; eſt enim Hiſpanus, Beacienſis, & Ordinis Prædicatorum clarus alumnus. Conſule D. Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 13. verbo *Fr. Alphonſus Chacon.* & noſtrum Aſtorga in ſua *Militia*.

ALPHONSUS COEN, Uvinoci-Bergenſis, Provinciæ Comitatus Flandriæ S. Joſeph Minorum Recollectorum, S. Theologiæ Lector emeritus, ac Cuſtos Cuſtodum, ad mentem Subtilis Doctoris communes fecit:

Diſputationes Theologicas de Deo Sacramentorum Inſtitutore, & Retributore, ſivè in lib. 4. Sentent. in quo reductivè agitur de Indulgentijs, & Cenſuris. Ipris apud Joannem Baptiſtam Moermam, anno 1686. in fol. magno. Et Antuerpiæ formis Cornelij Verduſen 1700. Vidi. In Authoris laudem Fr. Thomas Copejanſens, Philoſophiæ Lector accinebat:

Doctrinam Sacram profers Alphonſe Sophiæ
Quæ cunctis votis ſæpè petita fuit;
Abdita nàm ſcrutans Subtilis dogmata Scoti,
Clarè obſcura doces, quæ facienda mones.

ALPHONSUS DE CONTRERAS, Hiſpanus, Prov. Concept. Reg. Obſerv. Theologus ſummus, ac Ducis Albani, Belgarum Gubernatoris Confeſſarius, ante à Philippo II. Hiſpaniarum Rege ad Concil. Tridentinum ſecundò ablegatus fuit. Vir ſingulari modeſtia, multa quoque rerum experientia probatus; cum jam res, genioſque Belgarum penitùs cognoſcere cœpiſſet, multorum judicio, ſupervivere, ſi potuiſſet, illæ non in tantum vt vidimus inclinaſſent. In eum jam defunctum è vita Vigilius Conſilij ſecretioris Præſes, adſtantibus Minoribus, hoc dixit elogium;

gium: *Cecidit corona capitis veſtri.* Adnumeratus vt dixi, Theologis Concil. Trid. habuit ad Patres ſub Pio IV.

Orationem de Reformatione Eccleſiæ. Prodijt Brixiæ, anno 1563. Extatque inter orationes Lovanij in fol. editas, anno 1567. Obijt Bruxel. anno 1569. die ſeptima Decemb. Sepultus in Choro ſui Cœnobij ante Presbyterium. Ex Uvadingo, Nicolao Antonio, & Lequile.

ALPHONSUS COTTARTÆ, Gallus, ex Recollectiſque Galliæ, idiomate patrio publicavit:

Manuale ſæcularis boni, Pariſijs 1661. in 12. A fol. 41. noſtro Alva teſte, col. 677. ſuæ Militiæ, adducit Latinè, & Gallicè *Officium parvum de Immaculata Conceptione Deiparæ Sanctiſſimæ*, olim digeſtum à P. Alphonſo Rodriguez, Societ. Jeſu. Scripſit quoque, ac edidit vernaculè opera apud Ludovicum Dupin, ſæculo 17. inſcripta.

Vita Regularis Spiritualis.

Manuale boni Religioſi.

Enchiridion Vitæ Regularis. Clarebat Author circa annum 1650.

ALPHONSUS DE CRUCE, Hiſpanus, in Oppido Valdemoro Toletani Regni, nobilibus Parentibus ortus, ſtrictiorem Diſcalceatorum Obſervantiam ſecutus in S. Pauli Provincia, Conventus S. Joſephi Methymnenſis, S. Antonij (non S. Angeli, vt Marratius ſcribit) Abulenſis, & celeberrimi Salmanticenſis, vulgò de el Calvario, Guardianus, bis Comiſſarius Viſitator Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ, quinquies ſuæ præfatæ Provinciæ S. Pauli Diffinitor; primus fuit, qui ſermones à ſe elaboratos idiomate patrio publicavit, nempè:

Diſcurſus Evangelicos, ac Spirituales, Matriti 1599. in 4. Barcinone 1600. in 4. Vidi.

Diſcurſus varios, ſivè Adnotationes pro Feſtivitatibus præcipuis Sanctorum totius anni. Matriti 1599. Barcinone 1660. apud Jacobum Cendrad. Vidi. Edidit quoque:

De puritate S. Pauli Apoſtoli. Matriti 1599.

Viam Salvationis. Salmanticæ 1625. Vidi.

Compendium Vitæ Spiritualis, ad Sanctam, & graviſsimam Salmantinam Eccleſiam. Vidi. Salmanticæ eodem anno, apud Antonium Ramirez. Commendat valdè laudatum opus R. A. P. M. Fr. Didacus de Salazar, Benedictinus, celebris Concionator, Doctor Salmanticenſis, & Regens ſui Religioſiſsimi Collegij S. Vincentij Salmantini, vt videre eſt in ſua Epiſtola ibidem impreſſa, quam habes à pag. 2. meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceat. Inedita reliquit:

Conciones Quadrageſimales.

Speculum Prælatorum. Raphael Pluteau tom. 1. ſui Dictionarij Luſitanici in Catalogo AA. cujuſdam Alphonſi à Cruce memoriam agens, ipſi donat opus inſcriptum:

Speculum Religioſorum, impreſſum Ulyſſipone litteris Petri CraesbecK, anno 1622. vol. 2. in 4. ſed mihi ignotum. Alter fuit Alphonſus à Cruce Provinciæ Caſtellanæ Regul. Obſerv. alumnus, qui virtutibus claruit. Floruit Matriti anno 1669. Hic autem nihil litteris conſignavit. Agunt de Valdemoro Uvadingus, Nicolaus Antonius, Medina, Petrus de Alva, Matthæus à Nativitate in Chronic. M. S. Provinc. S. Pauli, ac Liber proprius Conventus S. Joſephi Methymnenſis, vbi 24. Januarij 1631. Patribus appoſitus, ibidem ſepultus eſt.

ALPHONSUS A ESCALONA, nobili Hiſpaniæ Oppido propè Toletum, Prov. Cartaginenſis Regul. Obſerv. alumnus, in novam Hiſpaniam transfretavit anno 1531. & in Urbe Haxatala ſexcentos fermè pueros congregavit, quos legere, ſcribere, canere, & Chriſtianam doctrinam edocuit: *Vir* (verbis vt vtar Dominicani Gravina in Voce Turturis, parte 2. pag. 214. fuit Apoſtolicus, qui aliàs nudis pedibus, vna Tunica contentus, abſque galero iter conficiebat, è Mexicana Provinc. Guatemalam adivit, vbi cum ætatis ſuæ anno 72. linguam Guatemalam à Mexicana diverſam in prædicationis gratiam didiciſſet, multam operam in propagatione Evangelij impendiſſet, ſex annorum ſpatio ibidem commorans cum Provinciam pedeſtèr, vt aſſolebat, viſitaret, hyemali tempore in frigidiſsima valle, ei obviam factus Hiſpanus quidam, tantam pacientiam admiratus, cohibere ſe non potuit, quin diceret: Ob decem pios Viros Abrahami tempore pepercit Deus Sodomæ, & Gomorræ; ſed hodie per Sanctum hunc Religioſum Orbi parcet Univerſo. Mexicano idiomate, quod memoriæ beneficio, pauco tempore eſt aſſecutus,

Conciones Evangelicas digeſsit primus, quæ poſteà Guatemalico ſermone ſunt redditæ. Scripſit etiam:

Com-

Commentarios eruditos in Decalogum. Ita Uvadingus pag. 14. Torquemada tom. 3. lib. 19. cap. 33. Arturus in Martyrologio Franciſcano, die 10. Martij. Illuſtriſ. Gonzaga part. 4. fol. 1240. Undè non rectè ex duobus Alphonſis, alium de *Molina*, alium de *Eſcalona* vnicum effecit D. Nicolaus Antonius tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 92. Anno 1584. ætatis vero ſuæ 88. *poſt quinquaginta annorum labores* (redit ſermo laudati Gravinæ) pro cultura Indorum exantlatos: evolavit in Cœlum: cujus corpus proprijs humeris Patres Conventuum S. Auguſtini, S. Dominici, & aliorum Ordinum portarunt, in Arca lignea concludentes, quod & poſteà integrum, ſuaviſsimoque odore aſperſum obſervarunt. Vide inferius Alphonſus à Molina.

ALPHONSUS FLORES, Hiſpanus, ex Minoritis Diſcalceatis Prov. S. Didaci in Bætica, egregius Concionator ad prælum parata reliquit vernaculè volumina tria in 4. quorum tituli

Conceptus varij prædicabiles.

Mariale.

Sanctorale. Tomus tertius extat in Bibliotheca Conventus S. Rochi laudatæ Provinciæ ſub litt. P. num. 8. Vidi. In publicum autem quod viderim, vernaculè miſsit eruditam concionem:

De Sacris Stigmatibus B. P. N. Franciſci. Excudebat Didacus Perez Eſtupiñan, anno 1643. ad Illuſtriſsimum D. D. Franciſcum Guerra, Epiſcopum Gaditanum, in 4. Ejus

Carmen in laudem Operis Fr. Laurentij à S. Franciſco, de quo inferiùs, excripſi, pag. 163. meæ Bibliothecæ Minor. Diſcalceat.

ALPHONSUS A S. FRANCISCO, Hiſpanus, Excalceatæ Provinciæ S. Gregorij Philippinarum Prædicator, & Cuſtos, prælo dedit Manilæ, anno 1653. haud contemnendum volumen in 8. ſub titulo:

Speculum ſpirituale, & via perfectionis. Ex Fr. Balthaſare de Medina in Centuria Scriptorum Diſcalceatorum.

ALPHONSUS A S. FRANCISCO, alter, Natione Hiſpanus, Diſcalceatæ S. Pauli Provinciæ in Veteri Caſtella filius, Prov. S. Gregorij in Philippinis Inſulis zelo animarum aggregatus, ejuſque Provincialis Miniſter, cujus virtutes, ac miracula fuſo ſtylo recenſentur tom. 2. Chonic. laudatæ Provinciæ S. Pauli, volumina edidit perutilia valdè, quorum primum:

Super Divina Præcepta. Secundum *ad Moniales.* Tertium:

De Oratione ad Tertij Ordinis Seraphici alumnos. Inſuper poſteritati *M.S. Tractatus varios* dedit, quos inter:

Apologiam Vitæ, & boni Spiritus V. Fr. Franciſci à S. Nicolao, Provinciæ S. Gabrielis filij, & Cuſtodis præfatæ S. Gregorij Provinciæ. Obijt bonus odor Chriſti, Manilæ, anno 1656.

ALPHONSUS DE FRIAS, Hiſpanus, Caſtellanæ Prov. Regul. Obſerv. diſpoſuit, ac edidit:

Concionem habitam in Capitulo Generali Ordinis in Toletana Civitate celebrato, anno 1606. Prodijt Compluti (teſte Alva in Militia, colum. 46.) anno 1608. in 4.

ALPHONSUS DE FUENTEDUEÑA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. alumnus, ac Sacræ Theologiæ Lector, cultoribus B. Virginis, capitibus 15. vernaculè èdidit volumen in folio, prænotatum:

Titulus Virginalis Dominæ noſtræ. Pampilone apud Arnaldum Guillen, anno 1499. Vidi. Hujuſce meminit Nicolaus Antonius, N. Alva, ac Marratius in ſua Mariana Bibliotheca.

ALPHONSUS DE GUADALUPE, Hiſpanus, Concionator Jubilatus, ac Ex-Diffinitor Prov. Angelorum, Regul. Obſerv. compilavit, ac edidit vernaculè:

Ceremoniale Romanum. Hiſpali, typis Franciſci de Blas 1713. in 4. Vidi.

ALPHONSUS GUERRERO, Hiſpanus, ex Oppido *Fuente de Cantos* in Extremadura, Concionator, ac Diffinitor Prov. S. Michaelis Regul. Obſerv. clarus eloquio, & doctrina præclarus, plura ſcripſit, è quibus vernaculè extant:

Polus Cœli, vnà *cum Diſcurſibus Moralibus ſuper Decalogi præcepta.* Opus dextrè commendatum à Fr. Joſepho à S. Cruce laudatæ Provinciæ alumno, qui in ejus laudem accinebat ita:

Hujus

Hujus obſequio reparas Alphonſe Tabellas
Sunt Alphonſinæ, Romuleæque minus.
His etenim Tabulis, qui ſæcli evaſerit vndas
Votivæ Tabulæ debitor ille tibi eſt.

Prodijt Matriti apud Viduam Melchioris Alegre, anno 1671. in 4. Vidi.

Speculum ſpirituale Religioſi. Ibidem, typis Joanuis Garcia Infanzon, anno Virginei partus 1688. in 4. Vidi.

Lucra ſpiritualia Vivorum, ac Defunctorum ex ſuffragijs pro animabus Purgatorij. Matriti, litteris Rochi Rico, anno 1678. in 8. Vidi.

Gratia abyſſus, vnà cum diſcurſibus ſuper Ave Maria. Ibidem apud Joannem Garcia Infanzon, anno 1686. in 4. Vidi.

Scutum animæ contra peccata, vnà cum nonnullis Tractatibus Spiritualibus. Matriti, formis Rochi Rico 1679. in 4. Vidi.

De Excellentijs Patriarchæ Glorioſiſſimi S. Joſephi. Ibidem ex Officina Joannis Garcia Infanzon 1692. in 4. Vidi.

ALPHONSUS GUTIERREZ, Hiſpanus Sacræ Theologiæ Profeſſor, & Provinciæ S. Jacobi Miniſter, pro defenſione Religionum Mendicantium dedit ad Philippum II. Regem Hiſpaniarum *Tractatum doctum, & pium, quem Memoriale nuncupavit*, impreſſitque Antonius Daza in 4. parte Chronicorum Ordin. Minorum.

Alia inſupèr ſcripſit opuſcula, nondùm edita, quæ extant in Bibliotheca Minorum Zamorenſi. Vivebat anno 1573. vti aſſerit Fr. Jacobus de Caſtro, tom. 1. Chronic. Compoſtellanæ Provinciæ, pag. 112. Ex Uvadingo Nicolaus Antonius, tom. 1. pag. 21.

ALPHONSUS HERRERA, Hiſpanus, adoleſcens Salmanticæ Civili Juri ſtuduit; cumque in eo valdè profeciſſet, ſuſcepro (inquiunt Arturus in Martyrologio, die 6. Aprilis, & Illuſtriſſimus Gonzaga, parte 4. in Conv. Mexicano, fol. mihi 1246.) Minorum habitu in Provincia S. Gabrielis, in S. Evangelij Provinciam ſe contulit. Vir erat Religionis, & ejus Regulæ amantiſſimus, prudentia, & doctrina celebris, Indorum Pater, in quorum vtilitatem ſcripſit:

Sermones Dominicales, ac de Sanctis, teſtibus Torquemada, tom. 3. lib. 19. cap. 33. Vetancurt in ſuo Menologio, ac Nicolao Antonio, ex Uvadingo.

ALPHONSUS HERRERA MOLINA, (aliàs SALCEDO apud Nicolaum Antonium) Hiſpanus, Granatenſis, in Cœnobio Limenſi Regni Peruani, Provinciæ Sanctorum duodecim Apoſtolorum, initiatus, Guardianus Cœnobiorum Chuquiani, & Truxilli, Cuſtos Provinciæ Carcarum, edidit Hiſpanicè:

Minas, ſivè interminationes Judicij finalis, & pœnas Inferni, ſuper Pſalmum 48. Hiſpali, anno 1618. apud Vincent. Alvarez in 4. & ibidem 1619. typis Hieronymi Contreras in 4. Vidi.

Attributa Chriſti, & Excellentias Nominis Jeſu. Ibidèm, anno 1619. in 4. Vidi.

Iram, & furorem Dei contra jurantes vana per ſuum ſanctum Nomen. Ibid. eiſdem typis, & anno in 8. Vidi.

Judicium finale. Ibid. 1617. Ex Uvadingo.

Speculum bonorum Conjugatorum ſuper Epiſtolam: Mulierem fortem, deſumptam ex Parabolis Salomonis, cap. 31. Limæ, anno 1627. Granatæ, an. 1631. Ex eodem, & Nicolao Antonio:

Quæſtiones Evangelicas pro Concionibus Adventus, & Sanctorum eo tempore occurrentium, tom. 2. Limæ anno 1649. & Cæſaraug. formis Jacobi Morbel 1644. in 4. Vidi.

Quadrageſimale. Limæ erat ſub prælo, anno 1644. Authore mihi Fr. Didaco de Cordova in Chronicis laudatæ Provinciæ, lib. 6. cap. 7. Et ipſemet Author teſtimonium perhibet in prologo ad Lectorem ſuarum Quæſtionum Evangelicarum. Eſt hujuſce mentio, præter laudatos, apud Ludovicum Dupin, ſæculo 17. ac Antonium Daza in ſuis Chronicis.

ALPHONSUS DE HITA, Hiſpanus, Prov. S. Evangelij Regul. Obſerv. eruditus Eccleſiaſtes, ac Diſtinitor, vernaculè ſcripſit, ac edidit:

Panegyrim de laudibus S. P. N. Franciſci.

Aliam de Immaculata Conceptione Virginis ad Mexicanam Univerſitatem habitam.

Aliam

Aliam de S. Petro Regalato. Prodierunt Mexici, anno 1692. ac 1696. teſte Ventancurt in Chronicis laudatæ Prov. fol. 143. num. 42.

ALPHONSUS HURTADO DE MENDOZA, Natione Hiſpanus, à Cenſuris S. Officij, Jubilatus Lector, Prov. Granatenſis Regul. Obſerv. Pater, ac totius Ordinis Seraphici Generalis Diffinitor.

Concionem de Puriſsima Virginis Conceptione ad populum gravem declamatam prælo dedit. Extat à fol. 365. libri inſcripti: *Elogia Mariæ Sanctiſsimæ*, Granatæ editi, typis Franciſci Sanchez, anno 1651. in 4. Vidi. Scriptorum Catalogo adſcripſere Hippolytus Matratius, & laudatus Alva.

ALPHONSUS JOSEPHUS DE ARANDA, Hiſpanus, ex Provincia Immaculatæ Conceptionis Regul. Obſerv. devotus Concionator, libellum concinavit de Indulgentijs, patrio idiomate, cui nomen dedit:

Clavis Paradiſi. Prodijt Vallis Oleti ex Officina Joſephi Portoles 1675. in 8. Vidi.

ALPHONSUS DE ISLA, ſeù ILHA, Minorita, Luſitanus, ſcripſit, ex D. Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, pag. 24. ac vernaculè publicavit:

Ærarium virtutum. Medinæ apud Petrum de Caſtro 1543. in 4. & alibi.

Linguam vitæ, ſi opus diverſum eſt; neutrum enim vidi.

ALPHONSUS À S. LEONE, Hiſpanus, ex Tertiarijs Regularibus Prov. Bæticæ, Concionator emeritus, ac Miniſter Conventus Jeſupatæ de Caños, ſcripſit Hiſpanè:

Epiſtolam de morte, ac virtutibus Ven. P. Joannis Soli-Deo ejuſdem inſtituti alumni. Malacæ, typis Matthæi Lopez Hidalgo 1690. in 4.

Elegias duas in laudem memorati Soli-Deo. Ibidèm.

Orationem funebrem in ejus Exequijs. Ibidèm. Vidi.

ALPHONSUS LOPEZ MAGDALENO, Hiſpanus, Prædicator, ac Hiſtoriographus ſuæ Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. Vir ſanè ſtudioſus, & eruditus, non pauca edidit inſtructa volumina, è quibus reperi:

Hiſtoriale Compendium Apparitionis Dominæ noſtræ, vulgò de la Salceda; Fundationis illius Conventus, ac originis Regularis Obſerv. S. P. N. Franciſci. Matriti per Joannem Garcia Infanzon, anno 1687. in 4. Vidi.

Panegyrim de Capite S. Bonaventuræ, Hiſpanè. Compluti apud Mariam Fernandez, anno 1669. in 4. Vidi.

Compendium Hiſtoriale Vitæ, Martyrij, ac prodigiorum BB. Martyrum Gorcomienſium, Ordinis Minorum. Excuſit Matriti Antonius Gonzalez, anno 1676. in 4. Vidi.

Panegyrim de Puriſsima Virgine, ſub Metaphora Fontis. Compluti, typis Mariæ Fernandez, anno 1670. in 4. Vidi.

Vitam S. Roſæ Viterbienſis. Matriti ex prælo Antonij Gonzalez de los Reyes, anno 1675. in 4. Vidi.

Panegyrim de Corpore S. P. N. Franciſci. Extat à fol. 412. libri vernaculè inſcripti: *Oratoria Sagrada Complutenſe*, juxta editionem factam Compluti, anno 1671. in 4. Vidi.

Deſcriptionem Capituli Generalis Ordinis, Toleti celebrati anno 1682. Prodijt eodem anno Matriti in 4. Vidi.

Sermones varios, quorum titulus vernaculè: Atributos Panegyricos. Ibidem apud Antonium Gonzalez de los Reyes, anno 1676. in 4. Vidi.

Apologiam pro Regulari Obſervantia. Ibidèm 1679. in 4. Vidi. Obijt circa annum 1690.

ALPHONSUS LUPUS, Hiſpanus, Medinæ-Sydoniæ in Bætica natus, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. filius, Diſcalceatæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ alumnus, Provinciæ S. Joſephi Diſcalceatorum Cuſtos, qui totam ferè Hiſpaniam, Italiamque prædicando luſtrans, Salmanticæ octingentos, & ampliùs ex Scholaſticis illius celeberrimæ Academiæ fervidiſsimis ſuis Concionibus ad Ordinem Minorum ſuſcipiendum induxit. Hic meritò ſanè alter D. Paulus nuncupatus, qui magnam inijt amicitiam cum Sanctis Paſchale Baylon Diſcalceato, & Felice à Cantalicio Capuccino. Hic, qui S. Carolo Borromeo teſte, nihil eorum, quæ deſiderari ſolent in perfectis Oratoribus habebat, & tamèn partes Oratoris vniverſas tenebat. Hic ergo, de quo id vulgi ferebatur: *Lupus movet*, adhuc defunctus loquitur in ſuis operibus. Poſteritati dedit:

Commentaria litteraria, & Moralia in Iſaiam Prophetam, quæ ab eo manu propria conſcripta juſſu Eminentiſsimi Cardinalis Federici Borromei, Epiſcopi Mediolanenſis aſſervantur in Biblio-

the-

theca Ambroſiana. Reliquit inſupèr:

Conciones plurimas Quadrageſimales, & de Tempore. Aſſervantur Compluti in Bibliotheca Conventus S. Didaci, teſte Salazario, lib. 2. Chronic. laudatæ Provinciæ, cap. 23.

Summam caſuum conſcientiæ, quæ unà cum ipſis Concionibus habetur M. S. in Bibliotheca Genuenſi PP. Capuccinorum.

Tractatum de caſibus conſcientiæ reſervatis, & Quæſtiones varias Morales. Conſentiunt Medina in Centuria Scriptorum Diſcalceatorum, Nicolaus Antonius, tom. 1. & 2. Bibliothecæ Hiſpanæ, Genuenſis in Bibliotheca Minor. Capucc. miſsis alijs. Ad Hiſpaniam revertens ſuam quoque S. Joſephi laudatam Provinciam, extrà Barcinonem in Conventu PP. Capuccinorum Montis Calvariæ moram traxit, (idem Romæ fecerat) & ibidem Idibus Octobris, prænuntiato ſuæ mortis die, è vita exceſsit anno 1595. De ejus præclaris actibus, ac virtutibus nonnulla apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, & tom. 1. Chronicorum Provinciæ S. Pauli. Plura apud Arturum in Martyrologio Franciſcano, die 7. Junij, plurima verò apud Annales Minor. Capuccinorum recenſentur.

ALPHONSUS A MAYORGA, Hiſpanus, ex Portu S. Mariæ, Minorita, ligato ſermone ſcripſit:

Vitam S. Antonij Patavini. Extabat M. S. in 4. apud Bibliothec. Villambroſianam, Authore mihi D. Nicolao Antonio in Appendicibus M. S. ad ſuam Bibliothecam, apud Bibliothecam Regiam Matritenſem.

ALPHONSUS MANZANETE, Hiſpanus, Diſcalceatæ Provinciæ S. Gabrielis alumnus, Vir ſpiritus fervore celebris, ac glorioſus emulator Sancti Paulini Nolani Epiſcopi, libellum ſcripſit vernaculè ſimplici elegantia:

De Oratione, ac vijs, purgativa, illuminativa, & unitiva. Ineditum reliquit, at ejus in præſentiarum multa extant exemplaria, præ manibus Religioſorum, & Sæcularium, nec pauco fructu. E vivis exceſsit anno 1596. Conſule lib. 2. Chron. memoratæ Prov. cap. 63. & Arturum in Martyrologio Franciſcano, die 26. Decembris.

ALPHONSUS DE MADRID, Hiſpanus (quem perperám Diſcalceatum, ac Guardianum Complutenſis Conventus S. Angeli ex Nicolào Antonio in ſua Bibliotheca, in mea Minor. Diſcalceatorum feci) Caſtellanæ Prov. Regul. Obſervantiæ filius, poſteritati dedit vernaculè præclara volumina, pietatem ſpirantia, videlicèt:

Methodum aptè inſerviendi Deo. Compluti, anno 1526. apud Michaelem de Eguia in 4. Burgis 1530. in 8. Compluti, typis Joannis Brocar, anno 1555. & Matriti 1378. in 8. Hoc quidèm verè aureum opuſculum (verbis utor Nicólai Antonij in ſua Bibliotheca Hiſpana) quod minus emendato dicendi genere non ſemèl aures legentium læderet, Ambroſius Morales ſcitè reformavit, verbaque excellenti doctrinæ reſpondere adamuſim fecit, atque edidit Matriti, anno 1598. Primitùs Tarragoniæ, anno 1591. in 16. Vidi. Latinè autem vertit Joannes Entenius Dominicanus, qui olim in Luſitania Hieronymianorum ſodalis fuerat, Vir doctus, alijſque operibus celebratus, cujus quidem verſio prodijt Lovanij 1576. in 16. Itemque Ingloſtadij apud Sartorium 1578. Italicè apud Paulinum 1604. & Romæ 1603. in 16. Vidi. Gallicè apud Guidonem Bondoville Tuloſanum Typographum 1555. in 16. necnon & Germanicè à Jacobo Tarcin Gallo Brabanto Franciſcano. Fr. Joannes Michael Conſtancienſis Ordinis Carthuſianor. Generalis Miniſter, Latinè in formam continuæ orationis redegit, in publicumque miſsit Lugduni ſumptibus Joannis Baptiſtæ 1598. in 8. Vidi.

Speculum Illuſtrium Perſonarum. Burgis 1542. in 12. atque item Latinum ejuſdem Entenij opera, ſimùl cum *Arte inſerviendi Deo.* Speculum verò Italicè dedit locupletatum à ſe Carolus Baſcape Novanienſis Epiſcopus. Uterque prodijt Duaci apud Bellet 1599. in 12. Gallico idiomate:

Memoriale vitæ Chriſti, unà cum ſeptem Meditationibus Hebdomadæ Sanctæ adaptatis, quem libellum Gallicè interpretatus eſt Gabriel Chapuis, Turingus, Regis Galliarum Hiſtoriographus, editum Pariſijs 1587.

De Doctrina Chriſtiana tractatum editum cum arte inſerviendi Deo. Opus dignè commendatum à Fr. Chriſoſtomo Gaufrido in ſua Hiſtoria Provinciæ Recollectorum S. Dionyſij in Gallia (M. S. apud Archivium Ordinis Matritenſe) ubi recenſens vitam V. P. Fr. Silveſtri Gozij laudatæ Provinciæ alumni, ita inquit: *Methodum ſerviendi Deo R. P. N. Alphon-*

ſi

ſi à Matrito, opus nunquàm ſatis laudatum, ità tenacitèr menti impreſſerat, vt omnibus ejus regulis vteretur ad directionem animarum, ea facilitate, qua artifex ſuis vtitur ad temporale ædificium Legis. Eſt hujuſce Alphonſi mentio apud Dupin, ſæc. 17. & plures apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, pag.6.

ALPHONSUS MALDONADO, Hiſpanus, Provinciæ S. Jacobi Prædicator Apoſtolicus, & Commiſſarius Generalis in Indijs Occidentalibus, cum à quibuſdam moleſtè agitarentur in Hiſpania Fratres Obſervantes,miſsit ad Regem Philippum II. Tractatum eruditum Hiſpanum, quem inſcripſit:

Defenſio parvulorum. Habetur in Bibliotheca Minorum Cœnobij Lucenſis in Galætia. Vixit anno 1572. Ex Uvadingo, & Nicolao Antonio. Conſule Jacobum de Caſtro, tom.1. Chronic. laudatæ Provinciæ.

ALPHONSUS MANDIETA, (alijs A MENDIETA) Hiſpanus, Qualificator S. Officij, Commiſſarius Provinciæ duodecim Apoſtolorum ad Commitia Generalia, & Procurator Civitatis Regum pro Canonizatione S. Franciſci Solani, autiorem redidit vernaculè:

Vitam B. Franciſci Solani. Prodijt Matriti ex Typographia Regia 1643. in 4. Vidi.

ALPHONSUS A MATRE DEI, Provincialis Commiſſarius in Japonenſi Regno ad ſuum Commiſſarium Viſitatorem Fr. Antonium Frances, ſpiritu prophetico ductus, die 8. Septembris, anno 1605. gravem ſcripſit:

Epiſtolam, annuntians in ipſa futuram perſecutionem Religioſorum noſtrorum, ac Neophytorum. Conſule Fr. Antonium de la Llave in Chron. Prov. Diſcalceatorum Philippinarum trienn.12. cap. 30.

ALPHONSUS A MEDINA, Hiſpanus ex Oppido Carrion in Veteri Caſtella, emiſſa profeſsione in Provincia Conceptionis Regul. Obſerv. ad Provinciam Arrabidorum in Luſitano Regno gradum fecit. Vir fuit valdè ſpiritualis, exemplatiſsimus, ac in ſchola Orationis non infimè eruditus; vndè vulgarem fecit perutilem Tractatum ſemèl,atque iterum editum:

De Oratione, & Contemplatione. Ex Georgio Cardoſo, tom. 2. Agiologij Luſitani, die 27. Aprilis, & Chronologo laudatæ Arrabidienſis Provinciæ, tom. 1. lib. 5. cap.9. num. 110. Acceſit prædictus Tractatus priori editioni libri prænotatis *Impulſus ſpirituales*; Ulyſipone factæ anno 1674. litteris Antonij CraesbeecK. Floruit Author anno 1606.die 17.Aprilis.

ALPHONSUS DE MEDRANO, Hiſpanus ex Caſtellana Provincia Regul. Obſerv. in Turris Lacunæ Cœnobio Eccleſiaſtem ſe, & Philoſophiæ Lectorem profitebatur, ſcribens:

Inſtructionem, & Artem recitandi facilitèr Officium Divinum, juxtà regulas Breviarij Pij V. Compluti apud Andream de Angulo 1572. in 8. Vidi. Agunt de eo Salazarius in Chronic. laudatæ Prov. Uvadingus, ac Nicolaus Antonius.

ALPHONSUS DE MOLINA, Hiſpanus (cujus patria me fugit) in novam Hiſpaniam puer abductus, obſervationes Mexicani ſermonis brevi percalluit, atque ſuſcepto habitu Seraphico, crevit virtute, ac perfectione. Mirum eſt, quales fructus apud ipſos Indos Occidos ediderit; dùm ſingulari elegantia, eximioque lepore, à Deo ipſi conceſſo, magnâ cum omnium approbatione, verbum Dei diſſeminaret. Itaque, vt quibus voce profuerat, ſtylo etiam prodeſſet, diuturna ægritudine, luculentèr ſcripſit, atque evulgavit:

Artem linguæ Mexicanæ, opus ſanè illa tempeſtate vtiliſsimum, impreſſum anno 1571. in 8. teſte Torquemada, & Venrancuit in Chron. Provin. S. Evangelij.

Dictionarium Caſtellanum Mexicanum. Mexici 1555. in 4. & ibidem apud Antonium de Eſpinoſa 1571. in fol.

Dictionarium aliud Mexicanum Caſtellanum. Ibidem apud eundem, eodemque anno in fol. Utrumque vidi in Regia Bibliotheca Matritenſi.

Confeſsionale duplex, majus, & minus. Mexici impreſſum, anno 1565. ex Nicolao Antonio.

Catechiſmum, ſeù majorem, & minorem Doctrinam, eodem Mexicano idiomate. Mexici 1564. & 1606. in 4.

Vitam S. P. N. Franciſci.

Præparatoria pro receptione Eucharistiæ.

Evangelia totius anni.

Officium Beatiſsimæ ſemper Virginis Mariæ.

Orationes multas, piaſque preces, quibus gens illa pietati aſſueſceret. Quæ omnia Mexici lingua varijs editionibus prodiere,

diere, vti aſſerit laudatus Torquemada, ibid.lib.20. cap.51. Quietis locum accepit in Mexicano Conventu, anno 1580. Memoratur à Gonzaga, Uvadingo, aliiſque non paucis apud meam Bibliothecam Minor. Diſcalceatorum in Appendice, & Arturum in Martyrologio Franciſcano, die 31. Martij.

ALPHONSUS MONFORTIUS, Natione Gallus, profeſsione Capuccinus, Pariſienſis Provinciæ Sacerdos, vir erga Beatiſsimam Virginem Deiparam ſumma devotione affectus, ſcripſit idiomate proprio.

Hiſtoriam de antiqua Imagine Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quæ colitur in Civitate Bononienſi, propè Mare in Gallia. Pariſijs apud Dionyſium Thierri 1633. in 4. Ex Bibliotheca Minor. Capuccinor. & Jacobo Le-Long, lib.2. Bibliothec.Gallicæ, num. 1086.

ALPHONSUS NECOR, Natione Hiſpanus, Patria Granatenſis, Sacræ Theologiæ Primarius Lector in Conventu S. Luciæ de el Monte Neapolitanæ Provinciæ S. Petri de Alcantara, vernaculè vulgavit, majora deinceps daturus, habitam à ſe:

Orationem funebrem, ac panegyricam in Exequijs Joſephi de Redonda, Equitis Jacobei. Neapoli apud Dominicum Antonio Parrino, anno 1705. in 4. Vidi.

ALPHONSUS OSORIO, Minorita, Hiſpanus, communem fecit, Authore mihi Uvadingo.

Hiſtoriam Reginæ Sabæ, doctis intermixtis conſiderationibus. Salmanticæ apud Dominicum de Portinario, anno 1575.

Sermones de Sanctis. Ibidèm apud Simonem de Portinario, anno 1573.

Quadrageſimale. Matriti apud Petrum Coſsin, anno 1570.

Sermones à Dominica in Albis vſque ad feriam tertiam Pentecoſtes. Compluti apud Andream Angulo, anno 1571.

ALPHONSUS DE PADILLA, Minorita, fidem ſi facias Ludovico Dupin de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſæculo 17. ſcripſit, ac edidit:

Commentaria in Habacuc. Romæ 1702. ſed fallitur; fuit enim profeſsione *Minimus.*

ALPHONSUS PALENZUELA, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Magiſter, Compoſtellanæ Prov. Regul. Obſerv. Miniſter Provincialis, à Concionibus D. Joannis II. Regis Catholici, Epiſcopus Ovetenſis ſcripſit, non autem edidit:

Commentaria varia ſuper Biblia Sacra. Hiſpanis verò communia fecit vernaculè.

Opera S. Joannis Chriſoſtomi in Matthæum. Fides ſit apud Jacobum de Caſtro, tom. 1. Chron. laudatæ Prov. lib. 3. cap. 6. fol. 115.

ALPHONSUS PASTOR, Hiſpanus, Valentinus ex Oppido Ayora (minimè Diſcalceatus, vt perperàm ex Nicolao Antonio retuli, pag.7. meæ Bibliothecæ Minor. Diſcalcear.) ex Recollectis Valentinæ Provinciæ, ejuſque Diffinitor, vir eloquio inſignis, Myſticæ Theologiæ valdè deditus, haud contemnenda volumina vernaculè dedit. Ea ſunt:

Species animæ in gratia, ac horror animæ in peccato, vnà cum myſticis lectionibus ex Sacra Scriptura depromptis. Valentiæ typis Hieronymi Villagraſſa 1672. in 4. Vidi.

Solitudines Divini Amoris. Ibidem apud Hæredes Chriſoſtomi Garriz 1665. in 4.

Vita nonnullarum Monialium Conventus S. Claræ de Gandia. Ibidem, vnà cum Solitudinibus. Vidi.

Rethorica animæ Deo, & ſibi vacantis, ac in ſilentio loquentis. Ibidem ex Officina Chriſoſtomi Garriz 1661. in 4. Vidi. Agitur etiam de ipſo, pag. 47. Bibliothecæ Valentinæ.

ALPHONSUS PEREZ, SERAPHINUS, Hiſpanus, Provinciæ Compoſtellanæ alumnus, Vir pius, & doctus, Poetaque eruditus, Hiſpanicè edidit:

Conciones in laudem Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis. Salmanticæ 1619. ex Uvadingo, & Nicolao Antonio.

Declamationes pro Virgine, dicta Salmantica de los Remedios. Ibidem 1635. teſte Nicolao Antonio, qui non rectè dividit opera hæc inter *Alphonſum Perez Seraphinum, & Alpoonſum Perez*, qui verè vnus, & idem Author eſt.

Cantiones Regales in laudem Immaculatæ Conceptionis Reginæ Sanctorum omnium. Extant in lib. R. P. Villachoaga, impreſſo ibidem anno 1619. in 4. Legi. Scripſit inſupèr: Ad Sanctum Dominicum Sotianum Hiſpanico, & ligato ſermone, librum prænotatum:

Quærimonia Luciferi. Salmanticæ anno 1635. typis Antoniæ Ramirez in 8. Vidi. De hoc, præter laudatos tractant Marracius in ſua Bibliotheca Mariana, Alva in Militia, ac Fr. Jacobus de Caſtro, tom. 1. Chronic. Prov. S. Jacobi.

ALPHONSUS PIMENTEL, Mino-

Digitized by Google

norita, Hiſpanus, teſte noſtro Alva col. 52. ſuæ Militiæ, edidit:

Epigrammata pro illibata puritate, & Conceptione Deiparæ ſemper Virginis. Extant in Hiſtoria Dominæ noſtræ de la Salceda, lib. 3. cap. 5. fol. 4. Legi.

ALPHONSUS PONCE, Hiſpanus, Caſtellanæ Prov. Regul. Obſervant. alumnus, Theologuſque Myſticus, hiſpanicè vertit, atque edidit:

Stimulum Amoris Divini S. Bonaventuræ. Compluti apud Joannem Gratianum 1597. in 8. Nicolao Antonio teſte. Paritèr:

Soliloquium ejuſdem Seraphici Doctoris. Ibid. ex Officina Viduæ Joannis Gracian 1602. in 8. Vidi.

Doctrinam Novitiorum ab eodem S. Bonaventura depromptam, vt refert Fr. Petrus à Salazar in Hiſtoria laudatæ Provinc. lib. 2. cap. 23.

ALPHONSUS POZO, natione Hiſpanus, Theologus Jubilatus, Guardianus Regalis Conventus S.P. N. Franciſci Murcienſis, Regul. Obſerv. Sancti Officij Qualificator, ac in declamandis Sermonibus ad populum egregius, typis mandavit:

Concionem de Immaculata Virginis Conceptione. Murciæ apud Joſephum Diaz, anno 1720. in 4. Vidi. Item:

Orationem funebrem in Exequijs Delphini Galliæ. Murciæ typis Joſephi LLofrui 1711. in 4. Vidi.

ALPHONSUS POZUELO, Hiſpanus, Provinc. Diſcalceatorum S. Gabrielis alumnus, Theologicam Marianam, pulcherrimam quæſtionem elaboravit, nempè:

Utrùm: Cuncti Fideles Chriſtipara, Ave dicentes, eo ipſo illam ab originalis culpæ labe immunem proteſtentur? Typis datam Compluti anno 1616. Petrus de Alva, Medina, Nicolaus Antonius.

ALPHONSUS PRIETO CAVALLERO A S. MARIA, Hiſpanus, Provinciæ Granatenſis alumnus, ac Miſsionarius Apoſtolicus, nonnulla ſcripſit, è quibus editam vidi

Concionem Eucharisticam, habitam in Eccleſia gravi, in 4.

ALPHONSUS DE LA REA (haùd DE ROA) Hiſpanus, Regul. Obſervant. alumnus, ac Sacræ Theologiæ Lector, memoriæ mandans ſuæ Provinciæ initium, ac progreſſus, vernaculè ſcripſit:

Chronica Provinciæ SS. Petri, & Pauli de Mechoacan in nova Hiſpania. Mexici 1635. Et ibidem apud Viduam Matherad 1651. & Matriti in 4. Vidi. Evulgavit inſupèr:

Panegyrim de Laudibus S. Claræ. Mexici apud Viduam Bernardi Calderon 1646. in 4. Vidi.

ALPHONSUS REYNOSO, natione Hiſpanus, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. alumnus, ac Cathedræ Ariſtotelicæ Moderator, ſcripſit non ſpernendas conciones, quas communes fecit, videlicèt:

Orationem funebrem in Exequijs Philippi IV. Hiſpaniarum Regis. Compluti ex Typographia Mariæ Fernandez anno 1666. in 4. Vidi.

Panegyrim de Laudibus S. Thomæ à Villanova, Archiepiſcopi Valentini. Ibid. eiſdem typis, ac tempeſtate eadem. Vidi.

ALPHONSUS REYNOSO ALMAZAN, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Profeſſor in Murcienſi Conventu Carthaginenſis Provinciæ Regul. Obſervant. ſcripſit:

Panegyrim de SS. Trinitate, habitam ad Capitulum Generale Franciſcanum, Vallis Oleti celebratum anno 1670. Vidi excuſam ibidem, in 4.

ALPHONSUS RENGEL, Hiſpanus, Provinc. Compoſtellanæ Regul. Obſerv. filius, apud Indos Occidentales ſcripſit, atque edidit.

Grammaticam duplicem pro addiſcendis Mexicana, & Otomina linguis.

Sermones per annum, idiomate Mexicano. Conſentiunt Nicolaus Antonius, Uvadingus, Torquemada, ac Ventancurt, ſupeiùs laudati.

ALPHONSUS RENTEOLIS, Minorita Gallus, Gallicè vertit:

Explicationem Status totius Ordinis Minorum latinè digeſtam à Benedicto Combaſſon, ac edidit Namcei 1648. in 12. Et Catalogo AA. præfixo tom. 1. Hiſtoriæ omnium Ordinum Monaſticorum juxtà editionem Pariſijs factam anno 1721. in fol. parvo. Legi.

ALPHONSUS DE REQUIESCENS, Generalis Commiſſarius in Germania, Hungaria, & Bohemia, ſcripſit:

Relationem Martyrij Ven. Joannis Tudertini, Minoritæ, quam communem fecit Hiſpanis Fr. Antonius Daza, parte 4. Chronic. Ordinis, lib. 4. cap. 51. Memoratur in Martyrologio Franciſcano, die 4. Junij, §. 2.

ALPHONSUS RODRIGUEZ, Hiſpanus, Minorita, Diſcalceatæ Provinc. S. Joannis Baptiſtæ filius, non ſemèl Guardia-

dianus, ac Diffinitor, Vir magnæ devotionis, humilitatis, ac ſpiritus, religioſiſſimo fine vitæ, ac virtutis circulum coronans, anno 1584. in Conventu antiquo S. Annæ de Villena, relicto ſui deſiderio, honorifico concurſu, & ſanctitatis opinione ſepultus fuit, donec ſuorum venerabilium oſsium translationem hymnis dulciſſimis Cœleſtes Spiritus celebrarunt. S. Paſchalis oratu Caſtellanum fecit egregium

Tractatum de Paupertate, Italico ſermone editum à B. Joanne de Fano, Minorita. Antonius Panes, & Artutus cum alijs apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum.

ALPHONSUS ROSA, Hiſpanus, Doctor Theologus, ac Cuſtos Carthagineniſis Provinciæ Regul. Obſerv. communem fecit à ſe habitam in Eccleſia Murcienſi.

Orationem funebrem in Exequijs Delphinum Galliæ. Murciæ apud Jaimun Meſnier 1712. in 4. Vidi.

ALPHONSUS SANZOLES, Hiſpanus, Provinciæ Compoſtellanæ, Regul. Obſerv. Prædicator, ſcripſit perutile volumen, inſcriptum:

Tabula remiſsionum rerum omnium, quæ continentur in Libris R. P. Fr. Diaaci de Stella de Vanitate Sæculi, & Meditationibus Amoris Dei. Salmanticæ ex Officina Joannis Ferdinandi, anno 1588. in 8. & 1584. & 1587. tomis duobus. Vidi. Item edidit:

Commentaria in Symbolum Apoſtolorum. Methymnæ Campi 1593. Vidi.

Compendium Commentariorum in Evangelia, quæ in Miſſali Romano continentur. Ibidem 1592. Vidi.

Commentaria ſuper Evangelia, & Epiſtolas, quæ cantantur pro defunctis. Salmanticæ 1584. Vidi.

Elenchum Operum Fr. Ludovici Granatenſis. Ibidèm 1584. in 8. Vidi.

ALPHONSUS SOLANA, Hiſpanus, ex Caſtellana Provincia Regul. Obſerv. in India Occidentali, & Jucatanica Provincia Incolarum ſalutem, tàm opere, quàm ſcriptis vernacula ipſorum linguâ pijs libellis procuravit, quadraginta, & amplius annis. Abſtinentia, benignitate, multiſque alijs virtutibus par huic muneri, dedit foras, Nicolao Antonio teſte.

Dictionarium Linguæ Maiæ, & Hiſpanicæ.

Sermones varios, aliaque excerpta Hiſtorico-Sacra: pluraque de promulgatione apud eas Gentes Legis Evangelicæ, Viriſque in ea ſacra expeditione Principibus, vndè in ſcribenda iſtius Provinciæ Eccleſiaſtica Hiſtoria, pleraque deſumpſit *Bernardus de Lizana*. Deceſsit Emeritæ, quæ Civitas eſt illius tractus præcipua.

ALPHONSUS DE SPINA, Hiſpanus, pijſsimus, ac doctus Minorita, qui diù Salmanticæ rexit Minorum Academiam, Caſtellæ Comitis Stabilis Alvari de Luna Vallis Oleti ſupplicio addicti, in perferenda æquanimiter capitis ſententia, & ſubeundæ mortis afferenda Chriſtiana conſtantia egregius adjutor, ac demum Epiſcopus Titularis Orinopolitanus, vel Trinopolitanus, juxtà diverſorum AA. placita, ſcripſit:

Sermones celebres de Excellentia Dulciſsimi Nominis Jeſu, de quibus hic præſtat elogio vti Illuſtriſsimi Gonzaga, ità „ ſcribentis: Cum puteo juxtà Minoritici „ Conventus Vallis Oletani Sacrarium „ hæreret, anxiùs cogitaret, num fre- „ quentiſsimis ſuis Concionibus aliquem „ fructum feciſſet: vocem è ſublimi dela- „ tam ſibi præcipientem, vt ſitulam ex „ trochlea pendentem in puteum demitte- „ tet, aquamque hauriret, audivit. Cui „ cum obtemperaſſet, 24. ſubalbos La- „ pillos, Jeſu nomine inſignitos, juxtà 12. „ Sermones, quos paucis ante diebus ad „ Populum Vallis Oletanum de SS. No- „ mine Jeſu habuerat, in Situlæ fundo „ invenit. Ex quo demùm eventu confir- „ matus, omnibus nervis prædicationis „ officio in poſterum incubuit, atque „ doctiſsimum Libellum, cui Fortalitium „ Fidei titulus eſt, edidit, typiſque man- „ davit. Horum lapillorum 12. argenteæ „ Cruci præinſerti, in prædicti Conventus „ Sacratio aſſervantur; reliqui vero 12. „ à Catholica Hiſpaniarum Regina Eliſa- „ betha Granatam delati ſunt. Exaravit quoque *Opus*, ait P. Mariana, lib. 22. de rebus Hiſpaniæ, cap. 46. *eruditum*, ſplendido titulo *Voce barbara*, & Divinarum rerum cognitione præſtanti. Ejus titulus:

Fortalitium Fidei in univerſos Chriſtianæ Religionis hoſtes; vbi plura de armandis Fidelibus, ac de bello contra Judæos, Sarracenos, Hæreticos, ac Dœmones. Prima editio, quam vidi, facta eſt Nurembergæ impenſis Antonij Koberger 1494. in 4. Secunda Lugduni, typis Joannis de Romois 1511. cura Guihelmi Totani, Ordinis Prædicatorum Theo-

logi; vndè ipſi, quamvis non rectè à quibuſdam Nomenclatoribus hoc opus donatur. Conſule D. Nicolaum Antonium in ſua Bibliotheca Veteri, pag. 182.num. 481. & Prologum laudati Fortalitij. Demùm compoſuit:

De Fortuna volumen Sereniſsimo Joanni Caſtellæ Regi inſcriptum M. S. aſſervatum in Bibliotheca Regia Eſcorialis, Authore mihi laudato Nicolao Antonio, ibidem. Obijt in Palentino Conv. Prov. Conceptionis circa annum 1491. Vide Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 24. Julij, §. 3. & Palentinam Hiſtor. tom. 3. lib. 3. cap. 42. §. 5.

ALPHONSUS TANCO, Hiſpanus, Strictioris Obſervantiæ deditus in Diſcalceata Provincia S. Gabrielis, varias Conciones ſcripſit, ex quibus edita extat:

De Edicto S. Inquiſitionis. Hiſpali, formis Andreæ Grande 1633. in 4. Vidi.

ALPHONSUS DE TARAZONA, Hiſpanus ex prædicto Oppido in Caſtella Nova oriundus, Strictioris Obſervantiæ Profeſſor, & Sacræ Theologiæ in Diſcalceata S. Joſephi Provincia, ſcripſit, ac vernaculè dedit in lucem:

Funebrem, ac Panegyricam Orationem in Exequijs Caroli II. Hiſpaniarum Regis. Matriti, litteris Joannis Garcia Infanzon, anno noſtræ ſalutis 1701. in 4. Vidi.

ALPHONSUS DE TOLEDO, Hiſpanus, Minorita laudatus à N. Alva, col. 56. ſuæ Militiæ, vernaculè dedit: Concionem à ſe habitam Oſſunæ:

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Prodijt Hiſpali, anno 1616. in 4.

ALPHONSUS TORRES, Natione Hiſpanus, Concionator, ac Chronologus ſuæ Carthaginenſis Provinciæ Regul. Obſerv. in publicum miſit Hiſpanicè libros prænotatos.

Educatio ſpiritualis Novitij. Matriti apud Thomam Juncti, anno 1623. in 4. Vidi. Et ibidem 1603. ac 1628.

Chronica Provinciæ Granatenſis S. P. N. Franciſci. Matriti apud Joannem Garcia Infanzon, anno 1683. in fol. Vidi.

Commentaria in Regulam S. Claræ. Granatæ, anno 1640. Vidi.

Scalam Cœli. Ibidèm 1625. Ex Uvadingo, & Nicolao Antonio.

ALPHONSUS TORRES alter, Hiſpanus, Granatenſis Provinciæ Regul. Obſerv. Lector emeritus, ac Hiſtoriographus ad Capitulum Generale Ordinis, Toleti celebratum anno 1682. valdè diffuſam, ac eruditiſsimam

Orationem de S. Joanne Ante Portam Latinam, habitam, publici juris fecit Matriti, formis Joannis Garcia Infanzon, anno 1682. in 4. Vidi.

ALPHONSUS TRUXILLO, Hiſpanus, Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij alumnus, Vir fuit ardentiſsimo animarum zelo inſignitus, pro quibus ſcripſit:

Dominicale, & Sanctorale totius anni, Authore mihi Fr. Auguſtino Ventancurt in Chronicis laudatæ Provinciæ.

ALPHONSUS DE VALDIVIESO, Minorita, Hiſpanus, apud noſtrum Alva in Militia, col. 56. foras emiſsit à ſe habitam:

Orationem in funerali pompa Philippi III. Hiſpaniarum Regis. Murciæ anno 1621. in 4.

ALPHONSUS DE BARGAS, Hiſpanus, Vir valdè Religioſus, Provinciæ Carthaginenſis Miniſter, præcipuis Ordinis functus muneribus, cujus opera in viſitandis, & reformandis Provincijs, ſæpè vſi ſunt Miniſtri Generales, ſcripſit:

Hiſtoriam Cœnobij, & miraculoſæ Imaginis B. Mariæ Virginis de las Huertas Urbis Eliocratæ, necnon inſignium Reliquiarum, quæ ibidem aſſervantur. Granatæ 1625. in 4. formis Franciſci Heylan. Vidi. Meminit Alphonſi hujuſce Marratius, Alva, Nicolaus Antonius, & Uvadingus.

ALPHONSUS A VASCONES, Hiſpanus, ex Oppido Aguilar de Campoo, Granatenſis Provinciæ ſæpè inter Recollectos Guardiani Officio functus, vernaculè evulgavit libros inſcriptos:

Expulſio ignorantiæ, & admonitio pœnitentium. Hiſpali 1619. apud Mathiam Clavijo, & apud SimonemFaxardum 1628. Matriti typis Viduæ Alphonſi Martini 1620. & 1614. in 8. & Valentiæ 1623. apud Garriz. Barcinone apud Sebaſtianum Materad 1622. Vidi.

Victima animæ. Matriti, formis Joannis Gonzalez 1624. in 8. Vidi.

Ars pro ſubſidio agonizantium. Hiſpali 1626. Prodijt quoque vnà cum laudatis Operibus Matriti ex Officina Franciſci Nieto 1667. in 4. Vidi.

Stimulus animæ dormientis. Hiſpali 1619. Pertractant de eo Uvadingus, & alij apud meam Bibliothecam Minor. Diſcalceat. pag. 8.

ALPHONSUS VAZQUEZ, Hiſpanus, Toletanus, Caſtellanæ Prov. Regul. Ob-

Obſerv.Lector Jubilatus,Diffinitor,Chronologus Generalis Ordinis, à Confeſsionibus Chriſtianiſsimæ Galliæ Reginæ D. D. Mariæ Tereſiæ de Auſtria, necnon Catholici Hiſpaniarum Regis Philippi IV. ac demùm Epiſcopus Gadicenſis. Vir fuit exemplaritatis nota, ac litteris inſignis, cujus virtutes recenſet Fr. Hieronymus Muñoz ſuæ Provinciæ alumnus in deſcriptione Generalis Capituli intermedij Familiæ Seraphicæ Ciſmontanæ, Toleti celebrati anno 1673. ſubdens diminuto calamo ejus eruditas elucubrationes. Hæ ſunt:

Expoſitio Theologica, Hiſtorica, & Moralis ſuper Bullam Alexandri Papæ VII. de vero ſenſu ab Eccleſia ſemper retento circà cultum Immaculatæ Virginis Conceptionis. Imperfectam M. S. reliqoit:

Biblia Mariana ad prælum parata 4. tom. in fol. Opus ſingulare, inquit Alva, col. 693. ſuæ Militiæ, pro Myſterio Immaculatæ Conceptionis.

De eximia Hiſpanorum Regum devotione erga Myſterium Immaculatę Conceptionis, Tractatus M. S.

De Viris, ac Fœminis illuſtribus Provinciæ Caſtellanæ, potiſsimum Conventus Complutenſis, Opus in fol. typis datum, Authoribus mihi Fr. Luca Jangues, pag. 311. ac Fr. Didaco Hurtado, pag. 551. in Chronicis M. S. laudatæ Provinciæ. Floruit Gadibus ſanctitatis opinione, anno 1672. die 30. Decembris.

ALPHONSUS CEPEDA, Hiſpanus, Provinciæ S. Evangelij in Mexicano Regno filius, M. S. reliquit:

De Conceptione Virginis, lib. 1.

De Nominibus ejuſdem, lib. 1.

De Sanctificatione, & Stigmatibus S. P. N. Franciſci, lib. 1.

De Paſsione Domini Catenam. Aſſervantur in laudata Provincia, teſte ejus Chronologo Fr. Auguſtino de Ventancurt. Celebrat Authorem noſtrum Illuſtriſ. Boſnenſis, cap. 24. Vitæ V. Fr. Sebaſtiani de Apparicio, Romæ editæ anno 1696. *Et Pater*, inquit, *Alphonſus de Cepeda Franciſcanus ſubjectum non mediocris doctrinæ, prudentiæ, & virtutis, inſignis aliàs Scriptor trium voluminum librorum prædicabilium.*

ALVARUS MENDOZA, Aragoni Minorita, Hiſpanus, Epiſcopus Taquen. Authoribus mihi Marratio in ſua Biblioth. Mariana, & Alva, col. 57. ſuæ Militiæ, cultoribus Virginis dedit vernaculè:

Panegyrim de Feſtivitate Puriſsimæ Conceptionis Sacratiſsimæ Deiparæ. Cæſarauguſtæ anno 1630. in 4.

ALVARUS PELAGIUS (non rectè ALPHANUS, apud Poſſevinum et Trithemio) natione Hiſpanus (alijs Gallæcus, alijs Luſitanus) Pariſijs ſub Doctore Subtili Philoſophicis, ac Theologicis ſtudijs, Bononiæ verò ſub Magiſtro Domino Guidone de Bayſio Juri Canonico operam navavit, Aſſiſij tandèm Miniſteriatum Generale gerente Fr. Gundiſalvo, Ordini Minorum nomen dedit. Lectioni, ac prædicationi ſedulò incumbens, fervidiſsimus extitit perfectionis religioſæ zelator. Illum Joannes XXII. Pontifex Max. Summum Romanæ Curiæ Pœnitentiarium inſtituit, poſteàque Coronenſem Epiſcopum in Achaya, ac demùm Epiſcopum Sylvenſem in Luſitano Regno. Sunt qui Cardinalem fuiſſe opinentur, ſed non rectè. Plurima, & egregia Opera Orbi litterario obtulit, merito laudata à Sancto Antonino, ac cunctis ferè Nomenclatoribus. Scripſit ergo Opus inſigne, cui titulum indidit

De Planctu Eccleſiæ. Libros duos opus continet. In primo *de Statu*, in ſecundo *de Planctu Eccleſię* agitur, in quibus Eccleſiaſticorum, omniumque Reipublicę Chriſtianæ ſtatuum defectus clariſsimo ordine reprehendit, adjunctis fermè ad ſingula verba textibus vtriuſque Juris, & Sanctæ Scripturæ locis. Prodijt primò Ulmæ anno 1474. ex Officina Joannis Zeneir. Secundo Lugduni 1517. typis Joannis Eleyn. Tertiò Venetijs apud Sanſovinos 1560. in fol. Vidi. In hujus editionis fine ita inquit Author: *Manu propria vna vice correxi, & appoſtillavi anno Domini 1335. in Algarbia Portugalię, vbi ſum Præſul in Villa Ramza. Secundò correxi, & appoſtillavi in Sancto Jacobo de Compoſtella anno Domini 1340. In prima parte iſtius Operis ſunt ſeptuaginta Capituli: in ſecunda verò parte nonaginta tres.* Poſt hæc legitur editoris Diſthicon:

* * *

* * *   * * *   * * *   * * *

Plurima, qui latuit vix vlli ſæcula notus
Exerit è tenebris Alvarus ecce caput.

Aſſervatur M. S. in varijs Bibliothecis, maximè in Vaticana inter libros Ducis Urbini, num. 953. & 954. Subdit Nicolaus Antonius, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Veteris Scriptorum Hiſpaniæ, ſe vidiſſe in Vaticana Codicem M. S. 4280. cui præcedit *Franciſci de Toledo in Theologia Magiſtri Archidiaconi de Artiga*, (apud Hiſpanos Eziga) *diviſio, ordinatio, continuatio, quæ eſt ſumma quædam per rubricas in librum Alvari, & poſtremò Reportorium per Alphabetum ad RR. Dominicum Capranica, Cardinalem Firmanum.*

Summam Theologiæ, quam editam Ulmæ, anno 1474. ait Uvadingus, & Dupin, ſæculo 14.

Remedium Fidei contra Hæreſes, ſeù vt alij rectiùs legunt: *Collyrium adverſus Hæreſes*. Habetur M. S. in Bibliotheca Pariſienſi Colbertina, Codice 2071. In Patavina S. Joannis in Viridario, teſte Thomaſino. Nicolaus Antonius ſuperiùs laudatus vidiſſe teſtatur aliud hujus operis exemplar in Vaticana, ex parte cartaceis, ex parte pergamenis folijs antiquiſſimo charactere, in cujus fine hæc habet: *Præſens opus compoſitum à Fr. Alvaro de Ordine Minorum Epiſcopo Sylvienſi, vocatur Collyrium, quod ſicut collyrium eſt quædam vnctio facta ad fores oculorum tergendas, & viſum illuminandum, ſic præſens liber vtilis, & neceſſarius eſt ad fidem illuminandam. Et iſtud Collyrium dividitur in ſex partes principales, quarum prima continet ſexaginta ſex hæreſes, &c.* Liber incipit: *In nomine Domini, &c. Fr. Alvarus, Profeſſor, Minorita, Natione Hiſpanus, Decretorum Doctor, in Sacra Theologia Scholaſticus, gratia vobis, & pax à Domino N. Jeſu-Chriſto, &c.*

In 4. Libros Sententiarum. Ex Bonaventura Baro, Uvadingo, & alijs cum Trithemio.

Speculum Regum. Ex eiſdem. Incipit: In nomine Domini N. Jeſu-Chriſti.

Apologia contra Marſilium Patavinum, & Guilielmum OKam. Suſcepit enim in ſe cauſam Joannis XXII. contra quèm temere illi ſcripſere. Scripſit demùm:

Sermones varios. Et mehercle M. S. habetur Toleti in Bibliotheca S. Joannis Regum, litt. Y. num. 66. Sermo diffuſus ab eo habitus coram eodem Pontifice Joanne ita inſcriptus: *Sermo Fr. Alvari Hiſpani Decretorum Doctoris, Epiſcopi Coron. & Pœnitentiarij Domini Papæ factus in die Jovis Cœnæ Domini in præſentia Domini Papæ Joannis XXII.* Conſule Uvadingum ad annum ſalutis 1333. num. 10. Obijt anno 1353. Hiſpali ſepulturam ſortitus in Choro Monaſterij S. Claræ, non longè à ſepulchro V. Leonoræ Guſmanæ Virginis, eiuſdem Conventus alumnæ. Agunt de illo præter laudatos, & tomum tertium Bibliot. Maximæ Pontificiæ, Gonzaga, Piſſanus, Ulyſſiponenſis, Arturus in Martyrolog. Franciſcano ad diem 5. Julij. Adrianus Moerbertius fol. 135. ſuæ Scalæ Purpureæ, apud Alva, ſigno VIII. radio 168. ac S. Antoninus 3. parte Summæ Hiſtorialis, tit. 24. cap. 8. §. 2. Conſule Briceño parte 1. ſuarum Controverſiarum, pag. 128.

ALVARUS DE ROXAS, ſivè DE S. MARIA, ET S. PETRO, Hiſpanus, ſanguine nobilis, olim Doctor in Jure Canonico, ac Scholaſticus Caurienſis, cum Fratribus Diſcalceatis (Deo mirabilitèr operante) Provinciæ S. Gabrielis in Extremadura connumeratus, virtutibus, ac doctrina conſpicuus, conſcripſit:

In Apocalypſim S. Joannis Commentaria.

In cap. 7. Danielis.

In cap. 4. Zachariæ. Ea apud D. D. Gabrielem de Trexo S. R. E. Cardinalem, cui Author conſignaverat, vt luci committi faceret, vidit olim Romæ N. Uvadingus, quæ meritò laudat. Ego autem in vnicum tomum redacta vidi M.S. in 4. & legi in Conventu Dominæ noſtræ de Luce, Oppidi de Brozas, vbi in Archivio ſuæ Provinciæ aſſervari expertus ſum anno 1721. Iteratò legi anno 1730. In quo de eorum editione agebatur. De eo cum laude plures apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, pag. 8.

AMADÆUS (JOANNES MENESIUS DE SYLVA, priùſquam ſæculo vale diceret) Luſitanus, ſanguine clarus, Ven. Beatricis de Sylva, Sacrarum Deo ſub Conceptionis Mariæ Deiparæ appellatione, Virginum Fundatricis, vterinus

Fra-

Frater, Aſsiſij Minorum ſubivit inſtitutum, ac Romæ Author Congregationis, quæ ab ejus nomine appellata eſt Amadæorum (ſub Sixto IV. Pont. Max. cui erat à confeſsionibus, atque ſummè charus) evaſsit. *Vir fuit*, vt verbis vtar R.P. Juſtini Michovienſis, Dominicani, diſcurſu 58. ſuper Littanias Lauretanas, §. 7. *ſanctitate, miraculis, & prophetia illuſtris.* Orationi, & contemplationi totus intentus, multas, miraſque à Deo accipit revelationes, de quibus integrum librum conſcripſit, cui titulus:

Nova Apocalypſis. Extat M. S. in Regia Laurentina. In Salicetano Cœnobio Provinc. Caſtellæ Regul. Obſerv. Romæ in Conventu PP. Recollectorum S. Auguſtini, & alibi; ſed quidèm innumera hujus libri exemplaria corrupta norunt poſt Uvadingum, & Gonzaga, Adamus Tannerus, Cornelius Alapide, & alij., apud Nicolaum Antonium tom. 1. ſuæ veteris Bibliothecæ Scriptorum Hiſpaniæ, & pluribus noſter Alva in ſua Bibliotheca Virginali, & alibi. Quod ſi nonnullæ revelationes noſtri Amadæi minus infectæ, puræve inveniantur, eas dixeris, ni fallor, quæ M. S. in fol. aſſervantur (reviſſæ Luſitaniæ à S. Inquiſitionis Officio) Palentiæ in Bibliotheca Convent. S. P. N. Franciſci ſcrinio 129. num.7. vel diligentèr cuſtoditas Barcinone in Archivio Collegij S. Bonaventuræ, in quorum calce extat præconium, teſtimoniumque fidele S. Petri de Alcantara manu propria exaratum anno 1543. die 21. Februarij in Oppido dicto *Azeiton*, cujus exemplar penès me habeo. Vidit, ac legit Barcinone anno 1729. Coadjutor meus, meuſque germanus Fr. Fr. Petrus à S. Bonaventura Prov. S. Pauli Diſcalceatorum alumnus Eccleſiaſtes, Theologiæ, quæ ad mores ſpectat, Lector, atque Apoſtolicus Notarius, ex cujus relatione titulus præfati tomi M. S. in fol. ibidem aſſervati, hic eſt.

Jesvs Mariæ filius, Salvator hominum. Apocalypſis nova ſenſum habens apertum, & ea, quæ in antiqua Apocalypſi erant intùs, hic ponuntur foris. Hoc eſt: quæ erant abſcondita, ſunt hic aperta, & manifeſta. Opuſcula, quæ amplectitur, ecce adſunt.

Raptus primus. Incipit: Ego Amadæus.

Raptus ſecundus. Incipit: Raptus ſum.

De Creatione hominis. Incipit: Creatis igitur omnibus rebus.

Raptus tertius. Incipit: Una dierum.

Raptus quartus. Incipit: Poſt certo tempore.

Raptus de Incarnatione Domini N. Jeſu-Chriſti. Incipit: Tranſactis penè quindecim diebus.

Pſalmus Adæ, quem antequàm peccaret, dictavit. Incipit: Omnia, quæ in vniverſum erant.

Canticum Angelorum. Incipit: Ardentiſsime, atque fortiſsime Deus.

Mariæ Canticum ante conſenſum Incarnationis Chriſti. Incipit: Omni ardore.

Canticum Mariæ in Conceptione Filij Dei, & ſui. Incipit: Magnificat anima mea.

Canticum Angelorum in Incarnatione Sanctiſsima. Incipit: Magnus, & Deus noſter.

Adam Pſalmus. Incipit: Adonai Domine.

Canticum Virginis in Nativitate Joannis Baptiſtæ. Incipit: Egrediatur Miles.

Pſalmus Mariæ, nato ejus Filio Jeſu. Incipit: Venite adoremus eum.

Raptus ſextus. Incipit: Paucis poſmodùm revolutis diebus.

Pſalmus admirandus, in quo exprimuntur omnia Myſteria Sacramenti bonæ gratiæ. Incipit: Quis vt Deus noſter!

Raptus ſeptimus. Incipit: Octava Reſurrectionis.

Raptus octavus. Incipit: Ultimus raptus meus.

Pſalmus in Aſcenſione Domini N. Jeſu-Chriſti. Incipit: Aſcendit Deus in jubilatione. Sequuntur Sermones S. Joannis Baptiſtæ.

Sermo primus ad Milites. Incipit: Si homines.

Sermo Joannis Baptiſtæ ad Herodem. Incipit: Cæteris animantibus.

Sermo ſecundus ad Herodem. Incipit: Quadam iterùm die. Verba Joannis Baptiſtæ in ſupremo die ſuæ mortalis vitæ, quæ fuit initium ſuæ immortalitatis.

Sermo quartus. Incipit: Ecce Cœnam fecit Herodes. Sequitur initium Sermonum, & exhortationum.

Sermo primus. Incipit: Gabriel Archangelus mihi revelavit.

Sermo ſecundus. Incipit: Agite pœnitentiam.

Sermo tertius. Incipit: Quatuor eſſe videtis elementa.

Sermo quartus. Incipit: Homines.

Sermo quintus. Incipit: Omnis voluntas creata.

Ser-

Sermo ſextus. Incipit: Spiritus homi-nis.

Sermo ſeptimus. Incipit: Vox cla-mantis.

Sermo octavus. Incipit: Spiritus eſt Deus.

Sermo nonus. Incipit: Pauci ſunt dies.

Sermo decimus. Incipit: Unctus oleo. Ex his editos habes raptus tres de myſterijs vitæ, & mortis Virginis apud tom. 1. Bibliothecæ Virginalis, fol. 658. Vitam ſcripſit laudati Amadæi D. Petrus Maccarenus, Marchio de Montalvan, ac Matritii, typis commiſit Didaci Diaz, anno 1657. ſub titulo: *Amadeo de Portugal.* Diem clauſit extremum, anno 1482. haud ſine ſanctitatis opinione. Ipſum laudant graves, ac plures Authores apud Alva citatum, & Arturum ad diem 10. Auguſti Martyrologij Franciſcani, §. 5. hæc ,, ſubjungentem: *Scripſit, & Homilias de* ,, *B. Virgine Maria*, ejuſque authoritas ,, magni apud Petrum Caniſium, & noſ- ,, trum Joannem *Benedicti* Gallum, ha- ,, betur: quod vterque eidem nitatur: ,, ille in ſuo Mariali frequentiùs; hic in ,, ſua Summa, quam vernaculè edidit ,, *non rarò.* His conveniunt Henricus Uvillot, & Sanctes Peregrinus in Bibliotheca Hiſpanica. Uvadingus negat, Fr. Petrus de Alva præcitatus in dubium vocat. Noſtrum elige, vel ſi tibi arrider, Amadæum Lauſinenſem, cujus Homilias habes tom. 1. Bibliothecæ Virginalis, fol. 727. Noſtri Amadæi juſtam, ac eruditam vindicationem ab impoſturis, & Commentis Bzovij habes apud Brizeño, parte prima Controverſiarum in 1. Sent. Scoti, à pag. 147.

AMADÆUS BAYOCENSIS, Natione Gallus, Provinciæ Normannienſis Minorum Capuccinorum egregius Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Vir doctrina, ac morum venuſtate ſpectabilis, opus doctiſsimum elaboravit, cujus inſcriptio:

Paulus Eccleſiaſtes; ſivè Eloquentia Chriſtiana, qua Orator Evangelicus ad ideam, & doctrinam S. Pauli efformatur. Pariſijs apud Dionyſium Tierry 1662. in 4. Venetijs, anno 1720. apud Joannem Baptiſtam Albertinum in 4. Regali. Vidi. Latinè etiam communem fecit Pariſijs, anno 1673. etiam in 4. Tractatum, cujus titulus eſt:

De legitimo jure admittendi fideles ſæculares vtriuſque ſexus ad Tertium Ordinem a S. P. N. Franciſco inſtitutum. De ipſo agunt Genuenſis, & Henricus Leyanenſis, tom. 1. Anni Eccleſiaſtici Concionatorum in Prologo. Dupin, ſæc. 17. Claruit Author circa 1660.

AMANDUS GANDENSIS, Minorita Capuccinus, teſte Auberto Miræo de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſæc. 17. cap. 24. Tranſtulit ex Hiſpanico in Flandricum libellum, cui prænomen:

Inſtructio Religioſorum, cujus Author eſt Illuſt. Fr. Antonius Guevara, anno 1626.

AMANDUS GRÆCENSIS, Germanus, Profeſsione Capuccinus, Prov. Styriæ Concionator, pluries Diffinitor, ac Provincialis Miniſter, Vir Regularis Obſervantiæ ſtudioſus, ac ſanè eruditus, edidit tom. 2.

Conciones Quadrageſimales. Anno 1688. teſte Dionyſio Genuenſi de Scriptoribus Capuccinis, litr. A.

AMANDUS N. Minorita, laudatur apud Aniſionanum Catalogum, impreſſum anno 1726. in quo ſic legitur: Amandus Ordin. Minorum.

Speculum Ordinandorum, & de Energumenis exorcizandis, & de SS. Miſſæ ritibus. in 8. 1724.

AMANDUS, nullo cognomento addito, de quo apud Bibliothecam Cottonianam, ſub Veſpaſiano, cod. 1. num. 4. ſic legitur:

Fr. Amandi liber dictus: Speculum humanæ ſalvationis Rhythmice. Fortaſis indiſtinctus Author à præcedentibus:

AMANDUS HERMANUS, Sacræ Theologiæ Jubilatus, ac Prov. Bohemiæ S. Uvenceslai Pater, Vir ſanè in Divinis Scripturis eruditus, ingenio clarus, & in ſæcularibus litteris non infimè doctus, ſcripſit ſatis egregia opera, è quibus extant:

Philoſophia ad mentem Auguſtini, Bernardi, & Scoti. Sultzbaci, anno 1676. in fol. Vidi in Regia Bibliotheca Matritenſi. Item tomis 4.

Tractatus Theologicus in lib. 1. Sententiarum de Deo Uno, & Trino, ad mentem Subtilis Doctoris. Coloniæ, anno 1690. in fol. Vidi. *In 3. Sententiarum.* Citatur à Fr. Salvatore Montalvan Capuccino, tom. 3. Immaculatæ Conceptionis, num. 238.

Commentaria in lib. 4. Sententiarum de Sacramentis, ac Cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac de fine, ſeù Beatitudine hominis. Ibidem, anno 1690. in fol. Vidi.

Ethica Sacra Speculativo Practica, ſeù Diſputationes Morales de Virtutibus Theo-

lo-

logicis, *& Moralibus*. Herbipoli, anno 1698. in fol. tom. 2. Vidi.

Capiſtranus triumphans, *ſeu Hiſtoria fundamentalis de S. Joanne Capiſtrano*. Coloniæ, anno 1700. in fol. Vidi. Theologi Dominicani hoc egregium opus Cenſorum titulo approbantes, juſtaque trutina noſtri Authoris virtutes, & merita expendentes, ita inquiunt: *Adeò probitati* „ vitæ ſapientiam adjunxit, vt non ſolùm „ per plura luſtra publica cum laude vni„ verſam Philoſophiam, ac Theologiam, „ & ſpeculativam, & moralem, plurimos „ edocuerit, verumetiam poſtquam in „ obſequium, maximumque commodum „ boni publici typis in lucem publicam „ edidiſſet, zeloſiſſimus gloriæ Dei, & „ Sanctorum honoris conſcripſit modò „ vitam Magni *Joannis Capiſtrani*.

AMANDUS ZIERIXENSIS, ita ab Oppido nativo, in Zelandię Inſula Scovvia ad mare Germanicum, Latinę, atque etiam linguarum exterñarum, pręſertim Hebraicæ, & Græcæ peritus, cum magna laude Lovanij in ſuo Cœnobio S. Theologiam profeſſus eſt. Miniſter fuit Prov. Coloniæ, antequam ab illa, quæ nunc Germaniæ inferioris appellatur, disjungeretur. Antiquitatum ſtudioſiſſimus Indagator multa ſcripſit, præſertim:

Chronicon à Mundi exordio ad annum Domini 1534. *quod Scrutinium*, *vel Venationem veritatis Hiſtoricæ votavit*. Prodijt Antverpiæ, anno 1534. apud Simonem Cocum.

Commentarios in Geneſim.

In Jobum.

In Pſalm. centeſimum decimum octavum.

In Eccleſiaſtem.

De LXX. Hebdomadibus Danielis, lib. 1.

Spiritualis Militiæ XII. horar. lib. 1.

Hiſtoriam Dominicæ Paſſionis.

De Chriſti Reſurrectione, *& Aſcenſione.*

De S. Annæ conjugio.

Conciones varias.

De Sophi Rege Perſarum. Omnia hæc, vti Uvadingus narrat, extant Lovanij apud ſuos M.S. Ibique in libro Fratrum defunctorum, ita de illo legitur: Obitus venerabilis, zeloſi, & devoti Patris Amandi Zierixenſis, Sacerdotis, Prædicatoris, & Confeſſoris, qui fuit ante vnionem Miniſter, & Cuſtos Fratrum Reformatorum hujus Provinciæ Coloniæ, necnon & Guardianus, & Lector in diverſis Conventibus; etiam poſt vnionem. Vir vtique in Sacra Paginâ litteratiſſimus; Latinæ, & Græcæ, & Hebraicæ linguæ peritiſſimus, ſepultus in Choro Lovanij ante Summum Altare, anno Domini 1524. (ſubſtitue pro 2434.) die 8. Junij. Meminit Amandi hujus Illuſt. Gonzaga, Dupin, Jacobus Le-Long, Haye, & pluribus Arturus ad diem IX. Septembris Martyrologij Franciſcani. Barretius vocat illum *Amatum*. Scripſiſſe inſupèr

De XL. Manſionibus, narrat Valerius Andreas ex Franciſco Titelmano, qui Authoris vitam conſcripſit.

AMANTIUS (Poſſevino AMANTINUS, alijs AMANDUS) DE VALLE, Regens S. Saturnini, Prov. Aquitaniæ Miniſter, Sacræ Theologiæ per multos annos apud Toloſates profeſſor, ſcripſit:

Commentarios in librum primum ſcripti Oxonienſis Joannis Scoti, *& alia*, *quæ perierunt*. Ita Uvadingus. Ipſum quoque celebrat Fr. Auguſtinus de Uvite in ſuo Catalogo de Scriptoribus illuſtribus Ordinis Minorum, pag. 63.

AMATOR A S. ANNA, Luſitanus, Provinciæ S. Thomæ in Orientalibus Indijs alumnus, in gratiam Indorum Brachmanenſium, eorumque idiomate, commune fecit opus inſcriptum:

Flos Sanctorum. Extant in illa Regione quamplura exemplaria, quorum vnum benè ornatum ad Catholicum Hiſpaniarum Regem Philippum II. miſſum anno 1612. deindè in Bibliotheca Scorialis repoſitum fuit. Memoriam fecit Authoris hujus Fr. Paulus á Trinitate ejuſdem inſtituti alumnus, lib. 1. Chronic. Prov. S. Thomæ, cap. 69.

AMATOR A CONCEPTIONE, Luſitanus, ex alumnis Prov. Portugaliæ, Regul. Obſervantiæ Lector Jubilatus, vernaculè vulgavit à ſe habitam in Regio Sacello.

Concionem de S. Sebaſtiano Martyre, Conimbricæ apud Emmanuelem Rodriguez, anno 1686 in 4. Ulyſipone, typis Dominici Carneyro 1670. in 4. Vidi.

Orationem Euchariſticam ad Moniales quaſdam, *Dei beneficio*, *corruſta vi fulminis minimè percuſſas*. Ibidèm prodijt ex Officina Michaelis Mañucal 1688. in 4.

Aliam ad Capitulum ſuæ Provinciæ in gratiarum actionem. Ibidem apud Michaelem Lopez Ferreyra 1706. in 4. Eſt vtriuſque mentio apud Ferdinandum à Solitudine in Chronicis laudatæ Provinciæ.

AM-

AMBROSIUS A CALVO-MONTE, Natione Gallus, Prov. Campaniæ primus Miniſter Provincialis Capuccinus, Sacrarum Litterarum in primis peritus, edidit ſub titulo:

Conſummatio Amoris Divini, Conciones plures de Auguſtiſsimo Eucharistia Sacramento, editas Rothomagi 1684. in 8. Vide Bibliothecam Scriptorum Capuccinor.

AMBROSIUS GENUENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir fuit profeſsione Capuccinus, religioſis moribus inſtructus, in humanis, ſacriſque litteris optimè verſatus, præter haud pauca, tàm Oratoria, quàm Poetica prælo digna,

Tractatum de Peſtilentia, Latinè priùs, ſed valdè compendiosè à R. P. Mauritio Tolonenſi Gallo compoſitum, Italicum fecit, ac valdè auctum, & locupletatum typis dedit Petri Joannis Calenzani. Genuæ 1661. in 4. Relatus eſt in numero Scriptorum Capuccin. à Dionyſio Genuenſi, littera A.

AMBROSIUS A JESU, Luſitanus, Prov. Portugaliæ Regul. Obſerv. Pater, ac Diffinitor Generalis Ordinis, foras emiſsit à ſe habitas:

Concionem dogmaticam in actu Fidei. Ulyſsipone apud Petrum Craesbeck, anno 1622. in 4. Vidi.

Panegyrim de laudibus S. Antonij Patavini ad Capitulum Generale Ordinis. Romæ 1615. in 4. Obijt deſignatus Protomyſta S. Thomæ, authore mihi Fr. Ferdinando à Solitudine in Catalogo AA. laudatæ Prov. apud ſua Chronica.

AMBROSIUS LEXOVIENSIS, Gallus, Tertij Ordinis S. Franciſci, Congregationis Gallicanæ, Guardianus Cœnobij B. Mariæ Miraculorum de Urbe, cecinit erudito carmine victoriam inſignem Ludovici XIII. Franciæ, & Navarræ Regis Chriſtianiſsimi contra Hæreticos Rupellenſes, & Anglos Auxiliares, ſub hoc titulo:

Angli profligati, Rupella expugnata. Romæ apud Jacobum Maſcardum, anno 1529. in 4. Ita Uvadingus.

AMBROSIUS MEDIOLANENSIS, communi appellatione Soncinas vocatus ob Soncinatis Marchionatus titulum, quo in ſæculo fruebatur, vanitatibus vale dicens, Minoribus Capuccinis nomen dedit. Qualis fuerit, quanto animarum zelo effulſerit, maximè in Algerij miſsione, ubi diem extremum pijſsimè concluſit anno 1601. ſuarumque virtutum elogia ferr Carolus Bruxellenſis, & P. Boverius apud Genuenſem Dionyſium in Bibliotheca Minor. Capuccin. Scriptorum, litt. A. Poſteris M. S. reliquit tractatus duos, nempè:

Tractatum de Sacramento Pœnitentiæ.
De modis, & remedijs rectè vivendi, & moriendi.

AMBROSIUS MILLETIUS, Prov. Franciæ, Cuſtodiæ Campaniæ, & Conventus Trecenſis alumnus, facultatis Theologicæ, Vir ſuo tempore clariſsimus, qui vt populum Trecenſem à Lutheranæ labis hæreſi vindicaret, multis laboribus, & vigilijs inſudavit, in explicandis ex ſuggeſto difficilioribus Sacræ Scripturæ locis, quæ Lutherani in ſuæ perfidiæ confirmationem abducebant, ſcripſit:

Commentaria in Evangelium Matthæi.
In Epiſtolas Pauli.

Vivebat anno 1568. ex Uvadingo, & Jacobo Le-Long.

AMBROSIUS MONTESINUS, Natione Hiſpanus, devotiſsimus Minorita, ex alumnis Regul. Obſervantiæ in Sardinia, vt fertur, poſtea Epiſcopus, juſſu Catholicorum Hiſpaniarum Regum Ferdinandi, atque Eliſabethæ Hiſpanis communes fecit Libros Cartuxiani:

De Vita Chriſti, tribus tomis in fol. magno. Compluti, typis Larzalei Poloni, an. 1502. Hiſpali, anno 1551. typis Jacobi Cromberger. Vidi. Ibidem 1551. Tandèm opera Joannetini Niño, Minoritæ, anno 1627. Vidi. Edidit quoque vernaculè:

Epiſtolas, ac Evangelia totius anni, unà cum Doctrinis, & Sermonibus. Antuerpiæ 1542. in 8. Vidi. Quod opus recognitum, ſtyloque puriore donatum Romanus Vallezilla Monachus Benedictinus Barcinone primitùs prodire fecit anno 1601. & iterato Vallis Oleti ex Officina Joannis de Rueda, anno 1618. in fol. Vidi. Item patrio ſermone:

Cantinelas varias, impreſſas annò 1518. ad Ferdinandùm Regem, & deindè Toleti apud Joannem de Ayala 1547. in 8. Ex Nicolao Antonio.

Sermones varios, Methymnæ Campi publicatos anno 1586. in 4. Uvadingo teſte. Laudat Monteſinum Lucius Marinæus Siculus, lib. 7. de Laudibus Hiſpaniæ, Alva in Militia, col. 63. afferens, compoſuiſſe, edidiſſe quoque:

Toletanum Breviarium Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ.

AM-

AMBROSIUS OLIVERIUS DE NOVE, Natione Italus, Sacræ Theologiæ Lector ex Miſsionarijs Capuccinis Januenſis Provinciæ, vernaculè vulgavit quatuor tomos in 4. inſcriptos.

Alphabetum vera ſapientiæ ſuper Excellentiam Mariæ Virginis Matris Dei Immaculatæ.

Tomus primus primæ partis. Genuæ anno 1702. in Officina Franchelli.

Tomus ſecundus partis primæ. Ibidem apud eundem anno Virginei partus 1714.

Tomus primus ſecundæ partis. Ibidem, eiſdemque typis anno 1719.

Tomus ſecundus ſecundæ partis. Ibid. apud Nicolaum Maria Scionico. Ejuſdem:

Doctrina Christiana, ac Summarium breve benè vivendi. Editio 4. in 8. facta eſt Genuæ, litteris Franchelli, anno 1718. Ejuſdem:

De bona morte Juſti precioſa in conſpectu Domini. Ibid. apud eundem, anno 1723. in 8. Vidi.

AMBROSIUS PEUPLUS, Minorita, Flander, teſte noſtro Alva, col. 63. ſuæ Militiæ, commune fecit:

Breviarium univerſæ Philoſophiæ Scoto-Auguſtinianæ. Leodij, anno 1650.

AMBROSIUS ROJO, Hiſpanus, Complutenſis, Lector Jubilatus, ac Ex-Diffinitor Caſtellanæ Prov. Regul. Obſervantiæ, Vir fuit non minus exemplaritatis nota, quam varia, atque eximia eruditione inſignis. Ineditum reliquit opus verè egregium prænotatum:

Bullarium Seraphicum. Aſſervatum vidi M. S. 8. voluminibus in fol. Matriti in Archivio laudatæ Provinciæ.

Tomus primus continet exemptiones, libertates, privilegia, indulta, & immunitates, tàm communes, univerſum primum Ordinem Seraphicum reſpicientes, quam particulares ad varias Congregationes, Provincias, & Conventus ſpectantes.

Tomus ſecundus pertractat de Privilegijs, Exempt. &c. omnium Monialium, tam Clariſſarum primæ, & ſecundæ Regulæ, quàm Tertiariarum, Annuntiatarum, Conceptioniſtarum, & aliarum.

Tomus tertius de Privilegijs, &c. Tertij Ordinis.

Tomus quartus de Indulgentijs tribus Ordinibus conceſſis.

Tomus quintus de Canonizatione, Beatificatione, & cultu SS. Ordinis.

Tomus ſextus de Bullis pro Myſterio Immaculatæ Conceptionis B. Virg. Mariæ.

Tomus ſeptimus de Bullis pro Ordinis Inquiſitoribus contra hæreticam pravitatem.

Tomus octavus pro Privilegijs Terræ Sanctæ.

Inſuper *Schedulas* reliquit pro Concinnandis ſex alijs tomis in fol. Ad plures abijt Matriti, anno 1714.

AMBROSIUS SAXIUS, Bononienſis, Regul. Obſerv. Prov. Bononienſis Lector emeritus, ac Juris Canonici Profeſſor, edidit:

Cataſtroſim Philoſophicam, ac Theologicam, ſivè Peripateticæ, Scoticæ, atque univerſalis doctrinæ explicationem. In qua diſputationes quamplurimæ, non minus ſtudioſis perutiles, quam provectis gratæ expenduntur, variaque controverſiæ paſſim conciliantur, præſertim circa Quidditates Realitates, Formalitates, ac hujuſmodi abſtractiones, quæ in Scholis Scotiſtarum pertractantur. Tomus primus cuſus eſt Bononiæ, typis Jacobi Montij, & Caroli Zeneri, anno 1640. in fol. Vidi. Uvadingus, & Alva, col. 64. ſuæ Militiæ.

AMBROSIUS DE URBINO, Natione Italus, ex Nobiliſsima Rodulphorum natus Familia, Provinciæ Marchiæ Minor. Capuccinorum albo adſcriptus, vitæ auſteritate, alijſque virtutibus admirabilem ſe reddidit. Plurimis ſuæ doctrinæ ſignis exhibitis in Fidei Catholicæ defenſione, innumeraque ab Hæreticis mala perpeſus, in Pragenſi Civitate ſpiritum Deo reddidit anno 1600. Reliquit non pœnitenda ſui ingenij monumenta, ex quibus M. S. vidit Compilator Scriptorum Capuccinorum:

Tractatum Dialogeticum de SS. Sacramento. Item.

Compendium Fidei Catholicæ contra Luteranos. Vide Boverium, tom. 2. Annal. & Ardhingellum in Appendice Congeminatæ vocis Turturis, oſtenſione 3.

ANACLETUS REINFENSTUEL, ex Reformatis Provinciæ Bavariæ, Lector Jubilatus, Sacrorum Canonum Profeſſor, ac Ex-Diffinitor, in vulgus publicavit non pauca, Doctorum Virorum juditio eruditiſsima. Ex his, quæ ad manus meas devenere, ſunt:

Theologia Moralis brevi, ſimùlque clara methodo comprehenſa, atque juxta Sacros Canones, & noviſſima Decreta Summorum Pontificum diverſas propoſitiones, damnantium, ac probatiſſimos Authores ſuccinctè reſolvens omnes materias morales.

Mo-

Monachij, typis Joannis Jæclini, anno 1691. tomis duobus in 4. Editio 8. facta eſt Venetijs, anno 1718. in 4. regali per Antonium Bartholi. Editio nona, & Veneta, typis ejuſdem, anno 1722. & inſuper additionibus illuſtrata, ibid. anno 1724. Vidi. Ejuſdem nunc, extat opus egregium:

In Jus Canonicum univerſum quinque voluminibus in fol. Monachi 1702. Et Venetijs, anno 1717. & 1726. apud Antonium Bartholi. Vidi.

ANANIAS CLOTTERIUS, Allemanus, Capuccinus, ex Ludovico Dupin, ſæc. 17. ſcripſit, ac in publicum miſsit:

Tractatum de Sacris Ritibus S. R. Eccleſiæ. Coloniæ 1684.

Opuſcula devota, Italico idiomate. Ibidem. Vivebat anno 1680.

ANASTASIA AB INCARNATIONE, Hiſpana, Monialis Franciſcana, & Fundatrix Monialium de Lerma, ex præſcripto ſui Confeſſarij ſcripſit:

Vitam ſuam. Vidit M.S. in 4. N. Alva, uti teſtatur in Militia ſua, col. 68.

ANASTASIUS CLOTTERIUS, Germanus, profeſsione Capuccinus, Vir probatiſsimæ vitæ fuit, Provinciæ Romanæ Concionator, Novitiorum Magiſter, Guardianus, ac Diffinitor. Scripſit opuſcula duo. Primum:

De Sacris Ritibus, ſecundùm morem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Coloniæ 1688. Secundum ſub titulo:

Thymiama devotionis, 1674. Teſtatur Dionyſius Genuenſis in ſua Minor. Capuccin. Bibliotheca, litt. A.

ANASTASIUS N. Gallus, Strictioris Obſervantiæ, edidit Gallicè librum inſcriptum:

Deus amore moriens propter homines. Lutetiæ primum in 4. Deindè Lugduni in 8. apud Claudium Proſt. Ita Uvadingus.

ANASTASIUS PARISIENSIS, ejuſdem Provinciæ alumnus, Concionator Capuccinus, ſalutis animarum admodùm ſtudioſus, edidit librum in 8. ſub hoc titulo:

Collatio Patris Anaſtaſij cum Miniſtro Paſquerio. Ex Bibliotheca Scriptor. Capuccin. litt. A.

ANASTASIUS PRAGENSIS, Germanus, Prov. Bohemiæ Minor. Capuccin. alumnus, eruditus Concionator, ac moribus integerrimus, opus edidit latino idiomate inſcriptum:

Radius paupertatis, qui clarè, & ſubtiliter humanas, & Divinas operationes veluti per tranſennam ſcrutatur. Pragæ apud Urbanum Goliaſch, anno 1669. in 4. Ex Bibliotheca Genuenſis.

ANDEOLUS LICTAVIENSIS, Miſſionarius Apoſtolicus, atque acerrimus Hæreticorum impugnator, Natione Gallus, profeſsione Capuccinus, ſcripſit:

Varia Opuſcula idiomate Francico adverſus Eccleſiam prætenſam Reformatam Calviniſtarum. Hæc Didacus Lequile de Scriptoribus Franciſcanis, qui pro Fide Romana dimicarunt, tom. 2. inſcripto: *Franciſcus Terlegislator*, Tract. VI. lib. 11. litt. A. Ejus autem opera, recenſente Genuenſi in Bibliotheca Minor. Capuccinorum, typis tranſmiſſa, ſunt:

Summa Doctrinæ Chriſtianæ, quam docet Eccleſia Catholica, & Romana, cum Breviario errorum, & Hæreſum, quas docet Eccleſia prætenſa Reformata Calviniſtarum. Lugduni apud Ludovicum Mugnet 1633. in 4.

Collatio amabilis inter duos Gallos, quorum unus eſt Catholicus, & alter Calviniſta, circa materias Fidei controverſas. Ibidem apud Vincentium Curſilium 1637. in 8.

Status deplorandus Eccleſiæ Calviniſticæ fidelitèr, ac ſincerè repreſentatus. Ibidem apud eundem 1639. in 4.

Interrogationes juſtæ, ac rationabiles, quas Catholici faciunt Calvini Sectarijs ad eos ab erroribus liberandos, & morte æterna revocandos. Turoni apud Antonium Piconum 1638. in 8. & in 4.

Incitamenta Converſionis ad Fidem Catholicam nobiliſsimæ Dominæ Alexandrinæ de Robiaſech, Viduæ Domini Guardivon 1638. in 4. Ibidem.

Adoratio veri Dei, in qua oſtenditur quod Calviniſtæ graviſsimè errant, dicendo Deum non debere adorari in Eccleſijs in Sacramento Altaris, & in Imaginibus. Ibidem 1639. in 8.

Defenſio Purgatorij, & honoris Viris Eccleſiaſticis, & Religioſis debiti. Ibidem 1640. in 4.

Communio bonorum ſpiritualium, quam faciunt boni Catholici, qui ſub protectione B. Mariæ Virginis cupiunt ſe mutuò adjuvare ad moriendum in gratia Dei. Ibid. apud eundem 1639. in 8.

Exercitia ſpiritualia pro novitèr converſis ad Fidem Catholicam. Lugduni apud Ludovicum Mugnet 1638. in 8.

Monita amabilia Sectarijs Calviniſticæ Re-

Religionis. Ibidem ijſdem typis 1640. in 8.

Summa omnium Indulgentiarum Regularibus conceſſarum à Summis Pontificibus. Ibidem 164. in 16.

Perfectio Chriſtiana, ad quam debent tendere illi, qui in Paradiſum intrare deſiderant. Ibidem 1643. in 4.

Exercitia ſpiritualia pro illis, qui Deo ſervire, & cum toto corde amare deſiderant. Ibidem 1643. in 8.

Prudens, ac Sapiens Paterfamilias, pro devota, ac debita ſuorum, & ſibi Subditorum directione. Ibid. 1646. in 8.

Statuta Archi-Confraternitatis SS. Sacramenti, cum Regulis, ac Documentis pro Confratribus Diœceſis Mimatenſis. Lugduni 1647. in 4. Eadem Civitate plenus dierum claruit anno 1653. magna virtutum, ac doctrinæ laude. Agunt de ipſo Uvadingus, & alij apud laudatum Genuenſem.

ANDREAS ABREU, Hiſpanus, Provinciæ S. Didaci Canarienſis, Theologus Jubilatus, iteratò Pater, à Commiſſionibus, & Cenſuris Sancti Officij, Vir planè litteratus, & Poeta inſignis, ligato, ac patrio ſermone ſcripſit:

Vitam S. P. N. Franciſci. Matriti anno 1692. in 8. Vidi. Soluto vero ſermone Hiſpanis dedit:

Vitam V. Joannis à Jeſu ejuſdem Prov. filij. Ibidem, typis Antonij Gonzalez de Reyes 1701. in 4. Vidi. M. S. autem reliquit:

Officium Sacrum in honorem S. Bonaventuræ, in Archivio ſuæ Prov. aſſervatum.

Chronicon Provinciæ Canarienſis S. Didaci. Extabat ibidem, anno 1729.

Super Bullam Unigenitus, opus Latinum, & egregium, ex relatione ſuæ Provinciæ. Latinum fecit:

Tomum primum Myſticæ Civitatis Dei Hiſpanè editum à V. Maria Jeſu de Agreda. Aſſervabatur Matriti in Typographia prædictæ Matris, anno 1715. Demùm elaboravit anno 1699. Propugnaculum Operum laudatæ Matris de Agreda, ſermone Hiſpano, cui nomen dedit:

Novitates antiquæ M. S. in fol. Cuſtoditur Matriti in Officina Cauſæ V. Matris. Vidi. Floruit in Conventu S. Laurentij ſuæ Provinciæ, anno 1726.

ANDREAS ALLERET, Seguſianus, Minorita Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, ſcripſit:

Apologiam pro Bonito Combaſſonio ejuſdem inſtituti præclaro Theologo. Seduni apud Simonem Moarbenk 1634. in 8.

Memorabilia Religionis Franciſcanæ. Ibid. 1636. in 8.

Notas in univerſam Scripturam. Tom. duo in fol. Ibid. anno 1625. ex Uvadingo, & Jacobo Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ, fol. 601.

ANDREAS DE ANGELIS, Luſitanus ex Tertio Ordine Regulari S. P. N. Franciſci, Vir non infimæ eruditionis, vernaculè ſcripſit:

Hiſtoriam univerſalem, laudatam à Fr. Vincentio Coronelli, tom. 3. Bibliothecæ ſuæ Univerſalis, num. 2932. Prodiji Conimbricæ in 4. typis Emmanuelis Diaz, anno 1651. Dedit quoque cultoribus Deiparæ opus prænotatum:

Triumphus Mariæ Virginis. Ulyſſippone 1600. in 4. ut ex Georgio Cardoſo aſſerunt Nicolaus Antonius, & Hyppolitus Marracius. Sed ex relatione, quam penès me habeo laudatæ Provinciæ non rectè Nomenclatores iſti *Andream*, *vel Antonium* vocant, ut Uvadingus, & Bordonius in ſua Chronologia Tertij Ordinis, ſed Emmanuel ab Angelis profectò dicendus eſt. *Ejus ergo Hiſtoria Univerſalis* ſecundò edita eſt Ulyſſippone apud Michaelem Deslandes 1702. in 4. Triumphus Mariæ Virginis prodiji ibidem ex Officina Laurentij Craesbeek in 4. Sed ſcripſit inſuper vernaculè:

Politiam prædicabilem, ac moralem doctrinam pro bona mundi adminiſtratione. Ibidem, typis laudati Michaelis, an. 1693. in fol. Eſt hujuſce Authoris mentio apud Raphaelem Pluteau initio tomi primi ſui Dictionarij Luſitani.

ANDREAS BERNARDINUS KALISKI, Roxolanus, Generalis Eccleſiaſtes Provinciæ Ruſciæ, ejuſque Chronologus, ac Cuſtos, Leopoli apud S. Andream, anno 1647. die 17. Aprilis opus perfecit in 4. cujus inſcriptio:

Laconicum novellæ Provinciæ Ruſſiæ, titulo Immaculatæ Conceptionis Beatiſſimæ Virg. Mariæ inſignitæ, aliquotve ejuſdem locorum, & Conventuum Myrrhothecium. Extat M. S. Matriti in Generali Ordinis Archivio ſub Pluteo proprio. Vidi. Ad prælum ipſomet ibidem recenſente, maturæ habebat opuſcula varia, quorum titulos ex eodem, hìc ſubjicio.

Limpidiſſimum ſoliditate perfectionis ſpeculum, ſeu quod idem eſt, Tractatus aureus de ſoliditate virtutis in Religioſo Seraphici Inſtituti profeſſo requiſitæ conſidera-

rationes 23. ſinu ſuo fructuosè complectens, conſcriptum, & compilatum Leopoli in Conventu ad S. Andream Apoſtolum, anno 1646.

Compendioſa Exercitiorum ſpiritualium pro renovanda ab imperfectionibus anima decem dierum percurrenda ſpatio, ſeries, & ipſa Praxis. Compilatum Leopoli in Conventu, & anno vt ſuprà.

Practica, & compendioſa Religioſa perfectionis, & vitæ regularitèr ordinanda elucidatio. Leopoli apud eundem Conventum, anno 1647.

Myſticum totius perfectionis Chriſtianæ (Triplici exercitiorum via ſpiritualitèr decurrenda; Purgativa nimirùm, Illuminativa, & Unitiva, adumbratum) ſpeculum.

Aſcetorium, in quo planè omnia Fidei Catholicæ Myſteria, & documenta ad ſalutem neceſſaria methodo facillima traduntur. Leopoli eodem anno, & Conventu.

ANDREAS BITURICENSIS, Gallus, Turonenſis Prov. Minor. Capuccinorum doctus Concionator, ac non ſemèl Guardianus, vt ex Bibliotheca Scriptorum Capuccin. habemus in Appendice, Gallicè edidit:

Orationem funebrem in mortem Dominæ de Caſtillon, Abbatiſſæ S. Joannis à Thovars. Pictavij apud Amaſſard 1676.

ANDREAS BONFANTI, Florentinus, Tertij Ordin. Profeſſor, & Miniſter, edidit Florentiæ, anno 1615.

Vitam B. Luchefij à Podio Bonitij, Primogeniti de Tertio Ordine.

Catalogum Sanctorum, ac Beatorum Tertij Ordinis. Ita Fr. Antonius à Terrinca in ſuo Theatro Eutruſco Minoritico, part. 3. tit. 1. ſerie 4. fol. 186.

ANDREAS BOSCH, Catalanus, Perpinianenſis, Doctor Legum, Judexque (vt vocant) primarum appellationum in Comitatu Ruſcinonenſi, ſecundarumque in Comitatu Cæritaniæ, Tertiariorum S. Franciſci Regulam profeſſus, dedit in publicum Catalanica lingua.

De Titulis, ſeù appellationibus honorificis, quorum vſus eſt in Catalonia, Ruſcinone, & Caritania, ac de Privilegijs, & immunitatibus, quibus earum Provinciarum Incolæ ſecundum leges patrias gaudent. Perpiniani apud Petrum de la Cavalleria 1628. in fol. Vidi. Laudatur in Bibliotheca Hiſpanica D. Nicolai Antonij.

ANDREAS BRAVO DE LAGUNA, Minorita, Hiſpanus, Authore mihi D. Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Biblior. pag. 66. ex Haroldo, ſcripſit vernaculè:

Monarchiam ſpiritualem, ac temporalem Japponenſis Regni.

ANDREAS CAMACHO, Hiſpanus, ex Provincia Angelorum Regul. Obſerv. Lector emeritus, Pater, ac Apoſtolicus Viſitator Provinciarum Aragonum, ac S. Michaelis, anno 1623. ſcripſit:

Super Bullam Gregorij XV. quæ incipit: Dilecti filij. Romæ 17. Septemb. 1622. Vidi M. S. in 4. repoſitum in Hiſpalenſi Bibliotheca Conventus Sancti Antonij.

ANDREAS CAPELLA, non rectè adſcribitur Scriptoribus Minoritis, fuit enim Carthuſianus. Conſule Bibliothecas Hiſpanam, Valentinam, & Carthuſianam.

ANDREAS DE CASTELLANA, (minimè Caſtellano) ex Regno Neapolitano, S. Theologiæ Magiſter, Provincialis, ac Præfectus Apoſtolicus Miſſionariorum Conventualium in Hungaria, ac Generalis Viſitator per Provinciam Ruſſiæ, & Lituaniæ, zelo ductus, magnoque judicio ſcripſit, ac edidit opus prænotatum:

Miſſionarius Apoſtolicus à Sacra Congregatione de propaganda Fide inſtructus, quomodò debeat inter Hæreticos vivere, pravitates eorum convincere, & in Fide Catholica proficere per omnes partes, vbi vigent blaſfemiæ Lutheranæ. Bononiæ, typis Joannis Baptiſtæ Terronij 1644. in 8. Vidi.

ANDREAS DE CASTRO, Burgis, Hiſpaniæ natus, fama duodecim Patrum Franciſcanorum, qui Indis Occidentalibus primi Chriſti fidem intulerunt, excitatus, Hiſpali nave conſcenſa anno 1540. proſpera navigatione in tanta meſſe laborantibus Subſidiarius acceſsit. Mira facilitate Mexicanam, Matlazingicamque linguam perdidicit, quibus inſtructus, ſingulis Dominicis, ac ſacris ferijs, tertio, varioque idiomate, diſcretiſque lingua, ac regione populis confluentibus, Hiſpanica nimirùm, Matlazingica, & Mexicana lingua concionabatur. Scripſit:

Dictionarium, ſeù Artem perdiſcendis illis linguis perutilem.

Catechiſmum vulgari ſermone.

Conciones ad populum, Matlazingica lingua, per multas. Obijt anno 1577. in Cœnobio Tubicano. Ex Uvadingo, Gonzaga, Nicolao Antonio, Torquemada, & Vetancurt.

ANDREAS CORTILLI, Minorita, concinnavit ex monumentis SS. Patrum, Uva-

Uvadingo ; & Toſigniano teſtibus:

Indices Concionum. Aſſervantur Patavij in Bibliotheca S. Antonij.

ANDREAS COUURREUR , aliàs DE TECTO , Audomarenſis , Sacræ Theologiæ Profeſſor , & Eccleſiaſtes percelebris , edidit vernaculo ſermone:

Divini Amoris , ſivè SS. Eucbariſtiæ Faculam. Duaci in 8. typis Belleri.

Philoſophiam , ſivè Meditationem mortis. Obijt in Conventu Jueſtrenſi anno 1625. Ita Uvadingus , poſt Valerium Andream , in ſua Bibliotheca Belgica.

ANDREAS FERRARIUS , ex Tertiarijs Regularibus Comenſis Provinciæ Mediolani Diffinitor , aliàs Prior in dicto Conventu , tres produxit libellos ad lucem. Primum ſub hoc titulo:

Relatio vitæ , actuum , & mortis B. Hieremiæ à Como , Tertiarij Franciſcani. Comi impreſſum 1649. per Nicolaum Capranum , Italicè.

Vitam B. Miri ex Tertio Ordine Franciſcano , eodem idiomate , ſub eademque impreſsione anno 1653. Vidi.

Vitam S. Guillelmi filij Regis Hungariæ. Ibidem 1642.

ANDREAS A S. FRANCISCO, DURAN , ET QUINTERO, Hiſpanus , Hiſpalenſis , Provinciæ Diſcalceatorum S. Didaci in Bætica Religioſiſsimus filius, Sacræ Theologiæ Lector , Diffinitor, necnon omnigena eruditione clarus , ad prælum Juſtis cum approbationibus M. S. reliquit tomum maximum inſcriptum:

De Cœlo , & Mundo Eccleſiaſtico , & Spirituali ex Cœlo , & Mundo corporali in ſacris litteris propoſitis , juxtà univerſum Sacræ Scripturæ metaphoricum ſenſum. Hujus operis, & materiam, & ſcopum indicat Author in Prologo, hæc inter alia præmittens. Cum ergo viſibilia Dei,per quæ intellecta , ejus inviſibilia conſpiciuntur, in Cœlo , Igne , Aere , Aqua, Terra, & homine includantur , non immeritò ad univerſam Sacræ paginæ metaphoram, de his omnibus hoc in opere agemus, cum in his omnibus ſumitur metaphora. Inde primus liber hujus operis erit de Cœlo , ſecundus de Igne , tertius de Aere , quartus de Aqua , quintus de Terra , ſextus de Homine , qui mundus minor dicitur , & omnis creatura per convenientiam , quam habet cum omni creatura. Legi iſtum prægrandem tomum Hiſpali in noſtro S. Didaci Conventu anno 1727. (in cujus Archivio aſſervatur) & quidquid creaturarum haberi poterat , in hoc corpus , octo libros amplectens , multo labore redactum , ac exquiſitè elaboratum introſpexi.

Super Apocalypſim Commentaria litteralia. Eſt tomus in 4. continens ſex ſupra centum Quæſtiones,quarum prima: *Utrùm utilis ſit litteralis Sacræ Apocalypſis Expoſitio.* Ultima eſt : *De Uncto Rege ficto Judæorum.* Compoſuit quoque etiam in fol. opus inſigne in quatuor ingentes tomos diviſum ab Authore nuncupatum:

Summa Theologica conformitatum utriuſque Teſtamenti , in qua ex utroque Teſtamento , Sacrorum Eccleſiæ Conciliorum, & SS. Patrum , veterumque Doctorum , necnon rationibus , & authoritatibus tota Fides elucidatur Catholica. Tomus prior continet ſeptem diffuſos tractatus , videlicèt:

De origine , & progreſſu prædicationis Evangelicæ à Chriſto Domino.

De Chriſti Domini Regno in univerſo Orbe.

De Chriſti primo Vicario , & Succeſſoribus ejus.

De Hierarchia Eccleſiaſtica.

De Concilijs.

De veritate , majeſtate , & concordantia Sacrarum Scripturarum.

De Eccleſiæ Romanæ Traditionibus.

Tomus ſecundus amplectitur tractatus copioſos:

De Fide , Symboliſque Fidei Eccleſiæ.

Symbolorum Fidei expoſitionem.

De Deo Uno , ejuſque Divinis perfectionibus , & Attributis.

De Deo Trino in perſonis.

De Verbo Divino Incarnato:

De Incarnatione.

De Adventu Chriſti Domini in Mundum.

Tomi tertij , ſivè partis tertiæ Summæ Theologicæ ſunt ſequentes diffuſi tractatus.

De peccato originali.

De Sacramento Baptiſmi, dogmaticè.

De Sacramento Extremæ-Unctionis, dogmaticè.

De ſatisfactione pro peccatis in Sacramento Pœnitentiæ dimiſſis , dogmaticè.

De Sacramento Sacratiſsimo Eucbariſtiæ , illiuſque Sacra Communione , dogmaticè.

De Sacramento Ordinis , dogmaticè.

De Purgatorio.

De Erectione Templorum.

De Cultu Sacrarum Imaginum , veneratione Reliquiarum , & invocatione Sanctorum.

De Caſtitate virginali, & viduali, ſtatu Monachorum, & Eremitarum origine.

De Caſtitate, & ſolutione primitiarum, & decimarum.

De Sacramento Matrimonij.

Ejuſdem Summæ Theologicæ tomus quartus, & valdè ingens, octo comprehendit eruditos tractatus. Agit in primo.

De Moralibus contentis in vtroque Teſtamento, vbi de præceptis Decalogi, & alijs. In ſecundo:

De Angelis bonis, & malis. In tertio:

De pugna Diaboli contra Chriſtum Dominum.

De pugna Judæorum, eorumque perfidia. In quarto:

De perſecutionibus Eccleſiæ, ejuſque victoria. In quinto:

De Mahumetana perfidia, rebellioneque illius contra Chriſti Domini univerſalem Eccleſiam. In ſexto:

De Adventu Anti-Chriſti ante Chriſti Domini adventum, & quiſnam erit.

De ejus contra Eccleſiam perſecutione cum victoria Eccleſiæ. In ſeptimo:

De Chriſti Domini ſecundo adventu ad judicium.

De reſurrectione mortuorum, & damnatorum pœnis. In octavo denique:

De æterna Beatitudine. Complentur ſingilatim quatuor iſti prægrandes tomi tribus Indicibus copioſiſsimis. Scripſit quoque tomum integrum in fol.

Contra inſanias falſas Michaelis de Molinos. Item alium tomum in folio:

Apologeticum defenſorium quarundam propoſitionum tertiæ partis ſuæ Summæ. Elaboravit inſupèr tomum in 4. inſcriptum:

Summa Theologica Moralis. Conſtat duodecim Tractatibus, quorum in primo agit de Sacramentis in genere: in vltimo verò ſermonem inſtituit de impedimentis Matrimonij. Reliquit etiam M. S. *ſecundam partem Summæ Theologiæ Moralis, intitulatam:*

Regimen Eccleſiaſticum, tàm Sæculare, quàm Regulare. Eſt opus etiam in 4. in quatuor Tractatus diviſum, & vtile valdè. In tractatu primo agit:

De Legibus, & Conſtitutionibus in genere. In ſecundo:

De Regimine Eccleſiaſtico ex ſexto libro Decretalium. In tertio:

De Regimine Eccleſiaſtico juxtà Tridentinum. In quarto:

De Regimine Eccleſiaſtico Regulari. Extat tandèm ejuſdemmet Authoris in præfato Archivio aliud opus in 8. videlicèt:

Expoſitio damnatarum propoſitionum. Incipit: Propoſitis propoſitionibus. Conſulatur eruditus Chronologus laudatæ S. Didaci Provinciæ, part. 1. ſuorum Chronic. lib. 7. cap. 10.

ANDREAS A S. FRANCISCO, Hiſpanus Gienni enſis, ex Granatenſi Provincia Regul. Obſerv. Vir Sanctis moribus, ac miraculis adornatus, Guardianum agens Conventus Dominæ noſtræ *de Algaydas* dictæ, Opuſculum perutile conſcripſit:

De Oratione, & Contemplatione, ſub titulo Hiſpanico *el Baxo.* Teſtem adduco Chronologum laudatæ Provinciæ, tractatu 3. cap. LVII. Migravit ad Dominum, anno 1600.

ANDREAS GRANATENSIS, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Prov. Bæticæ, Sacræ Theologiæ Lector, Hiſpanicè edidit à ſe habitam ad Granatenſem Eccleſiam:

Panegyrim in Exequijs Ferdinandi Catholici Hiſpaniarum Regis. Granatæ apud Franciſcum Sanchez 1650. in 4. Vidi.

ANDREAS GUADALUPE, Hiſpanus Regularis Obſerv. Provinciæ Angelorum (cujus munera, ac virtutes interiùs explanantur) animum ad ea ſcribenda tranſtulit, quæ diuturna lectione, & accurata meditatione collegerat. Ex quibus hæc ſunt:

Chronicon Provinciæ Angelorum. Hiſpanicè in fol. magno. Matriti, typis Matthæi Fernandez 1662. Vidi.

Myſtica Theologia ſupernaturalis infuſa, ex Sacra Pagina, D. Dionyſio Areopagita, D. Bonaventura, alijſque SS. Patribus, & Doctoribus compacta. Matriti in fol. Vidi. Inedita reliquit tomum in 4. prænotatum:

Univerſa myſtica Theologia Latinè, & ſcholaſtica methodo. Aſſervatum vidi Hiſpali in Archivio Conventus Sancti Antonij. Item:

Diſcurſus Morales de Virtutibus in genere, & de tribus Theologicis, & quatuor Cardinalibus. Vidi, ibidem in folio. Demùm:

Conciones ſpirituales ſuper Dominicas totius anni. Vidi ibidem in 4. Scripſit Hiſpanicè tanti Viri vitam Frater Joannes Luengo, Minorita, ejuſque in laudem pag. 651. ſequens exhibet epitaphium:

***

Reverendiſsimus P. Fr. Andreas de Guadalupe,
Ordinis Minorum Sancti Franciſci Regularis Obſervantiæ totius Familiæ
Ciſmontanæ Vice-Commiſſarius, ſimùlque
Commiſſarius Indiarum Generalis.
Imperatricis Cæſareæ, necnon Chriſtianiſsimæ Francorum Reginæ
Confeſſarius digniſsimus,
Angelorum Provinciæ filius, & Parens maximus, qui nullam Officij
partem prætermiſsit docendo, admonendo, hortando, ac præcipiendo,
nullum non movit lapidem, nullis ad extrema vſque ætatis ſenectutem
pepercit laboribus, vt eam talem redderet, qualem filiam ſuam
evadere optimus quiſque Parens exoptare poteſt.
Cujus ſingularis pietas, eruditio incomparabilis, ac virtutes expectatiſ-
ſimè nunquam effluere ex animis noſtris poſſunt: quarum omnes nullibi
non apud Terrarum Orbem præcones grati vivent. Cui nemo ſimilis
nemo ſecundus, qui in Provincia Angelorum peritura vixit,
& in Angelorum Provincia immortali vivit.
D. Antonio Ortiz, & Stunica Venerabili Parenti ſerò cognito, citò rapto;
æternum lugendo, necnon Almæ Angelorum Provinciæ (conduntur
paritèr, qui periere ſimùl) Tumuli, elogijque Epitaphialis
mole, & memoria, mærens meritò parentabant.
VIATOR
Exiguum temporis habes, & te in ipſo vitæ apparatu vita deſtituet
tanquam ſemper moriturus vive.

ANDREAS GUERRERO, Hiſpanus, Aragonenſis Prov. Regul. Obſervantiæ alumnus, in publicum miſsit patrio idiomate:

Explicationem Rubricarum Miſſalis, & Breviarij Romani, cui acceſsit modus recitandi Officium Divinum. Cæſarauguſtæ typis Joannis de Lanaya 1629. in 8. Vidi. Eſt hujus mentio apud Nicolaum Antonium ex Uvadingo.

ANDREAS GUIMARAES, Luſitanus, Lector emeritus, Provincialis Miniſter Prov. Portugaliæ Regul. Obſerv. ac Commiſſarius Generalis in Luſitano Regno prælo mandavit à ſe habitam:

Orationem funebrem in Exequijs Catholicæ Hiſpaniarum Reginæ Margaritæ de Auſtria. Prodijt Ulyſsipone 1611. in 4. teſte Chronologo ſecundo laudatæ Provinciæ.

ANDREAS HIDALGO, Hiſpanus, Concionator Conventualis in Salmantino Conventu Prov. Compoſtellanæ Regul. Obſerv. vernaculè dedit in lucem:

Concionem de Sacris Stigmatibus S. P. N. Franciſci. Excuſsit Salmanticæ Joſephus Gomez anno 1668. in 4. Vidi. Nicolaus Antonius quemdam Andream Hidalgo in ſuam Bibliothecam intulit, ſic de eo habens, Andreas Hidalgo edidit:

Exemplar punitionum. Malacæ 1650. in 8. Quid de hoc ſentiendum videris.

ANDREAS DE LAUGE, Gallus, Provinc. Franciæ Pariſienſis, Conventus Pontiſaræ alumnus, Vir doctus, in lectione Patrum maximè verſatus, in Conventu Nancejano primùm Theologiæ Lector, deindè Guardianus ibidem, & Pontiſaræ poſteà, vbi deceſsit, ſcripſit, & edidit Gallicè:

Sermones Adventuales coram Henrico II. Duce Lotharingiæ habitos, quos inſcripſit:

Apocataſtaſis animæ, id eſt, reſtitutio animæ in priſtinum ſtatum. Prodijt Pariſijs in 4. ſine anno. Et fol. 193. habet etiam *Adnotationes latinas*, Authore mihi N. Alva, col. 1489. ſuæ Militiæ in Appendice.

ANDREAS MANENTE DE COTAGLIO, Minorita Italus, patrio ſermone ſcripſit:

De gloria Aſiatici Imperij in domo Laſcari dicta. Prodijt Brixiæ anno 1660. in 4. Vidi.

ANDREAS A S. MARIA, Hiſpanus, Diſcalceatæ Prov. S. Pauli alumnus, ac Concionator, ſcripſit duplex

Officium Sacrum. Primum: *De S. Froylano Epiſcopo Legionenſi.* Secundum: *Pro ſolemnitate Seraphici Doctoris Cardinalis S. Bonaventuræ.* Incipit: Lux nova Franciſci rutilans illuxit in Orbe. Vidi, & penès me habeo.

ANDREAS A S. MARIA, Hiſpanus, ejuſdem Diſcalceatæ Prov. S. Pauli Concionator, ac Guardianus Segovienſis Conventus S. Gabrielis, ingenij ſui monumenta Concionatoribus valdè utilia reliquit, videlicèt:

De exulibus Regni Dei. Tomum in 4. quem quæſivi,& non inveni. Ejus memoriam facit in Prol. alterius tomi inſcripti:

Speculum virtutis Catholici perfecti. Tomus iſte in 4. in decem libros diviſus aſſervatur in Bibliotheca noſtri Conventus S. Mariæ Magdalenæ Oppidi *la Aldèa del Palo.* In capite hujus libri extat quoque vernaculè: *Vita S. Andreæ Apoſtoli*, ab eodem Authore concinnata.

ANDREAS A S. MARIA alter, Luſitanus, ex Diſcalceata Provincia Matris Dei in Orientalibus Indijs, Cuſtos olim Cuſtodiæ S. Thomæ, Vir ſanè virtutibus, ac litteris clarus. Ad Cochinenſem Epiſcopatum aſſumptus, Studia Generalia fundavit, Eccleſiam quoque S. Thomæ Apoſtolo Sacram erexit. Suæ profeſsionis haud immemor, ſcripſit:

Super Regulam Seraphicam, teſte Fratre Jacinto à Deo, Minorita, fol. 48. ſui libri prænotati: *Via Fratrum Minorum, &c.* editi Conimbricæ, typis Benedicti Seco, anno 1721. in 4. Legi. Jacet in Goenſi Conventu, in Capella S. Andreæ. Ejus vitam fuſſo ſtylo recenſet Fr. Paulus à Trinitate, lib. 1. Chronic. Prov. S. Thomæ, cap. 43. & Georgius Cardoſo, tom. 3. Agiolog. Luſitani die 27. Maji ſubdens ſepultum fuiſſe in Capella S. Andreæ Apoſtolo Sacra Conventus Matris Dei, inciſo ejus ſepulchro hoc brevi epitaphio idiomate Luſitanico:

Aqui jaz Fr. Andre,
Biſpo que foy de Cochim.

ANDREAS MARTIN, Hiſpanus Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. filius, ac Sacræ Theologiæ Lector, communis juris fecit, nec paucas, nec contemnendas Orationes, videlicèt:

Orationem funebrem in Exequijs R. P. Fr. Chriſtophori Delgadillo ejuſdem Inſtituti alumni, necnon virtutibus, ac litteris clari. Compluti ex Typographia Univerſitatis, anno 1672. in 4. Vidi.

In Exequijs Dominæ D. Agnetis de Caſtro Comitiſſæ de Chinchon, Orationem aliam. Ibidem apud Typographiam Mariæ Fernandez, anno 1667. in 4. Vidi.

Aliam funebrem in laudem R. P. Fr. Dominici de la Fuente, olim Majoris Complutenſis Collegij Rectoris, Theologiæque Doctoris, ac tandèm Minoritæ in ſua Caſtellana Provincia. Ibidem, typis Univerſitatis, anno 1665. & anno 1668. in 4. Vidi.

Panegyrim de Canonizatione S. Mariæ Magdalenę de Pazzi. Matriti apud Franciſcum Sanz 1672. in 4. Vidi.

Concionem de S. Roſa Viterbienſi, cujus meminit Fr. Alphonſus Magdaleno, Minorita in cap. Vitæ ejuſdemmet Sanctæ in Authorum Catalogo, editam Compluti, typis anno 1674. Nicolai de Xamares, in 4. Vidi.

Orationem funebrem in Exequijs Emin. Cardin. Ciſneros. Compluti in Typographia Univerſitatis, anno 1665. in 4. Vidi.

Aliam in Exequijs Illuſtriſsimi D. D. Fr. Joannis à Merinero, Epiſcopi Valliſ. Oletani. Ibid. in Officina Angelici D. anno 1663. in 4. Vidi. Alias plures edidit conciones, quæ ad manus meas non devenerunt.

ANDREAS MARTIN, alter, Hiſpanus ex Caſtellana Provincia Regularis Obſervantiæ Generalis Concionator, ac V. Tertij Ordinis Minoritici Complutenſis Viſitator, Hiſpano ſermone emiſsit:

Vitam V. Sororis Eliſabeth à Jeſu de Albalate Tertiariæ Franciſcanæ. Compluti, typis Joſephi Eſpartoſa 1724. in 8. Vidi. Obijt anno 1726.

ANDREAS MENCARELLIUS A FLO-

FLORIANO, Italus, Sacerdos Regul. Obſervantiæ, Vir integerrimæ vitæ, edidit:

Chorographiam Conventuum Minorum Obſervantium Provinciæ Tuſciæ ære inciſſam anno 1672. Qui poſt vitam ſanctè tranſactam, plenus virtutibus anno 1680. in patrio Cœnobio, menſe Octobris, viam univerſæ carnis ingreſſus, ſepultus jacet. Ita Fr. Antonius à Terrinca, part. 3. ſui Theatri Etruſco-Minoritici, pag. 186.

ANDREAS DE MODENA, Regul. Obſerv. Prov. Bononienſis Concionator, Sacræ Theologiæ Lector, patrio idiomate ſcripſit minimè pœnitendum Opus, ſub titulo:

Cantus Harmoniacus, & Tonum. Modenæ apud Hæredes Caſiani 1690. in 4. Vidi. Agit de eo Fr. Vincentius Coronelli, tom. 7. ſuæ Bibliothecæ Univerſalis, col. 1550.

ANDREAS DE MONTILLA, Hiſpanus, ex Bætica Provincia Minor. Capuccinorum eruditus Concionator, Sacrorum Authorum ſcriptis diù verſatus, Hiſpanicè ſcripſit, ac edidit:

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ librum unum. Prodijt Hiſpali ex Officina Hæredum Thomę Lopez de Haro 1722. in 4. Vidi.

ANDREAS DE MURILLO, Hiſpanus, Lector emeritus, ac Vicarius Provincialis Aragonenſis Provinciæ Regul. Obſerv. publici juris fecit Hiſpanico ſermone:

Conciones de Adventu. Anno 1640. in 4. Authoris hujus nulla mihi aliundè notitia, quam ex relatione laudatæ Provinciæ, Matriti aſſervata in Generali Ordinis Archivio.

ANDREAS NICOLAI, Minorita Hungarus, Conventus Cathanienſis alumnus inſignis, ſcripſit:

Commentarios in Geneſim. Hujus Authoris expoſitionibus non rarò confirmat Fr. Joannes de la Haye ſuos in Geneſim conceptus. Claruit circa annum 1474. De ipſo agunt Uvillot, Uvadingus, & Rodulphus.

ANDREAS NOGUERA, Hiſpanus, ex Prov. Majoricarum Regul. Obſervant. Theologus, anno 1658. ſcripſit, nec tamen edidit, volumen in 4. prænotatum:

Memoriale Provinciæ Majoricarum S. P. N. Franciſci. Incipit: Inſignis. Vidi M. S. aſſervatum Matriti in Generali Ordinis Archivio.

ANDREAS DE NOVO CASTRO, Lotharingus, ex Minoritis Prov. Franciæ, Vir merito dictus, Doctor ingenioſiſſimus, ſcripſit, ac emiſit:

Commentariorum in primum librum Sententiarum tomum unum in fol. Extabat M. S. Fr. Petro Rodulpho teſte, Bononiæ in Biblioth. Sancti Salvatoris. Prodijt Pariſijs anno 1514. ait Uvadingus. Hiſpali in Bibliotheca Eccleſiæ vidi volumen iſtud impreſſum ibidem typis Joannis Granjon. Edidit etiam:

Commentarios in 4. libros Sententiarum. Parijs apud Joan. Gratium in fol. magno, ſed caret impreſsionis anno. Laudatur inſupèr, ceu à quo prodijt: *Tractatus de Immaculata Concept. Virginis.* Conſule N. Alva in Militia, col. 97. Extat N. Andreæ ad invidum.

Nonne vides Caſtrum inſuperabile Marte? Quid ergo
Bella pars? Operam Zoile perdis: abi.

ANDREAS DE OCAÑA, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi digniſsimus Pater, ac Vir virtutibus, ac litteris præclarus foras dedit:

Partem primam Diſcurſuum Euchariſticorum. Matriti in Typographia Regia, anno 1622. in fol. Inedita, ob zelum ſtrictioris paupertatis, reliquit:

Secundam, & tertiam partem ab ipſo elaboratas. Ejus memoriam fecit Author Bibliothecæ Hiſpanæ. Floruit in Regali Conventu S. Ægidij Matritenſi, die 12. Septembris, anni 1619. Ejus præclaras virtutes, tribuſque poſt ejus tranſitum tranſactis horis, glorioſum apparuiſſe noſtro Ven. Fr. Franciſco de Cogolludó, refert Fr. Martinus à S. Joſepho, parte 2. ſuorum Chronicorum, lib. 3. cap. 16.

ANDREAS OLMOS, Hiſpanus, humanioribus litteris, ac Juri Civili adoleſcens navavit operam; atque ætate provectior, Juris etiam Pontificij notitiam adjunxit. Adulta ætate Franciſcanis nomen dedit Vallis Oleti, abſolutoque Theologiæ curriculo inſignis evaſit Eccleſiaſtes. Adjunctus comes Joanni Zumarragæ, ex Guardiano Tribulenſi ad Epiſcopatum Mexicanum à Carolo V, deſtina-

tinato, quadraginta tribus annis Indis convertendis, & excolendis totam ſuam operam impendit. Mexicana, Totonaca, Tepuaca, Vaxtaca linguis, quas expeditè loquebatur, populos inſtruebat. Incredibile eſt quantum Deus Opt. Max. miſeram gentem in tenebris cæcutientem opera hujus viri illuminaverit. Per ampliſſimas Provincias, inviaſque Regiones, ne quidem de nomine notas, quot trophea Crucis erexerit, quot millia Idolorum deſtruxerit, quot myriades hominum Sacro Baptiſmate intinxerit, difficilè eſt recenſere. Quidquid temporis, vel à concionibus habendis, vel à catechizandis Neophytis, vel à ſacris exercitijs reliquum erat, totum ab vna, vel altera hora, qua brevi ſomno, & reficiendo corpuſculo indulgebat, vel in evolvendis Sacræ Scripturæ libris, vel in ſcribendis alijs numeroſiſsimo populo recens converſo neceſſarijs, impendebat, quo factum eſt, vt multa doctrinæ ſuæ reliquerit monumenta. Ea ſunt:

Ars addiſcendi Linguam Mexicanam.

Ejuſdem Linguæ Dictionarium.

Ars addiſcendi Linguam Vaſtacam.

Ejuſdem Linguæ Dictionarium.

Ars addiſcendi Linguam Totonacam.

Ejuſdem Idiomatis Vocabularium.

Libellus de Extremo judicio, lingua Indica conſcriptus.

Libellus ſeptem Sermonum, lingua Mexicana.

Modus confitendi Vaſtaco ſermone.

Tractatus de Sacramentis.

Tractatus de Sacrilegijs.

Tractatus de ſeptem peccatis mortalibus.

Doctrina Chriſtiana, lingua Mexicana explicata.

Docta quædam problemata.

Alphonſus à Caſtro adverſùs Hæreſes è Latina Linguà ab eo in Hiſpanicum metrum converſus. Omnia hæc pluriès impreſſa extant in his Regionibus obvia. M. S. reliquit:

Antiquitates novæ Hiſpaniæ, teſte Antonio de Leone, titulo XVII. Obijt in Tampicano Conventu, anno 1571. ſanctitate, & prophetico ſpiritu inſignis. Ex Uvadingo, Joanne de Torquemada, Ventancurt, & alijs. De eo Arturus in Martyrologio Franciſcano, ad diem viij. Auguſti.

ANDREAS DE ORTEGA, Hiſpanus, Minorita, Authore mihi D. Nicolao Antonio, tom. 1. pag. 64. edidit vernaculè:

Viam Spiritus. Toleti apud Joannem Ferrer 1550. in 8.

ANDREAS A S. PAULO, Luſitanus, Strictioris Obſerv. Diſcalceatorum alumnus in Provincia, vulgò de Arrabida dicta, poſteritati reliquit:

Duplex Memoriale ejuſdem Provinciæ; Utriuſque meminit Fr. Antonius à Pietate, tom. 1. Chronicorum laudatæ Provinciæ, in Prologo. Legi.

ANDREAS PERUSINUS AB URSIANO, Italus, Provinciæ Marchiæ Regul. Obſerv. Theologus, ingenio ſubtilis, & ſermone Scholaſticus, in gratiam Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis Latinè ſcripſit ſatis egregium Opus, cujus titulus:

Annalyſis Puriſſimæ Conceptionis Deiparæ, in qua non ſolùm ſupra 300. Authorum ſententia, Sacræ paginæ authoritatibus, rationibus, feſtivitate, revelationibus Divinis, Diviniſque miraculis, luce meridiana clariùs probatur; ſed & authoritate DD. ex adversò allatorum, & præſertim (mirabile dictu!) D. Thomæ, ac rationibus adverſariorum, ejuſdem Sacratiſsimæ Dei-Parentis à macula originali immunitas aperriſsimè demonſtratur. Venet. anno 1634. in 4. apud Marcum Ginammum. Vidi.

Speculum de Conceptione B. Virginis. Patavij, typis Joannis Baptiſtæ de Meſtinis, anno 1627. Item apud Uvadingum:

Diſputationes de Prædeſtinationis cauſa. Agit quoque de noſtro Authore Petrus de Alva in Militia, & pluribus Pater Oldoinus in ſuo Athænæo Peruſinorum, pag. 23. Scripſit inſupèr, ac edidit:

Explanationem in Mortuorum hymnum, dictum Sequentia. Ex hoc opere Daniel Naydinguerus Germanus deſumpſit librum inſcriptum: *Quæſtiones excerptæ ex Explanatione P. Urſiani*, Paulo V. Pont. Max. dicatæ. Peruſiæ ex Typographia Vincentij Columbarij 1609. in 8. Vidi. Incipit: Huic ergo parce Deus. Floruit Author, juxtà Dupin, ſæculo 17. circa annum 1630.

ANDREAS PLACUS, Moguntinus, Minorita, ac Diſcipulus R. P. Fr. Nicolai Hebron ejuſdem Inſtituti alumni, Commiſſarius Familiæ, quæ Ultramontana dicitur, ſcripſit, ac edidit Opus egregium, inſcriptum:

Lexicon Biblicum, ſecundo excuſum Coloniæ anno 1543. in fol. Vidi. Publicavit quoque:

Difficiliorum, & Græcarum, & Hebraicarum

carum, omniumque peregrinarum Dictionum in Geneſeos Libro Interpretationem. Baſileæ excudebat Henricus Petrus, teſte Carolo Joſepho Imbonato, Ciſtercienſi, in ſua Bibliotheca Latino-Hebraica, Romæ edita in fol. 1694. Ex eodem quoque, Placo ſunt:

Inſtitutiones Grammaticæ Hebrææ, excuſæ Viennæ Auſtriæ, & vnà *cum Jona Propheta, & verſione ejus Latina*, apud Ægidium Aquilam, anno 1552. in 8. Idem ſcripſit ſeparatim:

De Vocalibus, & Accentibus, & his, quæ ad rationem legendi Hebraicè pertinent, vt ipſe de ſe teſtatur. Eſt hujuſce mentio apud Aubertum de Scriptoribus ſæculi XVI. cap. 45. Federicum Nauſea, orat. 10. de Libris, & apud Petrum à Jeſu, Prov. S. Pauli Diſcalceatorum alumnum, in cujus tomo vnico luæ Dilucidationis Judicialis, fol. 1. num. 1. ita legitur: *Titulus eſt idem, ac Clavis, vt ait noſter Andreas Placus, &c.*

ANDREAS A RESURRECTIONE, Hiſpanus, Minorita, ſcripſit, non tamen emiſit:

De Incarnatione tom. vnicum in 4. Repoſitum vidi Zamoræ in Bibliotheca Conventus Regul. Obſerv.

ANDREAS ROCHMARINUS, Polonus, Regul. Obſerv. Provinciæ Poloniæ Diffinitor, in Cœnobio D. Bernardini Cracovienſis, primùm Philoſophiæ, deindè Theologiæ Profeſſor, ſcripſit:

Commentaria in lib. primum Sententiarum Scoti. Venetijs, anno 1627. apud Marcum Ginami in fol. Vidi. Scripſit inſupèr:

In Logicam, & Metaphiſicam juxtà mentem Scoti, teſte Simeone Starovolſeo, de Illuſtribus Poloniæ Scriptoribus Authore 73. pag. 173. Hunc minus rectè, Antonium vocat Ludovicus Dupin, ſæculo 17.

ANDREAS RUIZ QUINTANO, Hiſpanus, ex Regul. Obſerv. Provinciæ Burgenſis, Concionator, ac Tertiariorum Miniſter, condidit, ex præſcripto RR. Fr. Alphonſi de Biezma, Generalis Miniſtri totius Ordinis:

Dictionarium Arabico-Hiſpanum, anno 1718. Aſſervatum, ſed ineditum vidi in fol. apud Archivium Hieroſolymitanum Matritenſis Conventus S. P.N. Franciſci.

ANDREAS SANCHEZ PEDRERO, Hiſpanus, ex Oppido Axofrin Toletani Archiepiſcopatus, expreſsè alumnus Tertij Ordinis S. P. N. Franciſci, Vir virtutibus, ac miraculis inſignis, opus conſcripſit:

De Ordine, meritò laudatum à R. P. Fr. Joſepho à Segovia, Prov. Caſtellæ Regul. Obſerv. alumno in funebri Oratione. Patriæ devixit magna ſanctitatis opinione, die 11. Julij, anno 1675. Ex ejus vita, apud Fr. Lucam Yangues, fol. 50. Chron. laudatæ Prov. M. S. apud Archivium Matritenſis Conventus Regul. Obſervant. Legi.

ANDREAS SOTO, Hiſpanus, Caſtellæ Veteris, Oppido S. Facundi natus, Prov. Conceptionis alumnus, inſtituti Recollectionis Fratrum Minorum Regul. Obſerv. in qua Sac. Theologiæ Lector, & tertio Guardianus fuit, Sereniſſimæ Iſabellæ Claræ Eugeniæ Hiſpaniarum Infantis, Alberti Archiducis Auſtriæ lectiſſimæ Conjugis, per annos fermè viginti Confeſſarius; Provinciarum Argentinæ, Coloniæ, Hiberniæ, Angliæ, Flandriæ, Inferioris Germaniæ, S. Andreæ, aliarumque, Reverendiſſimi Patris Miniſtri Generalis Commiſſarius; Vir religioſiſſimus, humilitate, abſtinentia, aliiſque virtutibus inſignis, cujus in magnis difficultatibus, charitatem, & prudentiam, tùm varij, tùm Civitas ipſa Bruxellenſis experta eſt: multa ſcripſit Opuſcula lingua Hiſpanica, quorum hìc eſt indiculus:

Vita, & virtutes Beatiſſimi Joſephi Sponſi Beatiſſimæ Virginis Matris Mariæ. Vallis Oleti 1593. apud Hæredes Bernardini à S. Dominico in 16. Vidi. Et Bruxellis apud Joannem Mommartium, anno 1600. in 8.

De Converſione Boni Latronis, cum tractatu de Redemptione mali temporis. Antuerpiæ anno 1606. apud Bellerum. Translatum eſt in linguam Italicam.

Contemplatio de Chriſto Crucifixo. Ibid. anno 1604. Prodierat ex Officina Plautiniana 1600. in 8. Vidi.

Vita S. Annæ. Bruxellis anno 1610. in 12. Regali, teſte noſtro Alva, col. 82. ſuæ Militiæ.

Dialogus Miraculorum. Bruxellis apud Roggerium 1612. in 8. Vidi.

Paraphraſes ſuper Lamentationem Jeremiæ. Bruxellis apud Joannem Mommartium, anno 1609. & 1615. in 8.

Explicatio benedictionis Cerei Paſchalis: Exultet, præconij, ſcilicèt, Paſchalis.

De Excellentia Pacis. Antuerpiæ apud Joachimum Trognenſium, anno 1622. in 4. Vidi, & ejus Archetypum, Vallis Oleti.

De

De vera ſolitudine , & ſolitaria vita. Apud Joannem Mommartium , anno 1607.

De Vita , & Miraculis S. Eugenij primi Archiepiſcopi Toletani : Ex Codice manu exarato , Bronienſis , cujus Abbas eſt Namurcenſis Epiſcopus , Monaſterij , vbi, & nùnc ejuſdem Sancti Martyris brachium à Corpore devulſum aſſervatur. Bruxellis 1612. in 8. per Roggerium. Vidi.

De Congregatione Pœnitentum. Montibus Hannoniæ apud Ludovicum Rivium, anno 1607.

De Aquæ benedictæ principijs , & origine , & de Antiquitate Sacrorum Cereorum, quos vocamus Agnos Dei, & miraculis. Antuerpiæ apud Hæredes Belleri 1607. in 12. Vidi.

Conſolatio vivorum, & Exequię defunctorum.

Hiſtoria Vitæ S. Alberti Leodienſis Epiſcopi, & Martyris ; & de Translatione Corporis ejus Rhemis ex Francia. Bruxellis 1613. ex latino opere Ægidij Leodienſis. Additiones fecit Aubertus Miræus Bruxellenſis.

Paraphraſis in Pſalm. 118. *Beati Immaculati in via. Item in Pſalm.* 121. *Lætatus ſum in his.* Hiſpanicè Bruxellis 1615. in 8. teſte Jacobo Le-Long, tom. 2. Bibliothecæ Sacræ, pag. 968. Hæc, & penè omnia noſtri Patres Belgæ in Teuthonicum idioma tranſtulere. Antuerpiæ excuſa proſtrant venalia. *Sed , & Contemplationis Chriſti Crucifixi , & conſiderationis Chriſti ſuper Cruce, ac de Doloribus, quos B. Virgo paſſa eſt ad pedes Crucis* , *tractatum* , quem verè pium , & vtilem dixit Poſſevinus , Italicè reddidit Raphael Fabrica, Societatis Jeſu, excuſum Venetijs apud Baretium Baretij, annò 1603. & Gallicè non ſemèl recuſum. Vidi. Obijt pijſsimè 5. Aprilis anni 1625. ſepultus ante Altare S. Crucis Bruxellis; quod altare Sereniſsima Princeps Iſabella cum marito ſuo Alberto Archiduce in gratiam dicti Patris erexit. De eo Uvadingus , ac Nicolaus Antonius.

ANDREAS A TURRI , Hiſpanus, Philoſophiæ Lector, ac Concionator Gaditani Conventus Regul. Obſerv. ſcripſit, ac emiſsit.

Panegyrim de Conſecratione Eccleſiæ laudati Conventus. Ibidem per Chriſtophorum de Requena 1706. in 4. Vidi.

Gratulatoriam Concionem pro Natali Ludovici Ferdinandi Hiſpaniarum Regis. Ibidem 1707. in 4. Vidi. Alia fertur ſcripſiſſe , hactenùs mihi ignota.

ANDREAS DE VALENCIA, Hiſpanus , ex Oppido Azebo in Extremadura , Diſcalceatæ Prov. S. Gabrielis Concionator , Vir Eccleſiaſticæ ; ac Regulari eruditioni valdè deditus, ſcripſit abſque magno delectu , non tamen edidit:

Defenſorium breve pro Diſcalceatis Seraphicis in 8.

Compendium Hiſtoriale fundationis, & progreſſus Religionis Seraphicæ in fol. Alia multa ſemiplena , ac imperfecta reliquit, puta:

De Privilegijs Regularium.

De Origine Regularium , & Clericorum. Vidi. Aſſervatur Extremaduræ in Bibliotheca noſtri Conventus S. Mariæ à Jeſu laudatæ Provinciæ. Obijt Author anno 1726.

ANDREAS DE VEGA , Hiſpanus, Segovienſis, generis nobilitate clarus, Durandum in Salmantino Gymnaſio docens, Compoſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. nomen dedit. Ibidem annis multis Theologiam profeſſus , vnà cum Alphonſo de Caſtro ſuperiùs laudato , Concilij Tridentini Patribus adnumeratus , doctrinam de Juſtificatione , omnium , quæ in Sacra Synodo diſcuſa ſunt , difficillimam, validè tractavit, examinavit, publicis Congreſsibus diſcuſit , & tandèm doctiſsimis Commentarijs , refutatis Hæreticorum erroribus , & fortitèr Concilij propugnata Sententia , defendit. Opus autem illud bipartitum eſt : Primum ita inſcribitur:

De Juſtificatione Doctrina univerſa, libris quindecim abſolutè tradita , & contra omnium errores , juxtà germanam Orthodoxæ veritatis , & Sacri Concilij Tridentini præclarè defenſi. Duo tamen libri poſtremi ejuſdem generis reſpondent peſtilenti cuidam libro Calvini , inſcripto: *Antidotum in Acta Synodi Tridentini* , in quibus doctiſsimè agit noſter Author de peccato mortali , & veniali. Secundum eſt:

De eadem Juſtificatione , Gratia , Fide , operibus , & meritis , quæſtionibus quindecim abſolutum , Cardinali Pacheco nuncupatum anno 1546. Prodijt Venetijs apud Junctas 1546. in 4. Vidi. Et anno 1548. apud Nicolaum Antonium. Compluti Bernardo Frexeneda Epiſcopo Conchenſi dicatum 1564. typis Andreæ Angulo in fol. Vidi. Coloniæ ex Officina Cervini Galeni 1572. in fol. Coloniæ Agrippinæ 1685. in fol. parvo apud Joannem Uvillelmum. Vidi. Aſcaffeburgi in Diœceſi Moguntina, typis Hermanni Mireſi 1621.

in

in fol. apud Uvadingum. Opus, ejuſque Authorem magnoperè laudant Henricus Sedulius, Gabriel Vaſquius, Andreas Scotus, pluresque alij apud Nicolaum Antonium, tom. 1. de Scriptoribus Hiſpaniæ, pag. 70. Colonienſem editionem emmendatam 1572. procuravit diligentèr Petrus Caniſius Societatis Jeſu, Vir celeberrimus, in cujus Epiſtola nuncupatoria, poſtquam multis argumentis pondus, vtilitatem, & neceſsitatem doctrinæ de Juſtificatione diſſeruit, pulcherrimum hujus Operis, ac Authoris ſubjungens elogium, ait: *Etſi verò* multi „multorum Catholicorum de Juſtificatione Commentarij circunferuntur, qui „& cum laude ſcripti ſunt, & vtilitèr „evolvuntur, attamen operè pretium me „in primis facturum ſperavi, ſi ex Theologis omnibus deligerem vnum, nec „quidem vulgarem, de Juſtificatione, „tùm dextrè, tùm eruditè, tùm copiosè „ſcribentem, qui vno volumine comprehenſus in Lectorum gratiam *evulgetur.* Paucis interjectis: *Et hunc* quidèm Theologum delegimus Rev. P. „Andream de Vega, Virum cum primis „eruditum, parique ſanctimonia, cum „viveret commendatum; ſed & primarijs Concilij Tridentini Theologis, quos „præſtantiſsimos fuiſſe conſtat, Doctorum judicio *adnumeratum.* Et paulò „poſt: *Illud dicam* permagni ſanè referre, vt ad manus habeamus, quorundam teſtimonia ſcripta, qui velut „oculati teſtes actionum Concilij Tridentini coràm adfuere, vt horum etiam „ſcientia, & explicatione nobis, & poſteris explicatiora reddantur, quæ ſunt „in eadem Synodo conſcripta. Eoque „charior in hoc opere nobis Vega eſſe „debet, qui Tridentini doctiſsimos Theologos, & Sapientiſsimos Patres tùm diſſerentes audivit, cum de Juſtificatione „multis eſt menſibus acerrimè diſputatum: ipſeque cum diſputantibus alijs „ſua ſenſa ſtudioſiſsimè contulit, ex cujus Viri ſcriptis docti facilè deprehendent, quam fuerit idem in eruenda, confirmandaque veritate laborioſus, quam „præterea ſolers, & exercitatus in quæſtionibus obſcuriſsimis, atque graviſsimis examinandis, quas ille quidem ad „normam verbi Dei libentèr revocare „conſuevit, ſed ità vt ſimùl exponat, „quid & antiquiores, & recentiores Theologi de re propoſita *judicaverint.*

Nihilominùs, in hoc opere Cardinalis Bellarminus, lib. 5. de Juſtificatione Vegam carpit, quod contra communem ſententiam negaverit, Deum opera bona remunerare ex mera liberalitate ſupra condignum, quod ſub Pio V. ait, condemnatum fuiſſe in Michaele Baio Lovanienſi. At tanti Viri venia, longè diſtat ab hac ſententia Vega: etenim apertiſsimè fatetur, Deum præmiare vltrà condignum merita Juſtorum ex mera liberalitate, ſtatuendo in lege præmium, quod longiſsimè excedat omnem bonorum operum laborem, in quo ſufficientèr indicatur liberalitas Dei erga Juſtos, qui ita benignè, & generosè legem ſtatuerit de menſura adeò ſupereffluenti; vndè nihil opus eſſe putat adjeci etiam num alios gradus ad iſtos, quos Deus præſcripſit bonis operibus. Actualem autem retributionem horum graduum gloriæ judicat fieri de condigno, ſuppoſita illa lege, & promiſsione de conferendo hoc præmio ſupereffluenti, & proindè concludit in reſponſione ad „ſecundum argumentum: *Decet* quidem „magnificos, & liberales Principes ſuper id, quod opera ſuorum merentur, „aliquod velùt actuarium benè de ſe meritis adjicere. Sed vbi præmium aliquod „certum ſtatutum eſt, quod longè exuperet valorem omnium meritorum; adhùc ſemper aliquid etiam ei præmio „adjicere, neque juſtum eſt, neque conveniens; ſed pluralitas quædam liberalitatum abſque vlla *neceſsitate.* Extat ejuſdem;

Concio babita ad PP. Concilij Tridentini die Cinerum, edita in 4. abſque loci, & anni mentione. Vidi.

Commentaria in aliquot Concilij Decreta. Compluti 1564. Ex Uvadingo.

Commentaria in Pſalmos. Ibidem 1599 Ex eodem.

Expoſitionem in Regulam S. Franciſci: Nicolaus Antonius ex Ludovico Miranda Minorita. De eo agit ex arte D. Didacus Colmenares in ſuo de Scriptoribus Segovienſibus Catalogo, ejuſque in commemorationem epitaphium conſcripſit, quod etiam exſcribendum judicavi.

***

*** *** *** ***

D.

D. O. S.

Fr. Andreas de Vega,
Patria Segovienſis,
Laurea Salmantinus,
Profeſsione Minor,
Religione Maximus:
Inter ſummos Theologos
Ad Tridentinam Synodum
Adnumeratus:
Condito luculentiſsimo Opere
De Juſtificatione
Obijt Salmanticæ,
Anno M.D.LX.
Aſcendet hic juſtificatus à Deo
In Domum æternam.

ANDREAS DE VEGA, alter, Hiſpanus, natus in quodam Oppido Campi Toletani, ex Tertiarijs Regularibus Luſitani Regni, Vir virtutibus, ac miraculis clarus, carmine latino exaravit Opuſculum in 4. cujus epigraphe:

Accetarium varias rerum materias continens. Prodiji Ulyſsippone ex Officina Franciſci Corre 1571. Diem clauſit extremum, haùd ſine ſanctitatis opinione in Conventu S. Catharinæ Urbis Scalabritanæ in Portugallia C.X. ferè annis natus. De ipſo tractant Didacus Lequile, ac Nicolaus Antonius, tom. 1. ex Georgio Cardoſo ad diem 1. Aprilis ſui Agiologij Luſitani.

ANDREAS VERNA, Venetus, Minorita, in Divinis Scripturis aſsiduè legendis, meditandiſque exercitatus, aptiſsimum librum patrio ſermone vulgavit: *Meditationes*, nempè:

Super Pſalmum ſextum. Trevigij, anno 1600. in 4. teſte noſtro Alva, col. 83. ſuæ Militiæ.

ANDREAS ZANUS, Venetus, Minorum Conventualium, ſcripſit Italicè:

Monoteſſarom Hiſtoriæ Paſsionis Dominicæ contextæ ex quatuor Evangeliſtarum narratione, quadruplici ſenſu, ſivè conceptu concionatorio explicatæ. Venetijs apud Guerillos, anno 1645. Floruit anno 1640. de quo agunt Uvadingus, Le-Long, & Dupin, ſæc. 17.

ANFREDUS GONTERIUS, Aragonienſis Prov. Vir doctus, doctè, & eruditè ſcripſit Barcinone:

De Chriſti, & Apoſtolorum paupertate. Uvillotus, quem excipiunt Uvadingus in Syllabo, & Hebrera, lib. 1. Chron. laudatæ Prov. cap. 37. & Uvitte in Genealogia S. P. N. Franciſci, fol. 66. Nicolaus Antonius in ſua Veteri Bibliotheca Hiſpana, pag. 95. num. 193. aſſerit ſe vidiſſe in Vaticana Bibliotheca, n. 3740. *Dicta hujus Anfredi*, quæ quidem extenduntur per 23. chartæfila.

ANGELA CRUX A SS. TRINITATE, Panormitana, Virgo ſapiens, & vna de numero prudentum Monialium, quæ Cœnobio S. Mariæ omnium gratiarum (vulgò à S. Vito) ſub Regula noſtri Tertij Ordinis initia dederunt, quo in Monaſterio ter Abbatiſſæ munere præfuit, in eoque, obſervantiæ zelo, prudentia, & charitate omnibus ſemper venerabilis, æquè, ac amabilis; ſcripſit Italicè:

Gratias 88. *conceſſas V. Matri Eliſabethæ Mariæ à Paſsione*. Prodiere cum ejus Vita edita Panormi apud Joannem Baptiſtam Aiziardum 1708. in 4.

Monita ſpiritualia pro tempore Quadrageſima. Ibidem, typis Antonij Correſij 1718. in 8. Inſuper, me docente Antonio Mongitore in Appendice ad tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Siculæ, inedita reliquit:

De Origine ſui Conventus, in fol.

Vitam Eliſabetha Maria à Paſſione, in fol.

Vitam Sororis Vincentia à Jeſu Maria, in 4.

Vitam Sororis Cæleſtina Maria ab Æterno Patre, in 4.

Vitam Sororis Ignatia Maria à Conceptione, in 4.

Vitas Fr. Nicolai Zumo, & Fr. D. Gialmio, in fol.

Carmina plura vernacula lingua, in 4. Servantur hæc omnia in eodem Monaſterio.

ANGELICA PAULA ANTONIA DE NIGRIS, Mediolanenſis Conventus S. Claræ myſtica alumna, Italicè conſcripſit:

Litteras Spirituales. Prodierunt in 4. tribus libris, vnà cum ejus vita exemplari ſcripta à Joanne Baptiſta Fontana de Conti. Romæ in ædibus Populi Romani 1576. in 8. Vidi. Noſter Alva, column. 83. ſuæ Militiæ ſcribit ex Lezana Opera hujus Angelicæ (ſeù Angelæ) approbata fuiſſe in Concilio Tridentino.

ANGELICUS AB ALLEGRO, Capuccinus, Natione Gallus, Prov. Lugdunenſis filius, Vir in Divinis Litteris ſtudioſiſsimè verſatus, prudentia, morumque ſuavitate exornatus edidit Gallicè:

Speculum Divinarum perfectionum, deductum in homine ab earum originali. Pariſijs apud Andream Cramoiſy 1669. in 4. Teſtatur Dionyſius Genuenſis in Bibliotheca Scriptor. Capuccin. & Ludovicus Dupin, ſæculo 17. Floruit circa annum 1670.

ANGELICUS CALATANISSETENSIS, Siculus, ſanguine clarus, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum alumnus, Lectoris, ac Provincialis Vallis Mazariæ munera exercuit, atque ineditos reliquit patrio idiomate:

Commentarios in Regulam S. Franciſci, in 4. Opus, quod morte inſtante, anno 1648. Patri Michaeli Angelo Bonadies, tunc Vicario Provinciali, deinde Epiſcopo Catanenſi reliquit. Mongitori in ſua Bibliotheca ex Petro Tomnolcio in *Paradiſo Seraphico*, part. 1. lib. 5. cap. 1.

ANGELICUS INSULENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Vir inter ſuæ Prov. S. Ludovici alumnos, qui eruditione, animarum zelo, exemplaritate vitæ, ac prudentia floruerunt, admodùm inſignis, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac bis Pater, memoriam ſui nominis poſteritati commendavit, ſcribendo Latinè:

Controverſiarum contra Hæreticos, præcipuè Calviniſtas, lib. 1. editum Neumaſij 1635. in 4.

Reſponſiones ſeptem Apologeticas contra Hæreſes Miniſtri Neſtorienſis Arauſicani, quas dicavit Epiſcopo Allavalenſi. Avenione 1648. in 4. typis Jacobi Bremereau. Ex Genuenſis Bibliotheca, & Dupin in Supplemento.

ANGELICUS A MEDIOLANO, Italus, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum Concionator clariſsimus, electus Guardianus Montis Sion, ac S. Sepulchri Domini noſtri, anno 1683. cum ibi moraretur, ex Hiſpano idiomate in Italicum tranſtulit:

Hiſtoriam Chronologicam Provinciæ Syriæ, ac Terræ Sanctæ, editam 1684. à Fr. Joanne de Calahorra, quam typis conſignaverat Venetijs, anno 1694. Mediolani etiam vulgavit librum vernaculè, cui titulus:

Flores Hiſtorici, id eſt: Collectio diverſorum eventuum, præcipuè in Palæſtina. Ejus meminit ex Fr. Petro Antonio de Venetijs Joannes Marangoni, tom. 4. ſui Theſauri Parochorum, lib. 3. cap. 1. num. 70.

ANGELICUS MINGOVENSIS (vulgò MENGUEN) natione Sabaudus, Provinciæ S. Ludovici Minorum Capuccinorum alumnus, Vir illuſtribus Parentibus natus, à Deo magno gratiarum cumulo, ac perſpicaci lumine intellectus compenſatus, in Philoſophicis, ac Theologicis diſciplinis abundè inſtructus, omnium litterarum peritia refertus, in oratione Divinæ familiaritatis dono, ſpirituum diſcretione, omniumque virtutum ornamentis decoratus, ſcripſit, ſicut habemus ex relatis, Gallico idiomate:

Librum inſtitutionum, & Exercitiorum ſpiritualium pro Novitijs. Obijt Taraſconi, anno 1620. dùm ad ſuæ Provinciæ gubernium præſideret, & magna Populorum pompa ipſius Corpus ſepulchro reconditum, multis annis ab ejus ſepultura integrum fuit repertum, & caro eadem albedine decorata, qua priùs vivens, fuerat reſpecta. Ejus vita deſcribitur à

Marcellino de Piſe, tom. 3. Annal. Capuccin. ad annum 1620. §. 64. Ex Dionyſ. Genuenſ. in Biblioth. Script. Capuccin.

ANGELICUS DE PANAGIA, Capuccinus, Natione Italus, Concionator, ac ſæpiùs Guardianus, qui in Provincia Rhegina, vti inquit Genuenſis, ob ejus doctrinam, religioſaſque virtutes, non vulgarem ſibi nominis claritatem comparavit, poſteritati dedit Latino idiomate opus nominatum:

Conformitates Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccin. in fol. Agit de eo Ludovicus Dupin in Supplemento, tom. 3.

ANGELICUS SPADAFORUS, Capuccinus, Natione Siculus, Patria Meſanenſis, ejuſdem Provinciæ Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir quidèm; & genetis nobilitate, & Apoſtolicæ vitæ ornamentis præfulgidus, ſed ſingulari ante omnia erga Virginem Dei Matrem pietate conſpicuus, typis dedit Italicè eruditiſsim. in volumen in fol. prænotatum:

Unigenita gratia Maria, candore innocentia ornata, ac dives excellentijs, repreſentatis duodecim luminoſis candelabris. Meſſanæ apud Hæredes Petri Breæ, anno 1640. Extat hujuſce honorifica mentio apud Bibliothecas Uvadingi, Genuenſis, & Mongirori, quem conſulas tom. 1.

ANGELICUS TUDELENSIS, Capuccinus, Natione Hiſpanus, Prov. Valentiæ alumnus, ac Apoſtolicus Concionator, inedita, ſed prælo digniſsima, reliquit:

Sermones de Tempore, tom. 1. in fol.

Sermones Quadrageſimales, tom. 2. in fol.

Sermones de Virtutibus, & Vitijs, tom. 1. in fol. Genuenſis in Bibliot. Script. Capuc. ſubdens ex ſuo Marcellino de Piſe, tom. 3. Annal. Capuccin. ad annum 1633. §. 51. laudatum Angelicum verè Angelicum virtutibus, at meritis divitem curſum conſumaſſe, ipſiuſque Corpus in Monaſterio Monachorum Benedictinorum, vulgò de la Oliva in Aragoniæ Regno, integrum, & palpabile, vibrantibus quoque oculis ad inſtar Stellarum, decurſis non paucis ab ejus obitu annis, repertum fuiſſe.

ANGELUS ANGELI, Feltrenſis, ſanguine clarus, ſtrictioris Obſerv. Reformatorum Provinciæ Sancti Antonij Diffinitor, ac Cuſtos, in publicum miſit librum prænotatum:

Radij Sapientia Divina. Opus eſt in 4. editum Venetijs 1669. *Super Pſalmum 50.*

Deuteronomium Chriſti, ſeù de 7. verbis in Cruce prolatis. Ibidem 1673. in 4.

Exemplar virtutis Eccleſiaſtici, ad exemplar S. Gregorij Papa. Ibid. 1679. in 4.

Expoſitionem litteralem Pſalmorum, & Cantici Canticorum, ſub titulo: *Lux deſiderata ad intelligendos Pſalmos, & Cantica.* Venetijs 1684. in 4.

Super Evangelia Quadrageſimalia, & Paſchalia, cum eorum litterali expoſitione. Ibidem 1687. in 4. Floruit Venetijs in Conv. S. Bonaventuræ, anno 1694. Agit de eo Fr. Vincentius Coronelli, tom. 3. Biblioth. Univerſ. num. 2931.

ANGELUS AMMAN, Minorita, Bohemus, quem in ſuam Militiam, col. 83. intulit N. Alva, ſcripſit, non tamen edidit:

Deſcriptionem Provincia Bohemia S. Franciſci, quam vidit, ac legit laudatus Alva.

ANGELUS ASTENSIS, Natione Pedemontanus, Regul. Obſerv. primum alumnus, atque inter Sorbonicos Doctores cooptatus, demùmque Provinciæ Genuenſis Minorum Capuccinorum albo adſcriptus, ob præclaras ſui animi dotes, ac Viri Religioſi virtutes notus, apud Boverium, tom. 1. ſcripſit Italico idiomate:

Tractatum de Paupertate. Quem M.S. accepit Savonæ à P. Jacobo Savonenſi, Concionatore Fr. Dionyſius Genuenſis, ipſomet atteſtante in ſua Script. Capuccin. Bibliotheca. Obijt Angelus Genuæ in Conventu S. Barnabæ, dùm ibi Guardiani munere fungeretur, anno 1560.

ANGELUS AUDA. Vide inferiùs Angelus Lantuſca.

ANGELUS BADAJOZ, Hiſpanus, Concionator, necnon Diſcalceatæ Provinciæ S. Joſephi Diffinitor, ac tandèm Provinciæ S. Pauli Religioſus alumnus, ſcripſit vernaculè domeſticus teſtis:

Chronicon Prov. S. Joſephi. Extat hujus Operis mentio apud Arturum ad diem 2. Aprilis Martyrolog. Franciſcani. In Conventu S. Bernardini Matritenſi, ac in noſtro S. Joannis Baptiſtæ Zamorenſi publicè legebatur, anno 1600. Non vidi, vidi autem, & legi Vitam V. Diſcalceati Fr. Melchioris de Gratia, ex præfata Hiſtoria fideliter depromptam. Ejuſdem extant *Carmina* quædam in capite libri inſcripti Hiſpanico idiomate: *Triunfos del*

Amor

Amor de Dios, cuſi Methymnæ Campi, anno 1590. Reſurrectionem mortuorum expectat Author in noſtro Salmantino Conventu S. Joſephi, vulgò *del Calvario*.

ANGELUS DE BEAUMONT, Capuccinus, Patria à Monte Calerio, Prov. Pedemontanæ Concionator, ſæpiùs Diffinitor, ac per integrum ſexſenium Miniſter Provincialis, Vir ob virtutum panopliam, ac omnigenam eruditionem valdè notus, inter alia ſui ſpiritus, pietatiſque inſignia monumenta, poſteritati dedit:

Methodum pro Judicijs Regularium, in qua agit de tempore, modo, & forma procedendi.

Miſcellaneum. Continet quadraginta Reſolutiones Morales, Civiles, & Criminales.

De Recurſu ad pecuniam, & de Legatis perpetuis juxtà Regulam Seraphicam, & Summorum Pontificum Declarationes.

De Jure adminiſtrandi Sæcularibus Pœnitentiæ Sacramentum à Minoritis Capuccinis. Ponderantur in ipſo variæ Conſtitutiones Pontificiæ, Canonicæ, & Regulares.

Opus Scenicum repræſentatum de Gloria, & Triumpho Evangelicæ, & Seraphicæ Paupertatis ſuper *miraculoſa proviſione* Fratribus Capuccinis in Conventu S. Birgittæ Montis Calerij. Ex Boverio ad annum 1569. apud Authorem Bibliothecæ Script. Capuccin.

ANGELUS A BOLVERIO, Capuccinus, Natione Hiſpanus, Provinciæ Cathaloniæ Sacerdos, Vir propter candorem, ac animi bonitatem maximè commendatus, ſcripſit, in publicumque miſſit Opuſculum:

De Arte benè vivendi. Barcinone 1683. in 8. De eo meminit Genuenſis in Biblioth. Scriptor. Capuccin.

ANGELUS BREISONIUS, Capuccinus (cujus geſta recenſentur à Boverio, tom. 2. Annal. ad annum 1591. & Genuenſi in Biblioth. Scriptor. Capuccin.) natione Gallus, vnus ex primis Fundatoribus Provinciæ Aquitaniæ, & ſui temporis inſignis Concionator, nonnulla ſuæ doctrinæ monumenta M. S. reliquit. In publicum autem miſsi ſunt:

Sermones duo de Beatiſſima Virgine Maria Gallico idiomate.

ANGELUS COELESTINUS A MONTE CORVINO, Italus, Regul. Obſerv. Prov. Principatus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & inſignis Concionator, ſcripſit varios Sermones, & Diſcurſus prædicabiles, quos in præcipuis Urbibus, & Eccleſijs habuit, & per varias materias diſtinxit. Tomum primum ita prænotavit:

Oriens Chriſti. Sub quo titulo, multos tractatus Theologicos, Spirituales, & Morales comprehendit, ab Annuntiatione Virginis, & Chriſti Ortu exorſus. Præcipuam partem horum Sermonum habuit in Templo S. Didaci ſui Ordinis, Neapoli. Prodierunt Venetijs apud Joannem Guerillum, anno 1619. Tomus ſecundus ita inſcribitur:

Occidens Chriſti: Sub iſta inſcriptione varios colligavit tractatus, explicatis omnibus Evangeliſtarum narrationibus de Chriſti paſsione, à ſententia in eum lata, vſque ad ſepulturam. Ibidem, anno 1618. Tomus tertius hunc habet titulum:

Aquilo peccatoris, ejuſque exitus de Ægypto. Argumentum hujus Operis eſt, explicare Evangelium Filij Prodigi, veræ peccatoris imaginis. Ibidem eodem anno. Tomus quartus ita prænotatur:

Auſter Cœleſtis. Ubi dulces, vtileſque fructus, & flores Orationis explicat. Ibid. anno 1620.

Epithalamium Evangelicum Verbi Incarnati cum ſua Sponſa, videlicet, *Eccleſia*. Ibidem eodem anno.

Sermones pro feſtivitatibus B. Virginis. Ibid. anno 1619.

Conciones pro Dominicis, & Feſtivitatibus per Adventum, vſque ad Quadrageſimam. Ibidem, anno 1620. Hæc Uvadingus.

Scripſit inſupèr ex N. Alva, col. 84. ſuæ Militiæ.

Super Ave Maria. Italicè, Neapoli 1609. in 4.

Super Canticum Magnificat. Ibidem 1609. in 4.

ANGELUS (ANGELICUM vocat Uvadingus) A CARPENEDULO, Capuccinus, Natione Italus, Prov. Brixienſis Minor. Capuccin. Concionator doctus, ac pius, ſcripſit Italicè librum intitulatum:

Gemma pretioſa affectuum, ac Orationis Mentalis pro quadraginta horis. Brixiæ per Bartholomæum Fontanum, anno 1617. in 8. Agit de eo Genuenſis.

ANGELUS CASTROGENTIRIENSIS, Capuccinus, Natione Gallus, Prov. Britanniæ alumnus, Vir in Divinis Litteris excultus, ſcripſit, Dionyſio Genuenſi recenſente, ſub Gallico titulo:

Idea Formulariorum; Opus hactenùs mihi ignotum.

ANDREAS A CASTRO-MEDIANO, ex Provincia Baſilicata in Regno Neapolitano, idiomatibus Græco, & Latino clariſsimus, volumen edidit:

Muſicale. Authore mihi Fr. Maximo à Piſticio in Hiſtoria laudatæ Provinciæ, apud Archivium Matritenſe Ordinis, cap.6.

ANGELUS A CATALONO, Tertiarius Regularis, Vir gravis, & ſolitudinis amicus, librum compoſuit:

De Timore Dei; in quo ſuæ pietatis, & auſteritatis elucet ſpiritus. Nondùm prodijt in publicum, licèt vti Bordonus teſtatur fol. 502. ſui Chronologij, prælo dignus habeatur.

ANGELUS CICOLI, Neapolitanus, Regul. Obſerv. alumnus, cum ipſum accenſeat Nicolaus Toppi in IndiceScriptorum Neapolitanorum, non potui ejus non meminiſſe; licèt ejus opera hactenùs mihi ignota, minimè recenſeantur in corpore laudatæ Bibliothecæ.

ANGELUS DE CINGULO, Piceni Oppido, *Clarenus* agnominatus, non à *Monte Claro*, vt quidam autumnarunt, ſed à *Clareno* Flumine inter Auſculum, & Nurſiæ Alpes, propè quod extructo Cœnobio, diù cum ſuis diſcipulis vixit, à quo etiam *Congregatio Clarenorum*, quæ ſub Pio V. aggregata eſt Familiæ Obſervantum, nomen accepit. Inſtituit Angelus ſuam laudabilem Reformationem ſub vita Heremitica ex Decreto Cœleſtini V. At Rainaldus (vt optimè redarguit Didacus Lequile, tom.2. Hierarchiæ Franciſcanæ, fol.272.) confundit hanc Congregationem cum Secta Fratricellorum, & ex duabus, altera approbata, & laudata, altera damnata, atque exprobata, vnam ſolam efficere minimè veretur. Oportet diſtinguere, & tempora, & res in rebus hiſtoricis. Aliquis, vt ait Uvadingus, Joannem, neſcio quo fundamento appellat. Vir fuit pius, & doctus, multaque paſſus eſt pro retinenda, & reſtituenda Regulari Diſciplina. A Raymundo Gaufridi Miniſtro Generali miſſus eſt cum alijs pijs Confodalibus ad Regem Armeniæ, qui aliquot hujus Inſtituti Viros petijt ſibi tranſmitti. Illinc regreſſus cum alijs ſui zeli ſocijs, ſeceſsit ad partes Achaiæ, vbi mirabilitèr edoctus linguam Græcam, in Latinam tranſtulit:

B. Macharij Dialogos.

Opuſcula quædam Sancti Chriſoſtomi.

Alia Joannis Climaci. Sed Ambroſius Camaldulenſis aliam adhibuit Climaci Interpretationem, aridam reputans Angeli Tranſlationem, vtpotè quæ nimis videbatur litteralis, tanquam ſi verbum verbo voluiſſet compenſare. Macharij duo celebriores ſunt, & Sancti, vterque Ægyptius, & in faſtis Eccleſiaſticis 2. & 15. Januarij computatus: poſterior Alexandrinus dictus; primus, abſolutè nuncupatus Ægyptius, S. Antonij Diſcipulus. Cujus ſint illi Dialogi ab Angelo tranſlati, neſcio, neque enim inter iſtorum opera ſub Dialogorum titulo circunferuntur. Inter Macharij Ægyptij homilias quinquaginta à Joanne Pico æditas, & traductas, quæ tom. 4. Biblioth. Veterum Patrum editionis Colonienſis leguntur, tres, aut quatuor, videlicèt, 15. 26. 27. & 40. habentur per modum Dialogi, receduntque à forma Homiliarum. Hi fortaſsis illi ſunt Dialogi. Scripſit inſupèr Angelus:

Commentarios in Regulam S. Franciſci. Incipiunt: Poſtulaſti à me frequentius Chariſsime in Domino Frater.

Hiſtoriam de ſeptem tribulationibus Ordinis Minorum. Incipit: Paſtore auſente tentat Lupus rapax. Utrumque habebat penès ſe Uvadingus noſter Opoſculum. Ms. Quo loco, aut anno obierit, incertum. Uvillotus, & Poſſevinus, anno 1294. è vità migraſſe in quodam Cœnobio Regni Neapolitani conſcribunt. At anno 1317. adhùc vixiſſe ex monumentis Vaticanis docuit Uvadingus, qui ſæpè hujus Viri meminit tom. 2. & 3. Annal. Lege, ſi placet, Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 16. Aprilis.

ANGELUS A CLAVASIO (CARLETTUS dictus) Liguriæ Oppido, vtroque Jure peritus, quartò Familiæ Obſervantium Vicarius Generalis. Hic Vir verè Angelicus, Angelicam ducens vitam, multum clarus negotijs, quæ pro Religione, & Catholica Fide geſsit, non ſolùm Ordinem Minorum illuſtravit, ſed toti Chriſtiano Orbi clarus effulſit. Sanctæ Cruciatæ Commiſſarius Apoſtolicus à Sixto IV. P. M. creatus, & ab Innocentio VIII. eodem munere decoratus contra UvaldenſesHæreticos, pro Fide laudabilitèr, & acerrimè pugnavit. Superſunt ejus ingenij, & pietatis monumenta:

Summa caſuum conſcientiæ, vulgò dicta: *Summa Angelica*, *tali doctrina ornata*, ait Andreas Roſſoti in ſuo Opere de Scriptoribus Pedemontanis, *vt licet iſtis temporibus in immenſum Caſuiſtarum creverint Libri, nihilominùs adhùc in magna exiſtit æſtimatione, celeberrimaque habetur.* Prodijt Venetijs 1490. Et ibidem correctior, & auctior ſtudio Jacobi

cobi Ungarello Minoritæ 1492. ex Officina Gregorij Arivabenſis. Vidi. Hagenoæ typis Joannis Reimam 1505. in fol. Lugduni per Joannem de Prato 1592. Quinque vidiſſe teſtatur noſter Uvadingus Venetas editiones, aliaſque per plures ſubdens, & Italicè editam fuiſſe Venetijs anno 1593. in 4. De eo

Maxima multorum, quod vix dabat ante Librorum
Sarcina, id Angelica dat tibi Summa brevis.
Angelus eſt Author, Sacri decus Ordinis ingens
Seraphici, & tantæ Religionis honos.

Area Fidei. Compluti per Andream Angulo 1562. in 4. Vidi.

De Reſtitutionibus. Ibidem in 4. Notat Illuſtr. Epiſcopus Albenſis, lib. 3. apud laudatum Roſſori ſcripſiſſe per multa alia, ſapientiæ, & pietatis plena Opuſcula legentibus per vtilia, & quæ paſsim mirabilem ingenij ejus fœlicitatem præſeferunt. Scripſit demùm:

Epiſtolam ad Fr. Ludovicum de Verona præfixam Summæ, ac non ſemèl laudatam à N. Alva, & alijs. Ad Cœlos evolavit tertio Idus Aprilis, anno 1495. cujus Corpus integrum, & incorruptum Cunei, in Cœnobio S. Mariæ de Angelis aſſervatur, ſummaque habetur in veneratione. De noſtro Angelo Uvadingus hìc, & tom. 6. & 7. Annal. pluribuſque præcitatus Roſſoti, & Arturus in Martyrolog. Franciſc. ad diem 11. Aprilis. Adnumeratur inter AA. Bibliothecæ Maximæ Pontificiæ, tom. 3.

ANGELUS COMTO, Capuccinus, celebratur à Fr. Martino de Torrecilla in *De Authoribus Capuccinis*, pag. mihi 107. vt Author operis ita inſcripti:

De Myſterijs Miſſæ.

ANGELUS CORTES, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector in Prov. Diſcalceatorum S. Joannis Baptiſtæ, edidit (alia non vidi:)

Panegyrim de Laudibus Dominæ Noſtræ, vulgò *de Monſerrate.*

ANGELUS ELLI, Italus, Provinciæ Mediolanenſis, recenſentibus Uvadingo, Lequile, ac Dupin, ſæc. 16. publici juris fecit:

Speculum ſpirituale vitæ humanæ per modum Dialogi inter Magiſtrum, & Diſcipulum, Italicè. Romæ anno 1625.

Tabulas veritatis Religionis Catholicæ. Quas in linguam Gallicam vertit M. I. Saulnier Secretarius Principis Condæi, Pariſijs anno 1645.

Indices quatuor copioſiſsimos ſuper quatuor volumina Pelbarti Temeſvarij, de quo ſuo loco. Obijt anno 1617.

ANGELUS EUGENIJ, Italus, Peruſinus, Minorum Conventualium, Sacræ Theologiæ Magiſter, ſcripſit Italicè:

Familiare colloquium de ſeptem Sacramentis, tom. 2. Neapoli 1645. per Camillum Cavallum. De hoc Jacobillus de Scriptoribus Umbriæ, Oldoinus in Athenæo Peruſinorum, & Uvadingus.

ANGELUS FERINUS DE FRASCATA, Minorita Italus, laudatur à N. Alva, col. 84. ſuæ Militiæ, ceu, à quo prodijt, patrio idiomate Opuſculum quoddam:

De Immaculata Conceptione Virginis, impreſſum Velleri anno 1639. in charta expanſa.

ANGELUS FERNENSIS, Capuccinus, natione Italus, Apoſtolicus Concionator, & tam aſsiduus, vt illius Sermones ad triginta millia excreverint, cujus geſta recenſentur à Boverio, tom. 1. Annal. ad annum 1568. quo obijt in ſua Mediolanenſi Provincia, poſteris dedit:

Sermones plurimos de Tempore, & Pœnitentia. Nonnulli ſuppreſſo nomine è prælis prodiere, vt in ſua Bibliotheca ſcribit Dionyſius Genuenſis.

ANGELUS A S. FRANCISCO, Anglus, Decanus Immolacenſis in Hibernia, antequam Ordinem ſub Strictiori Obſervantia, ingrederetur, Sacræ Theologiæ Lector Primarius; aliquoties Guardianus Collegij Duaceni, necnon pluries Cuſtos, ac Commiſſarius Provinciæ Anglicanæ, Vir multarum litterarum, cognitione probè inſtructus, poſteritati dedit:

Sacrarium privilegiorum quorundam Seraphico Patri S. Franciſco in gratiam Obſervantium Regulam, eumque vel ſuos amantium à Deo Opt. Max. indultorum, in quo-

quo eorum veritas elucidatur, comprobatur, ac defenditur. Opus apprimè vtile omnibus Religioſis, quibus hujuſmodi prærrogativas Divina Bonitas impertivit. Duaci apud Viduam Martini Rogardi anno 1637.

Certamen Seraphicum Fratrum Minorum Prov. Angliæ pro Sancta Dei Eccleſia, cum Appendice de Miſsionibus, & Catalogo Scriptorum Anglorum ejuſdem Ordinis. Ibidem apud Balthaſarem Bellerum anno 1649. in 4. Vidi. Edidit Anglicè, Uvadingo teſte in Appendice:

Regulam, & Teſtamentum S. Franciſci cum Sententijs aureis B. Ægidij ſocij ejuſdem Sancti Inſtitutoris. Ibid. apud Boggard, anno 1633.

De Confraternitate Chordæ, ſeù Cinguli Franciſcani.

Manuale Tertij Ordinis S. Franciſci cum brevi explicatione Regulæ ejuſdem Inſtituti pro Sæcularibus. Duaci apud Viduam Martini Uvionis anno 1643.

Declarationem doctam, & piam in Regulam pro Religioſis, & Monialibus ejuſdem Tertij Ordinis, duobus libris comprehenſam. Ibidem anno 1644. De hoc tractant Alva, Lequile, & Fr. Joannes Maria Veronenſis apud tom. 1. ſuorum Chronic. Tertij Ordinis, Catalogo ſecundo AA.

ANGELUS FRESCARIOLO, Capuccinus, natione Italus, Prov. Mediolanenſis alumnus, Vir religione clarus, edidit Italicè, vt ex Dionyſio Genuenſi accepimus, tomum in 4. ſub titulo:

Diſcurſum Moralem pro Regularibus. Mediolani apud Antonium Malateſtam 1683.

ANGELUS GALLIOTTUS, Siculus, ex Urbe Sabæ Agrigentinæ Diœceſis, Regul. Obſervantiæ, edidit, Uvadingo teſte, volumina quatuor:

De Monarchia Mundi, & de Familijs Siculis antiquis. Prodierunt Panormi anno 1557.

Relationem Schiſmatis Anglicani.

Martyrium Joannis Foreſti Franciſcani, Angliæ Reginæ Sanctiſsimę, Catharinæ à Sacris Confeſsionibus. Eſt hujuſce mentio apud Alphonſum Laſor in ſuo Univerſo Terrarum Orbe, fol. 128. & 505. Scripſit inſupèr:

Hiſtoriam Siculam, quam morte præventus non potuit imprimere; eam verò Excellent. Dux de Alcalà, dùm pro Rex Siciliæ eſſet, ſecùm detulit, non ſine magno Patrum dolore, vti lego in relatione Prov. Vallis Mazariæ.

ANGELUS HALLIENSIS, E MEDIOLANO, Italus, ex Regul. Obſerv. Theologiæ Scholaſticæ, & Moralis Profeſſor, ſcripſit:

Roſarium, ſeù Inſtructorium Sacerdotum, & Clericorum. Opus quidem vtile his, qui ſe debent ſubjicere coram Reverendiſ. Ordinarijs pro Confeſsionibus excipiendis, Concionibus habendis, aut Ordinibus ſuſcipiendis. Taurini 1616. in 8.

Commentarium etiam in proſam, ſivè ſequentiam mortuorum. Incipit: Dies iræ, dies illa; quæ à Thoma de Celano, Minorita, Provinciæ Pennenſis, vti ſuo loco dicemus, compacta eſt. Taurini apud Hæredes Joannis Dominici anno 1637. in 8. Uvadingus.

ANGELUS HIERACEUS, à Seminaria in Calabria, Regul. Obſervantiæ, anno 1652. Cuſtos, & Guardianus S. Sepulchri Jeroſolymis, ac Vicarius Terræ Sanctæ, ab anno 1614. Ægypti in rebus ſpiritualibus S. Sedis Regens, Vir doctus, ac pius, ac inter Thraces patientia, & doctrina, veluti Martyr venerandus, ſcripſit:

Epiſtolas omnem redolentes ſanctitatem. Sic poſt Eliam de Amato in Pantoplogia Calabrica, laudatur à Joanne Marangoni, tomo 2. ſui Theſauri Parochorum, lib. 3. cap. 1. num. 73.

ANGELUS JOYOSA, Capuccinus, natione Gallus, Franciſci Joyoſæi Cardinalis, & Archiepiſcopi Toloſani Germanus frater, inter alia ſui ſpiritus monumenta, poſteris donavit

Flammas amoris Divini, & Soliloquia.

Documenta varia ſpiritualia, vna cum ejus vita, impreſſa Pariſijs 1612. Illius ſplendidè meminerunt XVII. AA. apud Dionyſium Genuenſem. Gabriel Capejus Turonenſis Regius Hiſtoricus anno 1587. illi adhùc viventi dicavit Traductionem Gallicam libri intitulati:

Methodus ad ſerviendum Deo. Jacobus Moriſius Carthuſianus Pariſienſis, anno 1588. Verſionem Gallicam libri inſcripti:

Commodum ſpiritale. Floruit in Oppido Ripoli, duabus leucis ab Urbe Taurinenſi diſsito anno 1608. Et Lutetiam translatus, condigno honore ſepultus eſt, hoc appoſito Epitaphio, ac ſanè diminuto præconio:

Hoc

Hoc tumulo condita ſunt oſſa
R. Patris Angeli de Joyoſa, olim Ducis,
Paris, Comeſtabilis Franciæ, & in Provincia
Occitaniæ Pro-Regis,
Qui ipſo ætatis flore, vt totum ſe Chriſto addiceret,
Tot honores, & opes abjecit;
Et Ordinem Capuccinorum ingreſſus
In eo reliquum vitæ tranſegit,
Singularis pietatis, & humilitatis exemplo:
In quo tandèm obijt,
Cum pro ſecunda vice eſſet Provincialis
Provinciæ Franciæ,
Et Diffinitor Capituli Generalis,
Anno Chriſti 1608. quarto Calendas Octobris.
Henrica Catharina, Henrici Montiſpenſerij
Ducis Vidua
Patri Chariſsimo mærens poſuit.

Conſule Illuſtriſ. Spondanum tom. 2. Annal. ad annum 1599. num. 9. & Artu-rum die 28. Septemb.

ANGELUS JUSTINIANUS, ex Inſula Chio, Regul. Obſerv. in Theologia & varijs linguis peritiſsimus, quas Patavij docuit, à Conſilijs, & Concionibus fuit Seren. Sabaudiæ Ducis, & Concilio Tridentino adfuit. In Italiam M.S. Græca excellentiſsima, quorum meminit Sixtus Senenſis, verbo *Cyrillus Alexandrinus*, & verbo *Catena Graca*, multo ære, ac labore collecta advexit. A Pio IV. in Galliam turbulentiſsimis temporibus miſſus, jura Eccleſiæ, & Religionis Chriſtianæ, coram Rege, & Regni Principibus, per annum, & ampliùs, acerrimè tutatus eſt, vti teſtatur Paulus V. ſuis Litteris datis anno 1606. 10. Kal. Decemb. Ex Gallia regreſſo, Pius V. Epiſcopatum contulit Genevenſem anno 1569. die 13. Octob. quem ille anno 1578. die 15. Decembris reſignavit in manibus Gregorij XIII. Bibliothecam habebat optimis libris, præſertim Græcis, inſtructam. Horatium Juſtinianum S. R. Eccleſiæ digniſsimum, & doctiſsimum Cardinalem non ſemèl audivit Uvadingus gloriantem ſe talem, ac tantum Virum Patruum habuiſſe. Porrò Angelus doctè ſcripſit:

Commentaria in aliquot capita Joannis.

Sermones quamplures. Obijt Genuæ, ſepultuſque eſt in Choro Templi Virginis Annunciatæ ſuorum Conſodalium, addito in marmore hoc Epitaphio;

Hìc ſitus eſt
Fr. Angelus Juſtinianus
Epiſcopus Genevæ
Expectans reſurrectionem
Corporis ſui.

Obijt

Obijt annos agens LXXVI. die 22. Febr.
Anno M. D. IC. VI.

Præclaram de illo agunt mentionem Uvadingus, S. Martha in Gallia Chriſtiana, Franciſcus Zazara de Nobilitate Italica, & fuſiùs Ubertus Folieta in Clarorum Ligurum Elogijs, pag. 227.

ANGELUS LANTUSCA, Italus, Comitatus Nicienſis Striĉtior. Obſerv. Reformatorum, Vir, non minùs doĉtrina, quam pietate æſtimandus, fuit enim Theologus, Concionator illuſtris, & Romanæ Provinciæ Secretarius, plura minimè contemnenda ſcripſit, è quibus extant:

Oĉtavarium Exercitiorum ſpiritualium, Italicè. Romæ apud Angelum Barnabo de Verme 1660. teſte Roſſoti in Syllabo Script. Pedemontij.

Regulam Tertij Ordinis S. Franciſci, unà cum Summario Indulgentiarum non revocatarum. Ibidem eodem ſermone, typis R. Cameræ Apoſtolicæ 1665. in 16. Vidi.

Theatrum Regularium, in quo brevi methodo, variæ deciſsiones, tàm Apoſtolicæ, quàm Ordinis Minorum de Obſervantia, necnon Decreta noviſsima Sacrarum Congregationum Urbis, jam publicata, ac regularem diſciplinam ſpeĉtantia, exarantur. Prodijt tertiò, nonnullis additionibus, Romæ ex Typographia R. Cameræ Apoſtolicæ 1669. in 12. Auĉtius verò ſtudio D. Abb. Franciſci Antonij Jannoni, ibidem 1669. in 4. Vidi. Unà cum Joanne Paulo à Roma Minorita compilavit, ac edidit:

Bullarium Romanum noviſsimum ab Urbano VIII. vſque ad SS. Clementem X. Romæ in eadem Officina 1672. tom. 2. in fol. Lugduni ſumptibus Laurentij Arnand 1673. volum. vnico in fol. Luxemburgi ſumptibus Andreæ Chevalier 1727. in fol. magno. Vidi. Ineditam reliquit in fol.

Hiſtoricam deſcriptionem ſuæ Provinciæ Romanæ, quam vidi Matriti in Archivio Ordinis. Eam legit N. Alva, vt teſtatur in ſua Militia, col. 85.

ANGELUS MARIA ANNABATA A PETTINEO, Præ-Leĉtor, Ex-Diffinitor, ac Ex Cuſtos in Meſſanenſi Provincia Minorum Capuccinorum, communis juris fecit patrio idiomate:

Conciones varias Panegyricas, ſub titulo: *Miracula gratiæ*. Neapoli apud Felicem Moſca anno 1706. in 12. Vidi. Agitur de eo in Bibliotheca Sicula.

ANGELUS MARIA MARCHESINUS, Capuccinus, Patria Vicentinus, Prov. Venetiarum, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Divini Verbi Declamator, ſcripſit, & evulgavit Italico idiomate, vt in ſua Bibliotheca refert Dionyſius Genuenſis, Curſum duplicatum Sermonum pro Oratione quadraginta horarum ſub titulo:

Tuba Ninivitica, & pharetra Prophetica. Baſſani apud Joan. Anton. Remondinum 1677. in 8. Item 100. Paradoxa Moralia intitulata:

Curioſitas ſanĉtificata. Pars prima fuit impreſſa Venetijs apud Bartholomæum Tramontinum 1673. Secunda ibidem ap. Petrum Antonium Brigontium 1679.

Gloriam Thienenſium, ſub quo titulo deſcribitur origo Imaginis Beatiſsimæ Virginis *de Ulmo* nuncupatæ, quæ conſervatur in Eccleſia PP. Capuccinorum Civitatis Thienenſis. Ibid. apud eundem 1679.

Dialogum ſpiritualem, interlocutoribus corpore, anima, Angelo bono, & malo. Venetijs apud Valvacenſem 1678.

Planĉtum Redemptoris. Sunt Carmina Italica ſuper Paſsionem D.N. Jeſu Chriſti. Vicentiæ apud Hieronymum Merendonum 1682.

Arcanum pulchritudinis eclipſata. Liber eſt de Paſsione Domini.

Reflexiones Morales, tom. 2. in 4. Venetijs 1685. ſub hoc titulo continentur hi duodecim traĉtatus:

De Animæ immortalitate.
De Chriſtiana Fide.
Motiva ad acquiſitionem Virtutis.
Perditio draconis exterminatoris.
Currus Innocentiæ victricis.
Civitas Sanĉtimoniæ.
Anteſignanus Exercitus purpurati.
Aquila ſublimis.
Palatium Philoſophiæ Cœleſtis.
Mare fraudulentum.
Scala amoroſi incendij. Inſuper exaravit quinque Curſus Sermonum pro Oratione 40. horarum ſub titulo:

Araldus Evangelicus. Latino verò idiomate, quæ ſequuntur:

Theſaurum reclusum Cœleſtium Arcanorum; id eſt, Loca quamplurima, quæ in Scriptura Sacra, cum ſe præſeferre contradiĉtionem videantur, perbrevi expla-

natione oſtenduntur penitùs conſona exiſtere. In 4. Venetijs 1678. Dupino teſte.

Officium Conceptionis Immaculatę Virginis Rithmicis verſibus ad formam Officij S. Franciſci compoſitum, in quo Antiphonæ, & Reſponſoria in vna ſola figura fundantur cum Hymnis proprijs.

Officium proprium D.N. Redemptoris pro Eccleſia Capuccinorum in Civitate Venetiarum in ejus die Feſto.

Officium S. Bonaventuræ ad formam Officij S. Antonij cum Hymnis, & alijs de proprio.

ANGELUS MARIA DE ROSSI, Italus, Provinciæ Romanæ Minorum Capuccin. Miniſter, communem Hiſpanis fecit:

Vitam S. Felicis à Cantalicio. Prodijt Matriti ex Officina Emmanuelis Romam 1713. in 4. Vidi.

ANGELUS N. Minorita, Muſicus inſignis, laudatur ad calcem operum Cardinalis Bona, pag. 579. ceu Author operis prænotati:

Flos Angelicus.

ANGELUS NEREIJ, Florentinus, Sacræ Theologiæ Magiſter, primùm Conventualis, deindè Regul. Obſerv. publicè interpretatus eſt Magiſtrum Sententiarum Pariſijs, in quem ſcripſit:

Tractatus aliquos, & Opuſcula. Jacet Aretij in Conventu S. Joannis. Antonius Terrinca par. 3. Theatri Provinc. Tuſciæ, ex Uvadingo.

ANGELUS ORABONA, Regul. Obſerv. Hujus Authoris nulla mihi aliundè notitia, quam ex Indice Bibliothecæ Neapolitanæ. Ejus autem in ſua Bibliotheca haùd meminit Nicolaus Toppi.

ANGELUS PALEA, Neapolitanus, Urbis Juvenacienſis, & Bartholomæus ab Urbe Veteri, Regul. Obſerv. valetudinario Cœnobij Aræ Cœlitaui in Urbe Præfecti, in Pharmacopolea petitiſſimi, ediderunt:

Cenſuram in Antidotarium Joannis Filij Meſuæ de declaratione ſimplicium medicinarum.

Solutionem inſuper multorum dubiorum, ac difficilium terminorum in re medica. Prodijt Venet. anno 1543. & Lugduni ex Officina Joan. Trellonij anno 1550. dedicata Guilielmo Peliterio Epiſcopo Montiſpeſſulani. Petrus Andreas Matthiolus in Commentarijs ſuper Dioſcoridem, librum hunc citat ſæpiſſimè. Hæc Uvadingus.

ANGELUS PARTENOPEO, Neapolitanus, ex Minoritis Conventualibus, prælo dedit in 4. teſte Nicolao Toppi in ſuo Opere de Scriptoribus Neapolitanis:

Orationem de Summo Hominis bono ad Romanum Senatum ſub Paulo III.

ANGELUS DEL PAS, Hiſpanus, Perpinianenſis, Prov. Catalonię, Vir Regularis Obſerv. reſtituendæ cupidiſſimus, ac proindè novæ Provinciæ Reformatorum Tarraconenſis, quæ poſteà in ipſo ortu extincta eſt, deſignatus Provincialis, Theologus facundiſſimæ, & ſolidiſſimæ doctrinæ, egregiè verſatus in Concilijs, Sanctis Patribus, Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Theologia Scholaſtica, Romæ ad D. Petrum in Monte Aureo diù commoratus, benevolentiam, &. beneficentiam Sixti V. frequentèr expertus, totum ſe pietati, Sacrorumque itèrum ſtudijs addixit. Miræ fuit abſtinentiæ, & pœnitentiæ, nudis pedibus ſemper incedens. Accepto à Sixto notabili ſubſidio pro inſtruenda Bibliotheca, & Apoſtolico obſecutus præcepto, *Sacra Evangelia Commentarijs illuſtravit*; & quidem Divino id præſtitit adjutorio, quod ipſe in Præfatione ad Evangelium Matthæi, clarè teſtatur. Et R. P. Fr. Juſtinus Miechovienſis, Dominicanus, ſuper Litanias Lauretanas, diſcurſu 392. fol. 536. *Cum ei*, inquit, *Sixtus V. juſſiſſet, vt ſcriberet Commentarium in quatuor Evangeliſtas, apparuit ei B. Virgo Maria cohortans eum, vt ei Commentationi initium daret.* Idcircò tam felici vena, & ſtylo conceptus profudit, vt Angelorum miniſterio hauſiſſe complura æſtimari poſſit, adeòque limata erat ſententia, quæ fluebat in calamum, vt cenſura, aut cœlatura, longè minùs cancellatura limari non deberet; vndè per Sacri Palatij Magiſtrum, inquit Nicolaus Antonius, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, pag. 72. ei licuit, nulla illius nota, aut ſigillo, quod moris eſt, munita, prælo, & oculis omnium committere opera ſua. Hæc ſunt:

Expoſitio Symboli Apoſtolorum 14. libris. Novem ex his tomo vnico in fol. prodierunt Romæ, paulò ante mortem Authoris, anno 1596. Vidi. Libri alij editi extant tomo alio in fol. teſte Ludovico Dupin, ſæculo 16. De primo, quem ſolùm legerat Poſſevinus, ita inquit: *Quem perlegiſſe* ſpero neminem pœnitebit, nàm & ſtylus elegans, & Eccleſiaſticus; ac cum plurima afferat, non tamen laxus, ſed preſſus, & Pattum Teſtimonijs, abſque tædio *legentium dives.*

In S. Evangelium Marci: Opus poſthu-

thumum, ſtudio noſtri Uvadingi excuſum Romæ 1623. in fol. Vidi.

In S. Evangelium Lucæ, cura ejuſdem. Romæ anno 1625. tomis duobus in fol. & ibidem 1642. Vidi. Habes quoque, apud Biblioth. Virginalem, ejus Expoſitionem ſuper *Miſſus eſt*, *& Magnificat*.

Enchiridion Divinæ, Scholaſticæque Theologiæ, diſtriburum in duas partes, ſpeculativam, & practicam. *Etenim paſſer invenit ſibi domum*. Ad Ferdinandum Mediceum Cardinalem Ordinis Protectorem. Prodijt Genuæ anno 1582.

Enchiridij Expoſitio, *ſeù Commentarium* in ſex libros diviſum.

De Fabrica Mundi, *ſivè de rerum omnium prima Creatione* libri duo. *Summa Dei bonitas fecit*.

De Cultu Sanctorum, *Oratione ad eoſdem*, *eorundem pro nobis intercesſione*, *& de Reliquiarum reverentia*. Ad Franciſcum Tagliacarneum Patritium Genuenſem. *Aſſertio prima Hæreticorum*. Compoſitus eſt hic Liber 1584. in Cœnobio Sanctæ Mariæ Genuenſi.

De Divino Amore captando, lib. 1.

De Confidentia hominis in Deum, lib. 3. ad Antonium Mariam Bracelleum Patritium Genuenſem: *Deum*, *etſi appetant mortales*.

De Parentum, *& Filiorum amore reciproco*, lib. ſex. *Artifex rerum omnium*.

Tractatus de reſtituenda diſciplina vetuſta Religionis S. Franciſci. Ad Ferdinandum Cardinalem Mediceum, Ordinis Protectorem. *Imperatus obmutui*. Genuæ anno 1583. ex Dupino.

Tractatus ſecundus de eodem. Quoniam difficilè arbitror. Ibid.

Tractatus tertius circà idem argumentum: ad Cardinales Congregationis de rebus Epiſcoporum, & Regularium. Ibidem.

Tractatus quartus de Reformatione Religionum in genere. Ad Felicem Cardinalem de Monte-Alto, mox Sixtum V. ſcriptum Genuæ anno 1583. *Non legi uſquam reformationem*. Ibidem.

Admonitiones vitæ ſpiritualis, diviſæ in duas partes; prima agit de rebus Sæcularibus: ſecunda de Spiritualibus: ad nobilem fœminam Veronicam de Mari Genuenſem anno 1584. Genuæ, Italicè.

De Amore, *& Cognitione Dei*, Italicè. Romæ 1596. ex Dupino.

Tractatus de digna, *& neceſſaria præparatione ad ſuſcipiendum Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum*. Prodijt Romæ apud Guilielmum Facciottum anno 1596. Italicè.

Diſcurſus ſpirituales ſuper Regulam S. Franciſci. Barcinone apud Petrum Malo 1579. in 8. Hiſpanicè. Vidi.

De Cœna Euchariſtica, lib. 1. Ibidem eodem anno. Romæ apud Facciottum. Inedita autem extant Latinè:

In Matthæum Commentaria 28. lib.

In Joannem Commentaria 3. libris.

In Symbolum Apoſtolorum, *volumen ſecundum*.

Commentaria in Abdiam Prophetam.

In omnia Evangelia de Tempore, *& Sanctis breves annotationes*.

Opuſculum Instructionis, *ſeù admonitionis ad Jacobum Sanchez Franciſcanum Commiſſarium Apoſtolicum deſtinatum Provinciæ Valentinæ*. Incipit: Longanimis, ac multùm miſericors, &c.

Opuſculum, *quo commendat Decretum prædicta Congregationis de tollendis omnium Regularium Cœnobiolis*, *in quibus ad conſervandam diſciplinam regularem neceſſarius Religioſorum numerus haberi non poſſit*. Cujus initium: Præpoſitum altera die.

De Inſtructione, *& educatione Religioſorum*, *Opuſculum*. *Naturam*, *qui lumine*, *&c*.

De Auctoritate Cardinalis Protectoris, lib. 1.

Oratio funebris in obitu Fr. Cæſaris Pergamenſis ejus ſocij. Poſtremò, Italicè.

De fundamentis boni ſpiritus, *& omnis perfectionis ſpiritualis*. Ad Prioriſſam Monaſterij S. Andreæ Genuenſis anno 1582.

De Profectu, *& ſplendore hominis ſpiritualis*.

De Chriſti amore, *quo pro nobis pati dignatus eſt*.

Tabulæ, *& Repertoria omnium ferè Conciliorum inſignium*, *quorumcumque Sanctorum Patrum*, *Illuſtrium Hiſtoricorum*, *& Vitarum Sanctorum*, *præſertim à Laurentio Surio collectarum*. Hæc omnia manu propria Angeli noſtri exarata, quæ an. 1625. Romæ in D. Petro Montis Aurei diligentèr cuſtodiebantur, devenere ad noſtri Uvadingi manus, vt hic teſtatur, ſubdens; *Et quidem* tot Libros legiſſe videtur, vt nihil ſcribere potuiſſet, & tot ſcripſit, vt nullum potuiſſe temporis ſupereſſe aliorum operibus perlegendis, quiſque *poſſet opinari*. Deceſſit Romæ ad Sanctum Petrum in Monte Aureo, die XXIII. Auguſti, ad cujus ſepulchrum legitur;

Cou

Conditur hìc ingens meritís P. Angel. vrna,
Hiſpanus patria, Religione Minor.

Et majuſculis litteris, teſte Mariano, fol. 630. ſequentia exarata leguntur: *Ve-* ,, *nerabilis* Pater Fr. Angelus de Pas, Or- ,, dinis Minorum Strictioris Obſervantiæ ,, Reformatorum, cujus vitæ, ſanctitatis, ,, doctrinæ claritas, prophetiæ ſpiritus, & ,, miraculorum gloria, quatuor Summis ,, Pontificibus Gregorio XIII. Sixto V. ,, Gregorio XIV. Clementi VIII. ac vni- ,, verſæ demùm Urbi admirationi *fuit*. Cor in Eccleſia S. Franciſci Trant-Tyberim juſſu Sanctiſsimi D. N. Gregorij XV. ſervatur; ejus olim amoris in Deum, Dei nunc in nos beneficentiæ inſtrumentum. De ejus ſanctitate plura lege ſis, & pluribus apud Arturum ad diem 23. Auguſti in ſuo Martyrologio Franciſcano, Marianum Orſcelar in ſuo Franciſco Redivivo, lib. 5. à fol. 612. Antonium Daza part. 4. ſuor. Chron. lib. 4. cap. 31. Franciſcum Caſtañeri in ejus Vita, edita Matriti typis Didaci Flamenco 1623. in 4. Ad ejus ſepulchrum appenſi erant olim verſus ſequentes:

Angele flos hominum, telluris ſydus Iberæ,
Et Franciſcanæ gloria magna domus.
Incola nunc Cœli es, quo te pius evocat ardor:
Sectaris vitæ dùm melioris iter.
O Chriſti meditare Crucem; duroſque labores!
Inque illis ſemper mens tua fixa fuit.
Indè tibi Sacræ doctrinæ haurire liquores
Mos erat, hìc totus, dùm pietate mades:
Quæ ſtupet hæc ætas, ſeri ſtupeantque nepotes
Ætherei ſcripſit flaminis auctus ope.
Indè petis radios, quorum fulgore micanti,
Mens tua ſplendeſcens, quæque futura videt.
Indè tibi licuit ſævos depellere morbos,
Quos contra medicæ non valuere manus.
Ad tua traxiſti totam miracula Romam,
Quæ nunc vota tibi ſupplice mente facit.
Dexter ades, faveaſque lubens, te, Patris amoris
Æterni, nobis conciliare, decet.

ANGELUS DE PERONA, Capuccinus, natione Gallus, Prov. Pariſienſis alumnus, Concionator fervidus, ac opinione ſanctitatis inſignitus, edidit:

Sermones duos de SS. Eucbariſtiæ Sacramento, Pariſijs habitos. Ibidem 1622. in 4. Dum Lutetiæ in Xenodochio S. Ludovici peſte laborantibus inſerviret, obijt anno 1622. ætatis ſuæ 27. teſte Authore erudito Biblioth. Scriptorum Capuccin.

ANGELUS PETRICA A SONNINO, Conventualis, Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor, S. Congregationis pro emendatione Euchologij Theologus, &

& olim Vicarius Patriarchalis Conſtantinopolitanus, ſcripſit, & edidit Opus inſcriptum:

Turris David, ſeù de Militante, ac Triumphante Eccleſia Diſputationes adverſus hujus temporis Hæreticos in duodecim libros diſtributa. Romæ apud Ludovicum Grignanum, anno 1647. in fol.

De Appellationibus omnium Eccleſiarum ad Romanam. Romæ apud Franciſcum Albertum Tanum, anno 1649. in fol. Hæc Uvadingus. Scripſit inſupèr Tractatum inſcriptum:

Redargutio diſſertationis, quam nupèr David Blondellus pro jure plebis in regimine Eccleſiaſtico edidit. Extat tom. 3. Bibliothecæ Max. Pontificiæ Thomæ Rocaberti.

De Triplici Philoſophia Ariſtotelis rationali, Naturali, & Divina Diſputationes. Romæ apud Angelum Bernabo 1672. in 4. Vidi. Ejus auctoritate non ſemèl nititur Fr. Antonius Caſtel, Minorita, potiſſimùm ſuper 2. Sententiarum, fol. 14. 15. & 27.

Diſputationes adverſus Hæreſes, & aliquorum Græcorum errores, ac etiam contra gentes, quæ Chriſtianam Religionem non aſſumunt, & Judæorum perfidiam. Romæ formis Ignatij de Lazaris, anno 1671. in 4. teſte Ciſtercienſi Imbonato in ſua Bibliotheca Latino-Hæbraica.

De Nobilitate, ejuſque Origine, & de recta forma regnandi, ad Principes Laicos. Ibidem, ac eiſdem typis 1659. in 8. Vidi. Floruit circa 1650. Agunt de eo Fr. Didacus de Lequile in ſuo Catalogo, & Ludovicus Dupin, ſæculo 17.

ANGELUS DE RACONIS, Capuccinus, natione Gallus, Prov. Pariſienſis alumnus, doctrina, & virtutibus clarus, ac Vir magni nominis, qui plurimis in tuenda Catholica Religione, & converſione Hæreticorum exantlatis laboribus, ſeptuagenarius ad Patriam evolavit Pariſijs anno 1650. reliquit, Dionyſio Genuenſi recenſente, ſuæ doctrinæ, & ſapientiæ non pœnitenda monumenta; ſcilicèt:

Calviniſmum abſque larua. Opus eſt doctiſsimum, ac bipartitum, in quo Calviniſmo laruam detrahit, ac illius deformitatem oſtendit. Tomus primus in 8. anno 1629. tom. 2. ibidem 1630.

Duo Emblemata, & figuræ ſymbolicæ Hæreticorum. Pariſijs 1627. in 4.

Excitatorium Catholicum, quo Miniſtri Catholici dormientes expergeſiunt. Cadomi 1624. in 4.

Narrationem converſionis Joannis Rochetæ in Urbe Trecenſi Judicialium cauſarum Patroni. Trecis 1663. in 8. Ejus meminit Dupin in Supplemento, tom. 3. & Le-Long lib. 4. Bibliothecæ Gallicæ anno 1679.

ANGELUS DE LOS RIOS VILLEGAS, Hiſpanus, Cantabricæ Provinciæ Regul. Obſervantiæ Pater, ac Vir cum alijs litteris egregiè eruditus, tùm maximè Theologicis quæſtionibus, præclaros, ſed manuſcriptos reliquit

Tractatus Philoſophicos, ac Theologicos ſeorſim aſſervatos in nonnullis laudatæ Provinciæ Bibliothecis.

ANGELUS SALVETUS, Italus, Senis ex Parentibus Florentinis exulibus natus, Vir doctus, ex Miniſterio Provinciæ Hetruſcæ, totius Ordinis Rector delectus, guvernavit annis duobus, menſibus quinque. Scripſit:

Tractatum de Judicio, & Anti-Chriſto, qui incipit: Tribus modis homines docentur, exemplo, magiſterio, flagello. Obijt in Patria anno 1423. Fusè agunt de eo Uvadingus in Annalibus ad annum Chriſti 1421. & Terrinca, part. 1. & part. 3. Theatri Prov. Tuſciæ.

ANGELUS SANTINNIUS, Italus, Florentinus, Regul. Obſerv. alumnus, Vir pius, & candidæ mentis, lingua vernacula ſcripſit:

Memoriale majus, & minus Fratrum defunctorum ſæpiùs citatum à Fr. Antonio Terrinca, Theatro 1. Prov. Tuſciæ. Ipſum conſulè ibid. part. 3. pag. 187. Obijt Florentiæ 1612. die 4. Julij.

ANGELUS SAVONENSIS, Capuccinus, Prov. Bononienſis alumnus, Apoſtolicus Concionator, Vir, non tàm nomine, quàm vultus venuſtate planè Angelicus, vt teſtantur Arturus in Martyrolog. Franciſcano, die 25. Aprilis, Boverius, & alij apud Bibliothecam Script. Capuccin. ſcripſit:

Concionem eruditiſsimam de laudibus S. Petronij Epiſcopi Bononienſis, impreſſam Bononiæ 1569.

Sermones de Tempore, quorum plures abſque ejus nomine ſunt evulgati. Prodierunt ibidem, teſte Dupin in Supplemento, tom. 3. Miraculis clarus floruit in Conventu Æſsij Provinc. Piceni, anno 1567.

ANGELUS DE SAN SEBER, natione Gallus, profeſsione Capuccinus, vt in ſuo de Scriptoribus Capuccin. Opere teſtatur ex Algecira Fr. Martinus de Torres

tecilla in *De Authoribus Capuccinis*, pag. 107. proprio idiomate ſcripſit, quod huc uſque videre non licuit, Opuſculum nempè inſcriptum: *Chiomachie conuatus auſent.*

ANGELUS SERPETRUS, Peruſinus, vix infantiam egreſſus, Franciſcanæ Familiæ nomen dedit, in qua, doctrina, & pietate ornatus, omnium conſenſu Generalis totius Ordinis electus eſt anno ſalutis humanæ 1450. Adfuit Umbriæ Fidei Quæſitor, & ſub Eugenio IV. Synodo Florentinæ. Omnibus ſui Ordinis Cœnobijs pedeſtri itinere, miro ſanctitatis exemplo, perluſtratis; vt animum ad ſanitatem, adque ad ſanctitatem obfirmaret, parciſsimæ menſæ aſſuetus, perpetuis Lucubrationibus addictus, Litterariam rempublicam *doctiſsimis Commentarijs in quatuor Libros Sententiarum adeò locupletavit, vt Toſtati cognomento vocaretur.*

Obijt in Patria die decimanona Auguſti anno Sæculi decimiquinti poſt Chriſtum natum, quarto ſupra quinquageſsimum. A Sancto Antonino, Archiepiſcopo Florentino, dictus Vir Magnæ Scientiæ. Jacet ibidem, Sancto Franciſco Sacram, ad Aram Maximam, ſub his Carminibus.

Angelus vt tenui nunc mortuus occubat vrna
Hic genitus Patriæ gloria magna fuit.
Cum Bernardini Templo celebrat, & ara eſt
Franciſci, Cuſtos tùnc Generalis eram.
Pontifice Eugenio Græcos, hæreſimque refelli;
Et tetigi fama ſydera celſa mea.

Laudant Angelum hunc plures apud Patrem Oldoinum, pag. 18. ſui Athæuei Auguſti.

ANGELUS A SIGESTRO, Capuccinus, Vir manſuetus, & prudens, Miniſter Provincialis Prov. Genuenſis, Italicè ſcripſit:

Statuta pro Societate Defunctorum, ab eodem inſtituta in quibuſdam Eccleſijs. Obijt Genuæ anno 1623. Ex Dionyſio Genuenſi. Impreſſa fuere Statuta Parmæ 1623. teſte Torrecilla.

ANGELUS SPEDIENSIS, natione Ligur, profeſsione Capuccinus Prov. Genuenſis, doctus, & pius Sacerdos, tranſtulit, vt in ſua Bibliotheca referr Genuenſis, ex Hiſpano in Latinum ſermonem.

Commentaria in Regulam Fratrum Minorum P. Leandri de Murcia. Habetur M. S. Spediæ.

ANGELUS TANCREDUS, Reatinus, nobilis in Sæculo miles, qui ad vocem dumtaxàr S. Franciſci invitantis converſus, numerum duodenarium Sociorum ejus vltimum complevit, ſcripſit:

Hiſtoriolam de geſtis S. Franciſci in Urbe, & valle Reatina.

Vitam ejuſdem S. Patriarchæ, ſimùl cum alijs duobus ipſius Socijs Leone, & Ruffino in Cœnobio Græcij in valle Reatina anno 1246. jubente Creſcencio Miniſtro Generali compegit, quæ proindè legenda trium Sociorum nuncupatur. *Sub Angeli nomine*, extat M. S. in Biblior. Canonicorum Regularium Tungrenſium Ditionis Leodienſis, Sandeto teſte, part. 2. ſuæ Bibliothecæ. S. P. N. Franciſci Teſtamentum ex ore ejus deſcripſit, ac proceſſum S. Claræ confecit. Miraculis clarus obijt 1258. Aſsiſij conditus propè Tumulum S. Franciſci. Conſule Arturum, ad diem 13. Februatij in *Martyrologio Franciſcano.*

ANGELUS TIPHERNIENSIS, ex Comitibus Ananlæ, alumnus Prov. S. Franciſci, profeſsione Capuccinus, Vir generis nobilitate, vitæ integritate, ac doctrinæ excellentia clarus, prælo dedit Opuſculum inſcriptum:

Conſideratio Myſteriorum Miſſæ, Italicè. Venetijs 1625. Inſupèr:

Flores diverſorum Sanctorum, ac Beatorum Eccleſiæ Tiphernenſis, & Reliquiarum, quæ in eadem Eccleſia honorificè aſſervantur. Tipherni apud Sanctum Mulinellum 1627. in 8. Obijt Romæ anno 1657. relinquens multa alia M. S. ſui ingenij monumenta, tàm Hiſtorica, quam Chronologica. Ex Uvadingo, Ludovico Jacobillo de Scriptoribus Umbriæ, &c.

& Torrecilla apud Dionyſium Genuenſem.

ANGELUS TITONUS, Panormitanus, Tertij Ordinis, Sacræ Theologiæ Magiſter, ſuæ Siculæ Prov. Diffinitor Generalis, Examinator, ac Viſitator, cellæ amantiſsimus Vir, qui magnam animi voluptatem in libris evolvendis ſe experiri fatebatur, Sacrorum Canonum, Juriſprudentiæ, Hiſtoriæ eruditionis ſacræ, & prophanæ, Theologiæ Scholaſticæ, Dogmaticæ, & Moralis volumina ſummè dilexit. Libros S. Thomæ Aquinatis, Scoti, Ariſtotelis, Ciceronis, ac Juſti Lipſij frequentèr præmanibus habuit. His ergo religioſis in exercitijs febri correptus, editis non exiguis religioſæ pietatis erga Deum, ac ſuos documentis, mortem opetijt in Crucis amplexu 27. Aprilis 1710. Varia ſcripſit, & præſertim nonnullos Philoſophiæ, ac Theologiæ Tractatus juxtà Scoti mentem, qui in Panormitano Cœnobio aſſervantur M. S. nempè:

Logica.

In Phyſicam, & Metaphiſicam libros.

De Deo Uno, & Trino.

De Viſione Beata.

De Angelis.

De Incarnatione Verbi, & Meritò Chriſti.

De Auxilijs Divinæ Gratiæ.

De Vitijs, & peccatis.

De Sacramentis.

De Juſtitia, & Jure.

De Theologia Dogmatica.

De Vera Prudentia regiminis magiſtra. Oratio habita Bononiæ in Comitijs generalibus. Anno 1689.

De Præſtantia, & de vtilitate Theologiæ dogmaticæ, oratio habita pro excitanda Conciliorum Academia.

Allegatio pro jure hæreditatis à quodam Mariano Montimurro legata in ejus teſtamento Conventui Panormitano S. Mariæ de Miſericordia, & alia hujuſmodi. Ex his, opera P. M. Ferdinandi Titoni ejus amantiſsimi Fratris ejuſdem Ordinis, prodijt Liber inſcriptus:

Clypeus Diſtinctionis Scoticæ, ſivè formalis. Opus poſthumum, Panormi typis Gaſparis Bajonæ 1712. in 4. Hæc apud Siculam Bibliothecam.

ANGELUS VIDAL, natione Hiſpanus, Cathalaunienſis Provinciæ, Theologus Jubilatus, atque Ex-Diffinitor, Gerundenſis Epiſcopatus Synodalis Examinator, à Cenſuris quoque Sancti Officij Inquiſitionis, ad prælum parata reliquit ex quatuor Libris Sententiarum duo juſta volumina in fol.

De Ente ſupernaturali increato, & creato. Utrumque cenſuris, ac licentijs munitum, cuſtoditur Barcinone in Bibliotheca Collegij S. Bonaventuræ ſub litt. B. num. 74. & 75. Item M. S. reliquit tomum in fol.

Deſcriptionem Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti, & eorum Chronologiam vnà cum alijs varia eruditionis Tractatibus, amplectentem. Præ manibus habuit ibidem in Bibliotheca Callæ Guardianalis Coadjutor meus, meuſque Germanus Fr. Fr. Petrus à S. Bonaventura. Demùm ſcripſit:

Chronicon Prov. Laletanæ M. S. aſſervatur in Generali Matritenſi Archivio plut. 1. Vidi. Clarebat Author anno 1673. quo ſcripſit.

ANGELUS VULPES A MONTEPILOSO, Regni Napolitani Urbe non ignobili, Minor. Convent. in Regio Cœnobio S. Laurentij Neapolis ſtudiorum Regens, Vir doctus, & affabilis, aſsiduus in ſtudijs, ab appetendis Religionis honoribus valdè alienus, illa in Urbe omnibus charus, plurimis proficuus, dùm quod eripit ſtudijs tempus, totum excipiendis Confeſsionibus, in viſendis infirmis, conſolandis afflictis impertit; Scoti elucidandæ Doctrinæ, & in clariorem methodum reducendæ, totus intentus, edidit

Summam Sac. Theologiæ Scoti, Tom. multis diſtinctam, & Commentaria in eandem, quibus illius doctrina elucidatur, comprobatur, & defenditur. Tomo primus primæ partis prodijt Neapoli apud Lazarum Scorigium anno 1622. in fol. Tom. 2. primæ partis, apud eundem Tom. 3. primæ part. apud eundem 1628 Tomus 1. ſecundæ part. apud eundem 1631. Tomus 2. part. ſecundæ, apud eundem 1633. Tomus 3. part. ſecundæ apud eundem 1655. Tomus 1. part. tertiæ, apud Annellum Coſſetam. Tomus part. tertiæ, apud eundem 1641. Tomus 1. part. quartæ, apud Camillum Cava. anno 1642. Tomus 2. part. quartæ, apud eundem 1645. Hæc Uvadingus. Scripſ. inſuper:

Judicium de vera Anima rationalis immortalitate ex Scoto. Neapoli 1632. apud Tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pagin. 567.

Vitam S. Gregorij Martyris Archiepiſcopi Armenorum, Italicè. Prodijt ibidem ex Officina Laurentij Scorigij 1636. in 4.

tette

teſte Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana. Diem clauſit extremum Neapoli, apud S. Laurentium conditus, hoc addito Epitaphio:

Frater Angelus Vulpes
A Monte Piloſo Min. Conventualis
Verè humanis noſcendis
Vulpes,
Veriùs Divinis Rimandis
Angelus
Duodenario Theologicorum
Voluminum extructo Monte,
Uſquequaque conſpicuus,
Hìc requievit anno ſalutis
M.DC.XLVII. XIV. Kal. Aprilis.

ANNA A CHRISTO, Hiſpana, ex Oppido Jetafe juxta Matritum, 8. Septembris Monialibus S. Eliſabethæ Toletanæ Urbis nomen dedit anno 1582. Divinitùs inſpirata, vnà cum V. Matre Hieronyma ab Aſſumptione ad Inſulas Philippinas gradum faciens, Manilenſem Conventum Diſcalceatarum S. Claræ ſacrum fundavit. Ubiquè virtutibus claruit, primaque fuit Noviciarum Moderatrix in novo Monaſterio. Tandem ipſum, vt Abbatiſſa verbo, exempliſque regens, migravit ad Sponſum anno 1633. Reliquit Tomis 2. in fol. M. S.

Vitam V. Matris Hieronymæ ab Aſſumptione, litteras, & calamum neſciens, vti teſtatur Fr. Lucas Jangues, pag. 97. ſuorum Chronic. Prov. Caſtellæ in fol. M. S. apud Matritenſe Archivium laudatæ Prov.

ANNA A CRUCE PONCE DE LEON, Hiſpana, genere clariſsima Montillenſis Cœnobij Clariſſarum alumna, ex ſuorum Confeſſariorum præſcripto litteris mandavit:

Vitam ſuam. Exſcriptam vnà cum ſuarum virtutum relatione publici juris fecit R. P. Martinus de Roa, Societ. Jeſu. Cordubæ in Officina Viduæ Andreæ Barrera 1604. in 4. Conſule Fr. Alphonſum de Torres, tract. 5. Chronic. Granatenſis Provinciæ Regul. Obſerv. cap. 19.

ANNA A JESU, Hiſpana, Sanctimonialis Clariſſa, ac Abbatiſſa Monaſterij Incarnationis Granatenſis vernaculè ſcripſit:

Vitam V. Eliſabethæ de Avalos, ſeù à Cruce, Fundatricis laudati Conventus, vnà cum vitis aliarum Monialium. Granatæ, ap. Franciſcum Heylan 1629. in 4. De ea, col. 88. ſuæ Militiæ N. Alva, & Nicolaus Antonius, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, fol. 74.

ANNA MARIA A S. JOSEPHO, Hiſpana, Villa-Caſtinenſis, quod Territorij Segovienſis municipium eſt non ignobile, anno 1581. nata, ſecundoque poſt ſexcenteſimum, in ſodalitio Monialium Excalceatarum Salmanticenſium, Deo renata, præſtans quidèm ardentiſsimæ in Sacrum, cui ſe dicaverat, Sponſum charitate, corporis macerationem, mentis abſorptæ à Deo exceſsibus, reliquoque virtutum choro; præcepto ejus, quem à confeſsionibus habebat, Joannetini ſcilicèt Niño Franciſcani:

Rerum ſuarum, & vitæ narrationem Epiſtolicam ad eundem remiſsit, quæ vnà cum alijs ſanctitatis ejus teſtimonijs ab ipſo edita eſt Salmanticæ 1632. in 4. Vidi. Gallicè reddidit Bonaventura Checrolier Recollectus, vti teſtatur Arturus *in Martyrolog. Franciſcano* pridiè Idus Maji, & in *Ginæceo Sacro*. Obijt hæc Sacra Virgo III. Idus Martij 1632. Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ. Conſule Chronica Provinciæ S. Pauli, tom. 1. lib. 2. num. 147.

ANNA MARIA PIMENTEL A S. FRANCISCO, natione Hiſpana, Monialis ex Tertiarijs Franciſcanis Emeritenſis

ſis Conventus Dominæ N. à Pietate, genere clara, moribus autem, ac virtutibus præclarior, ex præſcripto ſui Confeſſarij vernaculè ſcripſit:

Vitam ſuam, cujus Volumen in 4. ineditum lino variegato coopertum, repoſitum vidi in Archivio Emeritenſis Conventus Dominæ N. vulgò *de la Antigua*, anno 1729. die 20. Novembris.

ANNA DE ROBLES, Hiſpana, Monialis S. Eliſabeth Baecenſis Civitatis laudatur à N. Alva, col. 88. ſuæ Militiæ, ceù quæ ſcripſit:

Cancionem pro Immaculata puritate V. Matris Mariæ. Impreſſam cum alijs Granatæ 1651. fol. 291. Vidi.

ANSELMUS ANDEGAVENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Turoniæ alumnus, fervidus Concionator, Vir eximio Deiparæ Virginis cultu conſpicuus, ſcripſit, vt teſtatur in ſua Biblioth. Dionyſius Genuenſis:

De Efficacia intercesſionis Immaculatæ Dei-Genitricis Virginis Mariæ. Obijt ad Thermas Borbonij anno 1629. & de illo meminit Marcellinus de Piſe, tom. 3. Annal. Capuccin.

ANSELMUS FORARQUIVIO, Capuccinus, natione Gallus, Provincialis Miniſter Prov. Saliorum, Vir vitæ meritis, & doctrina perilluſtris, ſcripſit, Genuenſi Authore in ſua Script. Capuc. Biblioth.

Reſponſionem ad quendam librum anonymum, & hæreticum, cui titulus eſt: *Manifeſtum converſionis Gaſparis Martini.* Avenione 1649. in 4.

ANSELMUS HYACENSIS (alijs CRASSUS) Capuccinus, natione Siculus, doctrina celebris, apud ſuam Panormitanam Provinciam, edidit:

Vitam S. Veneriæ V. & Martyris, Italicè. Panormi 1679. in 8. Prodierat Meſſanæ ex Officina Jacobi de Matthæo 1665. in 4.

Compendium ejuſdem Vitæ. Catanæ apud Biſagni 1687. in 4.

ANSELMUS LEXOVIENSIS, Capuc. natione Gallus, Prov. Normaniæ Diffinitor, ac majoris Conventus Rhotomagenſis Guardianus, Concionator apprimè doctus, ſcripſit, vt in ſua Biblioth. teſtatur Dionyſius Genuenſis, ac Ludovicus Dupin, ſæculo 17. idiomate proprio librum Concionum de SS. Sacramento, ſub titulo:

Certamina victoriæ, & triumphi à Chriſto Jeſu Domino noſtro de Cœlo, Terra, & Inferno contra Juſtitiam Divinam, Mundum, ac Dæmonem conſecuti. Pariſijs Typ. Dionyſij Thierry 1687. in 4.

ANSELMUS MARZATUS, Capuccinus, Italus, Patria Monopolitanus, Vir ſtirpis nobilitate, ac ingenij excellentia clarus, quem Clemens VIII. Purpura decoravit Cardinalitia, M. S. reliquit, vt in ſua Biblioth. purpurata teſtatur Georgius Joſephus:

Volumen Concionum. Has eſſe, quas per totum novem annorum curriculum in Sacro Collegio, habuit, ſcribit Dionyſius Genuenſis, ſubdens etiam M. S. aſſervari *ejus integrum Curſum Theologiæ*, ac in ſua Genuenſi Bibliotheca *Concionem* eruditiſſimam habitam Romæ in Aula Conſtantiniana ad Sacrum Cardinalium Collegium. Corporis ſarcinam depoſuit hic Presbyter Cardinalis Tituli S. Petri in Monteaureo, in Civitate Tuſculana, anno 1607. Corpus ejus Romam delatum, in Monteaureo, abſque inſcriptione, terræ mandatum fuit. De ipſo plura laudarus Georgius, ac Gravina *in Voce Turturis*, part. 2. pagina 242.

ANSELMUS ORLONIENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Prov. Aquitaniæ alumnus, multa virtute, ac eruditione præclarus, Divini Verbi Eccleſiaſtes celebris, & ad animarum lucra ita aſſiduus, vt ducentos ſupra mille Sagos, ac Sagas à confeſſionibus audierit, & è Satanæ manibus eripuerit, Opus publicavit Gallico idiomate ſub titulo:

Experimentales demonſtrationes intellectus, viſus, auditus, & tactus, quibus probat incredulos eſſe Sagos, & Sagas, nonnullis illuſtrationibus additis. Pariſ. in 4. 1673. Ex Dupin, ſæculo 17. & Genuenſi.

ANSELMUS POLONUS, Patria Cracovienſis (vt ex ſuis ſcriptis infert Coronelli, tom. 3. Biblioth. Univerſalis, num. 2774.) Regol. Obſerv. Opus edidit merito laudatum à Moreri, Boiſio, Dupin, Le-Long, & alijs, nempè

Deſcriptionem Terræ Sanctæ, ejuſque Itinerarium. Cracoviæ 1514. Habes apud tom. 6. Henrici Caniſij editum Ingolſtadij 1604. in 4. Incipit à fol. 1289. hiſce verbis: *Ut quiſque faciliùs.* Vidi. Claruit Author anno 1505.

ANSELMUS RASET, Capuccinus, Gallus, Provinciæ Toloſanæ Theologus, ac pius Concionator, ſcripſit tom. 4. in 8. Gallico idiomate ad perfectionem acquirendam acommodatos, ſub hac inſcriptione:

Ludus ſpiritualis Theophilæ, & Olimpiæ. To-

Toloſæ 1683. Ex Dionyſio Genuenſi in Biblioth. Script. Capuccin. & Dupin, ſæculo 17. Vivebat anno 1690.

ANSELMUS TURMEDA, Hiſpanus, Catalaunienſis Minorita, qui ex Magiſtro Sectæ Mahometicæ ad Dominum miniſterio Angelorum converſus, pro Fide Catholica ſanguinem fudit, ac Martyr glorioſus evaſit, publicis juris fecerat

Documentorum Catholicorum, ac Moralium tractatum egregium, qui manibus puerorum teritur in Gotholaniæ Principatu, ſub titulo: *Fra Anſelm.* Conſule Petrum Serra de Prodigijs Sanctorum Angelorum à pag. 176.

ANSELMUS DE VIENA, Provinc. Auſtriæ Miniſter, ac Ordinis Diffinitor Generalis, Vir ad concionandum aptiſsimus, egregia edidit volumina

Concionum variarum, ex relatione laudatæ Provinciæ. Aſſervantur M.S. in Bibliotheca Academica Vienæ, teſte N. Alva, col. 1589. ſuæ Militiæ in Appendice nonnulla exſcribente. Deceſsit apud S. Hyppolitum Diœceſis Paſſavienſis anno 1535. Agit de eo Marracius in ſuæ Bibliothecæ Appendice.

ANTONIA DE LOS RIOS, Hiſpana, Monialis Sanctæ Crucis Corduvenſ. Hiſpanè, ſcripſit;

Cantionem de Immaculato Conceptu Dei Matris Mariæ. Impreſſ. cum alijs Granatæ 1651. fol. 271. Hæc N. Alva, col. 91. ſuæ Militiæ.

ANTONINUS BREPANENSIS, Siculus, Regul. Obſervant. Apoſtolicus Concionator, Lector Jubilatus, ac Provincialis Miniſter, Italicè vulgavit, teſte Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ,

Novendiale Sacrum in honorem S. Antonij Patavini. Panormi apud Coppulam 1693. in 12.

Summarium Indulgentiarum ijs conceſſarum, qui Euchariſtiæ Sacramentum comitantur. Ibid. apud Conſtantium anno 1703. in 12.

Panegyrim del audibus S. Paſchalis Baylon. Ibidem.

ANTONINUS A RANDATIO, Siculus, ex familia Tetti natus, ſtrictioris Obſervant. Provinc. Vallis Mazariæ alumnus, Vir pius, in evolvendis antiquis monumentis ſuæ Patriæ, & Religionis aſsiduus: ſemèl, atque iterùm Procurator ſanctitatis, vitæ, & miraculorum B. Benedicti à S. Tradello ejuſdem Provinciæ alumni, ſcripſit Italicè tribus tomis in fol.

Vitas Fratrum, & Sororum Trium Ordinum Sancti Franciſci, qui ſanctitatis fama obiere. Primi, & tertij tomi Authographum erat apud Uvadingum, indè apud Tognolettum, ex quibus multa excerpſit pro ſuo Paradiſo Seraphico. Tomus ſecundus ſervatur in Cœnobio Sanctæ Mariæ Portus Silvi Meſſanæ.

Chronica Beatorum Siculorum Regul. Obſerv. M. S. ſervantur in fol. in eodem Cœnobio.

Chronica Beatorum Siculorum Reformatorum. M. S. in fol. ſervabat memoratus Petrus Tognolettus, teſte Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ. Anno 1611. nonnullas Icones Fratrum ſtrictioris Obſervant. qui ſanctitatis fama claruerunt, ære inciſas edere curavit, & vnicuique ſuum addidit elogium: Agunt de eo plures apud laudatum Mongitore.

ANTONINUS THERMITANUS, Siculus ſtrictioris Obſervant. Reformatorum, Laicus, licèt Panormi magno probitatis exemplo diù in quærendis, ac colligendis eleemoſynis conſtitutus, patrio idiomate ſcripſit ligato ſermone:

Hiſtoriam S. Catharinæ Virginis, & Martyris. Extabat apud Petrum Tognolettum, vti ipſemet teſtatur in Paradiſo Seraphico, parte 1. lib. 5. cap. 1. apud Antonium Mongitori, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ. Obijt Panormi anno 1656.

ANTONIUS DE ABBATE, Minorita, cujus meminit in Catalogo Scriptorum illuſtrium Ordinis Fr. Auguſtinus Uvite, pag. 67. ſcripſit Uvadingo teſte:

Sermones de Adventu Domini, & alia.

ANTONIUS DE ABILA, Hiſpanus, Provinc. Sancti Joſephi Diſcalceatorum digniſsimus filius, necnon Pater, Vir Philippo III. pijſsimo Hiſpaniarum Regi dilectus, virtutibus, ac miraculis clarus, vitam conſcriptam reliquit cujuſdam Venerabilis Laici Diſcalceati viſionibus, ac revelationibus illuſtris, cujus conſcientiæ, & ſpiritus arbiter, & Pater olim fuit in noſtro S. Antonij Abulenſi Conventu, nempè:

Vitam Vener. Fr. Philippi à Barcinone. Ad litteram ferè fidelitèr tranſcriptam in

in publicum miſſerunt Joannes à S. Maria, lib. 3. part. 2. ſuorum Chron. cap. 35. Martinus à S. Joſepho, part. 2. à fol. 127. Cum quibus tom. 1. meorum Chronic. Prov. S. Pauli, lib. 4. à cap. 18. Floruit anno 1616. non exigua ſanctitatis opinione.

ANTONIUS ALBATERRENSIS, natione Gallus, Provinciæ Turonenſis Minor. Capuccin. alumnus, Theologus, ac fervidus Concionator, cum indefeſſo labore Calviniſtas exagitaſſet, librum edidit prænotatum Gallicè:

De Purgatorio, ac reali exiſtentia Corporis Domini N. Jeſu Chriſti in Eucharistia. Putavij apud Amaſſard. 1658. Ex Bibliotheca Script. Capuccinorum, in Appendice.

ANTONIUS ALICANTE, Capuccinus, natione Hiſpanus, Provinciæ Valentinæ Concionator, Novitiorum Magiſter, ac pluriès Diffinitor, Vir doctrina, ac moribus apprimè ornatus, edidit:

Monita ad recentes Prædicatores, cum Tractatu brevi Sacræ Scripturæ. Valentiæ typis Hieronymi Villagratia 1661. Vidi. Inedita reliquit, teſte Authore Bibliothecæ Valentinæ, pag. 59.

Ceremoniale Sacrum.

Chronicon Provinciæ Valentinæ Minorum Capuccin. Extat hujuſce mentio apud Nicolaum Antonium, & Genuenſem.

ANTONIUS ALVAREZ, Hiſpanus, Beneventanus Prov. Compoſtellanæ Regul. Obſerv. doctus Eccleſiaſtes ſcripſit Hiſpanicè:

Sylvam ſpiritualem variarum conſiderationum ad recreandam animam, in tres tomos diſtinctam. Primus prodijt, primò Salmanticæ; deindè Valentiæ anno 1591. Secundus Valentiæ apud Philippum Mey, anno 1590. deindè Salmanticæ, anno 1594. Tertius additionum ad Sylvam, qui tertià pars ejuſdem appellatur, primò Barcinone ſumptibus Gabrielis Lloberas, anno 1595. deindè Valentiæ, anno 1596. in 4. Vidi.

Miſcellanea pro Concionatoribus. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1607. in 8. Vidi. Agunt de ipſo Uvadingus, Nicolaus Antonius, & Alva in Militia. Vixit anno 1598.

ANTONIUS AMATOR, Hiſpanus, Provinciæ Granatenſis Regul. Obſerv. Concionator, ac Guardianus Conventus S. Joannis Baptiſtæ ab Oxxixar, in laudem Puriſsimæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis opus ligato ſermone conſcripſit, ac edidit, ab Hiſpanis dictum; *Auto.* Ejus titulus:

Vallis lachrymarum in gaudium verſa. Extat à fol. 83. libri prænotati: *Elogia Mariæ Sanctiſsimæ* juxtà ejus editionem factam Granatæ typis Franciſci Sanchez, anno 1651. in 4. Vidi. De eo pertractat N. Alva, col. 92. ſuæ Militiæ. Communem quoque fecit Concionem ad populum gravem habitam: *De Puriſsima Virginis Conceptione.* Habes ibidem à fol. 359. & ſeorſim ibidem 1671. in 4. Maracio teſte.

ANTONIUS A S. AMBROSIO, Luſitanus, Prov. Portugalliæ Regul. Obſervantiæ Theologus, communem fecit vernaculè:

Panegyrim de Laudibus SS. Ludovici Gonzaga, & Stanislai KosKa in eorum Canonizatione. Ulyſsipone typis Joſephi Antonij à Sylva 1728. in 4. Ex Fr. Ferdinando à ſolitudine memoratæ Prov. Chronologo.

ANTONIUS AMICIUS A FOSSA, Aquilanus, V. Bernardini à Foſſa Conſanguineus:

Vitam hujus diligentiſsimè conſcriptam, latinitati donavit, & in Epitome contraxit, teſte Arturo ad diem 29. Novembris, in Martyrologio Franciſcano, §. 2. Prodierunt quoque ejus ſtudio monumenta laudati Bernardini.

ANTONIUS ANDREAS, Hiſpanus Atagonius, Minorita, Doctor Dulcifluus à ſuis, & non ſuis nuncupatus, ita preſsit veſtigia ſui Præceptoris Scoti, vt hodie vſque, ait Fr. Bonaventura Baro, tom. 1. Opuſcul. part. 13. §. vnico, lis pendeat, *quis cujuſdam Operis Author ſit, Antonius, an Scotus?* Scripſit, & accuratè:

Commentarios in Artem veterem Ariſtotelis, ſcilicèt, in Iſagogen Porphyrij, Prædicamenta, & poſt Prædicamenta Ariſtotelis. Incipit: Gyrum Cœli circuivi ſola. In clara Civitate Vicentina 1477. in fol. teſte Maithare in ſuis Annalibus Typographorum, fol. 125. Vidi Editionem antiquam emendatam per Fr. Lucam de Suberetto Provinciæ Tuſciæ alumnum in fol. Extat Extremaduræ in Biblioth. Emeritenſis Conventus Regul. Obſerv. ſub litr. C. num. 90. Prodierunt etiam Venetijs apud Octamanum Scotum, anno 1513. in fol. Deindè anno ſequenti ibidem bis ex diverſis Typographijs, primò ex Georgij Arivabeni, die 7. Julij emendatæ, & correctæ per Fr. Angelum Lucidum Picenum

Fir-

Firmanum: ſecundò ex Gregorij Gregorijs, die 26. Auguſti correctæ per Fr. Franciſcum de Valentia Provinciæ Januenſis: Utramque habuit Uvadingus noſter, ignoti quoque Authoris Franciſcani vetuſti Commentarios M. S. in Opus iſtud ſub nomine Antonij Andreæ ab illo paſsim citati.

In quatuor libros Sententiarum, Opus quidem valdè doctum, quod cum diù latuiſſet, Fr. Conſtantius Cardinalis Sarnanus, Minorita è tenebris erutum, atque expolitum, & locupletibus Indicibus, atque ad marginem annotationibus illuſtratum, emiſit. Venetijs apud Damianum Zenarium, anno 1578. cum priùs ibidem prodiiſſet anno 1572. Floruit circa annum 1320. Ejus mentio extat apud cunctos ferè Nomenclatores. Conſule Briceſio parte 1. ſuarum Controverſiarum, pag. 125. Brandinus Poeta Venetus apud Blaſcum de Lanuza, lib. 5. Hiſtoriarum Aragonenſium, cap. 38. Antonium Andream commendans accinebat ita:

Certa manent firmo magna præconia laudis,
Nec minus ingenio Lucide docte tuo.
Qui prior Antonij Cœleſtia ſcripta poliſti
Andreæ, quem mox Scotica turba colit
Tantum docta cohors debet tibi Lucide, quantum
Utile, Divinum, ſæculis extat opus.

ANTONIUS AB ANGELIS, vide EMMANUEL AB ANGELIS.

ANTONIUS AB ANGELIS, alter, Minorita, qui diù Hieroſolymæ habitavit, anno 1578. Romam reverſus, in Conventu S. Mariæ Aracœlitano dedit in lucem

Topographicam delineationem Civitatis Hieruſalem, vt ad finem Theatri Terræ Sanctæ impreſsi Coloniæ Agripinæ in fol. magno, legitur.

ANTONIUS A S. ANNA, Hiſpanus, ex Oppido Paſſaron in Extremadura, genere clarus, præclaruſque filius Diſcalceatæ Provinciæ S. Pauli in Veteri Caſtella, numero Converſorum adſcriptus, ſocius fideliſsimus fuit glorioliſsimi Martyris V. Fr. Sebaſtiani à S. Joſepho præfatæ Provinciæ alumni. Vir Crucis avidiſſimus in Inſulas Molucas etiam tranſivit, & poſt multos labores ab eodem Siccario, & carnifice captus, & in Inſulam Tagolandæ deductus, mulierum furori mactandus exponitur, à quibus, dentibus, vnguibus ferreis, cultriſque dilaniatus, longi, & crudelis martyrij pœnas ſuſtinuit, die 24. Junij, anno 1610. Morienti caput abſcîſum eſt: Corpus verò in aquas depreſſum, mergi non potuit. Memoriam ipſius faciunt Didacus de Lequile, tom. 1. Hierarchiæ Seraphicæ, Uvadingus ſupra dictus, Peregrinus in Catalogo, Arturus in Martyrologio, die 24. Junij, Tiburtius Navarro de Fruct. poſthumis S. Petri de Alcantara, cap. 18. Joannes à S. Maria, tom. 2. Chronic. Martinus à S. Joſepho, Antonius de la Llave in Chron. Provinciarum S. Pauli, & S. Gregorij, ac plures alij. Scripſerat in Vinculis, igne potiùs, quam attramento:

Epiſtolam, cujus fragmentum publicavi parte prima meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceator. pag. 18. Pro ejus Canonizatione extant Proceſſus confecti. De ejus Vita, & Martyrio latè in meis Chronicis, tom. 2. lib. 2. cap. 5. De eo Fortunatus;

Duplex lucta fuit, proprijs redimenda coronis,
Laurea Martyrij, Virginitatis amor.

ANTONIUS AB ANNUNTIATIONE, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Bæticæ, Sac. Theologiæ Lector, ſcripſit, ac edidit vernaculè:

De Communione quotidiana. Gadibus per Joannem Laurentium Machado anno 1669. in 8. Valentiæ typis Vincentij Cabrera 1677. Vidi.

AN-

ANTONIUS AB AQUILA, Minorita, Opus edidit minimè contemnendum ſub titulo:

Arabicæ linguæ Inſtitutiones. Romæ 1650. In 8. Vidi in Regia Bibliotheca Matritenſi.

ANTONIUS DE ARANDA, Hiſpanus, Turrilacunenſis, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. Provincialis Miniſter, à Confeſsionibus Sereniſsimæ Mariæ Hungarorum, & Bohemorum Reginæ, Joannæque Luſitaniæ Principis Caroli Cæſaris Filiarum, Vir pietate, ac eruditione clarus, ſcripſit:

Informationem Terræ Sanctæ, ſicuti ille viſit, anno 1530. Hiſpanicè. Compluti 1531. In 8. & 1533. in 4. ap. Michaelem Egia. Ibid. 1552. per Joannem Brocar in 4. Ibid. typis Ludovici Gutierrez 1563. in 8. Vidi. Aliam Editionem Complutenſem anni 1587. laudat Uvadingus. Aliam in 4. abſque loco, & anno, cui acceſsit:

Vitam S. Amari, & S. Mariæ Magdalenæ, Leo Pinelo in ſua Biblioth. Mariana M. S. apud Bibliothecam Matritenſis Conventus Regul. Obſervantiæ. Præterea ſcripſit vernaculè:

De Septem Verbis Deiparæ ſemper Virginis. Compluti 1552. in 4. Ibid. 1557. in 8. Vidi.

De Monte Calvariæ. Compluti ap. Joannem Brocar 1551. in 4. Ex Dupin in Supplemento, tom. 3. & Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, quo Authore ſcripſit demùm patrio idiomate:

Vitam RR. ac V. D. Fr. Franciſci Ximenez de Ciſneros, Cardinalis Archiepiſcopi Toletani. Hanc, ſubdit idem Nicolaus Antonius, ſecutus eſt Anonymi Authoris nomenclatura donatam, *Franciſcani*, videlicèt, *Turrilacunenſis*, Alvarus Gomez in rebus illius geſtis.

ANTONIUS ARBIOL, Hiſpanus, in Oppido de Tortellas Tiraſonenſis Diœceſis natus, Lector bis Jubilatus ſuæ Aragonenſis Provinciæ, Ex-Provincialis Miniſter, Cæſaraguſtani Archi-Præſulatus Examinator, Sanctæ Inquiſitionis Qualificator, Canatienſis Provinciæ, tàm Fratrum, quàm Monialium Apoſtolicus Viſitator necnon Valentiæ, & Burgenſis Provinciarum Pater, Vir certè in Divinis Scripturis egregiè doctus, & humilis corde, qui licèt anno 1720. ad Civitatenſem Eccleſiam electus eſſet Antiſtes, nullatenùs electioni acquieſcens, in Teſtamento ſuo pauperrimè, & religiosè ſtare decernens, non pauca Volumina cunctis fidelibus vtilia, quibus ingenium ſuum, ſuumque ſpiritum rectum ad notitiam poſteritatis deduxit, conſcripſit, è quibus extant:

Manuale Sacerdotum ſacris litteris illuſtratum, latino ſermone, in 4. Cæſarauguſtæ, anno 1693. per Jacobum Magallon. Vidi.

De Tertio Ordine Seraphico; vernaculè, Cæſarauguſtæ eiſdem typis anno 1697. in 4. Vidi.

Marianum Certamen Pariſienſe in favorem Myſticæ Civitatis Dei V. Matris Mariæ à Jeſu de Agreda, in 4. latino ſermone. Ibidem anno 1698. litteris Emmanuelis Roman. Vidi.

Opuſculum, vernacula lingua, cui titulus: *Novendiale ſpirituale S. Oroſiæ, Virg. & Martyris.* Ibidem apud eundem anno 1699. in 8. Vidi.

Diſputationes varias, & ſelectas, Scholaſticas, & Dogmaticas de Fide Divina, de Euchariſtia, & de Revelationibus privatis. Ibidem, & in eadem Officina anno 1702. in fol. Vidi.

Speculum Viri ſapientis, & prudentis; latino idiomate. Ibidem, ac eiſdem litteris anno 1711. in fol. Vidi.

Tractatum in 4. nativa lingua prænotatum: *Luces myſticæ, & ſpirituales.* Ibidem apud Hæredes Emmanuelis Roman anno 1713. Ad calcem libri hujus affert propoſitiones damnatas Janſenij Molinos, & aliorum Hæreticorum. Vidi. Item Opuſculum Hiſpanicè inſcriptum:

Sudor mirabilis imaginis S. P. N. Franciſci in Oppido Traid Diœceſis Seguntinæ, & Regni Caſtellæ, die 10. Decemb. anno 1713. Ibid. in 4. Vidi. Librum quoque in 4. ſermone Hiſpano edidit, cui titulus:

Familia Regulata. Cæſarauguſtæ anno noſtræ ſalutis 1713. per Hæredes Emmanuelis Roman. Vidi. Eodem idiomate:

Fidelis emendatus, vnà cum Exercitijs Fratrum Tertij Ordinis S. P. N. Franciſci. Ibidem typis Didaci de Larumbe, anno 1714. in 16. Vidi.

Vitam V. Matris Jacintæ de Atondo; ſermone Hiſpano, & in 4. Ibidem per Hæredes Emmanuelis Roman, anno 1717. Vidi. Tractatum etiam in 4. nativo idiomate ſub titulo:

Religioſa Inſtructa. Ibidem ex eadem Officina, anno 1717. Vidi. Patria quoque lingua, librum prænotatum:

Hiſpania felix cum miro Adventu Reginæ Angelorum Mariæ Dominæ noſtræ, adhùc cum viveret, ad Imperialem, & Au-

gaſ-

Digitized by Google

guſtam Civitatem Syracuſanam. Ibidem per Petrum Carreras, anno 1718. in 4. Vidi. Latino idiomate:

Lumen Concionatorum. Ibidem, eiſdemque typis, anno 1719. in 4. Vidi. Patria lingua:

Vitam V. Patris Fr. Ignatij Garcia, cum ſex concionibus pro Miſsionarijs Apoſtolicis, & Explicatione Doctrinæ Chriſtianæ. Ibidem apud eundem anno 1720. in 4. Vidi. Latina quoque lingua, librum, cui titulus:

Sermones humiles myſtici, & morales. Ibidem, eiſdemque litteris anno 1721. in 4. Vidi. Item Opuſculum nativa lingua prænotatum:

Expoſitio Doctrinæ Chriſtianæ. Ibidem apud Hæredes Emmanuelis Roman, anno 1721. in 16. Vidi. Libellum alium ſermone patrio inſcriptum:

Viſitatio Infirmorum, ac Exercitia ſancta pro agonizantibus. Ibidem per Petrum Carreras, anno 1722. in 16. Vidi. Inſuper vernaculè ſcripſit opus hujus inſcriptionis:

Myſtica fundamentalis Chriſti Domini noſtri expoſitta ab Joanne de la Cruz. Ibidem per eundem anno 1723. in 4. Vidi. Patria quoque lingua aliud prænotatum:

Vocatio Eccleſiaſtica examinata cum Divinis Scripturis, Concilijs Sacris, Sanctis Patribus, & Bullis Apoſtolicis. Ibidem in eadem Officina anno 1725. in 4. Vidi. Item vernaculè:

Confeſsiones, & Communiones ad vitam Chriſtianam ſpiritualitèr componendam. Ibidem per eundem anno 1724. in 12. Vidi. Pia quoque Opuſcula Hiſpanico idiomate, nempè:

Novendiale Sacrum Dominæ noſtræ de el Pilar. S. Laurentij, S. Vincentij Ferrer, S. P. N. Franciſci, S. Raphaelis, ac Via Sacra Exercitia. Quæ omnia ſigillatim in diverſis temporibus edita ſimùl invenies in opere ſuperiùs laudato, cujus titulus:

Explicatio Doctrinæ Chriſtianæ. Demùm opus poſthumum prænotatum:

Clades luxuriæ, & ſua remedia. Cæſarauguſtæ, typis Petri Carreras, anno 1726. in 8. cura, & ſolicitudine Regalis Conventus S. P. N. Franciſci ejuſdem Urbis, in qua floruit, & obijt eodem anno religioſiſsimus Author, cujus exemplatem vitam præfixam habes in ejus funebri oratione ſub Themate:

Lumen Candelabri noſtri extinctum eſt. Ibidem excuſa typis Franciſci de Sevilla 1726. in 4.

ANTONIUS AB ARCHANGELIS, Luſitanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Algarbiorum Lector emeritus, ac Pater à Theologicis cenſuris S. Officij, Regius Concionator, ac Trium Ordinum Examinator, communes fecit vernaculè:

Orationem in Dedicatione Eccleſiæ Dominæ noſtræ Lauretanæ Ulyſsiponenſis. Prodijt ibidem, ex Officina Joannis Galram, in 4.

Panegyrim in Laudem Immaculatæ Conceptionis Reginæ Angelorum. Connimbricæ typis Thomæ Carvallo, annò 1672. in 4. Vidi.

ANTONIUS ARETINUS, Nerius, Provinciæ Tuſciæ, Concionator Apoſtolicus, Doctor Pariſienſis, ex Illuſtriſſ. Ulyſſiponienſi, Toſigniano, ac Uvadingo ſcripſit:

Commentaria in quatuor libros Sententiarum.

Sermones varios ad populum, & alia. Floruit anno 1450. De eo pluriès Fr. Antonius Terrinca in ſuo Theatro Genealogico Prov. Tuſciæ.

ANTONIUS DE ARNEDO, Hiſpanus, Capuccinus, Prov. Caſtellæ alumnus, & Eccleſiaſtes, ex Latino in Hiſpanum convertit, ut habeo ex Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum:

Flores Seraphicos Virorum Illuſtrium Capuccinorum R. P. Caroli Bruxellenſis. Matriti 1669. tom. 2. in fol.

ANTONIUS ASSISIAS, qui Minoritis adſcriptus, florebat anno ſalutis 1466. ſcripſit, non tamen edidit

Bibliorum Anacaphaleoſin. Hæc Jacobus Le-Long, pag. 611. ex Uvillot, Rodulpho, & Uvadingo.

ANTONIUS ATRIENSIS, ſeù DE ATRI (minimè in Bruttijs, ſed in Aprutio uti obſervat in ſua Bibliotheca Neapolitana Nicolaus Toppi) Regul. Obſervantiæ alumnus, Vir pietatis nomine commendatiſsimus, Italicè ſcripſit ligato, ac ſoluto ſermone:

Meditationes varias de Beneficijs Creationis, Gubernationis, Redemptionis, ac Glorificationis. Venetijs per Jacobum de Penci, anno 1514. in 4. magno. Vidi. Et 1552. apud Joannem Paduanum in 4. teſte laudato Toppi.

Exercitium ſpirituale. Prodijt Venetijs, ait Uvadingus, anno 1564.

ANTONIUS DE AUDICENA, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & Diffinitor Prov. Cantabriæ, edidit Latinè:

Con-

Conciones Quadrageſimales ingenioſas valdè, & perutiles. Pampelone per Martinum Mars 1601. in 4. Vidi. Uvadingus, & Nicolaus Antonius eum commendant.

ANTONIUS A S. AUGUSTINO MONTENEGRO, Hiſpanus, ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, Sacræ Theologiæ Lector, publici juris fecit:

Orationem funebrem in Exequijs Fr Balthaſaris Diaz, Lectoris Jubilati, ac Diffinitoris ejuſdem Provinciæ. Hiſpali apud Franciſcum Blas 1705. in 4. Vidi. Ineditum reliquit in 4.

Apologeticum in gratiam Aſtidoniæ, primatu voti emiſſi pro myſterio Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis. Aſſervatur in Bibliotheca laudatæ Civitatis.

ANTONIUS BACELAR, ſeù BARCELLOS, Luſitanus, Provinc. S. Jacobi Regul. Obſerv. alumnus, quem excipit Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, ſcripſit vernaculè, ac edidit:

Evangelicum Apologeticum pro Conſanguinitate S. Jacobi cum Chriſto Domino. Connimbricæ 1631. in 4. Laudatur à Fr. Petro Pojares, lib. de Apparitionibus Crucis, cap. 16. fol. 26.

ANTONIUS DE BALOCHO, Diœceſis Vercellenſis ab Itela dictus, communitèr autem nuncupatus *Antonius de Vercellis*, Provinc. Genuenſis Regul. Obſerv. Prædicator Apoſtolicus per univerſam Italiam celeberrimus, ac Doctor inſignis, qui pietate, ac probitate vitæ excellens multa patravit miracula, quibus teſtificandis appenſę ſunt Tabellę, & Lampades accenſæ ad ejus ſepulchrum in Verbetano Conventu S.P.N. Franciſci, ſcripſit:

Quadrageſimale eruditum de duodecim excellentijs Chriſtianæ Fidei, impreſſum Lugduni apud Nicolaum Chatelanum, anno 1504. Apud Gregorium de Gregorijs, ſine titulo, & cum titulo Quadrageſimalis. Vidi.

Quadrageſimale alterum de æternis fructibus Spiritus Sancti. Incipit Prologus: *Multi ſunt vocati.* Habebat apud ſe M. S. noſter Uvadingus. In fine Prologi citat *primum illud Quadrageſimale*, ſub illo eodem titulo: *De duodecim excellentijs Chriſtianæ Fidei.* Hoc autem dividit in ſeptemdecim tractatus, ſivè Conciones ſub his titulis:

De paucitate ſalvandorum, & electorum.

De neceſſitate bonorum operum.

De magna multitudine electorum glorificandorum.

De indubitabili certitudine æternæ felicitatis.

De ineffabili Beatitudine electorum.

De Spirituali Scala virtutum ad beatitudinem conſequendam cuilibet neceſſaria.

De Pietate, & Bonitate Dei circa hominum ſalutem.

De excellentia, & fructu Verbi Dei.

De eodem.

De eodem.

De neceſſaria ſequela, & imitatione Chriſti Domini.

De ſecunda Contemplatione ejuſdem.

De tertia Contemplatione ejuſdem.

De firmo propoſito ampliùs non peccandi.

De Sanctiſſima charitate erga proximos.

De Scala infernali damnandorum, & duodecim ejuſdem gradibus.

De excellentia, & neceſſitate liberi arbitrij. Unumquemque verò Tractatum dividit in varias contemplationes. Scripſit inſupèr:

Tractatum de Virtutibus. Prodijt in Oppido Hagenau 1513. in 4. Lugd. 1504. & Venetijs unà cum Quadrageſimali 1505. Vidi. Italicè prætereà edidit:

Tredecim conſilia pro ſalute peccatoris. Modenæ typis Dominici Rochozola anno 1492. in 4. Vidi in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ. Alia etiam ſcripſiſſe teſtatur Uvillotus, & Poſſevinus. Migravit ad Dominum, anno 1483. decimo Kal. Octobris. Agit de eo Arturus ad diem 22. Septembris in Martyrologio Franciſcano, & 3. Roſotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij. Abbavillæus, par. 2. Biblioth. Concionatorum, cap. 72. Et Volaterrano, Fr. Antonius Meliſſanus in Supplem. Annal. Minor. ad annum Chriſti 1483. num. 6.

ANTONIUS BAÑALES (VAÑALES alijs) Hiſpanus, Compoſtellanæ Prov. Regul. Obſerv. Concionator ordinatius Inſignis Cœnobij Salmanticenſis, patrio idiomate communes fecit:

Diſcurſus prædicabiles de Dignitate Sacerdotali, ac Sacramentis Eccleſiæ. Medinæ Campi 1604. in 4. Vidi. Item ex Uvadingo, & Nicolao Antonio:

Sermones miſcellaneos. Eſt hujuſce mentio apud tom. 1. Chronic. laudatæ Provinc.

ANTONIUS BARBEITO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinc. S. Jacobi, Sacræ Theo-

Theologiæ Lector emeritus, ac in Theologia, quæ ad mores ſpectat, multùm verſatus, Hiſpanicè vulgavit, minimè contemnendum, Opus ſub titulo:

Granum Theologiæ Moralis. Prodijt Compoſtellæ 1726. typis Antonij Aldemundi in 4. ſtudio Fr. Joſephi de Azevedo Theologi ejuſdem Prov. Vidi.

ANTONIUS BARBERINUS, Patritius Florentinus, S. R. Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Tituli S. Onufrhij nuncupatus; SS. D. Papæ Urbani VIII. Germanus frater, Major Pœnitentiarius, necnon Illuſtriſsimæ Familiæ Minor. Capuccin. (quorum profeſsionem emiſſerat in Corronenſi Cœnobio) ab eodem SS. Protector ſpecialitèr deputatus ad regimen ſuæ Senogallenſis Eccleſiæ, edidit:

Conſtitutiones Synodales, & Decreta pro Diœceſi Senogallienſi. Romæ ex Typographia Rever. Cameræ Apoſtolicæ 1627. in 4.

Conſtitutiones, & Decreta pro Monialibus ſuæ Diœceſis. Ibid. 1628. in 12.

Tractatum de antiquo modo eligendi in Familia Capuccinorum. Ibid. 1628. in 4.

Ordinationes pro bono regimine Minor. Capuccin. Ibidem 1640.

Teſtamentum, & Codicillium ab ipſo manu propria conſcriptum ante ſuum obitum. Romæ 1646. in fol. Hæc ex Bibliotheca Minorum Capuccinorum. Inſupèr vt teſtatur in ſua Bibliotheca Purpurata Georgius Joſephus, edi curavit:

Triumphum Crucis Patris Hieronymi Savanarola, Dominicani, & ejuſdem

Commentarium in Pſalmum Miſerere. Romæ vbi deceſsit anno 1646. in Templo Immaculatæ Conceptionis à ſe erecto, jacet ante Altare Majus, hoc appoſito Epitaphio:

Hìc jacet
Pulvis, Cinis,
Nihil.

De eo ſcripſere Ferdinandus Ighellus in ſua Italia Sacra, Ludovicus Donzius in Hiſtoria Cardinalium, & alij plures apud laudaros Genuenſem, & Georgium. Gravina in Voce Turturis, part. 2. fol. 247. illum appellat miræ integritatis, ſapientiæ, & prudentiæ exemplar.

ANTONIUS BEAVVAIS, Majoris Conventus Pariſienſis Chori-Præfectus, foras emiſit;

Cæremoniale Eccleſiaſticum ad vſum Fratrum Minorum. Pariſijs apud Ægidium Blaizot. 1669. in 8. Vidi.

ANTONIUS A S. BERNARDINO, Luſitanus, ex Recollectis Prov. Algarbiorum, Theologus Jubilatus, Ex-Diffinitor, & à Concionibus Sereniſsimæ Britaniæ Reginæ, ſcripſit præclarum Volumen Religioſis, maximè Franciſcanis, vtile, quod prænotavit:

Vita Minoritica ad priſtinum ſtatum reſtituta. Londini anno 1658. in 8. Vidi. Item poſteritati dedit vernaculè haùd pœnitendum Opus, cui titulus:

Via Cœli viatoribus terra aperta. Ibidem anno 1665. in 12. Vidi. Hujus memoriam fecit Raphael Pluteau initio, tomi 1. ſui Dictionarij Luſitani.

ANTONIUS BIRRIETUS, Minorita, Clarus laudatur ab Uvadingo hic, & Jacobo Le Long, tom. 2. Biblioth. ca Sacræ, pag. 640. ceù à quo prodierunt erudita

Commentaria in quatuor Evangelia, excuſa Pariſijs anno 1581.

ANTONIUS BITONTINUS, Prov. S. Nicolai Vicarius, Vir, quem V. Frater Marcus de Bononia, tanti fecit, quam abundè demonſtrat Epiſtola ad illum miſſa, cujus inſcriptio hæc eſt: *In Chriſto ſibi R. P. Fr. Antonio Bitontino Ordinis Minorum Provinciæ Apuliæ Vicario digniſsimo, Viro optimo, benigniſsimo, ſapientiſsimo, Verbi Domini Præconi mirifico, Fr. Marcus de Bononia, &c.* Ejus ingenij, & pietatis monumenta ſuperſunt:

Sermones Quadrageſimales per totum annum. Lugduni per Joannem Hertog 1496. Venetijs apud Joannem Hertog 1499. in 8. Vidi.

Expoſitio Myſtica Evangeliorum Dominicalium. Bergomi 1496. in 8. Regai apud N. Alva, col. 94. ſuæ Militiæ. Illum conſule, tom. 2. ſuæ Bibliothecæ Virginalis, fol. 536.

De Cauſis, quare Deus fecit peccabile genus humanum? Tractatus. Habetur M.S. in Cœnobio Minor. Mirepicenſi exaratus anno 1449.

Speculum animæ, eodem anno exaratum. Extat M. S. ibidem, teſte Fr. Bonaventura à Faſſano, part. 2. Memorabilium Provinciæ S. Nicolai de Bari, cap. 3. §. 10.

Quæſtiones in Epiſtolas, & Evangelia Quadrageſimalia. Circunferuntur cum Poſtilla litterali, & Morali Nicolai Lirani, impreſſa typis Nicolai Uvalff, anno 1560; abſque Loci impreſsione, ait Uvadingus

in

in ſuo Syllabo, ſed ſeorſim prodierunt Lugduni 1569. & 1541. in 4. Regali, & Venetijs ex officina D. Bernardini, anno 1538.

Quadrageſimale de peccatis. Latinè M. S. Florentiæ in Bibliotheca omnium Sanctorum, ex laudato Alva. Incipit: *Caſtigo corpus meum.*

Summa Caſuum Conſcientiæ, vti habet Fr. Marcus Ulyſſiponenſis in Chronic. part. 3. lib. 1. cap. 43.

Commentaria in libros Sententiarum Nicolao V. dicata, qui Pontifex tanta voluptate ea perlegit, vt ſolemni ritu Gradum Doctoratus, & Magiſterij ei contulerit, vt innuunt idem Ulyſſiponenſis ibidem, & Uvadingus, tom. 5. Annalium anno 1426. num. 10. Migravit ad Dominum anno 1459. haùd ſine ſanctitatis opinione. Uvillotus litt. A. Athenarum Orthodoxarum Franciſcan. eum confundit cum *Antonio Mathelica*, ſed profectò ſunt duo diverſi, vti ex Gonzaga, & Uvadingo liquet. De eo pertractant, præter citatos, Simlerus, & Poſſevinus. Videſis Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 25. Septembris, §. 2.

ANTONIUS DE BOIEMBAL, Minorita, apud Catalogum Librorum typis traditum Genuæ, anno 1725. à Gabriele de Torneus, Noviſſimorum memor in publicum miſit:

De bono mortis, & præparatione ad Monumentum, à quo pendet æternitas: Pariſijs 1638. in 8. Vidi.

ANTONIUS A S. BONAVENTURA (pro cujus Canonizatione tres extant proceſſus confecti, Romæ typis dati in fol. annis 1675. 1685. ac 1690.) Hiſpanus, Strictioris Obſerv. Diſcalceatorum, è noſtra S. Pauli Provincia in Veteri Caſtella, vbi ſolemnem profeſsionem emiſit, ad Philippinas Inſulas, virtutibus præditus, indeque ad Japonenſe Regnum, charitate fervidus, tranſijt. Demùm in horrendo Bomuræ Carcere, poſt varias ærumnas pro nomine Jeſu toleratas, die octavo Septembris, anno 1628. Nangaſachi per ignem martyrium conſummavit, vbi ſcripſit in vinculis:

Epiſtolam ſpiritu, Fide, & ardore plenam, quam publici juris fecei, tom. 2. Chronic. Prov. S. Pauli, lib. 4. cap. 41 ſcripſit inſuper:

Librum variarum Concionum, manu propria exaratum. Incipit: *Vem à propoſito eſte Evangello.* Archetypum, & authenticum vidi, & legi in Archivio ſuæ præmemoratæ Provinciæ. Ejus acta recenſentur in Chronicis, & Proceſsibus laudatis, & pluribus, part. 1. & 2. meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceatorum, pag. 18. & 7. De ipſo Fortunatus Hueber in ſuo Monologio Franciſcano ad diem 8. Septembris.

Nec palus, aut acies, nec flamma accenſa movebit
Reddidit immotum, quem benè fida fides.

ANTONIUS BONITUS A CUCCARO, Italus, Prov. Terræ laboris, Cuſtodiæ Principatus, Reginæ Joannæ Matris, & Joannæ Filiæ de Aragonia Sacelli, Præfectus, Regi Ferdinando ab eleemoſynis, poſtquam prædictam Provinciam, & Eccleſiam Montiſmarani gubernavit, ad Arcenenſem translatus, ſcripſit:

Elucidarium de Conceptione incontaminata Virginis glorioſæ. Cum inter Fideles. Prodijt Neapoli ex officina Joannis Antonij de Canneto, anno 1507. in 4. & Pariſijs 1506. Vidi.

Manuale omnium ferè Definitionum, & Diſtrepationum Caſuum conſcientiæ. Poſtquam multa præſtitit beneficia prædictæ Eccleſiæ, ob ſingularem erga pauperes beneficentiam, Pater pauperum nuncupatus, deceſsit circa annum 1510. Memoriam ejus cum laude fecere Marracius, Alva, Uvadingus hìc, & in Annalibus, ad annum Chriſti 1493. Ejus Corpus decurſis quamplurbus annis corruptionem non viderat, teſte Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Univerſalis, num. 1829.

ANTONIUS DE BRAGA, quem commemorant Nicolaus Antonius, & Balthaſar de Medina apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, natione Luſitanus, Prov. S. Antonij alumnus, & Cuſtos aliquandò Braſilienſis Provinciæ Diſcalceatorum, fructuosè commodans nominis ſui memoriam, poſteris reliquit patrio idiomate duo volumina in fol. ſub titulo:

Flores S. Antonij Ulyſſiponenſis ex Concionibus ejuſdemmet Sancti. Utrumque aſſervatur, cunctis ad prælum requiſitis mu-

munitum, in Ulyſſiponenſi Bibliotheca Conventus Div. Antonij, ſcrinio 91. num. 9. & 10. Vidi.

ANTONIUS BRANDI A SELEME, Doctor Theologus è Tertio Ordine Regulari, Italicè, quod viderim, publici juris fecit:

Chronologiam Summorum Pontificum. Ab Authore correctum, & Iconibus adornatum excuſit Romæ Franciſcus Carbeletti 1627. in 4.

ANTONIUS BRINEZ OCAñA, Hiſpanus, Conventus Conchenſis Regul. Obſerv. Guardianus, ac Synodalis Cenſor, in lucem emiſsit à ſe habitam in gravi Conventu:

Panegyrim de Laudibus S. Juliani Epiſcopi. Matriti 1711. in 4. Alia non vidi.

ANTONIUS BROICKVVYKONIGSTEIN, Novimagenſis Regul. Obſer. iteratò Guardianus, Theologus inſignis; quem Marracius appellat *Eccleſiaſtem celeberrimum, atque in tractandis Scripturis abſolutum*; plura, & luculentèr ſcripſit. Sunt ergo ejus ingenij fœturæ editæ:

Commentarium S. Pauli Apoſtoli ad Romanos. Lovanij, & Coloniæ anno 1556. in 8.

Monoteſſaron breve ex quatuor Evangelijs. Prodijt varijs in locis, mihi autem Pariſijs 1551. apud Joannem Mace in 8. Ejus in calce extat:

Ordinarium Epiſtolarum, & Evangeliorum, ab ipſo compilatum. Ex Monoteſſato dedit Acta D.N. Jeſu Chriſti Abbavillæus, part. 2. Biblioth. Concionat. cap. 95.

Paſsio Domini N. Jeſu Chriſti ſecundum quatuor Evangeliſtas. Pariſ. typis Petri Confin 1533. in 8.

Concordantia breves omnium ferè materiarum, quæ in Sacris Biblijs continentur. Pariſijs apud Andoenum Parvum, anno 1544. 1551. & 1590. in 8. & alibi. Vidi.

Poſtillæ in Epiſtolas, & Evangelia Dominicalia, & Feſtivitates totius anni. Pars Hiemalis in 8. Pariſijs formis Joannis de Roigni 1550. Pars Æſtivalis, ibidem, & 1540. Et Coloniæ apud Maternum Cholinum 1558. tom. duobus in 8. Vidi.

Poſtillas de Glorioſiſsima Virgine Maria, ſeorſim habes apud Bibliothecam Virginalem noſtri Alva, tom. 2. à fol. 734. Commentaria reliquiſſet, ait Sixtus Senenſis, in omnes D. Pauli Apoſtoli Epiſtolas, ſi diutiùs vixiſſet; moritur enim ex laterum dolore anno Virginei partus 1541.

ANTONIUS BRUGNATENSIS, Minorita, Philoſophus, ac Theologus doctiſsimus, exaravit:

Methodum, & Grammaticam ſpeculativam V. Doctoris Subtilis. Excudit Pariſijs Joannes L' Bovc anno 1604. in 8. adjectis marginibus à Fr. Auguſtino Gothuſio ejuſdem Inſtituti alumno. Vidi.

ANTONIUS BRUICHI, Germanus, ſcripſit:

Commentaria in quatuor Evangelia. Pariſ. 1543. Uvadingus. Hunc indiſtinctum judico à Germano Fr. Antonio Broickvvykoniſtein, quem Bruichium frequentèr appellant Authores.

ANTONIUS BRUODINUS, Tuomonienſis Hybernus, ſtrictioris Obſervantiæ alumnus, Theologus Jubilatus, almæ Prov. Bononiæ quondàm Diffinitor, necnon Conventus Pragenſis B. Virginis ad Nives Profeſſor Primarius, eximiam eruditionem conſecutus, ſcripſit, ac edidit opus prænotatum:

Oeconomia Minoritica Schola, &c. univerſa Theologiæ Scholaſticæ manualis Summa ad mentem Doctoris Subtilis. Pragæ typis Univerſitatis anno 1663. in 8. Vidi. Item *Corollam*, id eſt:

Summam totius Theologiæ ſpeculativæ; in qua agit de Virtute, & Statu Religionis, Decimis, Voto, Indulgentijs, Purgatorio, etiam S. Patritij, Cenſuris, Religioſorum Exemptionibus, & Privilegijs. Ibid. 1664. in 8. Vidi. In publicum miſſerat ibidem anno 1661. opus aliud, cui titulus:

Propugnaculum Catholicæ Veritatis. Ex Fr. Vincentio Coronelli, tom. 6. Biblioth. Univerſalis, num. 1635.

ANTONIUS DE CABRERA, Hiſpanus, ex Diſcalceatis Valentinæ Provinc. S. Joannis Baptiſtæ, Vir ſanè eruditus, ac Sacræ Theologiæ Lector, typis dedit vernaculè volumen prænotatum:

Gloria Philippi V. Hiſpaniarum Regis. Matriti 1708. in 4. Vidi.

Panegyrim de Laudibus S. Dominici de Guzman. Valentiæ 1696. in 4. Ineditos tamen, utinam pro bono publico quam primùm prodeant, reliquit:

Varios tractatus Aſceticos, & Morales Concionatoribus utiliſsimos, quos in tres partes diſtributos, decem tomis in 8. collectos adſervat in Bibliotheca Conventu S. P. N. Franciſci Oppidi de Carcagente prælaudata Provincia. In tribus tomis primæ partis ſingularitèr egit de habitu Fidei, martyrio, triumphis mirabilibus Orationis, patrocinio Sanctorum, vene-

ratione Reliquiarum, Imaginibus, Templis, dignitate Sacerdotali, ac triumphis S. Crucis. In tribus ſequentibus agit de habitu Spei, ejus ornatu virtuoſo, materijs quoque varijs tranſcendentalibus. In alijs tandem de charitate in ordine ad Deum, proximum, ejuſque proprijs operibus, v.gr. de eleemoſyna, exhortatione pro Defunctis, &c. Cuncta Indice cunctorum coronat.

ANTONIUS DE CAIETA, Neapolitanæ Reformationis Cuſtos, Terræ Sanctę Miſsionarius, ac Commiſſarius Apoſtolicus, ad Exactiorem Regularis Obſervantiæ cultum, contracto volumine evulgavit latinè:

Opuſcula S.P.N. Franciſci. Neapoli per Lazarum Scorigium 1635. in 16. Vidi. Italicè quoque edidit, teſte Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana:

Relationem miſerabilis ſtatus Minorum Reformatorum in Terra Sancta 1649. in 4.

ANTONIUS CALUZE, Gallus, ex Minoritis Capuccinis, quem in ſuum Catalogum intulit Author *Hiſtoriæ omnium Ordinum Monaſticorum*, initio tomi primi, Gallicè reddidit:

Annales Capuccinorum Fr. Zachariæ Boverij. Pariſijs 1675. in fol.

ANTONIUS CONOFILUS A SULMONA, Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor Reformatæ Provinciæ S. Bernardini, patrio idiomate conſcripſit, ac edidit:

Cœnaculum Chriſti, ſeù Diſcurſus de SS. Sacramento. Neapoli apud Ludovicum Cavallo 1678. in 8. Vidi.

Diſcurſus Quadrageſimales, unà cum Concionibus de SS. Mathia, Thoma Aquinate, Joſepho, ac de Annuntiatione. Venetijs per Nicolaum Zachariam 1671. in 4. Authore mihi laudato Toppi ibidem.

ANTONIUS CAPELLUS, vide Marcus Antonius Capellus.

ANTONIUS DE CAPRAROLA, Italus, Provinciæ Romanæ Concionator, Cuſtos, & in Conventu Aracœlitano Lector Generalis, foras emiſsit ſermone proprio:

Vitam S. Franciſci Solani. Romæ formis Michaelis Hercole 1672. in 4. Vidi.

ANTONIUS CAPUTUS, Capuccinus, natione Italus, Patria à Grottalijs in Apulia, Provinciæ Hydruntinæ Diffinitor, litterarum monumentis conſignavit Italicè:

Vitam R. Patris Archangeli Scoti, Capuccini, Filij Comitis de Forbes, & Margaritæ Gordoniæ, ex Regia Stuartorum Stirpe progeniti. Neapoli 1650. & Bononiæ 1656. apud Hæredes Petri Dozze in 12. Edidit etiam:

Vitam S. Febroniæ Virg. & Martyris. Venetijs apud Franciſcum Stortum 1660. in 12. ex Bibliotheca Minor. Capuccin. Scriptorum. Et Torrecilla.

ANTONIUS CARRAFA, Capuccinus, Ducis Noyæ filius primogenitus, Provinciæ Neapolitanæ Concionator, ac Diffinitor, Vir doctrina, & religioſis moribus conſpicuus, ut ex Nicolao Toppio de Scriptoribus Neapolitanis refert Dionyſius Genuenſis: *Nonnulla ſcripſit typis evulganda*, quæ aſſervantur in Bibliotheca Neapolitana Minor. Capuccinorum.

ANTONIUS CARNOTENSIS, Capuccinus, natione Gallus, alumnus Prov. Pariſienſis, Vir, cui Deus intelligentiam Sacrarum Scripturarum cœlitùs conceſsit, ut ex relationibus habet in ſua Bibliotheca Dionyſius Genuenſis, ſcripſit:

Commentaria in Sacram Scripturam, quæ prælo digniſsima aſſervantur in eadem Provincia. Floruit ſanctitatis opinione Pariſijs anno 1625. ejuſque geſta deſcribuntur à Marcellino de Piſe, tom. 3. Annal. Capuccin. §. 38.

ANTONIUS CASTEL, Hiſpanus, in Bilbilitana Civitate Tiraſonenſis Diœceſis natus, Lector bis Jubilatus, & Aragonenſis Prov. Ex Provincialis Miniſter, necnon Sacræ Theologiæ in Cæſarauguſtanæ Univerſitate Doctoratus Laurea inſignitus, Vir ingenio clarus, & in Quæſtionibus, & dubijs ſolvendis Subtilis, & promptus, præclara ſcripſit volumina, quæ & meritò, in pretio habentur, videlicet,

Super primum librum Sententiarum Illuſtriſsimi, Reverendiſsimi Magiſtri Petri Lombardi Pariſienſis Epiſcopi. Cæſarauguſtæ per Dominicum Gaſcon anno 1698. in 4. Vidi.

Super ſecundum librum Sententiarum, tomum in 4. Ibidem apud Didacum de Larumbe anno 1702. Vidi.

In tertium Magiſtri Sententiarum. Ibid. eiſdem typis anno 1703. in 4. Vidi.

In quartum librum ejuſdem, & in 4. Ibidem per eundem anno 1700. Vidi. Excudit quoque:

Tomum quintum in 4. ad cujus calcem addita fuit ab Authore Expoſitio, ſeù Parergon de Sacroſancto, Œcumenico, ac Generali Tridentino Concilio accuratiſsimè locupletata, ut aptiùs quæſtiones univerſæ in concurſum promovendis in

ipſum

Ipſum excitari valeant pro litterarijs exercitijs. Ibid. litteris Dominici Gaſcon 1701. Hic enim tomus, & anterior, priùs, antè ſecundum fuerunt prælo mandati ad prolixam Examinandorum, & Oppoſitorum inſtantiam. Prælo etiam dedit anno 1706. in 8.

Apologeticum pro Aſsiſtato Sepulchro Seraphici P. N. Franciſci, perperam attributum cuidam Severino Caſtrutio, qui Author nuſquam fuit in rerum natura. Item:

Encomiaſticum ſacrum, opus hiſtorico poſitivum, perenne monumentum B. Rochi, Authorem ſubſtituens humilitatis gratia, P. Fr. Joſephum Montes Prædicatorem, ejuſdem Provinciæ alumnum, ſi fidem facimus P. Fr. Felici Vallis, laudatæ Provinciæ Chronologo, in Catalogo M. S. ſuorum Scriptorum. Notum fecit latino ſermone Cæſarauguſtæ Didacus de Larumbe, anno 1713. in 8. Item:

Athenæum Minoriticum novum, & vetus Scholarum Subtilis, Seraphica, & Nominalium, nonnullas examinans quæſtiones. Cæſarauguſtæ apud Gaſcon, anno 1697. in 4. Vidi. Deniquè latinè opus egregium, & poſthumum, cui nomen factum:

Franciſlogium Sacrum, opus Ana-Chronologicum hiſtorico poſitivum, Chriſtum Dominum, & Seraphicum P. N. S. Franciſcum ab Ortu ad Occaſum, veluti ſpecular Micrologium, harmonicè deflectens, & archonicè exaltans. Ibidem apud Hæredes Emmanuelis Roman, anno 1713. in f. Vidi. E vivis deceſsit Author in Conventu PP. Recollectorum Sanctiſsimæ Genitricis Dei Mariæ de Monloxa, die 15. Februarij, anno Domini 1717.

ANTONIUS DE CASTILLA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Immaculatæ Conceptionis, Lector Jubilatus, Provinciarum Aragonum, ac Compoſtellanæ Pater, necnon ſuæ ex Provincialis Miniſter, publici juris vernaculè fecit:

Decimam Sacram variarum Concionum. Prodijt Pinciæ ex officina Antonij Rodriguez de Figueroa 1693. in 4. Vidi. Item:

Orationem funebrem in Exequijs Catholica Hiſpaniarum Reginæ Mariæ Ludovicæ de Borbon. Ibidem in 4. Vidi. Ejus in laudem meritò concinebat Fr. Franciſcus Herrero, Minorita:

Stellat Caſtilla, ſtellas imitante Magiſtro;

Quin potiùs lucens ſtella animata manet, &c.

ANTONIUS DEL CASTILLO, Hiſpanus, Bæticus, Malacitanus, Franciſcanorum Diſcalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ Sodalis, Generalis Commiſſarius Terræ Sanctæ, Guardianus quoque Bethleemitici Conventus, propter morum innocentiam, & ſuavitatem, religioſa probitate, & humilitate conjunctam, laudatus ab Authore Bibliot. Scriptorum Hiſpaniæ, poſt alios plures, vtilitèr egit Sacrorum Locorum noſtræ ſalutis topographum, ſcribens:

Peregrinus devotus, ac Itinerarium Terræ Sanctæ, ad Philippum IV. Regem Catholicum. Matriti 1654. in 4. Iterùmque ibidem typis Regijs ad N. R. R. Fr. Petrum Manerum, Ex-Miniſtrum Generalem totius Seraphicæ Familiæ, Turiaſonenſem Epiſcopum 1656. in 4. Ac tandem Pariſijs in fol. 1666. Vidi. Pertractavit de eo in mea Biblioth. Minorum Diſcalceatorum.

ANTONIUS DE CASTRO, Minorita, Hiſpanus, vernaculè ſcripſit, non tamen edidit:

Apologiam pro Myſterio Immaculatæ Conceptionis in fol. Præ manibus habuit N. Alva, quem conſulas col. 98. ſuæ Militiæ.

ANTONIUS CELESTRIS, nobilis Panormitanus, Tertij Ordinis Regul. Sacræ Theologiæ Magiſter apud Collegium Siculum S. Pauli, Provincialis Miniſter, ac Procurator Generalis, Vir eloquentia, eruditione, prudentia, & zelo, præclarus, edidit, teſte Antonio Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ:

Chriſtianam Catholicam Religionem contra Gentiles, Hebræos, & Sectarios viginti tribus propoſitionibus demonſtratam. Romæ typis Tyzzoni 1683. in 12. Has propoſitiones per quindecim dies publicè propugnavit in Urbe.

Tabulam Conciliorum Generalium. Ibidem apud Angelum Barnabo 1684. in fol. & in fol. expanſo. Scripſit etiam alia, ait laudatus Mongitore brevitèr edenda, nempè:

Senſum germanum omnium propoſitionum à Summis Pontificibus damnatarum.

Compendium Alphabeticum Operum Fr. Fran-

Franciſci Bordon, ejuſdem Inſtituti alumni. Italicè demùm:

Allegoricam expoſitionem Breviarij Romani, ſeu paraphraſim illius.

Commentaria in Officium Sacrum Hebdomadę ſanctę. Deceſsit Panormi 19. Martij 1706. magno ſuorum, Litteratorum, ac Dynaſtarum dolore, à quibus ingenti honore proſequebatur.

ANTONIUS CHACON, Hiſpanus, ex Singylienſi Urbe, ſanguine clarus, Theologus Jubilatus, & à Cenſuris S. Officij, Vir litterarum, ac prudentiæ ſuffragijs, quater Provincialis titulo Provinciæ Bæticæ Tertij Ordinis inſignitus, ſcripſit, quæ morte præventus inedita reliquit. Hæc ſunt:

Concionum de Sanctis, volum. 4. in 4.

De Feſtivitatibus Virg. Marię, tom. 1. in 4.

Sermonum Adventualium, tom. 1. in 4. Aſſervantur M. S. Hiſpali in Bibliotheca Conventus Dominæ noſtræ de Conſolatione. Vidi. Claruit anno 1641.

ANTONIUS CHIERENSIS, Capuccinus, Pedemontanus, ex Comitibus de Tano, Pedemontanæ Prov. Diffinitor, Vir religioſa virtute, ac vario litterarum genere conſpicuus, Italicè edidit:

Martyrium B. Mariæ Virginis, ſivè Sermones de Doloribus Puriſsimæ Virginis in ſeptem partes diſtributos. Taurini 1638. in 4. & Monte Regali, apud Joannem Franciſcum Rubeum 1640. E vivis exemptus eſt anno 1638. apud Taurinum tumulatus. De eo meminit Dionyſius Genuenſis. Torrecilla.

ANTONIUS CYRNEUS, è Corſica oriundus, S. Cajetani Regulæ primitùs ſubjectus; ac demùm in Provincia S. Franciſci Minorum Capuccin. conſcriptus, ſcripſit, teſte Dionyſio Genuenſi:

Hiſtoriam de Exordio, & Progreſſu Minorum Capuccin. & præcipuè Provinciæ S. Franciſci. Claruit miraculis ante, & poſt obitum illuſtratus, in Conventu Montis Caſalis, vt in Martyrologio Franciſcano refert Arturus ad diem 11. Auguſti, & Boverius, tom. 1. Annal. ad annum 1548.

ANTONIUS DE CIUDAD REAL, in hac Urbe Hiſpaniæ in Oretanis natus, Regulæ Seraphicæ in Conventu Toleti Caſtellanæ Prov. Regul. Obſerv. nomen dedit. In Jucatanicam Novæ Hiſpaniæ Provinciam, animarum zelo, delatus, ſemi-ſæculo ferè in ea manens, ac peritiam linguæ illius Gentis aſſecutus, eodem ſermone ſcripſit:

Sermones de Sanctis, & per annum:

Vocabularium. Necnon, & majus Opus, ſcilicèt:

Calepinum, ſex ingentibus voluminibus, quę quidem adſervari in Ducis Infantatus Bibliotheca (Carracenſi credo) aliudque exemplar in ejuſdem Urbis Franciſcana domo, ſcribit Bernardus Lizana in Hiſtoria Sacra Jucataniæ, cap. 16.

ANTONIUS A CONCEPTIONE, Luſitanus, Sacræ Theologiæ Lector in Portugallenſi Prov. Regul. Obſervantiæ, vernaculè ſcripſit, ac in publicum miſsit tomum Concionatoribus perutile, cui titulus:

Clamores Evangelici. Ulyſsipone per Emmanuelem Lopez Ferreira, anno 1691. in 4. Vidi. Spem fecit tom. 2. Publicavit quoque Luſitanicè.

Concionem Euchariſticam ad Capitulum ſuæ Prov. Ibid. apud eundem 1696. in 4. Vidi.

ANTONIUS CONOFILUS. Vide ſuperiùs verbo Antonius Canofilus.

ANTONIUS CONSTANTINUS, quibuſdam Minorita, ſed non rectè; fuit enim Minimus, ſcripſit:

De Canonibus Concilij Apoſtolorum, &c.

ANTONIUS CORDUBENSIS, Hiſpanus, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. Miniſter, Vir in ſua tempeſtate *velut Pythium quoddam Theologię Oraculum*, vti refert Nicolaus Antonius tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 88. *ad quem omnes, auxilij, & conſilij gratia ventitabant, vt, veluti inter Pythagoreos ſic jactaretur. Ille dixit.* Studijs immerſus, ac poſtpoſito ſuæ humilitati Placentino Epiſcopatu, plura luculentèr ſcripſit. Sunt igitur ex ejus præſtanti calamo:

De Poteſtate Papę. Venetijs 1579. in fol.

Doctiſsimos Commentarios in Regulam S. Franciſci quæſtionibus diſpertitos. Poſt multas Editiones, poſtremò Pariſijs, anno 1621. in 8. edi curavit nitidis typis Petrus Navarrus ejuſdem Provinciæ Diffinitor, & Lector emeritus.

Quęſtiones quatuor de Detractione, ac Reſtitutione famę, quibus adjunctę ſunt:

Annotationes ejuſdem in Tractatum Dominici à Soto de Tegendo ſecreto. Compluti anno 1553.

Annotationes ad Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Ordinum Mendicantium. Neapoli anno 1595. in 4. Venetijs 1603. in 4. 1609. in 8.

Quæſ-

Quæſtionarium Theologicum libris quinque diſtinctum. Opus quidem doctiſsimum, quod poſt primam Hiſpanicam editionem Toleti, anno 1578. recuſum eſt Ingolſtadij, anno 1593. & demùm prodijt ſuo priſtino nitori reſtitutum, ex Bibliotheca Eruditiſsimi Viri Franciſci Pennæ, Rotæ Romanæ Auditoris, Venetijs, anno 1604. ſumptibus Baretij in fol. In prima editione dedicavit Author Librum Fr. Bernardo Frexneda Philippi II. Regis Hiſpaniarum Confeſſario, Epiſcopo Conchenſi.

Commentaria in 4. libros Magiſtri Sententiarum. Ibid. 1569. Tractatum inſcriptum:

Arma Fidei. Incipit: *In hoc tractatu.* Ingolſtadij, anno 1562.

De Indulgentijs. Compluti apud Joannem Brocarium 1554.

Summam Caſuum, Hiſpanicè. Toleti 1583. Compluti 1592. Et Italicè, anno 1599. in 8. apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 304. Prædictorum Operum teſtis oculatus ſum. Scripſit inſupèr.

De Conceptione B. Virginis tractatum, laudatum à Marracio in ſua Bibliotheca Mariana ex Fr. Joanne à Carthagena *in Arcanis Deiparæ*, lib. 1. homil. 5. M.S. reliquit Hiſpanicè, vti refert Nicolaus Antonius ex Fr. Franciſco Haroldo Uvadingi Compendiatore:

Expoſitionem Caſuum Prælatis reſervatorum.

Textum Juris Canonici, vnà cum ejus diviſione. Claruit exemplaritatis nota, anno 1578. ætatis ſuæ 93. in Monaſterio Guadalaxaræ Urbis ſepultus. Conſule ſuper tanto viro ocularem teſtem P. Alava in *Satisfactorio Doctrinali*, punct. 2. cap. 5. & ibi nota pro voce *Diſpenſatio* ſubſtituendam eſſe vocem *Diſpoſitio* in ſuo tractato de *Syndicatu*.

ANTONIUS CORTONENSIS, Minorita, ſcripſit, non tamen edidit:

Vitam B. Humilianæ de Circulis, quæ anno 1246. die 19. Maji ad Sponſum migravit Florentiæ.

ANTONIUS DE CREMONA, Minorita, ſcripſit:

Quadrageſtimale, quod M. S. ſervatur Trivilij teſte Uvadingo.

ANTONIUS A CRUCE, Hiſpanus, ex Minoritis Diſcalceatis Provinciæ S. Pauli, immeritò diſtinguitur a nonnullis Nomenclatoribus à *Fr. Alphonſo à Cruce*, cujus ſuperiùs mentionem egi.

ANTONIUS COTTONIUS. Vide Auſonius Noctinot.

ANTONIUS CUCARUS, hactenùs mihi ignotus, adſcribitur, Authoribus Minoritis in Catalogo præfixo in Martyrologio Franciſcano; cæterùm ſingulos SS. Arturi iteratò volvens, ac revolvens, nullum inveni monumentum.

ANTONIUS DE CURARA, Provinc. Pietatis in Luſitano Regno alumnus, Theologiæ, quæ ad mores ſpectat, peritus (quem inter Anonymos cum Nicolao Antonio computarem, niſi R. P. Ludovicum Rebolledo in Catalogo Scriptorum legiſſem) ſcripſit in 4.

Manuale Confeſſorum, & Pænitentium; Opus non ſemèl impreſſum, recognitum, reformatum, & auctum ſtudio illius canonicæ doctrinæ fulgentiſsimi Luminis Martini de Aſplicueta Navarri. Toleti in lucem prodijt ex officina Joannis Ferrer, anno 1554. in cujus capite affixam leges Epiſtolam memorati Doctoris, vulgò *Navarro*, denominati, quam dedi part. 1. meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceatorum, pagin. 20.

ANTONIUS CURVO SUAZO, Hiſpanus, Generalis Concionator Provinciæ S. Michaelis Regularis Obſervantiæ, ſcripſit vtilia Opuſcula, quæ morte præventus, inedita reliquit. Reliquit igitur Hiſpano idiomate in fol.

Flumen Triumphantis Hieruſalem, cujus ſub titulo *exhibet 24. Conciones Panegyricas.* Vidi Extremaduræ in Pacenſi Bibliotheca Conventus S. P. N. Franciſci, ſub littera D. num. 17. Item vernaculè, tom. in 8.

De Senſibus Sacræ Scripturæ. Vidi.

ANTONIUS DAZA, Hiſpanus, Vallis Oletanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Conceptionis Miniſter, Cuſtos, & Inſignis Cœnobij Vallis Oletani Guardianus, Vir erat pius, diſciplinæ Regularis obſervantiſsimus, vitæ ſolitariæ, paupertatis, & orationis perquàm ſitibundus, ſui Inſtituti ferventiſsimus zelator; ſcripſit Hiſpanicè:

Chronicorum ſui Ordinis partem quartam. Eam inchoavit ab eo tempore, ad quod Marcus Ulyſsiponenſis tertiam partem ſuæ Hiſtoriæ perduxit, & proſecutus eſt vſque ad annum 1600. & vltra, Regi Philippo III. dedicatam. Prodijt Vallis Oleti in Cœnobio S. Franciſci, typis Joannis Godines de Millis, & Didaci de Cordova, anno 1611. in fol. Vidi.

Hiſtoriam de Stigmatibus S. Franciſci ex ter denis Summorum Pontificum diplomatibus, & pluriumorum Authorum libris continuatam. Vallis Oleti apud Hieronymum Murillo, anno 1617. in 4. Matriti, typis Ludovici Sanchez 1617. Vidi.

Diſcurſus de Conceptione B. Virginis Mariæ. Matriti, 1628. in 4. Vidi.

Vitam B. Petri Regalati. Ibidem, apud Joannem Laſſo de las Peñas, anno 1627. in 12. Eum recognovit, & notis illuſtravit D. Franciſcus de Ocampo, Conſiliarius Magnifici Tribunalis Neapolitani, quod vocant S. Claræ; prodijtque Mediolani ex officina Bidelli, anno 1634. in 4. Vidi.

Vitam B. Joannæ de Cruce. Leridæ, anno 1617. Cæſaraugustæ, typis Lucæ Sanchez, 1611. in 4. Italam fecit Paulus Bruſantinus, & emiſſit Paduæ per Petrum Paulum Tozzi, anno 1627. in 4. Vidi.

Exercitia ſpiritualia pro degentibus in Eremitorijs. Barcinone per Sebaſtianum Jaimum, 1625. Ea primum traduxit in idioma Italicum Callixtus ab Antrodocco, deinde Aloyſius Romanus. Prodierunt primum Romæ apud Bartholomæum Zanetum, anno 1626. in 16. Deinde auctiora in 8. cura Patrum Provinciæ Mediolanenſis Regul. Obſerv. Mediolani apud Philippum Giſalphi, anno 1643. Vidi. Hæc Uvadingus. Scripſit inſuper ſermone Hiſpanico:

Exercitia ſpiritualia S. P. N. Franciſci. Romæ excuſa, anno 1625. in 16. laudata à N. Alva, col. 99. ſuæ Militiæ.

Vitam Doctoris Subtilis, quam apud ſe eſſe, inquit laudatus Alva apud D. Nicolaum Antonium, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, pag. 90.

Theſaurum Immaculatæ Conceptionis Reginæ Angelorum in foli collectum ex varijs Opuſculis M.S. & impreſsis apud eundem Fr. Petrum Alva, col. 99. Scripſit præterea Hiſpanicè:

Vitam V. P. Fr. Petri de Villa Crezes Minoritæ.

De Præſtantia Pincianæ Urbis. Utrumque Opus in ſuam intulit Bibliothecam D. Nicolaus Antonius ex D. Thoma Tamayo in Collectione Librorum Hiſpanorum.

ANTONIUS DELGADO TERRINCA, Hiſpanus, Prov. Caſtellæ Regul. Obſerv. aliquoties Guardianus, & à ſecretis Commiſſarij Generalis Indiarum, modum docuit proprias vincendi paſſiones edito libro, quem inſcripſit:

Victoria ſui ipſius. Matriti ex officina Thomæ Junti 1595. in 8. Vidi. Scripſit inſuper Hiſpanicè:

Regulas, ſeù admonitiones pro Prælatis, Judicibus, Delatoribus, Teſtibus, & Advocatis. Toleti apud Thomam de Guzman, 1579. & 1598. in 8. Vidi ſub duobus titulis diſtinctis idem Opus. Demùm ex Nicolao Antonio ſcripſit Latinè:

De Milite Chriſtiano; Opus hactenùs mihi ignotum.

ANTONIUS DELPHINI, è Caſali majore, Vicarius Generalis Minorum Conventualium, Vir doctiſsimus edidit:

Commentarios in Evangelium Joannis.

Commentarios in Epiſtolam ad Hebræos. Romæ apud Bartholomæum Craſſum, anno 1587. in 8. cum illuſtrationibus Sarnani. Vidi. Scripſit inſuper Uvadingo teſte:

De Fine ultimo.

De Virginitate.

De Prædeſtinatione.

De Poteſtate Eccleſiæ.

De Cultu Sacrarum Imaginum.

De Cæli rotunditate.

De Matheoris.

De Rerum eventu.

De Divina Providentia.

De Libero Arbitrio.

De Nobilitate.

De Peccato originali.

De Matrimonio.

De Cœlibatu Religioſorum.

Opuſcula quædam Logicalia.

Epiſtolam diffuſam ad Julium III. de pertractandis in Concilio Tridentino.

De Cæleſtibus Orbibus laudatum à Fr. Antonio Caſtel Minorita in 2. Sententiarum, quæſt. 12. num. 68. fol. 201. niſi fortè idem ſit cum ſuperiùs laudato *de Cæli rotunditate.* Extat noſtri Authoris nomine volumen inſcriptum:

Opus eximium, univerſum ferè negotium de Eccleſia, inter Patres Orthodoxos, & Proteſtantes controverſum in tres Libros digeſtum. Venetijs editum, typis Andreæ Arrival, 1552. in 8. Vidi. Vocatus ad Tridentinum Concilium à Pio IV. obijt grandævus Bononiæ (alij dicunt Romæ) anno ſalutis 1560. De eo pertractat Jacobus Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ, pag. 697.

ANTONIUS DEPRANITANUS, Siculus, ex Minoritis Capuccinis, Concionator, ſcripſit, ac edidit Italicè:

Vitam Fr. Bernardi à Carlione Laici ex Panormitana Provincia Fratrum Capucci-

norum. Citatur frequentèr à Fr. Benedicto de S. Benedicto in ejuſdem Bernardi vita, apud Antonium Mongitore, tom. 2. Biblioth. Siculæ in Appendice ad tomum 1.

ANTONIUS DE DUEÑAS, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Bæticæ Lector emeritus, Ex-Diffinitor, ac Pater, magnæ exquiſitæ doctrinæ opinioni, in vniverſam Theologiam lucubrationes varias reliquit, ex quibus ſunt:

Quæſtiones Metaphiſicæ, tom. 1. in fol.

Quæſtiones quodlibetales, tom. 1. in fol.

De Deo Uno, & voluntate Dei, tom. 1. in fol.

De Phiſica Prædeterminatione, tom. 1. in fol.

De Scientia Dei, tom. 1. in fol.

De Incarnatione, tom. 1. in fol.

De Merito, & Fide ſupernaturali, tom. 1. in fol.

Controverſiæ variæ Theologicæ, tom. 2. in fol.

Selectiores Controverſiæ inter D. Thomam, & Doctorem Subtilem, tom. 1. in fol. Decem hæc volumina morte præventus prælo non commiſsit; aſſervantur verò M. S. Hiſpali in Bibliotheca Conventus S. P. N. Franciſci, ſub litt. D. à num. 1093 Vidi.

ANTONIUS AB EXPECTATIONE, Luſitanus, Prov. Portugalliæ Regul. Obſerv. Lector Jubilatus, Ex-Diffinitor, ac S. Officij Qualificator, typis dedit, à ſe habitam, ſpectante populo gravi:

Orationem in gratiarum actionem pro expletione Sæculi ſecundi à Confirmatione Religionis S. Cajetani. Prodijt Ulyſsipone ex officina Antonij Rodriguez anno 1730. in 4. Vidi.

ANTONIUS EZCAROI, Hiſpanus, Matritenſis, Regius, ac Apoſtolicus Concionator, Provinciæ Mexicanæ S. Evangelij Regul. Obſerv. alumnus, ſancto zelo ductus, opus perutile elaboravit Hiſpanicè, ac in publicum miſsit, ſub titulo:

Dolorificæ voces adverſum peccata, quæ ex veſtibus prophanis, ac mulierum pigmentis ortum ducunt. Hiſpali litteris Thomæ Lopez de Haro, anno 1691. In 4. Vidi Guardianum agens de Aranzazu, communem fecerat:

Concionem de Aſſumptione glorioſæ Matris admirabilis. Mexici ex typographia Viduæ Bernardi Caldelon, anno 1683. in 4. Vidi.

ANTONIUS FABER, Gallus, Diffinitor Prov. S. Ludovici Regul. Obſerv. & aliarum Provinciarum Commiſſarius, acerrimus Fidei contra Hæreticos defenſor, ſcripſit:

Librum contra quemdam Hæreticum Anteſignanum, in quo præcipua noſtræ Fidei capita, Eccleſiaſticaſque traditiones contra Neotericos errores, modeſtè, & abſque verborum injuria defendit. Agit de eo Fr. Didacus de Lequile, tom. 2. *Ter-Legiſlatoris*, tract. 6. lib. 11. fol. 263.

ANTONIUS DE FANTIS, Tarviſsinus, Minorita, doctus, & ſubtilis Scoticæ doctrinæ, celebris aſſertor, publici juris fecit:

Speculum ſpirituale rationale. Venetijs per Simonem de Luere 1546. in fol.

Commentaria in primum, & ſecundum Sententiarum. Lugduni 1530. in 4.

Sermones varios de Sanctis. Ex Uvadingo. Potiſsimùm verò emiſsit Lugduni an. 1530. Alphabetica methodo:

Tabulam generalem Scoticæ ſubtilitatis ſectionibus octò, quarum

Prima, materias omnes à Scoto diſputatas, vel pertractatas, amplectitur.

Secunda, Deciſas Concluſiones circà pertractatas materias.

Tertia, præcipuas Entium definitiones.

Quarta, ſubtiliſsimas diviſiones ex omnibus voluminibus Scoti congeſtas, quarum cognitio facilem præſtat aditum ad pleraque omnia percipienda.

Quinta, Regulas in explicandis errorum omnium proprietatibus.

Sexta, Propoſitiones, tanquam certa theoremata, pro decidendis concluſionibus, ex Philoſophia penetralibus deſumpta.

Septima, plurimorum Sanctorum Interpretum ambiguas propoſitiones: nimirùm Ambroſij, Hilarij, Auguſtini, Gregorij, Damaſceni, Anſelmi, quin etiam triplicis Peripateticæ Philoſophiæ Ariſtotelis, & Averrois pugnantes ſententias.

Octava, quæ omnium ſectio uberior, ac fructuoſior, Epitomem Scibilium, ſeu mare magnum Scoticarum omnium ſpeculationum continet. Ad quarum ſectionum calcem idem Author, ſivè Collector, digreſsionem perbrevem adjecit, quæ eorum, quæ in vnum congeſsit, feriem methodicam, oculis ſubjicit. Eſt hujuſce mentio cum laude apud Minoritam Baronium, tom. 2. Opuſc. part. 14. §. 10.

ANTONIUS FERRARA, natione Italus, Minorita eruditus, ſcripſit volumen in 4. prænotatum:

Chonicon Mundi. Vidi M. S. in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ.

AN-

ANTONIUS FERRER, Hiſpanus, Valentinus, Joannis filius (quem in Algerienſi captivitate, hera ejus adverſus conſtantem caſtitatem irritata, fuſtibus occidi fecit) Excalceatam Prov. S. Joannis Baptiſtæ, eximia virtutum Apoſtolicarum dignitate, & miraculis decoravit. Hujus Mater gravida ſibi viſſa eſt in quiete audire in alvo Catulum latrantem: quo ſomnio, ejus eximiam prædicationem præinitiatam fuiſſe quis dubitet? Concionibus tàm in Templis, quàm ſub dio habitis, & Pœnitentiæ Sacramenti adminiſtratione, innumeris mortalibus viam ſalutis munivit, Chriſtiana humilitate, ac prophetico ſpiritu doctrinam mirabilitèr commendantibus. Scripſit:

Artem confitendi Jeſum Chriſtum, eique placendi. Oriolæ apud Ludovicum Beros 1620. in 4. Vidi. In hoc vtrique laudabili opere ſeptem ſupra viginti elucidantur tractatus, videlicèt:

Expoſitio Doctrinę Chriſtianæ.

De Confeſſione, ejuſque partibus.

De Indulgentijs.

De Purgatorio.

Exercitia pro tempore Adventus, ac in pervigilio Nativitatis Domini.

Exercitia pro Anno novo.

Exercitia in Hebdomada Sacra.

Exercitia pro Paſchate Pentecoſtes.

Exercitia menſalia, ac diaria boni Chriſtiani.

Examen quotidianum conſcientiæ.

Forma Confeſſionis ordinariæ.

De iterata Communione.

De Præparatione ad eam, ac Memento Miſſæ.

Orationes variæ.

De Cilicio, alijſque mortificationibus.

Exercitia mortis.

Exercitium breve, ac valdè proficuum.

Exercitia B. Virginis in Templo.

De partibus diei, unà cum Orationibus pro ſingulis horis.

De gratiarum actione quotidiana.

De via purgativa, unitiva, & illuminativa.

De Oratione mentali, ac vocali.

De Contemplatione altiſſima.

De Vita Salvatoris. Sunt tractatus diffuſi, & vtiliſſimi. Legi. Morte præventus M. S. reliquit ad prælum jam maturum:

De Virginitate pulcherrimum tractatum. Ejus memorem invenies Chronologum ſuæ Provinciæ, tom. 2. lib. 2. cap. 5. fol. 479. Non exigua ſanctitatis opinione ad meliorem vitam tranſijt in Conventu S. Joannis de la Ribera prædictæ Urbis, & Prov. anno 1644. die 22. Junij. Lege meam Bibliothecam Minor. Diſcalceator. part. 1. pag. 22. ac Bibliothecam Valentinam, pag. 62.

ANTONIUS FRANCA-VILLA, Minorita, Italus, ſtrictioris Obſerv. in Romana Provincia alumnus, apud tomum primum Biblioth. Barberinæ, pag. 424. in lucem dedit ſermone patrio:

Circulum Seraphicum Divini amoris. Neapoli anno 1631. in 12. Ibidemque apud Franciſcum Savium anno 1621. in 16.

Poemata nonnulla de B. Virgine. Ibidem. Agunt de eo Uvadingus, & Petrus de Alva in Militia, col. 102.

ANTONIUS A S. FRANCISCO, Luſitanus, ex Tertiarijs Sæcularibus Tertij Ordinis Seraphici, in eorum vtilitatem typis mandavit vernaculè:

Compendium Exercitiorum Tertij Ordinis Pœnitentium. Ulyſſipone typis Antonij Alvarez anno 1628. in 16. Vidi.

ANTONIUS DE FUENTE-LA PEÑA, Capuccinus, natione Hiſpanus, ex Oppido Fuente la Peña, Diœceſis Zamorenſis oriundus, Sac. Theologiæ Lector, ac Provinciæ Caſtellæ Pater, edidit librum inſcriptum Hiſpanicè:

Ens elucidatum. Agit in ipſo de quibuſdam terrificis entibus, quæ nunc inviſibilia, nunc animalia irrationabilia vocitat. Matriti typis Regijs 1676. in 4. Vidi. Item:

Exemplar Divinum, in quo ad animas conciliandas ad amorem, pinguntur Divinæ perfectiones. Ibid. apud Joannem Gariam 1685. in 8. & ibidem 1701. Adjecit inſupèr opus inſcriptum:

Compendium Theologiæ Myſticæ, juxtà editionem Matritenſem anni 1688.

Lux veritatis. Ibidem 1702. in 16. Vidi.

ANTONIUS GALLICANUS ALLOBROX, Conventualis, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ſcripſit:

Diſquiſitiones ſuper Regulas, Statuta, & Hiſtorias Trium Ordinum S. P. N. Franciſci. Valeſiæ apud Martinum Salſteman 1635. in 4. Ex Uvadingo.

ANTONIUS GAMBIER, Belga, Prov. S. Andreæ, recitavit, & edidit:

Orationem Funebrem in Exequijs nobiliſſimæ Heroinæ Dianæ Dom-martinæ S. R. Imperij Principis, teſte laudato Uvadingo.

ANTONIUS GEARNONIUS, Hiber-

Hibernus ſtrioris Obſerv. Collegij S. Antonij apud Lovanienſes alumnus, ſcripſit lingua vernacula libellum, quem prænotavit:

Paradiſum animę, in quo compendioſè congerit, quæ ad ſalutem animæ conducunt. Lovanij in prædicto Collegio impreſſum anno 1645. Ex eodem.

ANTONIUS GOMEZ, Hiſpanus, Prov. S. Michaelis Regul. Obſerv. alumnus, Concionator generalis, Ex-Diffinitor, ac Synodalis Examinator Pacenſis Epiſcopatus, vernaculè in lucem dedit duo volumina in 4. inſcripta:

Diſcurſus Evangelici Panegyrici, ac Morales. Tomus ſecundus, quem vidi, editus eſt Hiſpali typis Joannis Franciſci de Blas anno 1698. In Prologo hujus tomi ſpem fecit aliorum, nempè: *Quadrageſimalis cum majori Hebdomada, Marialis, ac tomi integri de feſtivitatibus Chriſti.* Singillatim autem foràs emiſsit:

Concionem de Sanctiſsimi Sacramenti collocatione, & Hiſpali litteris Thomæ Lopez, anno 1679. in 4. Vidi.

De S. Hieronymo. Salmanticæ per Lucam Perez, anno 1654. in 4. Vidi.

De S. Bonaventura. Ibidem in officina Melchioris Eſtevez, anno 1672. in 4. Vidi.

De S. Eliſabeth Hungariæ Regina. Ibidem, ac eadem typographia, anno 1677. in 4. Vidi. Aliam tandem:

In Profeſsione duarum Monialium Clariſſarum. Hiſpali apud Joannem Cabezas, anno 1675. in 4. Vidi.

ANTONIUS GONZALES, ex Recollectis Provinciæ Germaniæ Inferioris, ſcripſit, & edidit:

Peregrinationem ſuam in Terram Sanctam in ſex libros diviſam, Gallicè, & Flandricè, Fr. Carolo de Coudenhove mihi Authore in Chronologico Memoriali laudatæ Prov. M. S. in fol. apud Archivium Ordinis Matritenſe. Legi.

ANTONIUS LE-GRAND, Arteſius Duacenſis, ex Minoritis Recollectis, Vir eruditione clarus, ſcriptis conſignavit:

Hiſtoriam Sacram ab Orbe condito ad Conſtantinum Magnum deductam. Londini 1685. in 8. teſte Jacobo Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ, pag. 749. Inſupèr ex noſtro Alva, col. 104. ſuæ Militiæ, edidit latinè Opus prænotatum.

Encomium ſapientia humilis, ſeù Scotus humilis elucidatus. Duaci 1650. in 24.

ANTONIUS GRANDAT, Regularis Obſerv. Doctor Pariſienſis, Patria Sabaudus, Eccleſiaſtes Ordinarius Caroli Emmanuelis II. Ducis Sabaudiæ, edidit Gallicè:

Effigiem ſpiritualem Principis Regum in ejus dilecto S. Franciſco abbreviatam. Lugduni apud Clementem Petit, anno 1650. in 8. Extat hujus mentio apud Uvadingum in Appendice, & Roſotum a Monte Regali.

ANTONIUS GRATIA DEI, Vulgò nuncupatus Venetus, Minorita, qui claruit circa annum 1540. M. S. reliquit Opus inſcriptum:

Subtilis exhortatio ad Subditos Maximiliani, Mariæque Principum in ſuis tutandis finibus, hoſtibuſque propulſandis, deſides, atque torpentes. Extat in Bibliotheca Cathedralis Tornacenſis juxtà ejus Catalogum impreſſum Duaci 1629. in 8. Legi.

ANTONIUS A S. GREGORIO, (cujus memoriam egi tom. 1. Provinciæ S. Pauli Diſcalceator. lib. 4. cap. 4. num. 73. aliſque in locis) Hiſpanus, ex Oppido Saelizes Civitatenſis Diœceſis, ſanguine clarus, profeſsione emiſſa Salmanticæ, anno 1611. in Conventu laudatæ Provinciæ, vulgò *del Calvario*, litteris vacavit. In Scripturis Sanctis jugi ſtudio exercitatus, zelo animarum ductus, ad Provinciam S. Gregorij in Philippinis Inſulis gradum faciens, viam Dei populos illos docuit, multorúmque corda ad Chriſti amorem convertit. Provincialatus munere fungens, non pepercit labori decem mille leucarum, Fratres ſuos viſitans, verboque, & exemplo docens. Ad Epiſcopatum tandem Novæ Caceres aſſumptus, nec Apoſtolicas Miſsiones oblitus, ſcripſit ſatis egregium opus Tagalo idiomate:

De principalibus Myſterijs noſtræ Sanctæ Fidei, poſt alias editiones typis mandatum Societatis Jeſu, Manilæ, labore Simonis Pimpin, anno 1648. in 8. Vidi. Incipit: *Panginoon cong Dios*, hoc eſt: *Dominus Deus meus.* Diem clauſit extremum plenus dierum, ac virtutum in ſua Sede, anno 1666.

ANTONIUS DE GROTALLAS, ex loco ſic dicto, in Neapolitano Regno oriundus, Minoritis Capuccinis adſcriptus typis commiſsit, Vitam Fr. Angeli Scocienſis Capuccini, ſub titulo:

Alexius ſecundus. Prodijt primo Italicè Neapoli, & Bononiæ 1659. in 12. uti teſtatur Nicolaus Toppi in ſua Biblioth. Neapolitana. Hiſpanicè poſtea. Valentiæ 1657. Vidi.

Vi-

Vitam S. Februniæ, Virg. & Martyris. Venetijs, apud Franciſc[illegible] Eſtorto, anno 1660.

ANTONIUS DE GUADIX, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis, Lector Theologus, Ex-C[illegible]tos, ac Diſfinitor, hoc anno 1730. ad prælum maturum habet Granatæ:

Curſum Philoſophicum, ac Theologicum.

ANTONIUS GUARNIERIUS DE MONTE REGALI, ex Minoritis Convent. Magiſter Theologus, in Aſiſienſi Provincia Miniſter Provincialis, & Commiſſarius generalis, pro inſtructione, & commoditate Tyronum ſuæ Religionis, publici juris fecit:

Opus de Ecleſia Militante, diviſſum in quatuor libros, in quorum 1. agitur de Eccleſia Militante in genere. In 2. de ejuſdem Militantis Eccleſiæ, ſcilicèt, de Chriſto Capite principali, & Romano Pontifice Capite miniſteriali. In 3. de membris Eccleſiæ Militantis. In 4. de Concilijs, ſeù de Eccleſia Militante in Concilijs congregata. Romæ ex typis Hæredum Corbelleti, 1694. in fol. Vidi.

ANTONIUS GUERESCUS, Procenenſis, Provinciæ Romanæ alumnus, teſtibus Uvadingo, & Gonzaga, ſcripſit:

Summulam de Sacramento Pœnitentiæ. Vivebat anno 1590.

ANTONIUS GUEVARA, Hiſpanus, in Trecenſi Valle, apud Burgenſem Archiepiſcopatum natus, Neapoli in Prov. Terræ laboris habitum ſuſcepit, vbi primùm Caroli V. Imperatoris ob inſignes, variaſque animi dotes, gratiam inire, ejuſque aulæ cœpit adſcribi. Eruditione humana, & divina apud omnes clariſsimus, & eloquentia ſupra illius temporis conditionem admirabilis, à Carolo delectus eſt Cæſareus Eccleſiaſtes, & Hiſtoricus; deindè adſcitus eſt in Conſiliariorum, privatum Collegium, mox renunciatus Epiſcopus Mindionienſis. Multa ſcripſit patrio, ac cultiſsimo quidem, & ſublimi ſermone, qua de cauſa, & ob variam gratamque per omnia opera, ſparſam eruditionem, in omnes fermè Europæ Gentis, linguas translata ſunt. Neſcio itaque vndè tantus livor Authori Bibliothecæ Hiſpanicæ, vt quem in principio elogij dixerat *lingua patria tùm facundum, tùm diſſertiſsimum, ita vt Caroli V. Eccleſiaſtes, & Hiſtoricus ſit delectus*; poſteà injurioſè nimis circa ſtylum vituperet, referatque Petrum Ruam Sorienſem Epiſtolas adhùc ſuperſtitis Antiſtitis vanitatis damnaſſe, edito ſingulari de fide in Hiſtoria ſcribenda Commentario. Et quidem diverſum eſt valdè aliorum Doctorum Virorum de Aothore iſto judicium. D. Nicolao Antonio ſanè eloquentia ejus non probatur, qui tom. 1. ſuæ Bibliot. in Arturum quoque noſtrum gratis invehitur. Sed pace tanti viri, alioqui eruditione præſtantis, haùd omnes, quos in laudatum Martyrologium Arturus intulit, Beatos eſſe ex Apoſtolicis Sedis decreto, in operis limine monet ipſemet Arturus. Ait enim in Prologo ad Lectorem: *Licèt appellationem Beati ſubjunxerim, nequaquam inſtricta, & propria acceptione fundata in approbatione Canonica, & Eccleſiaſtica, quæ deſervit ad communem cultum, & invocationem ſumenda eſt.* Profectò clariùs proceſsit Fr. Auguſtinus de Uvite in Genealogia S. P. N. Franciſci, Beatos ſecernens ex Eccleſiaſtica approbatione, à Beatis, ſecundum Hiſtoricos approbatos. Incredibile eſt, quàm ſint omnia noſtri Guevara ſingulari eruditione referta opera, quantamque ſpirent pietatem, ac Religionem, quorum ſeries hæc eſt:

Mons Calvariæ, ſivè de Myſterijs Dominicę Paſsionis, ac de Verbis Domini in Cruce pendentis, duabus partibus. *Opus eruditiſsimum* Sixto Senenſi judice. Salmanticæ 1542. 1545. & 1582. Vallis Oleti typis Nicolai Tierri, 1529. in fol. Vidi. Compluti cum Annotationibus Alphonſi de Aurazo, ſeù Arazo 1563. vti aſſerunt Valerius Andreas, & Uvadingus. Italica editio prodijt Venetijs 1563. Et correctior ibidem apud Vincentium Valgriſſium, anno 1567. in 4. & apud Hæredes ejus 1575. Demùm 1605. in 8. apud Sebaſtianum Combi. Prior pars, inquit D. Nicolaus Antonius, interprete Alphonſo Ulloa: poſterior autem Petro quodam Lauro, editæ dicuntur quoquè Venetijs 1570. & 1571. in 4. & 8. Gallica, Pariſijs 1571. 8. & Lugduni in 12. nempè ex Franciſci Belleforeſti verſione: quam edidit quoque Pariſijs Gervaſius Mallot, 1575. in 8. Extat hujus operis mentio cum laude apud Sanderum, part. 2. Bibliothecę Belgicæ M. S. ad calcem Syllabi AA.

Oratorium Religioſorum; vtile quidem omnibus Monaſticis opus, dignumque quod in Religioſis Cœtibus paſsim legatur. Hiſpanicè, Salmanticę, 1570. in 8. in officina Joannis Perier. Vidi. Et ibidem 1574. & Vallis Oleti apud Joannem de

Villaquiran, 1542. Italicè prodijt Venetijs ex typographia Jacobi Gioliti 1567. & 1605. Gallicè, redditum à Nicolao Dani excuſit Pariſijs Guillelmus Chandiere, 1578. in 8. Vidi.

De Adventu S. Jacobi Apoſtoli in Hiſpaniam discurſus duo. Antuerpiæ 1608. in 8. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 1. pag. 508.

Horologium Principum, magno labore annorum, vti Uvadingus inquit, vndecim adoleſcentioris ætatis, vti ipſe commemorat, tribus libris, non tàm ex hiſtorijs accepta narratione, quàm ex vberantis ingenij fœcunditate ad efformandos Chriſtianorum Principum mores, effinxit. Hiſpanicè, primò Vallis Oleti apud Nicolaum Tierri 1529. Vidi. Hiſpali apud Jacobum Comberger 1532. & 1534. in 4. Alias editiones miſſas facio. Latinè ex Hiſpanico redditum à Joanne UvancKelio cum annotationibus, prodijt Francoſurti 1664. in 4. 1671. in fol. Torgæ 1601. in fol. 1611. in fol. & Lipſiæ 1624. & 1632. in 4. apud Alphonſum Laſor in ſuo Univerſo Terrarum Orbe, fol. 398. Italicè vertit, atque edidit Venetijs Mambrinus Roſſeus 1548. in 8. Prodijt quoque Venetijs 1556. in 4. 1591. in 8. 1575. in 4. & 1560. apud Franciſcum Portinarium. Germanicè extat cum alijs ejuſdem Guevaræ operibus Germanicè editis, Francoſurti 1574. in 4. & 1660. in 4. & per Ægidium Albertinum 1624. in 4. Necnon Monachij 1665. in 4. Anglicè, Londini 1610. in fol. apud laudatum Laſor, ibidem. Gallicè Pariſijs 1588. in 8. teſte Nicolao Antonio. Extat M. S. in Bibliotheca Regia Eſcorialis ij. 24. Vidi.

Epiſtolæ familiares, quæ, Uvadingus ait, ob calami nitorem, & argumentorum varietatem, & majeſtatem, verè Aureæ appellantur, & ſæpiſsimè recuſſæ ſunt. Primitùs Pinciæ 1539. formis Joannis de Villaquiran. Antuerpiæ 1593. & 1603. in 8. typis Martini Nutio. Salmanticæ apud Petrum Laſſo 1568. in 8. Vidi: Compluti quoque, poſt alias editiones, apud Joannem Gratianum 1600. in 4. Italicè, verbis vt vtar laudati Nicolai, converti, excudique Venetijs fecit *Dominicus* Catzeli (in Geſnearianæ Bibliothecæ Epitome, eſt *Dominus Gazulo* nobilis Hiſpanus; fortè Gaztelus) anno 1545. deindè ibidem 1564. in 4. & 1585. Tertium librum vertit Alphonſus Ulloa. Galli quoque habent, & magni habent, duos ſcilicet priores libros, opera Joannis de Guterry; tertium Antonij Pineti, Lugd. 1560. apud Bartholomæum Molin. in 4. vti refert Anton. Verdier *in Bibliotheca*, qui magnis laudibus Authorem, & opus, extollit. Quartum, & quintum vertit Joannes de Barraud, Pariſijſque edidit apud Robertum le Fizalier 1584. in 8. eodem Verderio teſte.

Diſputatio contra Judaos. De ipſa agit Fr. Antonius Caſtel, Minorita, ſup. tertium Sententiarum, quæſt. 8. fol. 361. num. 48. Sub vnico autem volumine excuſo Pinciæ, litteris Joannis de Villaquiran 1539. in fol. legi ſequentia:

Prologum variarum Hiſtoriarum haùd contemnenda fragmenta amplectentem.

Decadem Vitarum Trajani, Antonini Pij, Commodi, Pertinacis, Juliani, Severi, Baſiani, Heliogabali, Alexandri, Imperatorum. Extat M. S. in Bibliotheca Eſcorialis ij. g. 18. Vidi.

De contemnenda vita aulica, & praferenda rurali: ad Joannem Tertium Luſitaniæ Regem. Seorſim Compluti 1592. in 8. Stetini 1633. in 12. apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 508. Barcinone typis Hieronymi Margarit. 1613. in 12. Vidi.

Monita Gratioſorum, ac Inſtructio Aulicorum, ad Franciſcum de los Cobos Militiæ S. Jacobi in Ditione Legionenſi Commendatarium. Prodijt ſeorſim Compluti 1592. Antuerpiæ ex officina Plantiniana 1603. Et Matriti apud Gabrielem de Leon 1658. in 4. Italicè verò, Venetijs 1562.

De Inventoribus Artis nautica, atque incommodis, & privilegijs Triremum: ad eundem Franciſcum de los Cobos. Hunc tractatum, vti refert Nicolaus Antonius, Gaſpar Barthius Hiſpanæ Linguæ Scriptorum admirator, & laudator eximius, *Veridicum, & admodum facetum* vocat ad verſum CCCC.XXXVIII. lib. IX. *Guilielmi Britonis Philippidos*. Gallicè venit Antonius Pinetus, edititque cum *Epiſtolis*, Lugduni anno milleſsimo quingenteſsimo ſexageſsimo. Et Pariſijs anno milleſsimo quingenteſsimo ſeptuageſsimo in 8. ex præcitato Laſor. Inſupèr ſcripſit:

Chronica Imperialia Caroli Quinti, quæ ipſe in Argumento decadis Cæſareanæ citat; ſed imperfecta, ac inedita reliquit. Demùm, diem clauſit extremum Pinciæ anno milleſsimo quingenteſsimo quadrageſsimo quarto, in cujus ſepulchro hoc legitur Epitaphium:

Ca-

Carolo V. Hiſpaniarum Rege imperante,
Illuſtriſs. D. D. Fr. Antonius de Guevara
Fide Chriſtianus, natione Hiſpanus,
Patria Alavenſis, genere de Guevara,
Religione S. Franciſci, habitu hujus Conventus,
Profeſsione Theologus,
Officio Prædicator, & Chroniſta Cæſaris,
Dignitate Epiſcopus Mindonienſis
Fecit anno Dom. M. D. XL.
Poſui finem curis, ſpes, & fortuna valete,
Obijt anno M. D. XLIV. X. Aprilis
Ipſo Cœnæ Domini die,
Et ſepultus eſt apud Franciſcanos in ſuo
Epiſcopatu.

Conſule Haroldum ad annum Chriſti 1523. num. 4. & Arturum ad diem 24. Octobris, §. 1.

Commentaria in Habacuc Prophetam, excuſa Matriti 1585. in 4. ipſi attribuunt Uvadingus ex Joanne Pineda, Ludovicus Dupin, Hieronymus Ghilinus in Theatro hominum litteratorum Italico, & alij confundentes noſtrum Guevara, fidem ſi facias Nicolao Antonio, cum alio Antonio de Guevara, Hiſpano, Priore S. Michaelis de Eſcalada in tractu Legionenſi. Sanè, Matriti ex officina Viduæ Petri Madrigal prodierunt in fol. anno 1595. *Exegemata in Habacuc Prophetam*, ex cujus Regali licentia, quam legi, facilè convincitur minimè eſſe noſtri Guevara Commentaria iſta.

ANTONIUS DE HAZA, Hiſpanus ex Cantabria, in eademque Prov. Regul. Obſerv. Sacræ Theologiæ Profeſſor compilavit, ac edidit ſermone Hiſpano:

Conſtitutiones Tertiariorum S. Franciſci. Victoriæ, per Bartholomæum Rieſgo, 1726. in 8.

ANTONIUS HYQUÆUS, Hibernus, Tuomonenſis, Sacræ Theologiæ, Coloniæ, Lovanij, & demùm S. Iſidori in Urbe diuturnus Profeſſor, ac totius Ordinis Diffinitor generalis, Vir doctiſsimus, ac uti Uvadingus refert, omni eruditionis genere ornatiſsimus, proſa, & metro diſſertiſsimus, Philoſophia, Theologia Scholaſtica, Morali, Sacra Scriptura, Concilijs, Sanctis Patribus, Jure Canonico, Hiſtoria Eccleſiaſtica, & Fidei Controverſijs apprimè verſatus, publici juris fecit:

Commentaria in 4. lib. Sententiarum ad mentem Scoti tribus voluminibus in fol. Legi. Horum primum priores Tredecim Diſtinctiones explicat; ſecundum, quæ ſequuntur, uſque ad Quadrageſsimam ſecundam; tertium reliquas, uſque ad finem. Prodierunt, cum omnibus Scoti operibus, Lugduni anno 1639. ſumptibus Laurentij Durand.

De Stigmatibus S. Catharinæ Senenſis, tractatum juridicum, & doctum, ad Congregationis Sacrorum Rituum Cardinales. Hunc apud ſe, ait Uvadingus, habuiſſe, ac

Reſponſsiones graviſsimas ad pleraque dubia Moralia, & Aſcetica, quas ad prælum parabat. Item:

De Conceptione Immaculata B. Mariæ Virginis, opus inſigne, atque omnibus numeris abſolutum, ad prælumque maturum, in Bibliotheca S. Iſidori in Urbe M. S. aſſervatum, teſte Marracio in ſua Bibliotheca Mariana, ex quo noſter Alva, col. 104. ſuæ Militiæ. Scripſit inſupèr de Puritate Religionis Seraphicæ, ſeu:

Nitelam Franciſcanæ Religionis. Opus doc-

doctum, & argutum, quo eandem Religionem à multis injurijs, vltrò per Abrahamum Bzobium illatis, acritèr defendit, eamque à tot indignis maculis, quibus prædictus Author illam aſperſit, gravitèr abſterſit. Prodijt Lugduni, anno 1627. ſumptibus Claudi Landry, ſub nomine *Dermitij Thaddæi*, ſub quo audivit in ſæculo. Vidi. Demùm Doctoris Subtilis orſus eſt:

Commentaria tertij Sententiarum, fuſsè laudata à N. Uvadingo; ſed in ſextæ Diſtinctionis Scholio fatis conceſsit, die 26. Junij, anno 1611. exemplaritatis notam relinquens. Ejus ſepulchrum iſto ornatur Epitaphio:

Fr. Antonio Hyquæo Hiberno
Viro doctiſsimo, & Religioſiſsimo,
Sacræ Theologiæ Profeſſori
Emerito, totius Ordinis Diffinitori.
Socio Gratiſsimo.
Amico optimo mærens poſuit
Fr. Lucas Uvadingus
Ædis Præfectus.
Obijt anno 1641. die 26. Jun.

ANTONIUS HUERTA, Hiſpanus, Provinc. Diſcalceator. S. Joſephi in nova Caſtella, devotus alumnus, ſcripſit:

Hiſtoriam, & Vitam mirabilem S. Petri de Alcantara. Ad Excellentiſsimam Donam Comitiſſam de Oropeſa. Matriti apud Mariam Rey, Viduam Didaci Diaz 1669. in 4. Ibidem, ſimùl cum prædicto opere prodijt in lucem:

Panegyris, ſivè Poema in laudem S. Petri de Alcantara, ipſius epilogans Vitam, à fol. 497. Incipit: *Adſis Sacra Parens, adſis SS. Chriſte: Petrum laudare Angelicum, (quem facta beatum)* &c. Et fol. 503.

Relatio celeberrima feſtivitatis, caremoniarum, & ornatus Baſilica Romana S. Petri in Canonizatione S. Petri de Alcantara. Et in lib. 4. operis primò commendati:

Tractatus Orationis, & Meditationis, quem dedit in lucem S. Petrus de Alcantara, &c. Edidit inſupèr opus præſcriptum:

Triumphi glorioſi in Canonizatione S. Petri de Alcantara. Matriti 1670. in 4. typis Bernardi de Villa-Diego. Vidi.

ANTONIUS A JESU, Hiſpanus, Provinciæ Burgenſis Regul. Obſerv. Cuſtos Conceptionis Provinciæ Commiſſarius Viſitator, ac Cauſæ V. M. Mariæ de Agreda Procurator Generalis in Curia Regis Catholici, in publicum miſsit Apologeticum eruditum ſub hac inſcriptione:

Actorum facultatis Theologica Pariſienſis in cauſa tomi primi Myſtica Civitatis Dei, ſeù Vita Sanctiſsima Virginis, Hiſpanicè edita à Venerabili Matre Maria à Jeſu, Abbatiſſa Monaſterij Immaculatæ Conceptionis Civitatis de Agreda, & Gallicè reddita à R. P. Thoma Croſet Recollecto brevis, ac ſimplex narratio ex varijs monumentis, biſque fidedignis, quam exactiſsimè fieri potuit, concinnata, unà cum juridica declamatione, & expoſtulatione adverſus eadem acta, Authore D. D. Joanne de Leyba vtriuſque Juris Doctore, Sacrarij Regalis Granatenſis Flammine majore. Compluti anno 1697. in 4. Vidi.

ANTONIUS ILERDENSIS, Hiſpanus, Prov. Aragonum, Vir doctus, in Philoſophia, Sacra Theologia, & Divinis Scripturis verſatiſsimus, ſcripſit:

Collationes pro mortuis, per totum anni circulum, in quibus applicat Exequijs defunctorum præcipuas totius anni Epiſtolas, & Evangelia, tàm de Tempore, quàm Sanctis. Incipiunt: *Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere, &c.* Extant M. S. vti Uvadingus teſtatur in Bibliotheca Toletana Minorum, Codice pervetuſto membraneo, ſignato littera Z. num. 78.

ANTONIUS INTERAMNENSIS, Capuccinus, natione Italus, Prov.

S. Franciſci fervidus Concionator, anno 1629. ſcripſit:

Tractatum de habitus forma, quem geſtant Fratres Minores Capuccini. Aſſervatur M. S. in Biblioth. Genuenſi, teſte Dionyſio Genuenſi in Biblioth. Script. Capuccin.

ANTONIUS JOANNES ANDREAS DE S. JOSEPHO, Hiſpanus, patria Valentinus, antiquo ſæculi nomine Joannes Andreu, ex Doctore Theologo, & Profeſſore 22. annorum ejuſdemmet Urbis Gymnaſij, Minorita Excalceatus Prov. S. Joannis Baptiſtæ, Virque Apoſtolici fervoris in ſeminando Dei Verbo, edidit:

Hiſtoriam Imaginis Chriſti Crucifixi, quæ veneratur, & colitur in Eccleſia S. Theclæ, Civitatis Valentinæ. Ibidem 1625. Iterumque apud Viduam Joannis Chriſoſtomi Garriz, anno 1631. in 4. Vidi. Agunt de hoc ſanè venerabili Viro, Medina, Martinus à S. Joſepho, Nicolaus Antonius, & Antonius Panes in Hiſtoria laudatæ Provinciæ 1. part. lib. 11. cap. 13. memoriam faciens *duarum Salutationum ab ipſo ſcriptarum*, quarum vna in honorem S. Joſephi, quem mirificè coluit, & alia in laudem Beatiſſimi P. N. Franciſci (in cujus paupertate gloriabatur) Juſſu Ven. Archiepiſcopi Valentini D. D. Joannes do Rivera typis datæ ſunt. Ad Regnum Gloriæ, Chriſto vocante, hilari facie profectus eſt 24. Octob. anno 1603. ſui deſiderium, & Fratribus, & populo clamanti: *Apoſtolum Sanctum perdidimus*, relinquens. Extat ejuſdem honorifica mentio apud Bibliothecam Valentinam, & Hiſtoriam Valentinæ Academiæ, ſæculo 17.

ANTONIUS IRRIBARNE, Hiſpanus, ex Aragonenſi Provincia Minorum Capuccinorum, Concionator Apoſtolicus, Cultoribus Virginis tradidit vernaculè:

Candelabrum Roſeum Virgineum, opus eruditum, in quo oſtendit Beatiſſimam Dei Genitricem Sacratiſſimi ſui Roſarij Fundatricem eſſe. Matriti per Didacum Martinez Abbad, anno 1697. in 4. Vidi.

Candelabrum Virgineum Roſeum Prædicabile. Ibid. typis Antonij Gonzalez de Reyes, 1701. in fol. Vidi.

De modo recitandi, cantandi, & offerendi Roſarium Virginis Mariæ. Ibidem, 1697. apud Martinum Abbad. Vidi.

ANTONIUS KOPF, ex Minoritis Recollectis Galliæ, opus dogmaticum vulgavit, cui titulus:

Inviolabilis, & inconcuſſa Petra, id eſt; Demonſtratio ſymbolica veri Primatus S. Petri. Coloniæ Agrippinæ 1704. in 8. Vidi.

ANTONIUS LAUDATUS, Capuccinus, nobilis Cajetanus, Eques olim Jeroſolimitanus, Provinciæ Neapolitanæ alumnus, Vir ab ingenij lenitate, morumque benignitate, juſtitia, prudentia, religione gravitate, & animarum zelo celebrandus; fuit enim Regni Matambiæ in Africa Apoſtolicus cultor, deſcripſit Italicè:

Mirabilem converſionem ad Fidem Chriſti Reginæ Singinenſis, & Regni Matambiæ. Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum 1669. in 4. Ad aliam evolavit vitam Loandæ, anno 1662. ſanctitatis opinione clarus, vt in ſua Bibliotheca teſtatur Dionyſius Genuenſis:

ANTONIUS DE LEDESMA, Hiſpanus, ex oppido ſic dicto, Salmantinæ Diœceſis, Regul. Obſervant. Provinciæ Angelorum: Lector Theologus, ac Artis Poeticæ minimè ignarus; ſcripſit:

Super Pſalm. 50. ligato ſermone (apud Hiſpanos, *Ovillejos*) *aliiſque carminibus opuſcula varia.* Vidi M. S. in 4. in Bibliotheca Hiſpalenſis Conventus S. Antonij ſub num. 43. Foras emiſit, quod viderim.

Orationem funebrem in Exequijs Petri Andreæ Ramirez, Marchionis de la Algava. Hiſpali formis Thomæ Lopez de Haro, 1681. in 4.

ANTONIUS DE LIBORNO, Italus, ex Reformatis Provinc. S. Thomæ, Sacræ Theologiæ Lector Generalis in Conventu Romano S. Franciſci ad Ripam, publici juris fecit opus præſcriptum:

Coſmographia Seraphica Sphera ſpiritualis. Prodijt Romæ ex officina Franciſci Moneta, 1654. in 4. magno. Vidi. Extat hujus mentio apud noſtrum Alva, col. 106. ſuæ Militiæ.

ANTONIUS LITTERIUS A CASTELLUCIA, Minorita doctus ſcripſit, ac edidit, laudato Alva teſte ibidem, col. 107.

Theoremata plura ſuper Orationem Dominicam. Neapoli 1580. in 8.

ANTONIUS DE LA LLAVE, Hiſpanus, Prov. Diſcalcearorum S. Gregorij in Philippinis, Diffinitor, Vir profecto eruditus, ſcripſit:

Chronica Provinciæ Strictioris Obſervantia

tiæ S. Gregorij, *& Inſularum Philippinenſium* ab anno 1522. ad vſque 1623. ad Catholicum Regem Philippum IV. Eſt opus quantitate magnum, & qualitate conſpicuum. Ipſum M.S. ſedulò legi in Matritenſi noſtro S. Ægidij Regali Conventu, approbationibus neceſſarijs fulcitum, quas inter, cenſuram vidi Venerab. Martyris Gennefij de Queſada. In medium autem opere pretium duxi, & Authoris, & operis ejus adducere judicium (prælo datum in vita V. M. Hieronymæ ab Aſſumptione ab ipſomet Martyre ejus à Confeſsionibus elaborata, quam Matriti in fol. anno 1717. in publicum miſsit Fr. Auguſtinus de Madrid, Provinc. S. Gregorij Pro-Miniſter, lib. 4. cap. 1.) in mea Bibliotheca Minorum Diſcalceatorum, pag. 25. Reliquit inſuper M.S. copioſam.

Relationem virtutum V. M. Hieronymæ ab Aſſumptione. Præ manibus habuit R.P. Fr. Bartholomæus de Latona pro efformatione ſui libri intitulati: *Perfecta Religioſa*, vt ipſemet fatetur in Prologo, lib. 1. num. 2.

ANTONIUS DE LLINAZ, Hiſpanus, Minorita, Lector Jubilatus, à Cenſuris S. Officij, & Conventus Dominæ noſtræ de la Oliva, Præſes, Vir, qui omnium virtutum ſpecimen factus, itinera ſemper pedibus faciens Religioſos Fratres plurium Provinciarum, ad Sanctiſsimum Converſionis animarum munus convocavit; in eorundem Miſsionariorum gratiam publicavit volumen in 8. prænotatum:

Bullæ Apoſtolicæ in favorem Seraphici Ordinis Miſsionariorum. Acceſſere *Annotationes in Regulam Seraphicam*, *vnà cum Summario Indulgentiarum Apoſtolicis Concionatoribus conceſſarum.* Vidi, ſed abſque loco, & anno editionis. Sanctitatis opinionem relinquens obijt Matriti apud ſuos tumulatus, in cujus obitu orationem habuit D. Franciſcus San Vicente, Eccleſiæ S. Salvatoris Rector, ac S. Officij Qualificator, Matriti editam, anno 1693. in 4. Legi.

ANTONIUS LUCENSIS, Provinc. Tuſciæ, cujus fuit Miniſter, poſtquam Picenam etiam rexerat Provinciam, ſcripſit, teſtibus Gonzaga, Toſigniano, & Uvadingo:

Sermones Quadrageſsimales.

Sermones de Tempore.

ANTONIUS A S. LUDOVICO, Luſitanus, Regul. Obſerv. Prov. Portugalliæ, Diffinitor, ac Tertiariorum Sæcularium Commiſſarius Viſitator, ſcripſit, ac edidit vernaculè:

Expoſitionem Regulæ Tertij Ordinis Pœnitentium S. P. N. Franciſci. Conimbricæ poſt alias editiones, apud Joſephum Ferreira, 1686. in 4.

Catalogum Sanctorum, *ac Perſonarum Illuſtrium ejuſdem Tertij Ordinis.* Ibidem, cum opere laudato, teſte Fr. Ferdinando à Solitudine in Chronic. ejuſdem Prov.

ANTONIUS DE LUNA, Hiſpanus, Minorita, Lector Jubilatus, excuſam eſſe permiſsit, à ſe habitam:

Concionem de S. Didaco. Prodijt in Urbe Angelopolitana, typis Hæredum Joannis de Villaical, anno 1700. in 4. Vidi.

ANTONIUS A MAGDALENA, Hiſpanus, in Diſcalceata S. Pauli, Provinc. Sacræ Theologiæ Lector, & in Conventu Calvariæ Salmanticenſi Divini Verbi Concionator inſignis, Vir apud Matracium in ſua Mariana Biblioth. pietati, eruditioni, & litteris plurimum deditus, inter alia evulgavit:

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, excuſam Salmanticæ, anno ſalutis 1619. quo Author florebat. Hæc Matracius; ego autem alia non inveni præter laudatam Concionem habitam in celeberrimis feſtivitatibus ejuſdem Myſterij in Salmantino Conventu S. P. N. Franciſci, ex qua vnà cum alijs librum in 4. efformavit Fr. Gaſpar Viga-Choaga, Minorita. De eadem Concione, verè eruditè, agit noſter Alva, col. 108. ſuæ Militiæ, miſſa mea Bibliotheca Minor. Diſcalceatorum.

ANTONIUS MALFFI, Siculus Saccenſis, Regul. Obſerv. Hiſtoricus eruditus, ſcripſiſſe, ait ex Abbate Pirro, Antonius Mongitore in De Scriptoribus Siculis:

Hiſtoriam Siculam. Obijt anno Virginei partus 1613.

ANTONIUS MANSILLA, Hiſpanus, Lector Jubilatus, Sancti Officij Qualificator, ac Pater Provinciæ S. Evangelij in Mexicano Regno, vernaculè publicavit Conciones ſequentes:

De Viſitatione B.V. Mariæ in 4. Mexici apud Hæredes Viduæ Franciſci Lupercij, 1726. Vidi.

De Seraphico P. N. Franciſco. Ibid. in 4. Vidi.

De S. Petro ad Eccleſiam Mexicanam. Ibidem in 4. apud Ortega 1722. Vidi.

De Dedicatione Altaris Dominæ N. de Valvanera. Ibidem apud Joſephum Bernardum de Hogal 1725. in 4. Vidi. Alias plures edidit, quæ ad manus meas non devenere. Vivit.

ANTONIUS DE MARCHIA, Picenus, Minorita, inſignis Poeta, *libros Dantis Aligerij Poetæ Etruſci celeberrimi in metrum Latinum doctiſsimum tranſtulit.* Scribit Marianus Florentinus in ſuis Chronicis, lib. 5. cap. 42. §. 21. librum hunc à Conventu Fanenſi accepiſſe Magiſtrum Laurentium Aſtemium de Macerato, & apud ſe retinuiſſe. Hæc Uvadingus.

ANTONIUS A MARE, Genuenſis, Minorita, edidit; teſtibus Gonzaga, & Uvadingo:

Summam Theologiæ, Divinarum litterarum candidatis perutilem.

ANTONIUS A S. MARIA, Hiſpanus, nobilibus Parentibus ortus Placentiæ in Extremadurà, ab incunabulis, virtutibus, ac litteris deditus, metro vulgari, & latino, itemque vtraque ſoluta oratione excelluit, Doctor in vtroque Jure Salmanticæ evaſit. Romam profectus, illic ob ingenij ſagacitatem, adhùc nempè in ſæculo conſtitutus, Cameræ Apoſtolicæ munijs functus eſt, donec obtento Beneficio, in Patriam reverſus, ibique aliquot annis animarum curæ intendens, altioris demùm vitæ deſiderio incitatus, Frater Minor factus in Provincia Diſcalceatorum S. Gabrielis, poſteà ad S. Joſephi Diſcalceatorum tranſitum faciens, ejus interventu Provincia diviſa fuit in duas, videlicèt S. Joſephi, & S. Pauli. Utriuſque Pater fuit, ſed in S. Pauli Provincia moram trahens finem vitæ mortalis accepit in Conventu S. Gabrielis Segovienſis anno 1602. die 18. Julij, ætatis ſuæ 81. quorum 40. in Religione abſque mortalis ſorde peccati, dicitur, tranſegiſſe. Exaravit vernaculè:

Expoſitionem brevem ſuper Regulam Fratrum Minorum, omnibus Religioſis ejuſdem Inſtituti, vt inquit Fr. Tiburtius Navarro *De fructibus poſthumis S. Petri de Alcantara*, cap. 18. *acceptiſsimum Manuale.* Laudatur præcipuè à Fr. Joanne à Trinitate, apud tom. 2. meorum Chronic. Prov. S. Pauli, fol. 48.

Alphabetum ſpirituale Joannis Tauleri, etiam Hiſpanicè, ac

Inſtructionem fidelis Chriſtiani. Hæc, vnà cum alijs pijs opuſculis, prodierunt ſimùl Matriti 1591. Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1598. in 32. Valentiæ 1603. in 16. Cordubæ 1593. Ex operibus Ludovici Bloſij compilavit, ac edidit:

Speculum ſpirituale. Amplectitur tractatus de Conſolatione animæ afflictæ, ac de Inſtructione vitæ ſpiritualis. Compluti 1584. Ibid. 1589. apud Joannem Iñignez. Matriti 1596. in 8. Vidi. Ligato ſermone emiſit:

Vitam, ac miracula S. Antonij Patavini. Salmanticæ apud Guilielmum Toquel 1588. in 8. Vidi.

Carmen Latinum in ejuſdem Sancti laudem. Ibidem.

Dialogum adverſus otioſitatem, Interlocutoribus Antonio, ac Bernardino. Ibidem in eodem volumine:

Doctrinam pro Inſtructione Novitiorum, qua qui vſi ſunt in vtraque S. Joſephi, & S. Pauli Provincia, participes facti ſunt amicitiæ Dei. Pro educatione Filiorum præfatæ S. Pauli Provinciæ ſecundò in lucem prodijt Vallis Oleti in typographia Regia anno 1645. in 4.

Cæremoniale ad vſum earumdemmet Provinciarum, ſuppreſſo nomine, impreſſum Matriti anno 1595. in 4.

Vitam S. P. N. Franciſci, ligato ſermone, teſte Fr. Joanne à S. Maria, part. 2. Chronicor. Provinciæ S. Joſephi, lib. 4. cap. 19. Parte 1. meæ Biblioth. Minorum Diſcalceatorum pluribus egit de tanto Viro, qui vnà cum alijs Patribus Ordinis compilavit:

Statuta generalia Barcinonenſia, publicata Toleti in Congregatione Generali habita anno 1583. Ejus acta dedi vernaculè tom. 1. Chronicor. Provinciæ S. Pauli, lib. 1. cap. 10. & ſequentibus. Mentionem ejus fecit Pater Coronelli, tom. 3. Bibliothec. Univerſalis, num. 4543. Fuſiùs, Joannes Marangoni, parte 1. Theſauri Parochorum, lib. 2. cap. 1. titulo *Beati* eum inſcribens.

ANTONIUS A S. MARIA, alter, Hiſpanus (de quo id mihi liceat aſſumere, teſtarique, quod præ nimia dicendi copia, inops, & elinguis effectus ſim) in Valle Athanaſij, ſeu Tanais, Valtanàs vulgò, Palentinæ Diœceſis natus, noſtram S. Pauli Diſcalceatam Provinciam, in ejus celeberrimo Salmantino Conventu, vulgò *del Calvario*, habitum Seraphicum induens, illuſtravit, & illuſtrabit. Zelo incredibili ad Fratres Minores Diſcalceatos Philippinarum tranſijt, ibidemque ad Veſperum Theologiam docebat, illam ad Matutinum

ſtum docente Martyre Domini Venerabili Gennesio de Queſada. Indè ad opus converſionis Gentium ſegregatum, quantum, & qualem fecit Dominus vineæ? *Inter omninò* (Gubernatis audis tom. 5. Orbis Seraphici, lib. 2. cap. 1. §. 9. num. 301.
,, fol. 455.) plurimos, qui ad excolendam
,, vineam fuere ſucceſsivè poſteà aman-
,, dati, Rota ſingularitate emicuit (vt pu-
,, blicè dicebat hic in Urbe DominusElio-
,, polenſis jam diù ibi verſatus, integerri-
,, mæ vitæ Prælatus, & Apoſtolicus Vi-
,, carius cum ſumma poteſtate per illa
,, Regna conſtitutus) P. Antonius à S. Ma-
,, ria è Reformata S. Paulli Diſcalceatorum
,, Provincia non minùs ſacra litteratura,
,, quam Apoſtolico zelo conſpicuus, qui
,, anno 1633. ad ſinas ingreſſus, ſanctis in
,, laboribus exercitus anno 1643. ſuper
,, Conſodales ſuos in ſinis Miſionarios
,, conſtitutus (vt fuſsiùs alibi dicemus) ad
,, annum vſque 1670. in Apoſtolico mu-
,, nere ſemper indefeſſus, Infideles innu-
,, meros Eccleſiæ aggregavit Orthodoxæ,
,, Oratoria, ac domicilia, ſivè potiùs Tu-
,, guria pro ſuorum habitatione in ſumma
,, paupertate conſtituit, ſæpè carceres, &
,, vincula, feraſque perſecutiones, omniſ-
,, que generis ærumnas pro Jeſu Chriſti
,, gloria lætiſsimè decoravit, & anno præ-
,, fato 1670. piiſsimè ibi requievit in Do-
,, mino.

Nec oblivioni dandus Fr. Petrus de la Piñuela in Catalogo Sinenſium Miſsiona-
,, riorum, pag. 3. *Antonius* à S. Maria,
,, Hiſpanus, inquit, & Seraphicæ Miſ-
,, ſionis Fundator, venit in Sinas, an-
,, no 1633. primò in Provincia FoKien
,, Evangelium prædicavit; deindè in
,, Provinciam Nanquien perrexit, vndè
,, excitata perſecutione, & indè per vim
,, raptus, atque in Provinciam FoKien aſ-
,, portatus, in Philippinas remeavit, vt
,, exindè tranſiret ad Curiam: in itinere
,, ab Olandis captus; carceres, catenas,
,, & probra diù ſuſtinuit, qui poſteà re-
,, demptus, liberque dimiſſus, ab Inno-
,, centio X. Præfecti Apoſtolici munere
,, decoratus eſt. Ad Sinas cum aliquibus
,, Socijs iterùm rediens, primò in Metro-
,, poli Provinciæ Xantung Eccleſiam ere-
,, xit titulo. S. Mariæ Angelorum, hinc
,, per loca, pagoſque diſcutiens, magno
,, cum Fidei Chriſtianæ incremento, va-
,, rias fundavit Eccleſias, & Oratoria, nec-
,, non multas aperuit Miſsiones. Exorta
,, demùm generali perſecutione, vnà cum
,, Patribus Societatis Jeſu, & Dominica-
,, nis in Provinciam Kuantung ſub cuſto-
,, dia Militum exul aſportatus, ſexagena-
,, rio major, in ejuſdem Provinciæ Me-
,, tropoli ab exilio ad Cœleſtem Patriam
,, evocatus fuit, ſepultuſque eſt ad Auſ-
,, trum fluvij. De cujus vita, & actis variæ
,, extant relationes. In lucem ab eo edita
,, opera ſequentia:

Brevis declaratio principij, & finis rerum omnium.

Relatio Sinenſium Sectarum, Latina lingua.

De Controverſijs primogenitorum defunctorum.

Confucij cultus.

Varij tractatus aliorum Sinicorum Rituum.

De alijs Operibus ſingillatim teſtimonium perhibuit egregiùs in Sinatum Regnis Verbi Divini ſeminator R. A. P. Joannes Balat, Societatis Jeſu glorioſus alumnus in Panegyrico N. V. Authoris (edito part. 2. meæ Bibliothecæ Minor. Diſcalceatorum à pag. 14.) ſequentibus verbis:
,, *Ab otio* ſemper ità abhorrebat, vt nuſ-
,, quam ei vacaret, quod vt fugeret longè
,, à ſe, perpetua ei exercitatio, & quaſi
,, lucta fuit cum libris Sinicis, vel legen-
,, dis, vel eorum tranſcribendis characte-
,, ribus, vel eorum veſtigandis erroribus.
Bina de Chriſtiana Lege opuſcula ſinicè compoſuit, praloque dedit;

Apologiam inſupèr pro Fide Chriſtiana in ejuſdem acerrimum inſectatorum Si-
,, *nam*, non ſine multatum vigiliarum
,, ſumptu conſcripſit.

Gallicam etiam de Maga cujuſdam re-
,, *ductione narrationem*, eamque juſto ſa-
,, tis volumine comprehenſam Hiſpano
,, idiomate donavit, improbi ſanè labbris
,, argumentum. Quin & in varijs carceri-
,, bus propter Fidem incluſus, non ocia-
,, tus, nunc his, nunc illis ſalutis monita
,, impartiebatur, variaque vicinorum car-
,, cerum receptacula penetrando, in om-
,, nibusChriſtianæ legis ſementem *jacebat*.
Hactenùs laudatus Pater Balat. Præter iſta, hæc poſteris ſui Apoſtolici zeli monumenta reliquit:

De Ritibus Sinenſium. Hiſpanicè in fol. Vidi. Gallico Idiomate ſtudio Seminarij Gallici Miſsionariorum, prodijt Pariſijs ex officina Ludovici Guerin, anno 1701. in 12.

Cathecißmum Ordinarium idiomate, ac characteribus Sinicis. Cantoni, anno 1660.

Compendium Legis Divinæ. Hoc opus, vnà cum quibuſdam devotiſsimis opuſcu-

ſis ab ipſomet elaboratis, in publicum mittebatur ibidem 1680.

Apologiam pro Dominicanis, ac Franciſcanis Miſſionarijs in Sinarum Imperio, impreſſam Matriti in fol. in officina Joannis Garcia Infanzon. Legi.

Hiſtoriam Venerabilis Fr. Gabrielis à Magdalena, aliorumque ſeptem Minorum Diſcalceatorum Martyrum Japponenſium, cujus vnum exemplat ad S. Congregationem de Propaganda Fide, aliud verò ad Hiſpaniam miſſum fuit. Ex hoc vitas deprompſit laudatorum Martyrum Fr. Martinus à S. Joſepho, publicique juris fecit Hiſpanicè, part. 2. ſuorum Chronic. lib. 4.

De congruentijs Legis Divinæ, ac Sectis Doctorum Sinenſium. In publicum prodijt approbationibus fulcitum R. P. Joannis Adami, aliorumque Miſſionatiorum Societatis Jeſu. Legi.

Commentarios ſuper Philoſophiam Ethnicam Confutij Sinarum Magiſtri. Præ manibus habuit (habeo etiam penes me) Fr. Balthaſar de Medina, vt ipſemet fatetur in ſua *Centuria* Scriptorum Diſcalceatorum. Hoc opus tripartitum eſt. Agit in prima:

De Sectis Sinenſium Philoſophorum. In ſecunda:

De Sectis Popularibus, Idolis, ac Templis. In tertia:

De agnitione Dei vivi, de ingreſſu Sacrarum Religionum in illis Regionibus. Dignum prælo judicavit Matriti 6. Decembris, anno 1678. Illuſtriſsimus, ac Reverendiſsimus N. Salizanes, Miniſtrum Generalem totius Ordinis agens.

Apologiam doctrinæ Subtilis Doctoris. Hanc ad Goanos noſtræ Fidei vindices miſsit anno 1644. in fol.

De modo evangelizandi Regnum Dei in Sinico Imperio. Ad Philippum IV. Hiſpaniarum Regem. Incipit: *Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria Regis inveſtigare ſermonem.* Præ manibus habeo.

De Prædicatione Evangelica in eodem Imperio. Ad Supremum Hiſpanicum S. Inquiſitionis Tribunal. Prima ejus verba: *Quoniam apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Vidi.

De modo evangelizandi in eodem Imperio, in fol. Ejus exordium: *Quoniam apud te eſt fons vitæ.* Miſsit ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide. Legi.

De modo prædicandi Regnum Dei, ibidem. Ad Eminentiſsimum Cardinalem noſtri Ordinis Protectorem D. D. Franciſcum Barberinum. Incipit: *Tu Cherub extentus.* Vidi.

Tractatum de Sinarum converſione. Scripſerat Venet. Pater Nicolaus Longobardus, Societatis Jeſu; ſed convertit in latinam linguam noſter Author. Hujus operis non vltima laus eſt Romam vidiſſe, anno 1664. Ibidemque ab Eminentiſsimus de Propaganda ſalutatum.

Adnotationes Dogmaticas, ac Myſticas ſuper opus Hiſpanicè prænotatum: *Floreſta Franciſcana.* Hoc ſub titulo extant tria volumina in fol. Illuſtrationum Vener. Matris Mariæ Magdalenæ à Cruce, filiæ ſpiritualis noſtri Venerab. Antonij. Memorantur ab erudito, eorumque oculato teſte Fr. Balthaſare de Medina in Centuria Scriptorum Diſcalceatorum. Ipſa legi, ac cuncta ferè ejus opera, de quibus mentionem facio, quæ repoſita aſſervantur in Archivijs Generalibus Provinciæ S. Gregorij in Philippinis Inſulis, necnon Provinciæ S. Pauli Apoſtoli in Caſtella veteri.

De Prophetijs ſpectantibus ad communem vtilitatem, ſtatumque futurum S. Romanæ Eccleſiæ. Aſſervabatur Romæ in Archivio Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, anno 1662.

Expoſitionem S. Pij V. Conſtitutionis adverſus eos, qui Miniſtros S. Inquiſitionis offendunt. Scripſit in Macao 15. Februarij 1642. in fol.

Epilogum Vitæ V. Mariæ Magdalenæ à Cruce, Fundatricis Conventus Diſcalceatarum in Civitate Macaenſi. Hiſpanicè in fol. Legi.

De paupertate Monialium S. Claræ, quæ Diſcalceatæ appellantur, tractatum. Ex relatione Prov. S. Gregorij.

De modo evangelizandi Miſſionariorum Franciſcanorum ad R. P. Ludovicum Gomez, Societatis Jeſu. Vidi.

Apologias duas pro S. Tribunali Inquiſitionis, quibus finem impoſuit 3. Februarij 1642. Ex relatione Prov. S. Gregorij.

Defenſorium duplex Fr. Benedicti à Chriſto Gubernatoris cujuſdam Diœceſis in fol. Ad Sanctum Officium Goanum 6. Julij, anno 1641. Legi.

Tribunal conſcientiæ, Hiſpanicè. Agit de Juriſdictionibus. Finem impoſuit 20. Julij, anno 1644.

Diſcurſus Theologicos. Agit in illis de Viſione Divinæ Eſſentiæ, quam habuit in via Deipara ſemper Virgo. De opere iſto teſtimonium perhibet, vt oculatus teſtis

R.

R. P. Fr. Bartholomæus de Latona in ſuo libro inſcripto: *Perfecta Religioſa*, lib. 1. cap. 27. num. 39.

Relationes quinque in fol. de Converſatione, progreſsibus, ac fructibus Miſsionariorum Diſcalceatorum in Sinenſium Imperio. Præ manibus habeo, publicique juris faciam, vita comite, tom. 3. Chronicor. meæ Provinciæ S. Pauli Apoſtoli. Fuſo calamo de tanto pertractavi Viro in mea Bibliotheca Minor. Diſcalceatorum, part. 1. à fol. 28. & part. 2. à fol. 9. necnon tom. 1. Chronicor. laudatæ Prov. lib. 1. fol. 133. à num. 292. ſed fuſiùs, Deo dante.

ANTONIUS MARIA PARMENSIS, Prædicator Capuccinus ex Provincia Lombardiæ, Domiciliarius Prov. Caſtellæ, Capellanus, ac Regius Concionator, necnon Nunciaturæ Hiſpaniæ Theologus, Examinator Toletanus, ac S. Inquiſitionis Qualificator, communem fecit à ſe habitam:

Concionem funebrem in Exequiis Sereniſsimi Principis Franciſci Farneſij. Matriti 1727. in 4. Vidi.

ANTONIUS MARIA PRADO MONTANUS, Capuccinus, natione Italus, Prov. Pennæ, fervidus Concionator, ac Vir ad quæque in Regno Manicongi pro animarum ſalute agenda intrepidus, anno 1661. quo in Conventu Anconæ plenus dierum, ac virtutum florebat, in publicum, vt in ſua Bibliotheca Scriptor. Capuccin. refert Dionyſius Genuenſis, miſſerat:

Catechiſmum pro Regno Mantambe in Æthiopia Reginæ Singa, Luſitanico, Latino, & ejus Regni idiomate locupletatum. Romæ typis S. C. de Propaganda Fide 1661.

Inſtructionem pro fidei conſtantia ad Reginam Singam in Regno Mantamba. Ibid. 1661. Scripſit inſupèr carmine latino opera inſcripta:

Seraphicus Franciſcus, Eterocoſmos, Idea, vel Imago mundi, Allegorijs è primo ſacræ Geneſis capitulo deductis, ac Epico carmine. Tom. 1.

Jeropantem, ſive Templum Sacrum, in quo Summorum Pontificum monumenta, carmine depinguntur à D. Petro vſque ad Clementem IX. incluſivè, tom. 1. in fol.

Mare magnum Sanctorum. Opus eſt in folio ad methodum Martyrologij Romani digeſtum Sanctorum omnium ortus, & occaſus complectens.

Vitam B. Ægidij Franciſcani heroico carmine in 8.

Vitam S. Hilarionis Abbatis eodem carmine in 8. moritur circa 1673. ætatis ſupra 90. teſte Ludovico Dupin, ſæculo 17. Demùm vti conſtat ex Elencho librorum typographiæ ſacræ de Propag. Fide latinitati nonnullis appendicibus donavit opus P. Antonij Coucto, Societatis Jeſu, cui titulus:

Gentilis Angolla Fidei Myſterijs inſtructus, in 4.

ANTONIUS MARIA SCHIRLEUS DE RETIA, Capuccinus, natione Germanus, Provinc. Auſtriæ, & Bohemiæ, in re Mathematica egregiè verſatus, ſcripſit volumen, cui titulus:

Oculus Enoch; & Eliæ, ſivè Radius Sidereomyſticus, veros, viſoſque motus, ſtationes, & retrocesſiones Planetarum omnium vnico circulo, ſine *æquantibus*. Pars prima prodijt Antuerpiæ anno 1643. in fol. Pars altera, ibidem anno 1645. in fol.

Faſciculum Sacrarum delitiarum, ſive Indulgentias Stationis Urbis à Paulo V. Regularibus conceſſas; & ab Urbano VIII. confirmatas, Antuerpiæ apud Hieronymum Verduſsium 1646. Hæc Uvadingus. Extat ejuſdem *Epiſtola de quinque Stellis Mediceorum Socijs*, quæ apparuerunt anno 1643. edita tomo 4. Gaſendi. Sed ſcripſit inſupèr laudatus Antonius, vt ex Bibliotheca Scriptor. Capuccinorum accepimus:

Expoſitionem Viſionis Ezechielis, cap. 1. & 10. ad umbrata, & 7. Planetis accommodata. Antuerpiæ apud Verduſsium anno 1647.

Theoaſtronomia, qua conſideratione viſibilium, per novos, & jucundos conceptus prædicabiles ab Aſtris deſumptos, mens humana in inviſibilia Dei introducitur. Eſt tomus in fol. indiſtinctus ab illo, quem partem alteram vocitavit præcitatus Uvadingus. Item M. S. reliquit:

Commentaria in Geneſim, & Apocalypſim. Ceſsit è vivis Ravennæ 1660. quem debito meritis elogio cohoneſtavit Illuſtriſsimus Caramuel, parte 2. ſuæ Metremetricæ Apoll. circularis, muſa 2. Cœleſti, num. 348.

ANTONIUS MARIA DE TURRE ab Auguſta Prætoria Reformata S. Thomæ Provinciæ Pater, S. Officij Conſultor, ac totius Ordinis Franciſcani Chronologus, emiſsit:

Tomum integrum in fol. De Miſsionibus

mo-

moderni Minoritarum, ſuccedens Fr. Dominico de Gubernatis, de quo inferiùs. Romæ. 1718.

ANTONIUS MARQUES, Hiſpanus, in Caſtellana Provincia Regul. Obſervant. generalis Concionator, Vir poeticæ Artis non ignarus, ac in declamandis Sermonibus ad populum excellentis opinionis, publici juris fecit:

Orationes Panegyricas pro varijs ſolemnitatibus Mariæ SS. Dominæ noſtræ. Matriti ex officina Joannis de Ariztia anno 1715. in 4. Vidi. Ejus in Prologo ſpem facit *Quadrageſimalis* bipartiti. Hiſpanis communia fecit:

Carmina illa B. Jacoponi, quorum initium: *Cur mundus militat ſub vanagloria?* Incipiunt Hiſpanicè: *Porque del Mundo, &c.* Extant à fol. 504. lib. inſcripti: *Trompeta Evangelica*, editi Matriti typis Franciſci del Hierro, anno 1723. in 4. Legi. Vide Joannes Blazquez in hac noſtra Bibliotheca. Vulgavit quoque vernaculè, ſed ligato ſermone:

Vitam Seraphici P. N. Franciſci. Compluti apud Julianum Garcia anno 1710. in 8. Vidi. Rurſus Conciones varias, puta:

Orationem funebrem in Exequijs Ludovici Primi Catholici Hiſpaniarum Regis. Matriti per Thomam Rodriguez de Frias, anno 1725. in 4. Vidi.

De Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento. Compluti anno 1715. in 4. Vidi.

De Patrocinio Deiparæ ſemper Virginis. Toleti apud Auguſtinum Salas anno 1700. in 4. Vidi; non autem alia ejuſdemmet opuſcula, excepta alia valdè erudita Oratione

De S. Ignatio Confeſſore, edita Matriti 1720. in 4.

ANTONIUS MARTINUS COLL, Hiſpanus, ex Catalaunienſi Principatu, in Oppido *Reus*, Archiepiſcopatus Tarraconenſis natus, Caſtellanæ Prov. Regul. Obſerv. alumnus, publici juris fecit:

Artem Cantus Gregoriani libris duobus, Hiſpanicè. Matriti typis Muſicæ 1719. in 4. Vidi. Eſt ſecunda editio. Item:

Artem Cantus Harmoniaci. Ibidem in typographia Muſicæ 1714. in 4. Vidi. Inſupèr ad prælum parata Muſicis perutilia habet volumina 4. in fol. & volumina duo in 4. ſub titulo communi:

Flores Muſicales. Vidi Matriti, penès Authorem, anno 1731.

ANTONIUS A MARTYRIBUS, Hiſpanus, vulgò *de los Martyres*, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi, Concionator celebris, & Pater, ſcripſit:

Vitam, & opera mirabilia Virginis, & Sponſæ Jeſu Chriſti Agathæ à Cruce Ordinis Dominicani. Ad Sereniſsimum Ferdinandum Hiſpaniarum Infantem, Toletanum Archipræſulem. Matriti apud Didacum Flamenco anno 1622. in 4. Vidi.

ANTONIUS A MARTYRIBUS, alter, Hiſpanus, Venerabilis, & Extaticus Vir, in Salmantino, vulgò *del Calvario*, S. Joſephi Conventu, & Habitum Minoriticum lætus ſuſcepit, & nomen Seraphicæ ſtrictioris Obſervantiæ Militiæ in Provincia S. Pauli fortis dedit, in qua quoad vixit Regulam ad litteram nudipes, pedeſter, exercitijs pœnalibus, ſtudioque virtutum continuo deditus, ſervans, ſervavit. In Juris Regularis intelligentia, Theologiæ quoque, tàm Scholaſticæ, quàm ad mores ſpectantis notitia, ſingulariſsimè enituit. Oculta multifariàm prædixit. Tandem in Evangelica paupertate, quàm ſemper amavit, ſtans, plenus dierum, eodem die, eademque hora, qua S. Petrus de Alcantara, diem clauſit extremum Vallis Oleti in noſtro Sancti Didaci Conventu, anno 1682. Reliquit non exiguam ſanctitatis opinionem, cui adhæret omnium ſuorum Confeſſariorum aſſerentium quadraginta annorum ſpatio animam ejus gravi culpa maculatam minimè fuiſſe. Reliquit inſupèr opus in fol. juſſu Reverendiſsimi Samaniego, à ſe elaboratum ſub titulo:

Chronicon Provinciæ S. Pauli. Præ manibus habeo, ejus quoque non pauca communia feci, tom. 1. & 2. Chronicorum memoratæ Provinciæ.

Epiſtolas plures Aſceticas, de quibus, vita comite, unà cum ejus vita ſermonem inſtituam. Lege meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, pag. 36. & lib. 1. tom. 1. prædictorum Chron. pag. 136.

ANTONIUS A MASSA, Etruſcus, famoſus Sacræ Theologiæ Magiſter, Tuſciæ, ac totius Ordinis Miniſter, & Rector, Concionator, & Legatus Apoſtolicus, Maſſæ, & Coloniæ Epiſcopus, ut erat doctiſsimus, ſcripſit ad Martinum V. Pontificem:

Tractatum adverſus Græcorum errores, quem Poſſevinus refert extitiſſe in Bibliotheca Cardinalis Syrleti, quam deinceps aſſecutus eſt Aſcanius Colonna.

Officium S. Carbonis Epiſc. Populoniæ, in litteris, & nota Officij S. P. N. Franciſ-

ci.

ci. Extat hujus diffuſa mentio apud Theatrum Prov. Tuſciæ Fr. Antonij Terrinca, part. 3. pag. 188. & alibi. Obijt anno 1435. menſ. Decemb. Sepultus eſt in ſua Cathedrali, in cujus Choro depictus eſt ad vivum, genuflexus coram S. Cerbonio, cujus Officium, vti diximus, compoſuit, ſubſcriptis his verbis:

A. D. M.CCCC.XXXV. Menſ. Decemb.
Hic eſt Magiſter Antonius
De Maſſa,
Princeps Maſſanus, & Epiſcopus Populoniæ
Civitatem libertate donavit,
Inſtituta Republica,
Translato in ipſam Dominio Temporali.

ANTONIUS MASSERA Á GALLARATO, Italus Mediolanenſis, Concionator ex Minoritis Capuccinis, nomen ſuum poſteris notificans, vernaculè publici juris fecit:

Diſcurſus Sacros. Novaræ per Franciſcum Liborium Cavallo, anno ſalutis 1693. in 4. Vidi. Inſupèr communem fecit opus prænotatum:

Vox ſapientis, & ſalutis via. Mediolani ex typographia Caroli Antonij Malateſta, anno 1695. in 4. Vidi.

ANTONIUS MASSUCIUS, Neapolitanus, Franciſcanum vexillum ſecutus inter Minoritas Conventuales, & cum alijs, tùm humanioribus literis excultus, plura ingenij ſui monumenta reliquit: Ea ſunt:

Joannes Calvinus opugnatus, cæterique Recentiores Hæretici profligati. Neapoli, typis Antonij Bulifon 1680. in 4. Vidi.

Panegyricorum Sacrorum pats prima, Italicè. Ibidem per Secundinum Roncagliolo 1650. in 4. Vidi.

Vita V. Doctoris Subtilis, eadem lingua. Ibidem per eundem 1650. in 8. apud Bibliothecam Neapolitanam Nicolai Toppi.

Fortunatus felix, opus morale. Ibidèm formis Ægidij Longo 1661. in 8.

Theatrum amicitiæ cum Hiſtorijs Sacris. Genuæ in Officina Franciſci Muchini 1660.

Judæa deſolata, Poema Heroicum. Editum erat anno 1680. vti teſtatur idem Maſſucius in capite ſui operis primò laudati, vbi ſubdit, in publicum inſupèr miſiſſe Italicè:

Speculum Politicum Chriſtiani Gubernij. Conſentit memoratus Toppi.

Imagines puritatis, ſub hoc titulo exhibet partem ſecundam Panegyricorum Sacrorum. Demùm:

Originale Innocentiæ magnæ Deiparæ. Subdit idem Author Ibidem, alia ad prælum matura habere, quorum Catalogum ſubjicio ejus verbis:

OPERA IMPRIMENDA.

Iris Biblica.

Joannes Calvinus expugnatus. Tom. poſterior.

Jura Maternitatis Divinæ. Opus Scholaſticum de Privilegijs Deiparæ.

Diece altri tomi di Panegyrici de Sancti.

Theatro Evangelico Quadrageſsimale.

L'Amazone Aſsira. Iſtoria tomi due.

L'Oriente conquiſtato. Poema eroico.

Organo lirico Poeſiæ diverſe.

Bizzarrie d'ingegno. Diſcorſi Iſtorici.

Galleria di Paſsione. Sermoni dell' Eucariſtia, è della Croce.

La Monarquia Trionfata. Tragedia ideale Drammatica.

La liberta Tiranneggiata. Tragico media ideale Drammatica.

La fortuna edegli Scio ccbi. Comedia metrica. Sanè præcitatus Toppi multa alia ad prælum paraſſe, & erudita, ſcribit.

ANTONIUS A MATELLICA, Picenus, Minorita, quem cum Bitontino confundit Uvillotus, ſcripſit:

Sermones Dominicales, qui anno 1445. Argentorati prodierunt. An ipſius ſint *Poſtillæ, & Quæſtiones ad lectiones vtriuſque Teſtamenti; Commentaria in 4. libros Sententiarum, & Summa Caſuum Conſcientiæ*, de quibus ſuperiùs egi, verbo *Antonius Bitontinus*, judicent alij; nàm opera

ta hujus cum operibus alterius confundunt cuncti Nomenclatores.

ANTONIUS A MATRE DEI, Luſitanus, Regul. Obſerv. alumnus, Theologus Jubilatus, ac Guardianus Conventus de Santaren in Portugaliæ Regno, vernaculè dedit in lucem:

Concionem gratulatoriam in acclamatione publica Joann's Quarti Luſitaniæ Regis. Ulyſsipone in Officina Dominici Lopez Roſa, anno 1642. in 4. Vidi.

ANTONIUS MEDICES, Italus, Patritius Florentinus, Sacræ Theologiæ Magiſter, Provinciæ Tuſciæ Miniſter, Epiſcopus Marſicanus, ſeù Aprutinus in Regno Neapolitano anno 1484. 4. Idus Julij à Sixto IV. Summo Pontifice ex Minoritis aſſumptus, creatus, ibidem exceſsit nondùm exacto anno à dignitate ſuſcepta. Ineditas reliquit:

Annotationes in univerſa Biblia. Extant in Bibliotheca S. Crucis Florentiæ. Alia plura, quæ ſcripſit, deperdita ſunt. Obijt 1485. Pertractant de eo Pocciantius de Scriptoribus Florentinis, Poſſevinus, Uvadingus, ac prælaudatus Terrinca ibidem.

ANTONIUS DE MEDINA, Hiſpanus, ex Minoritis Diſcalceatis, patrio idiomate ſcripſit, ac edidit:

Tractatum myſteriorum Terræ Sanctæ. Prodijt Salmanticæ ex officina Hæredum Joannis de Canoba 1573. in 8. Fides ſit apud Bibliothecam Marianam D. Leonis Pinelo M. S. in fol. apud Matritenſem Bibliothecam Conventus S. P. N. Franciſci. Prodijt quoque Florentiæ ſub titulo: *Itinerarium Terræ Sanctæ* 1590. in 4. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 2. pagina 51. De ipſo quoque pertractat Nicolaus Antonius, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, pag. 113.

ANTONIUS DE MEDINA, alter, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinc. S. Jacobi, compilavit, ac in publicum miſit:

Privilegia, Bullas, & Conceſsiones omnes Pontificias in gratiam Ordinum Mendicantium. Salmanticæ 1506. ex Uvadingo.

ANTONIUS MELISSANUS DE MACRO, ſtrictioris Obſerv. Reformatorum, Provinciæ D. Thomæ Lector. Theologus, Ex-Provincialis, & ejuſdem Ordinis Chronologus generalis, edidit:

Annalium Ordinis Minorum ſupplementa ab anno 1213. vſque ad annum 1500. Auguſtæ Taurinorum ex typographia Joannis Jacobi Chinghelli in fol. anno 1710. Vidi.

ANTONIUS MENNA, Capuccinus Cremonenſis, ſcripſiſſe dicitur apud Ludovicum Dupin, ſæculo 17. Gallico idiomate:

Modulum perfectionis Chriſtianæ, Pariſiiſque edidiſſe anno 1606.

ANTONIUS A S. MICHAELE, gente Gallus, Patria Arelatenſis, Provinciæ S. Dionyſij Recollectorum alumnus, Concionator eximius, Vit litteris, ac virtutibus clarus, Author fuit, & Fundator Confraternitatum Angeli Cuſtodis, cujus cultum multis in locis mirificè propagavit, & verbis, & ſcriptis. Edidit ſanè:

Conſtitutiones laudatæ Confraternitatis necnon libros duos:

De Militia Angelorum. Paſsionis Chriſti pariter cultor religioſiſsimus fuit, vt teſtantur:

Extaſes vitæ extaticæ, quas edidit cum alijs Opuſculis; necnon:

Hiſtoria Paſsionis Domini, è quatuor Evangeliſtis deprompta, Latinè, ac Gallicè vulgata, vnà cum pijs Orationibus. Regulæ Seraphicæ puriſsimus Obſervator, tribus tomis nondùm excuſis,

Collationes ſpirituales ex ea edidit. Item ad devotionem fovendam edidit:

Cantica ſpiritualia, quæ ſonorè ipſemet præcinebat. Opus egregium *contra omnium rerum ſacrarum contemptores* meditabatur, quandò è vivis exceſsit die 13. Julij, anno 1650. Sed audiendus Fr. Chriſoſtomus Gaufridus laudatæ Provinciæ alumnus in ejus Vita, apud Archivium generale Matritenſe pluteo Provinciæ S. Dionyſij Recollectorum. *Scriptor inſignis*, inquit; *fuit. Libri quamplurimi, & quos prælo mandavit, & qui in lucem prodire manu quadam benefica expoſtulant (quorum prolixum Catalogum texemus, dùm de Scriptoribus Eccleſiaſticis) teſtantur Viri eruditionem pietatem, zelum ardentiſsimum, & (quod fuit præcipuum ejus donum) acumen ingenij in exponendis allegorijs Sacræ Scripturæ; vndè Concionatores in promptu babeant, quæ poſſint, & ſuas Conciones inſtruere, & eas præclaris, ſacris litteris conceptibus exornare: quod ex ſua Cathecheſi in Apocalypſim licet judicare. Dolemus opus in Pſalmos, longo ſtudio elaboratum, morte præventum non abſolviſſe, & partus adeò nobiles luci non editos.* Legi. Ejus

Cathecheſis Theologica in Apocalypſim Joannis, myſticis, & tropologicis exculta conceptibus, prodijt Pariſijs 1625. in 8. teſte Jacobo Le-Long, tom. 2. Biblioth. Sacræ.

ANTONIUS MOCHALES, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Catalunienſis, Vir eruditus, volumen concinnavit:

De memorabilibus ſuæ Provinciæ in ejus Archivio aſſervatum. Pluribus laudatur à Petro Serra de Prodigijs Angelorum in Indice AA. manuſcriptorum fol. 277. num. 384.

ANTONIUS A MODOETIA, Minorita, Præfectus Miſsionis Æthiopiæ, & Indiæ Orientalis, ineditos reliquit:

Sermones 78. *Quadrageſimales*. Aſſervantur M. S. in Conventu S. Jacobi apud Leacum, Uvadingo teſte. Obijt 1495. ſignis, & virtutibus clarus.

ANTONIUS MOLLOY, Minorita Hybernus, ſcripſiſſe dicitur apud col. 110. Militiæ noſtri Alvæ:

Quæſtiones Theologicas, ac edidiſſe Græci 1645. in 4.

ANTONIUS A MONDULFIO, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Marchiæ alumnus, Vir ſanè Apoſtolicus, eruditiſsimus, multarumque virtutum incremento conſpicuus, *multa ſcripſit*, mihi adhùc ignota, ſed à Dionyſio Genuenſi in ſua Scriptorum Capuccinorum Bibliotheca commemorata. Natura ſatisfecit in Conventu Romano S. Bonaventuræ anno 1590. ejuſque geſta recenſentur à Bovetio, tom. 2. Annal.

ANTONIUS MONELIANUS DE LIGURE, vel JANUENSIS, in Provincia Bononienſi, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir ſanè ad omnia diſciplinarum genera natus, plura luculentèr ſcripſit, è quibus impræſentiarum exstant:

Commentaria in Theologiam myſticam S. Dionyſij. Bononiæ apud Hieronymum Benedictum 1522.

Directorium. Editio antiqua in 8. apud Bibliothecam Conventus quinque Martyrum Marrochienſium Provinciæ Angelorum. Hoc ſanè eruditum opus, ſub titulo communi *Surſum corda*, auctiùs prodijt tomis duobus in 4. Primi inſcriptio:

Directorium inflammandi mentem in abyſſum Divini Luminis per Sacrarum Scripturarum ſenſus reſeratos, & ad unguem materiæ applicatos. Bononiæ per Hieronymum de Benedictis 1522. in 4. magno. Vidi. Opus eſt in quatuor libros partitum ſingulorum autem materiam carmina ſequentia exhibent:

Deſerit Ægytum: quatenùs Cœleſtia primus
Per mare ſcindit iter: luſtratque creata ſecundus
Deſerta, & mentis penetralia tertius intrat;
Quartus habet cultus ſuperum, & virtutis honores.

Tomum alterum in 4. magno ibidem per Juſtinianum Ruberien, anno 1529. excuſum vidi. Inſcriptio: *Surſum corda*: *Trophæum Iſraeliticum Triregium, Myſticam vitiorum ſtragem ſignificans*. Operis materiam verſus ſequentes demonſtrant.

Crimina nanque refert, & myſtica prælia primus,
Dura ſuperborum, & Pharaonis bella ſecundus.
Luxuriæ, atque Malech movet horrida tertius arma.
Accidiæ, atque Edon certamina quartus adaptat.

Prodierunt quoque Bononiæ 1527. in 4. teſte Laſſor pag. 45. ſui Univerſi delineati. Nonnulla tomi ſecundi habes apud tom. 2. Bibliothecæ Virginalis, fol. 333. Scripſit inſupèr volumen magnum in fol.

Sermonum de Mortuis. Incipit: Expoſitio Epiſtolæ. Codex eſt membraneus apud laudatam Bibliothecam Hiſpalenſis Eccleſiæ. Vidi. Extat hujus Antonij honorifica mentio apud Paulum Britium Epiſcopum Albanenſem lib. 3. Monumentorum Subalpinæ Provinciæ D. Thomæ, fol. 280. Eminentiſsimus Bona de Via compendij ad Deum, cap. 4. Authorem noſtrum *Virum magnum inter Myſticos, ſed ferè incognitum appellat*.

ANTONIUS A MONTEFALCONE Umbriæ Oppido Regul. Obſervantiæ, Provinciæ S. Franciſci Vicarius, ac Vicarius Generalis Ultramontanæ Familiæ Nuntius

tius Apoſtolicus, ac Vir magnæ authoritatis in Curia Romana, vbi congregatis Cardinalibus (Nicolao V. mortuo) nouum Pontificem electuris, in ſecundo Scrutinio, vti refert Haroldus ad annum Chriſti 1455. num. 2. ſuffragijs præter opinionem in eum concurrentibus in Romanum Pontificem creatus fuit: ſed ad noua vota progreſsi electores Alphonſum Borgiam Hiſpanum, Cardinalem SS. Quatuor Coronatorum VI. Idus Aprilis Summum Pontificem denuntiarunt, qui Calixti II. nomine inſignitus fuit. Scripſit igitur, ac ineditam reliquit:

Vitam ſuæ Conterraneæ B. Claræ à Montefalco, quam præ manibus habebat Vuadingus noſter.

ANTONIUS N. Prouinciæ S. Antonij Miniſter, ſcripſiſſe dicitur apud Syllabum Uvadingi ad Illuſtriſsimum D. Dominicum Grimannum Ordinis Protectorem:

Quæſtiones Morales. Floruit 1499.

ANTONIUS DE NABASA, Hiſpanus, in Aragonenſi Prouincia Regularis Obſerv. eruditus Eccleſiaſtes, publici juris fecit:

Panegyrim de laudibus S. Oroſiæ, Virg. & Martyris. Cæſarauguſtæ per Hæredes Didaci de Larumbe 1724. in 4. Vidi.

Concionem de Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis. Ibidem, typis Micaelis Montañes 1729. in 4. Vidi.

ANTONIUS NACARIA, Pennenſis in Neapolitano Regno, Capuccinus, Theologus, ac Diffinitor Prouinciæ Aprutiorum, poſteritatis memoriæ commendavit:

Hiſtoriam de peſtilentia Regni Neapolitani, Italicè. Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum 1660. in 4.

Somnium Nabuchodonoſor Regis, Daniel. cap. 2. in 12. Paradoxa morali explicatum, tom. 1. in 4. Ibidem 1666. & iterùm anno 1669.

Conciones, ſeu Sermones de Sanctis, tom. 3. in 12. Venetijs 1673. apud Paulum Balleonium.

Conciones pro toto tempore Aduentus, quas habuit in Sacro Sancta Æde Lauretana ab eo inſcriptas ſub titulo Italico: Li Tuoni parlanti dell' Apocaliſſi. Ibidem 1675.

Conciones Sacræ de varijs materijs, ſub titulo: *Sinus Habraę*, tom. 3. Venetijs 1675.

Pentatheucum Mariale, id eſt: *Conciones de B. Virgine*, tom. 1. in 8.

Declamationes Sacras, tom. 3.

Parnaſſum in Monte Aluernię: id eſt: *Problema Sacrum Glorię S. P. N. Franciſci*, tom. 1.

Sermones de Paſsione D. N. Jeſu-Chriſti, tom. 1. Hæc habuit ab eodem Authore Dionyſius Genuenſis, vt in ſua Scriptorum Capuccin. Bibliotheca refert. Obijt Neapoli, anno 1676. nonnullis alijs ſuæ doctrinæ relictis monumentis. Nonnulla refert Ludovicus Dupin, ſæculo 17.

ANTONIUS A NATIVITATE MOCAMBO, Natione Luſitanus, ſtrictioris Obſerv. Diſcalceatorum alumnus, Lector Theologus Prouinciæ S. Mariæ de Arrabida, ejuſque Diffinitor, in declamandis Sermonibus ad populum egregius, prælo dedit eruditam Concionem coram Joanne V. Portugaliæ Rege habitam:

De S. P. N. Franciſco. Ulyſsipone ex typographia Muſicæ, anno 1726. in 4. Vidi.

ANTONIUS A NATIVITATE, alter, Luſitanus, Diſcalceatorum Prov. S. Antonij, teſte Medina, & Nicolao Antonio, ad prelum parata reliquit:

Commentaria in Euangelia Feſtorum priorum ſex anni menſium. Eſt opus in fol. aſſervatum Ulyſsipone in Conv. S. Antonij. Vidi.

ANTONIUS NAVARRO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Bæticæ Concionator, ac Diffinitor foràs, quod viderim, emiſsit:

Orationem funebrem in Exequijs Fr. Franciſci à Cruce Primogeniti Ducis Marcienſis. Hiſpali apud Alphonſum Rodriguez 1611. in 4.

ANTONIUS NIGER (me judice de Oculis Nigris. Prouinciæ Aragonum Miniſter, anno 1438. apud Haroldum ad hunc annum) ſcripſit, vti Uvadingus refert:

Opuſcula quadam ſuper Magiſtrum Sententiarum.

ANTONIUS DE NISSA, Luſitanus, ſtrictioris Obſerv. Diſcalceatorum alumnus, Authore mihi Arturo in ſuo Gynecæo 22. Januarij, §. 9. ſcripſit:

Chronicon ſuæ Prov. Pietatis.

ANTONIUS OLANO, Minorita, Luſitanus, ſcripſiſſe dicitur apud tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 24.

Relationem Martirij Fr. Andreæ de Spoleto, editam anno 1574. in 8. vna cum opere ſuperiùs laudato, verbo *Alphonſus de Isla*.

ANTONIUS OLIVADIUS, Italus, Prov.

Prov. Calabriæ Minorum Capuccinorum Apoſtolicus Concionator, ac Provincialis Miniſter, Cultoribus Doloriſiſsimæ Virginis opus tradidit, Italico idiomate, ſub epigraphe:

Annus doloroſus Mariæ, ſeù Meditationes annuæ ſuper ejus doloroſam vitam. Prodijt quatripartitum, Meſſanæ ex Officina Vincentij de Amico, anno 1702. in 8. Vidi.

ANTONIUS PACTENSIS, Siculus, Strictioris Obſerv. Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Octavus Cuſtos Reformatæ Provinciæ Vallis Mazariæ, Vir verè Apoſtolicus, & ſingularium nota virtutum inſignis, edidit Italicè:

Conſiderationes, & expoſitiones ſuper omnia præcepta Regulæ S. Franciſci collectas ex doctrina Summorum Pontificum, graviumque Doctorum, & Expoſitorum ejuſdem Regulæ, qui ad noſtra vſque tempora ſcripſerunt. In quibus copioſè declarantur dubia omnia, & difficultates, quę occurrere poſſunt circa obſervantiam prædicta Regulæ. Opus non ſolum vtile, ſed & neceſſarium omnibus ejuſdem Inſtituti Fratribus, & illud profiteri volentibus, pijſque perſonis erga S. Franciſcum propenſis. Venetijs apud Joannem Guariglium, anno 1615. in 4.

Sermones de Purgatorio, Inferno, ac Jeruſalem Triumphante, quos inſcripſit: *Viridarium Concionatorum.* Venetijs, anno 1617. in 4.

Ingreſſum facilem, & ſecurum ad Paradiſum. Lugduni, 1644. in 12. A Sanctiſsimo D. Clemente Octavo Viſitator Apoſtolicus ſuper reformationem Terræ-laboris deſtinatus, anno 1596. acerbiſsimas perſecutiones paſſus, ſpiritum cœlo dedit, ſepultuſque eſt Romæ in Conventu S. Franciſci Trans-Tiberim, anno ſalutis 1617. Agunt de ipſo Pirrus in ſua Sicilia Sacra, fol. 421. & Fr. Antonius Randatius Minorita in vita V. Fr. Cherubini à S. Lucia, qui ejus Confeſſarius fuit in Conventu Agrigentino S. Nicolai. Conſule Bibliothecam Siculam.

ANTONIUS PAGANUS, Vide Marcus Antonius Paganus.

ANTONIUS PALUMBUS DE CAMPOBASSO, Italus, Regul. Obſervantiæ, Prov. S. Angeli Miniſter Provincialis, domeſticis commune fecit opus prænotatum:

Familiare Regularium. Opus eſt bipartitum. Comprehendit prima pars Regulam, ac Teſtamentum Beatiſsimi P. N. Franciſci, Conſtitutiones Apoſtolicas publicè legendas, Sacræ Congregationis decreta, & alia. Amplectitur ſecunda complurium abſolutionum, & benedictionum probatas formulas. His acceſsit *Modus adminiſtrandi Sacramenta, & Sepulturam*, præcipuè *Minoritis.* Prodijt primò Venetijs ex officina Hæredum Franciſci Baba, 1662. in 8. Secundò Neapoli ex typographia Felicis Moſca, anno 1700. in 4. Vidi. Scripſit quoque:

Anagrammata pura, non pauca in laudem Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ. Coſentiæ, anno 1657. in Charta expanſa. Ea exſcripſit noſter Alva, col. 114. & 115. ſuæ Militiæ.

ANTONIUS PANES, Hiſpanus, Bæticus, in Diſcalceatorum S. Joannis Baptiſtæ Provincia, Verbi Divini Præco, elegantèr ſcripſit:

Chronica Provinciæ ejuſdem S. Joannis Baptiſtæ Minor. Diſcalceatorum, duabus partibus. Valentiæ apud Hieronymum de Villagraſa, 1665. in fol. Vidi. Eo Authore ſe vidiſſe teſtatur Nicolaus Antonius:

Vitam Illuſtriſsimi Viri, & Religioſiſſimi Sacerdotis Franciſci Hieronymi Simonis. Item in publicum miſsit:

Vitam S. Paſchalis Baylon. Valentiæ apud Hæredes Chriſoſtomi Garriz, anno 1675. in 4. Vidi.

Scalam Myſticam, & ſtimulum divini amoris. Valentiæ, anno 1675. in 8. Scalam elaboravit ſoluta oratione, ſtimulum autem metricè. Vidi. Ipſi adaptatum legi illud Virgilij:

Pan primus calamos, cera conjungere binos,
Inſtituit, Pan curat oves, oviumque Magiſtros.

ANTONIUS DE PANORMO, Italus, Lector Jubilatus Aracœlitanus, Univerſæ Familiæ Ultramontanæ Obſervantiæ Reformatorum, ac Diſcalceatorum Commiſſarius Generalis, Sacrarum Congregationum Indicis, & Sacrorum Rituum Conſultor, necnon Sanctæ Romanæ, & vniverſalis Inquiſitionis Qualificator, volumen conſcripſit Clementi XI. Pontifici Max. dicatum religioſis, ac litte-

litteratis perſonis vtile, quod prænotavir:

Scrutinium doctrinarum, qualificandis, aſſertionibus, Theſibus, atque libris, conducentium. Romæ typis, & ſumpribus Rochi Bernabo, anno 1709. in fol. Vidi.

ANTONIUS PARISINUS, Gallus, Capuccinus, Prov. Pariſienſis alumnus, Vir litteratus, & pius Concionator, edidit Gallicè:

Genium hominis perfecti, aut Chriſtianum inſtructum in moralibus, tom. 3. in 4. Pariſijs typis Dionyſij Thierry, anno 1662. De eo meminit in ſua Scriptor. Bibliotheca Dionyſius Genuenſis.

ANTONIUS PARISIENSIS, Capuccinus, Cognomento Caluze, Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator, Vir Apoſtolici fervoris, ex Latino in Gallicum idioma, teſte in ſua Bibliotheca Dionyſio Genuenſi, convertit:

Annales Fratrum Minorum Capuccinorum P. Zachariæ Boverij, tom. 2. in fol.

ANTONIUS PASCHALIS, Hiſpanus, Provinciæ Valentiæ, Regularis Obſervantiæ, Theologus, & Pater, Vir, vit ejus præclaræ lectiones oſtendunt, contemplationi deditus ſcripſit:

De Oratione mentali, & via vnitiva. Valentiæ, 1611. in 4.

Exhortationes, ſeu collationes ſpirituales. Ibidem 1612. in 4.

De Philocoſmia ſpirituali, partes tres. Ibid. 1616. in fol. Et typis Joannis Vincentij Franco, anno 1644. in 4. Vidi partem tertiam Hiſpanicè conſcriptam, ac in 17. Colloquia diviſam.

ANTONIUS PATAVINUS, Minorita memoratur à Uvadingo, ceù à quo prodierunt:

Quæſtiones quodlibetales, impreſſæ Venetijs, 1493. in fol.

ANTONIUS PEREZ, Hiſpanus, in Oppido de Camarillas Diœceſis, & Communitatis Terulenſis natus, Lector bis Jubilatus, ac ſuæ Aragonenſis Provinciæ Ex-Provincialis Miniſter, Provinc. S. Jacobi Viſitator, & Pater, à Cenſuris S. Inquiſitionis, necnon Archiepiſcopatus Cæſarauguſtani Examinator Synodalis, Vir egregiè doctus, & ſermone Scholaſticus, ad mentem Subtilis, ac Mariani Doctoris luci mandavit duo inſtructa volumina in fol.

Super 1. librum Sententiarum. Cæſarauguſtæ, anno 1700. per Gaſparem Thomam Martinez, & ibidem anno 1702. litteris Didaci de Latumbe. Vidi. Item Latinè, & in 4. Apologeticum, cui titulus:

Aſtrea Theologica, ſtateras, & dipondia R. P. Fr. Joannis Perez Lopez convocans ad Criſim. Ibidem in eadem officina, anno 1703. Vidi. Inſupèr vernaculè vulgavit Concionem:

De Nativitate Sacratiſſimæ Virgin. Mariæ. Ibidem per eundem anno 1707. in 4. Vidi. E vivis Author deceſsit in Seraphico Cæſarauguſtano Regali Cœnobio die 15. Julij, anno 1710.

ANTONIUS A PIETATE, Luſitanus, Theologus, S. Officij Qualificator, Ex-Diffinitor, ac Diſcalceatæ Provinciæ S. Mariæ à Rabida Chronologus eruditus, vernaculè vulgavit:

Speculum Pœnitentium, & Chronica Provinciæ S. Mariæ de à Rabida. Ulyſſipone litteris Joſephi Antonij à Silva, anno 1728. in fol. Vidi. Spem fecit tomi 2.

ANTONIUS PLACENTINUS, Italus, Strictioris Obſerv. Reformatorum alumnus, litteris commiſsit:

Vitam V. Pauli Sicilianі, magnę ſanctitatis Viri, ejuſdem inſtituti alumni, vnà cum alijs memorabilibus. Ex Arturo in Martyrologio Franciſcano ad diem 7. Februarij, §. 5.

ANTONIUS A PLAGIS, natione Luſitanus, Provinciæ Algarbiorum, Regul. Obſerv. alumnus, Vir in declamandis ad populum ſermonibus egregius, in Divinis Scripturis eruditus, moribus, ac virtutibus clarus, Inſtitutor Sancti Seminarij D. Antonij de Varatojo, ejuſque primus Apoſtolicus Concionator, vt non minus opere, quam ſermone, viam Dei populos in veritate doceret, poſteritati dedit vernaculè opus prænotatum:

Schola pœnitentiæ, & flagellum malorum. Partem primam litteris mandavit Michael Deslandes, Ulyſſipone, anno 1683. in 8. Vidi. Eodem idiomate:

Lachrymæ ferventes amoris divini. Ibidem typis Dominici Carneyro, anno 1683. in 8. Vidi. Præclara quoque opuſcula paritèr ſub titulo:

Opera ſpiritualia. Ibidem apud Michaelem Deslandes, anno 1688. in 8. & 1701. in 4. Vidi. Opuſcula contenta ecce adſunt:

Gemitus ſpirituales, &c.

Clamores Tubæ Cœleſtis.

Exerci

Exercitator animæ in culpa dormientis.
Soliloquia.
Actus reſignationis.
Actus varij contritionis.
Oratio ad cor Chriſti.
Inſtructiones Miſsionariorum.
Via Sacra ſuccinta.
Quotidianum exercitium veri ſpiritus.
Duæ Authoris orationes.
Soliloquium ad inflammandam animam.
Orationes ad Deum in deſolationibus.
Luces ſpirituales ad directionem animarum.
Schola Chriſti, ejuſque exercitia.
Scala ſpiritualis.
Quindecim perfectiones neceſſariæ ad ſerviendum Deo.
Præparatoria ad Communionem.
Verba contra tentationes dæmonum.
Renuntiatio omnimoda.
Hebdomada ſpiritualis.
Expoſitio Orationis Dominicæ.
Speculum ſpeculi ad viam vnitivam.
Collationes amoris ſancti cum morte.
Signa perfecti amoris divini.
Exercitia mortificationis per vniverſam Hebdomadam.
Oratio brevis pro ſanctæ orationis acquiſitione.
Oratio pro conſecutione amoris ſancti.
Opuſculum tandem de vltimo fine, & ſummo bono. Hæc omnia patrio idiomate. Legi. Demùm emiſsit:

Sermones proprios, ac Collationes ſpirituales. Ulyſsipone litteris Michaelis Deſlandes, anno 1690. in 4. Vidi.

ANTONIUS A PLAGIS, alter, Luſitanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Portugalliæ Lector Jubilatus, à Cenſuris S. Officij, ac Pater, in publicum miſsit:

Concionem de Septuageſima. Ulyſsipone typis Georgij Rodriguez, 1641. in 4. Vidi.

De Actu ſolemni Fidei ad Reges Luſitaniæ. Ibidem formis Craesbeekianis, 1646. in 4. Vidi. In Epiſtola nuncupatoria, memoriam agens alteriùs *Concionis* publici juris factæ, ſpem fecit aliarum lucubrationum, quæ hactenùs ad manus meas non devenere.

ANTONIUS DE PORTALEGRE, Luſitanus, Strictioris Obſerv. Diſcalceatorum in Provincia Pietatis Profeſſor, Mariæ Portugalliæ Principis Miniſter à Pœnitentiæ Sacramento, dedit foràs, nomen ipſe ocultans, opus inſcriptum:

Paſſio D. N. Jeſu-Chriſti, tàm Luſitanè, quàm Caſtellanè, 1548. & poſteà Conimbricæ, 1581. Nicolaus Antonius, Medina, & Raphael Pluteau in Catalogo AA. præfixo, tom. 1. Dictionarij Luſitani.

ANTONIUS POSIUS A MONTE ILCINO, Italus, Provinc. Tuſciæ alumnus, Vir docili, & acuto ingenio, Regens, Doctorque ad multos annos Patavij, & Romæ Procurator Generalis Minor. Conventualium, Theologus in Concilio Tridentino, edidit:

Tabulam vtilem in omnes Averrois Libros.

Tractatum de obſcuris animi motibus. Obijt in Patria, anno 1580. prout indicat ſequens Cenotaphium in Eccleſia exiſtens:

Antonio Poſio, Minor.
Franciſcanorum Conventual.
Procuratori, Philoſopho,
Ac Sacroſanctæ Tridentinæ
Synodi Theologo perilluſtri,
Hiſpanorum Sacerdotum
Promotori, librorumque
Prohibitorum à Pontifice
Maximo Secretario conſtituto:
Qui plurimis ingenij ſui editis Monumentis, obijt à
Nativitate ſua an. 52. à Nativitate Dom. 1580. ſexto Non.
Novemb.

ANTONIUS A PRÆSENTATIONE, natione Luſitanus, Concionator, Trium Ordinum Militarium Examinator, Provincialem M. agens ſuæ Diſcalceatæ Provinciæ S. Mariæ Arrabidenſis, pro vtilitate alumnorum laudatæ Provinciæ, typis tradidit vernaculè:

Statuta municipalia ejuſdem Provinciæ, anno 1697. Roborata extant Apoſtolicis litteris Innocentij XII. quarum initium: *Nupèr pro parte dilecti filij Antonij à Præſentatiore.* Conſule tomum primum Chronicorum Prov. Arrabidenſis, fol. 139. num. 176.

ANTONIUS PRINZIVALLIS, Italus Marſalenſis, Tertij Ordinis Franciſcani, Sacræ Theologiæ Doctor, Romæ graviores diſciplinas cum ingenij laude accepit; mox Regentis munere Philo-

loſophiam, ac Scholaſticam Theologiam ibidem in Collegio Siculo S.Pauli ad Arenolam docuit, vbi anno 1708. Petri Ottoboni S. R. E. Cardinalis Theologus, ingenio, ac doctrina refulgebat. Edidit Italicè:

Vitam Sanctorum Elzearij, & Delphinæ Tertij Ordinis S. P. N. Franciſci. Panormi apud Dominicum Corteſium 1702. in 4. Ex Mongitore in Bibliotheca Sicula.

ANTONIUS DE LA PUEBLA, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector, ac Guardianus Vallis Oletani Conventus Minor. Capuccinorum, ligato, ac ſoluto ſermone, parvulis pro cognitione Doctrinæ Chriſtianæ, ac viæ perfectionis, opus tradidit Hiſpanico idiomate, ſub titulo:

Panis flore puriſsima farina ſubactus. Pinciæ apud Antonium Rodericum de Figneroa, 1693. in 8. Vidi. Scripſit inſupèr:

Opuſculum juridicum, cnjus cum laude meminit Fr. Martinus de Tortecilla in ſuo Catalogo de Scriptoribus Capuccin. pag. mihi 110.

ANTONIUS RADUNSCHIC, Minorita ab Uvadingo memoratus, ſcripſit:

De memoria conſervanda, opus hactenùs mihi ignotum.

ANTONIUS RAON, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Burgenſis Lector emeritus, atque Diffinitor, vernaculè ſcripſit:

Rituale Romano-Seraphicum. Evulgavit Pampilone Alphonſus Burguete 1728. in 4. Vidi.

ANTONIUS RANDESCIUS, Minorita Reformatus, laudatur ab Arturo in Martyrologio Franciſcano ad diem 9. Januarij, ceù à quo prodijt:

Hiſtoria virtutum V. Catharinæ Ciaulinæ Tertiaræ Franciſcanę. Scripſiſſe inſupèr:

Expoſitionem Regulæ Tertij Ordinis Franciſcani, teſtatur idem Arturus ibidem ad 16. Januarij, §. 7. & alibi.

ANTONIUS RAPALLO, Capuccinus, Prov. Genuenſis Concionator, ex Gallico in Italicum idioma tranſtulit, teſte Fr. Dionyſio Genuenſi, pag. 35. ſuæ Bibliothecæ.

Exercitia Chriſtiani interioris, in duas partes diſtributa. Genuæ apud Benedictum Celle anno 1670. & Venetijs apud Nicolaum Pezzana.

Partem ſecundam Chriſtiani interioris. Venetijs apud eundem 1681.

Catechiſmum Crucis. Genuæ apud Franchellum 1686.

ANTONIUS RATTACIUS, laudatur ab Andrea Roſſoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij, in quo ita legitur Antonius Rattacius Vercellenſis, Ordinis Minorum S. Franciſci, olim Provincialis, Vir pius, edidit Italico ſermone librum, quem prænotavit:

Exercitia ſpiritualia Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci; impreſſa anno 1656.

ANTONIUS RAUDENSIS, ſeù RAUDINUS, humili loco Falmentæ in Inſubria natus, (cui propterea opuſculum miſit Albertus Sartianus, quod inter ejus opera recenſuimus, videlicèt: *Quod nihil nocet ad virtutem humili loco naſci*) Sacræ Theologiæ Magiſter, in omni ſtudiorum genere inſignis, Lactantij Firmiani aſsidua delectatus lectione, vt emendatior, & purior prodiret, effecit. Alia etiam opera ſcripſit, quæ perierunt. Floruit circa annum 1420. Hæc Uvadingus.

ANTONIUS REMIGIUS APEHIN, Minorita, Gallus, Vir apud Marracium in Appendice ad ſuam Bibliothecam Marianam, pietate, & doctrina clarus, anno 1658. quo clarebat, ſcripſit:

Tractatum de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Erat M.S. in 4. apud noſtrum Alva, ipſomet teſte, col. 120. ſuæ Militiæ.

ANTONIUS RIBEIRA CHIADO, Luſitanus, Minorita, vernaculè, ſed ligato ſermone, in publicum miſit:

Regulam generalem S. Franciſci, vnà cum quadam *Comedia ſacra.* D. Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ.

ANTONIUS DE RIBERA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Caſtellanæ Provinciæ Lector Jubilatus, Qualificator Supremæ Inquiſitionis, Curiæ Romanæ Commiſſarius, ſcripſit, non autem emiſsit:

Tractatum de Puriſsima Conceptione Deiparę ſemper Virginis memoratum à Marracio, & Piſtoja apud noſtrum Alva in ſua Militia Univerſali, col. 124. Florebat anno 1647. Vir inſignitèr doctus, & præſtanti virtute conſpicuus. Alia ſcripſit, quæ me fugiunt.

ANTONIUS RIMON, Minorita, apud Antonium Theiſſerium, tom. 2. ſui Catalogi, fol. 19. ſcripſit, ac edidit tomum in 4.

De Viris Illuſtribus Ordinis Seraphici. Salmanticæ anno 1511.

ANTONIUS DEL RINCON, Hiſpanus, Compoſtellanæ Prov. Regul. Obſ. alumnus, compilavit opus prænotatum:

Mo:

Monumenta Ordinis, iteratò impreſſum Salmanticæ typis Joannis de Porras 1511. in 4. & alibi. Vidi.

ANTONIUS RODRIGO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Burgenſis, doctus Concionator, ſcripſit, ac emiſsit:

Panegyrim de laudibus S. Didaci. Burgis per Nicolaum Sedano, anno 1670. in 4. Vidi.

Speculum clariſſimum Myſterij Immaculatæ Conceptionis Reginæ Angelorum. Ibid. eodem anno in 4. Vidi.

ANTONIUS RODRIGUEZ, FEIJÒ, Hiſpanus, natione Gallęcius, Provinc. D. Jacobi Regul. Obſervantiæ Lector Jubilatus, ac Salmantinus Doctor, Vir ſanè varia, atque eximia eruditione inſignis, magno doctis Viris, ac bonis omnibus ſui relicto deſiderio, poſteritati dedit:

Catholicum Myſticę Dei Civitatis præſidium Apologeticum, & Delatorium dicatum SS. Innocentio XII. Pontif. Max. ſub ampliſsimâ protectione Caroli II. Hiſpaniarum Regis. Salmanticæ apud Eugenium Antonium Garcia 1700. in fol. Vidi. Ejuſdem ſub nomine Conventus Salmantini S. P. N. Franciſci, extat:

Invictiſſimum ab authoritate Theologica Salmanticenſe Propugnaculum pro Myſtica Civitate Dei, impreſſum ibidem in Officina Mariæ Eſtevez, Viduæ, anno 1700. in fol. Vidi.

ANTONIUS A ROSSARIO, Luſitanus, Apoſtolicus Miſsionarius, ac Guardianus Conventus S. P. N. Franciſci Diſcalceatæ Provinciæ S. Antonij Braſilienſis, multa ediдиſſe dicitur in Luſitaniæ Regno, quæ ad manus noſtras minimè devenerunt. Quæ autem anno 1729. didici Matriti ex relatu oculati teſtis Fratris Fr. Leandri à Roſſario, laudatæ Provinciæ Theologi, ſunt:

Tredecenarium S. Antonij Luſitano idiomate in 4.

Sermones varij, eadem lingua, & in 4.

Pyxidicula nautica omni Chriſtiano, in 8.

Poma Braſilienſia, eodem idiomate, & in 4.

ANTONIUS ROXO, Hiſpanus, ex Oppido Pinto propè Matritum, Sacræ Theologiæ Lector in Toletano Conventu S. Joannis Regum Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. Synodalis Examinator, ac Qualificator S. Officij, ſcripſit vernaculè:

Hiſtoriam Capituli Generalis Ordinis, celebrati Toleti, anno 1658. ibid. & eodem anno in 4. Vidi. Item:

Concionem de SS. Sacramento. Compluti apud typographiam Mariæ Fernandez anno 1668. in 4. Vidi. Inſupèr vernaculè, & in 4.

Hiſtoriam S. Didaci. Matriti typis Regijs anno 1663. in 4. Vidi.

ANTONIUS RUBEUS FOSSANENSIS, Minorita, Italus, Vir pius, librum edidit, qui ipſius devotionem oſtendit, ſub titulo:

Tractatus de Myſterijs Miſſæ, Hippolyto Cardinali de Rubeis dicatus. Prodijt Alexandriæ 1589. teſte Andrea Roſſoto, in Appendice ad ſuum Syllabum Scriptorum Pedemontij.

ANTONIUS RUBEUS, alter, ſeu RUVIONIS, Minorita, apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 323. Commentaria edidit in Ariſtotelis Logicam, ſub titulo:

Logica Mexicana. Coloniæ anno 1605. in 4. Extat hujuſce Authoris mentio apud Alphonſum Lalor, tom. 2. ſui Univerſi calamo delineati, fol. 187.

ANTONIUS RUBIUS, Hiſpanus, Legionenſis, Sacræ Theologiæ Lector in alma Provincia Sancti Jacobi, ad Catholicum Hiſpaniarum Regem Philippum II. foràs emiſsit libros novem, vnico ſub tomo comprehenſos, ſub titulo:

Aſſertiones Catholicæ adverſus Eraſmum Roterodamum. Salmanticæ excudebat Joannes à Canova, anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octavo. Vidi. Huic operi Diſticha quædam præfixit Andreas à Sanctis Licentiatus, Fiſcalis Regius in Cancellaria Vallis Oleti, ex quibus accipe ſequentia:

Hiſpanici Gothici Romanos vrbe Leone
Expulerant quondàm: nunc quoque Maurus abeſt.
Hac Ruvius noſter prodivit ab vrbe, Gothorum
In campis natus, fortis in Hæreticos.

Pandit Eraſmi, jam technas Antonius Orbi,
Pandit, & errores: dogmata vera docet,
Quo minùs Hæreſeon moriturus quiſque venenum
Imbibat: antidotum porrigit ipſe priùs.

Aſſertiones de B. Virgine, editas etiam habes tomo 3. Bibliothecæ Virginalis.

ANTONIUS RUFFUS DE TUFARIA, Italus, Provinciæ Obſervant. Terræ-laboris filius, in publicum miſsit:

Manuale locupletiſsimum ferè omnium, tùm Diffinitionum, tùm & Deſcriptionum eorum, quæ in quibuſcumque conſcientiæ caſuum materijs, atque ſolutionibus occurrere ſolent, à cunctis jam Profeſſoribus deſideratum, demùm non vulgari diligentia nunc collectum, & vt quidquid opus fuerit faciliùs, atque commondiùs reperiatur, ordine alphabetico digeſtum. Prodijt Venetijs in 12. 1623. apud, Joannem Antonium Julianum. Vidi.

ANTONIUS SABLONDIUS, Minorita Flander, aliquid ſcripſit, vel egit *pro Myſterio Immaculatæ Conceptionis*, vt colligitur ex Epiſtola Joannis Helſſeis Lovanienſis, apud Cornelium Schultingium, fol. 46. Quid illud fuerit, ignoro. Hæc noſter Alva, col. 122. ſuæ Militiæ Univerſalis.

ANTONIUS SALINAS, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Lector Jubilatus in Peruviana Provincia XII. Apoſtolorum, vernaculè emiſsit:

Reſolutionem Theologicam de pretioſo theſauro indulgentiarum, ac ſuffragiorum his conceſſo, qui ſepulturam eligunt in Eccleſijs Religioſorum. Prodijt Limæ ex officina Hieronymi Contreras, 1654. in 4. Vidi.

ANTONIUS SAN-FELICIUS, Franciſco patre, Adriana Carracciola ex Marchionibus Vici genitrice, in adoleſcentiori ætate factus Minorita Regularis Obſervantiæ, brevi in omni doctrinarum genere, felices fecit progreſſus, ſed Muſis amœnoribus delectatus, politioribus litteris fuit ornatiſsimus, & in re Geographica non mediocritèr verſatus, cum de Italicarum Urbium deſcriptione (præſertim quod ab Hyginio eodem argumento confecti libri perijſſent, admodumque pauca de M. Porcij Catonis originibus fragmenta ſuperſint) cogitaſſet, primum ſcripſit:

Chorographiam Campaniæ, ſivè, de ſitu, & origine ejuſdem, quam brevitèr, & doctè abſolvit, dedicavitque Senatui, Populoque Urbis Capuanæ, in Campania vetutiſsimæ. Circunfertur ſub titulo, *Campania*, inter Authores *Italiæ illuſtratæ*, prodijtque olim Neapoli in 12. Deindè ibidem apud Dominicum Maccaranum, anno 1636. præmiſſa ejus effigiè, & vitæ compendio. Deindè:

Carmina pleraque variorum argumentorum, partim impreſſa, partim manuſcripta. Alia meditantem mors abrripuit, anno 1570. Uvadingo teſte.

ANTONIUS SANCHEZ A FUENTE, Hiſpanus, Lector Theologus, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. in publicum, quod viderim, miſsit vernaculè:

Orationem panegyricam in Collocatione cujuſdam celebris imaginis Beatiſsimæ ſemper Virginis Mariæ. Cumpluti, 1730. in 4. Vidi.

ANTONIUS SASCOLINUS, Florentinus, Sacræ Theologiæ Magiſter, ex Generali Miniſteriatu Minorum Conventualium ad Epiſcopatum Minertinum in Calabria à Clemente Septimo aſſumptus, edidit, vti Uvadingus ait, lingua vernacula, & rudi, tractatum, cui titulus:

Conſcientiæ Illuminatula. Clarebat, anno 1520. Extat hujuſce honorifica mentio apud Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, pag. 189.

ANTONIUS SCARAGIUS, alijs SCALAGIUS AB ALTIMURA, duodecimus Provincialis Miniſter Provinciæ S. Nicolai Regularis Obſervantiæ, librum ſcripſit, inſcriptum:

Ornamentum animę, quem ſuis Civibus dicavit ſub hoc prætextu, quod cum ex ſenectute viam vitæ ampliùs prædicare non poſſet, ſaltem ex hoc libro ſuas obligationes intelligerent. Fuit typis datus Neapoli, anno Domini 1558. 20. Maji, & ibidem 1557. in 4. apud noſtrum Alva, col. 123. ſuæ Militiæ. Agit de eo Fr. Bonaventura à Taſſano de memorabilibus laudatæ Provinciæ, part. 2.

AN-

ANTONIUS SEGUINIUS, Minorita Gallus, forîs emiſsit volumen prænoratum:

Excurſus concionatorius de Sacramento Eucharistiæ. Lugduni, 1667. in fol. Vidi.

ANTONIUS SEROVIRA, Italus, Alicarenſis, ex Minoritis Conventualibus, Doctor Theologus, ac Provinc. Siculæ Provincialis Miniſter, Vir doctrina, & eloquentia clarus, prælo paravit, anno 1708. Italico idiomate:

Tragicomœdiam.

Opuſcula poetica.

De fraude ergà Suſanam, ejuſque declarationc. Typis verò commiſſerat volumen in 4.

De ſanctitate S. Roſaliæ in Curia, ac in Deſerto. Panormi, apud Petrum Inſulam, anno 1677. Laudatur ex Franchino, & Balthaſare Piſano, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, litt. A.

ANTONIUS SERPA, Luſitanus, Strictioris Obſerv. Diſcalceatorum profeſſor, egregiùs Concionator in Prov. Pietatis, & Niſenſis Marchionis Archiralaſsi maris Indici Legati ad Regem Gallum, in Legatione Confeſſarius, electus Epiſcopus Cochinenſis in Orientis India, ad poſteros tranſmiſsit duobus tomis in fol. opus latinè inſcriptum:

Eucharistica Chronologia ab ipſo mundo per figuras legis naturæ depicta, & enarrata. Pariſijs apud Sebaſtianum Cramoyſi, anno 1648. Vidi. Cenſorum munere hoc Iuſtrarunt opus noſtri Fr. Joannes de la Haye, & Fr. Franciſcus à S. Auguſtino, Macedo, qui in Authoris laudem, ità cecinit:

Te genuit Serpa: & doctam dimiſsit in Urbem
Stemmata, cui Serpens hinc dedit indè Leo.
Serpenti ingenio ſimilem te reddidit illa:
Serpenti hæc ſtudio, conſilioque parem.
Utraque Serpenti voluit te opponere mortem,
Quæ tulit in vetito pernicioſa Cibo.
Sic Divina tuam ſtimulat ſapientia mentem
Sydereum, vt ſacra condiat arte cibum,
Ut cum læthiferum Serpens dat voce venenum,
Vitales poſsis reddere Serpa, dapes.

Agunt de ipſo Nicolaus Antonius, tom. 1. & 2. in Appendice cum Georgio Cardoſo, Medina in Centuria Scriptor. Diſcalcearorum, Petrus de Alva in Militia, & Uvadingus.

ANTONIUS SETUVAL, Luſitanus, Concionator, & filius Provinciæ Portugalliæ, Regul. Obſerv. Cultoribus Deiparæ ſemper Virginis, tranſmiſsit vernaculè:

Coronam 12. ſtellarum Virginis Dominæ noſtræ. Ulyſsipone per Petrum Craesbeeck, anno ſalutis 1632. in 4. Vidi. De hoc ſatis docto, ac erudito Opere Nicolaus Antonius, & fuſsè Fr. Petrus de Alva in Militia, col. 123.

ANTONIUS DE SILLIS, Bergomenſis, Tertij Ordinis Regularis Obſervantiæ in Italia Superior Generalis, Artium, ac Sacræ Theologiæ Doctor, in Jure Canonico non vulgaritèr verſatus, ſcripſit:

Studia, Originem, Proventum, & Complementum, Tertij Ordinis concernentia. Opus diviſum in duos tomos, unum ſuper Regulam ejuſdem Ordinis: alterum continens collectionem Bullarum ejuſdem Ordinis. Primum diviſit in duos libros, in quorum primo Notationes fecit ſuper Regulam: in ſecundo collegit tractatum D. Dionyſij Carthuſiani ſuper Regulam Nicolai IV. & de obedientia Superioribus debita. Item adjunxit tractatum Bernardini de Buſto de Imitatione Chriſti per aſſumptionem ſtatus Tertij Ordinis de Pœnitentia, &c. Typis Neapolitanis apud Conſtantinum Vialem, 1621. in 4.

Eandem Regulam à ſe vt ſuprà commen- ta-

tatam, tranſtulit in idioma vulgare, vt omnibus etiam Laicis eſſet facilis captu. Typis Neapolitanis per Lazarum Scorrigium, 1621. in 16.

In lucem dederat eodem ſtylo aliud Opuſculum Regij impreſſum per Flavium, & Flaminium Bartolos 1605. in quo agit breviter: *De Inſtitutione hujus Ordinis, explicando illis Regulam Nicolai IV. & de modo recipiendi ad Habitum Fratres Tertiarios habitantes in proprijs domibus.* Pertractant de eo Uvadingus, Bordonius, & cum laude Fr. Donatus Calvi, part. 1. ſuæ Scenæ Litterariæ, fol. 59.

ANTONIUS SIRECTI, Provinciæ Turoniæ alumnus, ac in Gymnaſio Pariſienſi Theologus, ſcripſit:

Formalitates de mente Doctoris Subtilis. Editio antiqua in fol. Extat Extremaduræ in Bibliotheca Emeritenſis Conventus Regul. Obſervantiæ, ſub C. num. 9. Vidi. Et Pariſijs apud Joannem Bouc, anno 1580. in 8. Vidi. Pariſijs, vti refer Uvadingus; in magno Conventu noſtris adoleſcentibus, priuſquàm è Philoſophorum claſſe emergant, perleguntur. Prodijt etiam laudatum opus Pariſijs apud Michaelem Sonnium, anno 1605.

ANTONIUS SOBARZO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ eruditus alumnus, & S. Officij Qualificator, Authore mihi D. Nicolao Antonio, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 120. ex noſtro Alva oculato teſte, ad prælum reliquit volumen inſcriptum:

De Sacra Scriptura impleta, & non impleta, aliquandoque implenda. Pinciæ in Bibliotheca Conventus S. P. N. Franciſci, pluteo 57. ſcrinio 5. extat hujus Sobarzo opus in 4. M. S. licentijs, ac approbationibus munitum, ſub hoc titulo:

Praſcientia probabilis futurorum Eccleſia. Vidi.

ANTONIUS SOBRINO, Hiſpanus, Salmanticenſis, natus ex illa inclyta proprijs virtutibus, nec minùs inclyta fœcundiſsima omnium virtutum prole, quæ velut ſymphoroſa altera, aut Machabeorum Mater, filiorum ipſa pietate inſignium, videlicèt Franciſci Sobrino, Epiſcopi Pinciani; Joſephi Sobrino, Regi à Sacris, Alberto Auſtriæ, Archiduci à ſtudijs, Palentinæque Familiæ Parochi; Joannis Sobrino, Theologi, ac Medici Roderici à Caſtro Hiſpalenſis Præſulis; Thomæ Sobrino, Recollecti Franciſcani in Religioſiſsimo Conventu del Abrojo; Didaci de S. Joſepho; Mariæ de S. Alberto; Cæciliæ à Nativitate; Sebaſtiani à S. Cyrillo, qui omnes nudipedum Carmelitarum Reformationi nomen dederunt. Ex hac, igitur, genere nobili, conjuge fœlice, filijs clara, atque multiplicis eruditionis meritò in æternum laudabili CÆCILIA Morillas, Salmanticæ natus noſter Antonius Sobrino, ex primo Officiali Gabriele de Zajas, qui Philippo II. Regi à Secretis fuit, ſodalis factus Minorum Diſcalceatorum, in Cœnobio S. Bernardini Matritenſis, Prov. S. Joſephi ſtrictioris Obſervantiæ mancipatur. Tàmque ibi, quàm in alijs, quibus præfuit prædictæ Provinciæ Cœnobijs virtutum omnium, quę in Religioſo homine expetuntur, emendatiſsimum præbuit exemplar. Methymnam veniens, & legitimus Vocalis, dùm in Capitulo Provinciali ibidem celebrato, in Conventu S. Joſephi diviſa fuit Provincia in S. Joſephi, & S. Pauli Provincias, electus fuit Diffinitor Provinciæ S. Pauli, vbi moram traxit. Poſtmodùm Salmantinum Conventum S. Joſephi, vulgò *del Calvario*, gubernans, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joannis Baptiſtę in Valentino Regno Commiſſarius Viſitator inſtitutus, ſuique Capituli Præſes, functionibus Capitularibus completis, In præmemorata S. Joannis Provincia, præmiſſa licentia Miniſtri Provincialis S. Pauli, elegit abjectus eſſe; ſed cum ſcriptum ſit: *Qui ſe humiliat, exaltabitur*, ob eximias animi dotes, Angelicoſque mores, in Provincia Sancti Joannis tèr ad Guardiani, ſemèl ad Diffinitoris, ſæpè ad Vicarij Provincialis honores promotus, perpetuo Fratrum applauſu fuit. Sunt igitur ex ejus prętſtanti calamo (vtinàm pro bono publico omnia prodirent) monumenta ſequentia:

De Vita ſpirituali, ac perfectione Chriſtiana, volumen in 4. Prodijt Valentiæ ex officina Joannis Chriſoſtomi Garriz anno 1611. in 4. Vidi.

In Apocalypſim Notationes, volumen in 8. Hiſpanico idiomate. Incipit: De argumento Apocalypſis. Aſſervatur duobus tom. M.S. in generali Archivio Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ. Vidi.

Commentaria in Apocalypſim, ſermone patrio. Eſt opus aliud in 8. licentijs, & approbationibus fulcitum, ibidem M. S. repoſitum. Vidi. Inſupèr Latino idiomate expoſuit Apocalypſim cum elucidatione Commentariorum ſuper Apocalypſim Montani, quod mirabile opus M. S. in 4. probatum, ac licentia RR. P. Fr. Benigni de Genova, totius Ordinis Seraphici

ci Miniſtri Generalis ad impreſsionem inſignitum, generale Archivium laudatæ Provinciæ S. Joannis conſervat. Titulus autem hujus libri ecce adeſt:

In Divi Joannis Apoſtoli Apocalypſim per Fr. Antonium Sobrino, Minoritam S. Joannis Baptiſtę Excalceatorum Fratrum Provinciæ minimum, & immeritiſsimum alumnum. Aceſsit huic operi elucidatio per eundem Authorum edita in Commentaria ſuper Apocalypſim Benedicti Arias Montani.

De ſingulari privilegio, ac Myſterio Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis, Hiſpanicè. Horum epitome extat tom. 1. Chronic. Provinciæ S. Pauli, lib. 1. cap. 22. à num. 277. An iſte liber (cujus memoriam fecit Hippolytus Marracius in Appendice ſuæ Biblioth. Marianæ, verbo *Antonius Sobrino*) decem Dialogos continens, editus in lucem fuerit, ignoro; ſcio tamen noſtrum Antonium Deiparam ſemper Virginem ab Adamitica labe immunem, ſummopere coluiſſe, librumque ſuum Dialogorum, Romam miſſum ad Paulum V. non abſque felici eventu. Scripſit tamen:

Dominicale, à prima Dominica Adventus, vſque ad Dominicam ſextam poſt Epiphaniam, adjectis Concionibus Sanctorum occurrentium. Extat M. S. in 8. in laudato Archivio.

Quadrageſimale Conciones amplectens à Septuageſsima, vſque ad feriam 3. Dominicæ 3. Quadrageſsimæ. Ibid. in 8.

Quadrageſimalis, tom.2. in 8. Explicit concione 2. Reſurrectionis. Ibidem.

Conciones miſcellaneas, quarum 1. Concio de Paſsione Domini N. Jeſu-Chriſti. Eſt opus in 4. M.S. ibidem aſſervatum.

Materias prædicabiles in 8. Incipit Gelius, lib.21. cap.14. Extat ibidem.

Viridarium, Hiſpanico idiomate in 8. ibidem. Complectitur hoſce tractatus:

Fabula Gentilium moralizata, à fol. 1. vſque ad 82.

Emblemata moralizata, à fol.87. vſque ad fol.138.

Exempla varia, à fol. 138. vſque ad 196.

De virtutibus, & vitijs, à fol. 196. vſque ad 417.

Adnotationes morales in Apocalypſim, à fol.418. vſque ad 442.

De Aphoriſmis Hypocratis ad mores, à fol. 440. vſque ad 511.

Locos communes de virtutibus, à fol.512. vſque ad finem.

Epiſtolas plures, tanto ſpirituali Magiſtro dignas, quarum aliquas dedit part. 1. Chronic. Provinciæ S. Joannis, lib.6. Fr. Antonius Panes. Scripſit demùm vernaculè:

Theſaurum Dei V. Tertiariæ Franciſcæ Lopez revelatum. Opus tribus voluminibus contentum, manu propria Sobrini exaratum, anno 1609. & theſauri ad inſtar ibidem reconditum. Ex cœtu mortalium ad Beatorum Immortalem felicitatem glorioſo exceſſu properavit 10. Julij 1622. magno populorum concurſu parentante, & Deum laudante in Sanctis ſuis. Hujus beatificatio, reſte Fortunato Huever in Monologio Franciſcano, §. 8, Hiſtoric. Proloquior. in Sacro pendet Romanæ Rotæ Tribunali. Pluribus de tanto Viro ſermonem inſtitui in meis Chronicis, tom.2. lib.3. & in mea Bibliotheca Minorum Diſcalceatorum, part. 1. pag.36. Unus tandem pro multis Fr. Antonius Panes, part. 1. ſuæ Chronic. à fol. 676. vſque ad 830. piè, & elegantèr virtutes, revelationes, raptus, miracula, omniaque mirabilia narrat.

ANTONIUS SOLIS, in Urbe Pacis Peruvienſis Regni natus, Prov. Limenſis Regul. Obſerv. filius, Concionator, ſemèl, atque iterùm Novitiorum Magiſter, Guardianus quoque Trugillenſis Conventus, ne in vacuum laboraret, quæ valdè vtilia judicavit, ſcripſit, ac vernaculè publici juris fecit. Ea ſunt:

Viridarium cæleſte, & divinum indulgentiarum, & ſuffragiorum Eccleſiæ. Opus eſt in ſuffragium animarum ſanctarum, quæ in Purgatorio detinentur elaboratum, ipſiſque ſacrum. Limæ, anno 1649. Item ad vtilitatem Miniſtrorum Eccleſiæ, & Acolittorum, ibidem anno 1650. volumen vulgavit prænotatum:

Theſaurus Eccleſiæ Catholicæ. Eodemque anno pariter:

Devotionarium Sacerdotale. Ex relatione ejuſdem Provinciæ. Typis quoque mandavit Hiſpanicè:

Circulum Solare. Eodemque idiomate:

Devotionarium Scalę Sanctæ. Ad prælum maturos habebat eadem tempeſtate Hiſpano idiomate:

Caremoniale, ac Kalendarium perpetuum. Latina verò lingua librum alium prænotatum:

Præparatio Sacerdotum ante celebrationem Miſſæ, & gratiarum actio poſt ipſam celebratam, cum varijs Orationibus, & Lita-

ſanijs ſanctiſsimis de divino, & altiſsimo Sacramento Eucharistia, necnon & pijs meditationibus Vita, ac Paſsionis Domini N, Jeſu-Chriſti ex Sacra Scriptura, SS. Patrum, & Doctorum redactis, & collectis. Extat M. S. in peculiari Bibliotheca Cællæ RR. M. Generalis Ordinis, in Conventu S. Antonij Hiſpalenſis, num. 123. Vidi. Devixit anno 1667. cujus corpus molle, ac flexibile jacet in Limenſi S. P. N. Franciſci Conventu. Extat hujus honorifica mentio apud Chronica laudatæ Provinciæ emiſſa vernaculè à Fr. Didaco de Cordoba & Salinas.

ANTONIUS SOUSA MACEDO, Luſitanus, ſanguine clarus, à Secretis ſtatus, ac Tertij Ordinis Franciſcani expreſsè alumnus, eruditè concinnavit opus prænotatum:

Eva Ave. Prodijt Ulyſsipone ex officina Antonij Craesbeeck 1676. in fol. Vidi. Inſupèr vernaculè:

Harmoniam politicam, ac Principum exemplar. Hajæ Comitum apud Samuelem Brevn 1651. in 4. magno. Ex relatione Provinciæ Portugalliæ Tertiariorum Regularium. Forſitàn, indiſtinguitur Antonius iſte ab Antonio Souſa Macedo, de quo plura habes apud tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, fol. 127.

ANTONIUS STELLA, Vercellenſis, Ordinis Minorum, in gratiam puerorum, ſcripſit:

De Grammatica rudimentis. Mediolani 1517. M. S. aſſervatur in Biblioth. S. Franciſci à Vinea Venetijs.

Tractatum de certitudine futura vitæ, beatitudinis, & felicitatis. Ita me docet Jacobus Philippus Thomaſinus Æmonenſis in ſua Bibliotheca Vener. M. S. pagina mihi 108. col. 2. ante M. Georgius Draudius in ſua Bibliotheca Claſsica habet quendam *Antonium Stellam*, quem notat ſcripſiſſe: *De Vita Bernardi Juſtiniani Patritij*, Venetijs impreſſa. Item: *Elogia Veneratorum Navali pugna illuſtrium*, lib. 1. Venet. 1568. in 8. Utrùm autem ſit N. Vercellenſis, valdè dubito, nàm Antonius Vercellenſis vivebat anno 1500. Pugna autem Navalis fuit tempore Pij V. qui electus fuit anno 1566. Hæc Andreas Roſſotus in Syllabo Scriptor. Pedemontij, litt. A.

ANTONIUS STELLA, alter, Luſitanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum in Provincia Sancti Antonij, Concionator, ligato ſermone ſcripſit Luſitanicè:

Dialogum, interlocutoribus Tribus Paſtoribus coram Salvatore in Præſepio. Poſt alias editiones, Ulyſsipone apud Dominicum Carneyro 1663. Ex relatu hujus Provinciæ.

ANTONIUS A SANCTO STEPHANO, Italus, Provinciæ Aquitaniæ Sancti Bernardini Regularis Obſervantiæ Lector, ac Generalis Prædicator, perutile elaboravit opus vernaculè prænoratum:

Conciones conceptuoſa, ac erudita Doctrina Sanctorum Patrum roborata, unà cum quatuor ſupra triginta Aſceticas Conciones. Venetijs excuſit Bartholomæus Tiamontinus anno milleſsimo ſexcenteſsimo ſeptuageſsimo quinto. Habes in limine elogium Ft. Joannis Maria Federici, cujus initium:

Eja
Lector
En tibi
ab Aquila,
quæ non miniſtrat
Æterno Jovi fulmina,
ſed ex ſuis manibus,
auxiliante peccatorum
pœnitentia trahit, ac elevat, &c.

AN-

ANTONIUS TANA CHERIENSIS, ex Minoritis Capuccinis, Verbi Dei Annunciator, & pluries ſuæ Religionis Diffinitor, vt quam in corde nutriebat erga Beatiſsimam Virginem manifeſtaret devotionem, & pietatem, edidit librum, quem Italico ſermone prænotavit:

De pio Martyrio Mariæ Virginis Diſcurſus ſacri. Taurini 1638. in 4. & Monte Regali 1640. teſte Genuenſi, ex Marracio, & Uvadingo. Obijt 1638.

ANTONIUS TAURINENSIS, Subalpinæ Provinciæ D. Thomæ alumnus, mellifłui ſermonis Leporem, quem illi gentiliciæ apes (erat ex Barberinorum familia) infuderant, elegantiſsimo libro, inquit Illuſt. Britius, lib. 3. de Scriptoribus memoratæ Prov. fol. 283. reſtatus eſt, cui titulum:

De Eccleſiaſtica immunitate prætulit. Agit quoque de eo Uvadingus.

ANTONIUS A TERRINCA, ex Tuſciæ Obſervantium Provincia, exemplari vita, vti ait Gubernatis, rom. 2. pagina 64. & fructuoſa prædicatione conſpicuus, dictæque ſuæ Provinciæ laudatiſsimus Chorographus Latinè publicavit:

Genealogicum, & honorificum Theatrum Tuſciæ Etruſco-Minoriticum. Florentiæ ex typographia ſub ſigno Stellæ 1682. in 4. Præ manibus habeo. Fol. 17. hujus voluminis ſpem faciens multiplicis fœtus, ita inquit: *Puſillitatis mea* quaſi oblitus, vndequaque collecta, congeſta, & vtrumque concepta digerere, ideare, membra componere, adaptare Inventis lineamenta, atque ad prælum parare cœpi anno ſalutis M. D. C. LXXVI. ætatis meæ 50. Monachatus 33. ſequentibus ſub titulis, videlicèt:

Apparatus ad Theatra Etruſco-Minoritica, in quo nobiliſsimam, & antiquiſsimam Seraphici Patriarchæ Patris N. D. Franciſci hucuſque abſconditam reſeramus *Genealogiam.* Generationem ſpiritualem ejuſdem Sanctiſsimi Legislatoris, hoc eſt, Ordinis Minorum inſtitutionem, propagationemque damus. Provinciæ hujus Tuſciæ originem, antiquitatem, dignitatem, & præeminentiam propalamus. Sodalitatum Franciſcanarum primordia, incrementa, ac claritatem aperimus. Secundi item, ac Tertij Inſtituti Minoritici initia, dilatationemque miniſtramus. Statum præſentem, & alia ſcitu digna Trium Ordinum aſſerimus.

Theatrum Genealogicum, & honorificum iſtud. In quo quales in Theatro producamus Heroes, legendo quiſque videre poterit, & ſummariè in Indiculo ſuprà appoſito.

Theatrum primum ſacrum Etruſco Minoriticum. In quo Heroes illos ſanctimonia, & pietate illuſtres offerimus, & eo ordine, quos, & quo nomine tenùs recolimus ad finem hujus Theatri à pag. 165. ad 176. Theatrum hoc imprimi cœptum eſt, ſed an perficiendum ſit, neſcio, expenſæ magnæ ſunt, paupertas præmit, & non eſt qui adjuvet.

Theatrum ſecundum ſacrum Etruſco-Minoriticum. In quo Heroinas Ordinis S. Claræ ſanctitate, & virtute inſignes introducimus, quas in Appendice ad finem hujus tomi, pag. 177. & ſequenti nominamus. Iſtud debitis cum facultatibus, paratum eſt ad prælum; ſed imprimenda poſſibilitas deſideratur.

Theatrum tertium ſacrum Etruſco-Minoriticum. In quo Heroes, & Heroinas Tertij Ordinis ſanctimonia celebres adducimus, quorum Catalogum habes in calce hujus operis, pag. 179. &c. Hoc vltimam jam manum accepit, ſed Cenſoribus nondùm commiſſum eſt:

Theatrum Chronologicum Etruſco-Minoriticum. In quo Conventuum, Monaſteriorum, Domorumque Trium Ordinum antiqnitatem, dignitatem, &c. dabimus; nondùm tamen abſolutum eſt.

Apologia Etruſco-Minoritica. In qua plura placita in præcedentibus opuſculis prolata firmamus, roboramus, propugnamus. Hæc autem adhùc ſtat in Embrione, & in dies ſumit augmentum, vt tandem perfecta prodeat. Hactenùs laudatus Terrinca.

ANTONIUS DE THOMAR, Luſitanus, Regul. Obſerv. Portugalliæ Provinciæ, communem fecit vernaculè:

Orationem Eucharisticam in laudem S. Antonij Patavini, editam Ulyſsipone anno 1628. in 4. laudatamque à Chronologo ſecundo laudatæ Prov.

ANTONIUS A TOLETO, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Caſtellanæ Prov. Eccleſiaſtes eruditus, emiſit:

Orationem funebrem in obitu Vincentij Gonzaga tertiò Pro-Regis, ac Supremi Indiarum Conſilij Præſidis, Salmanticæ habitam, ibidem quoque excuſam typis Eugenij Garcia, in 4. Vidi.

ANTONIUS TRAPONIUS, Italus, Provincialis Miniſter Provinciæ VallisMazariæ Regul. Obſervant. vernaculè communem fecit:

Vi-

Vitam S. Catharinæ Bononienſis. Panormi typis Gaſparis Bayona anno 1712. in 4. Vidi.

ANTONIUS TREJO, Hiſpanus, Cardinalis de Trejo, Frater Germanus, & Regi Catholico inter paucos, ob Viri in omnibus excellentiam acceptiſsimus, Compoſtellanæ Provinciæ Regular. Obſervant. alumnus, Vicarius Generalis Ordinis, ac Carthaginenſium Epiſcopus, Vir, vt Marracio vtar, in omni ſtudiorum genere egregius, omnique virtutum gloria nobilitatus; qui anno reparatæ ſalutis 1618. Romæ apud Paulum V. pro definienda materia controverſiæ Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Philippi III. Catholici Hiſpaniarum Regis nomine adſuit Orator, edidit:

Pro Conceptione Immaculatæ Deiparæ Virginis Mariæ Orationes 12. Latino ſermones elaboratas, quas habes apud Uvadingum in Legatione pro eadem Conceptione, Lovanij impreſſa anno 1624.

Idem Apologiam pro Rege Catholico Philippo III. in Urbe ſparſit, in qua, quod rectè, & Catholicè ſe geſſerit in ijs, quas apud Sedem Apoſtolicam adhibuit, diligentijs, pro definienda controverſia Conceptionis Virginis Mariæ, Pontificum decretis, Orthodoxorum Conciliorum pondere, vtriuſque Juris contextu, & tùm demùm firmiſsimis rationibus, luculentèr oſtendit. Res eo deducta eſt, vt licèr non articuli ipſius definitionem, Paulinam tamen Conſtitutionem in favorem ejuſdem Immaculatæ Conceptionis obtinuerit, & Gregorianæ magis amplæ cauſam dederit; atque pro vltima Alexandri VII. *Sollicitudo omnium Eccleſiarum, &c.* viam apetuit. Superſtes erat, anno 1619.

ANTONIUS TROMBETA, ſeù TUBETA, Patavinus, in eademque Univerſitate Ordinarius Lector Metaphiſicæ, è Miniſteriatu ſuæ S. Antonij Provinciæ ad Archiepiſcopatum Athenarum, & Epiſcoporum Viterbienſem aſſumptus, Vir ſanè ob præclaram virtutem, & doctrinam *Julio II.* gratus, Petro Cardinali Bembo ſumma neceſsitudine conjunctus, optimos quoſque Curiæ Romanæ Aulicos ſibi devinxit, vbique diſputando, docendo, ſcribendo, primas tenuit, atque indè multorum in eum exarſit invidia. Typis commiſit opus in fol. ſub titulo:

Tractatus in Scoticas formalitates cum quæſtione de futuris contingentibus, ac quæſtionibus Metaphyſicalibus. Editio antiqua, quam vidi Extremaduræ in Bibliotheca Emeritenſis Conventus Regularis Obſerv. ſub litt. C. num. 9. Seorſim:

Quæſtiones in Metaphyſicam ad mentem Doctoris Subtilis. Venetijs anno 1504. in fol. Vidi. Item:

Aureas lucubrationes Scoticarum formalitatum. Ibidem anno 1520. in 4. Vidi.

Rerum Muſicarum opuſculum. Argentinæ anno 1535. in fol. apud tom. 2. Bibliot. Barberinæ, pag. 479. Et apud eandem. ibidem.

Tractatum contra Averroiſtas de animarum humanarum plurificatione. Venetijs anno 1498. in fol.

De Efficientia primi motus, apud noſtrum Fr. Bonaventuram Baro, tom. 1. Opuſculorum de Commentatoribus Subtilis D. & ad calcem tomi

De Intellectu agente, teſte Nicolao Comneni, tom. 1. Hiſtoriæ Gymnaſij Paravini, lib. 3. ſect. 2. cap. 7. Obijt anno 1518. Sepulti cineres jacent Patavij in Antoniana Baſilica, propè Aram Virginis, ſignaturque ſtatua ejus ænea cum Epigraphe. Apud laudatum Comneni Franciſcus Sanovarola Poeta nobilis Octaſticon addidit hoc nitidum, & elegans:

Orphea fama refert, piſces, volucreſque, feraſque,
Infernumque Canem conciliaſſe Lyra.
Priſca fides taceat, raptus ſuper æthera Præſul
Id tulit eloquio, quod tulit ille Lyra.
Expulit hoc Sophiæ ſordes, tenebraſque fugavit:
Extant ingenij plurima ſcripta ſui.
Unica ceù Phœnix vitam ſibi morte novavit.
Dic, rogo, perpetuum, qui legis iſta, vale.

AN-

ANTONIUS A TRINITATE, Luſitanus, Provinciæ S. Thomæ in Orientalibus Indijs, in publicum miſsit:

Panegyrim de laudibus S. P. N. Franciſ. Ulyſsipone apud Paulum Craesbeeck, 1545. in 4. Vidi. Ejuſdem (niſi fortè alterius Antonij à Trinitate ſit) extat Hiſpanicè:

Liceum in laudem octo Concionum de Immaculata Conceptione Reginæ Angelorum, editum Mexici, formis Mariæ de Benavides, 1691. in 4. Vidi.

ANTONIUS A TRINITATE, alter, natione Luſitanus, ſtrict. Obſervant. ineditam reliquit:

Relationem Provinciæ Goenſis Almæ Matris Dei, quæ extabat apud noſtrum Alva, uti ipſemet teſtatur, col. 125. ſuæ Militiæ Univerſalis.

ANTONIUS DE TRUXILLO, Hiſpanus, Strictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum, Concionator, bis Diffinitor, ſuæ S. Gabrielis Provinciæ Chronologus, ac Religioſiſsimæ S. Petri de Alcantara in Granatenſi Regno Commiſſarius Viſitator, publicavit:

Vitam V. Fr. Franciſci à S. Nicolao Prædicatoris Apoſtolici, Cuſtodis Provinciæ S. Gregorij, & filij Provinciæ S. Gabrielis. Prodijt in 4. ex typographia Regia, 1681. Matriti. Vidi.

Satisfactionem Religioſam, ac defenſionem Diſcalceatorum S. P. N. Franciſci. Matriti apud Antonium Roman, 1685. in 4. Vidi.

Annotationes Seraphicas, ac defenſionem Regularis Obſervantiæ S. P. N. Franciſci ſub titulo Hiſpanico *Ariſtarco*. Valentiæ apud Benedictum Maze, 1683. in 4. Vidi.

Expoſitionem quandam votorum eſſentialium, & Seraphicæ Regulæ præceptorum.

Orationem funebrem inſcriptam: *Ætates vitæ*. Compluti apud Nicolaum Xamares, 1674. in 4. Vidi.

Apologeticos tractatus. Unum:

Pro jure præcedentiæ Diſcalceatorum: Alium.

Pro authoritate Judicum Conſervatorum. Inſupèr librum valdè eruditum ſub titulo:

S. Marcus propugnatus. Matriti ex typographia Antonij Roman, anno 1690. in 4. Vidi. Tandem ſcripſit:

Partem ſecundam Chronicorum ſuæ Provinciæ typis datam Matriti apud Antonium Roman, 1693. in fol. Vidi. Reliquit M. S. ſub titulo:

Trienios Sacros, aliam ſuæ Provinciæ Hiſtoriam in Ordinis Archivio cuſtoditam. Conſulatur lib. 8. ſuorum Chronicorum, cap. 24. num. 28.

ANTONIUS TUDANCA, Hiſpanus, Toletanus, Vir ob inſignem doctrinam, & Religionem notiſsimus, Sacræ Theologiæ quatuor ſuprà viginti annis Lector, digniſsimus Diffinitor, & Provincialis Miniſter Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi, dedit in lucem:

Tractatus multiplices Diſcurſuum prædicabilium. Matriti, 1604. in 4. & iterùm Matriti apud Gregorium Rodriguez, anno 1656. ad Excellentiſsimum D. D. Gaſparem de Bracamonte, Comitem de Peñaranda. Spem fecit aliorum tractatum, & Latinæ expoſitionis libri Actuum Apoſtolorum. Reliquit M. S.

Compendium vitæ Ven. Matris Emerentianæ Copones Fundatricis Conventus Capuccinarum Toleti, unà cum ejus funebri Concione ad Eminentiſsimum D. D. Paſchalem de Aragon, Cardinalem Archiepiſcopum. Ex Nicolao Antonio, Medina, & Relatione ejuſdemmet Diſcalceatorum Provinciæ. Et vidi.

ANTONIUS TUMBA FANENSIS, ſeù FANESTRIUS, Italus, Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, edidit:

Directorium, ſeù *Ordinem perpetuum recitandi Divinum Officium* pro univerſis Clericis juxtà Breviarium Romanum, & cum additione pro Religioſis S. Franciſci pro ſpecialibus Sanctis ſui Ordinis, diviſum in ſeptem libros juxtà numerum litterarum Dominicalium, cum Rubricis, tàm Rotæ perpetuæ Litterarum Dominicalium, quàm Epactarum Aurei numeri, Cyclique ſolaris, ac Noviluniorum. Et cum coloribus paramentorum pro ſingulis diebus in Miſsis Officij currentis. Romæ ex typographia Cameræ Apoſtolicæ, anno 1628. in 8. Et Venetijs 1620. in 4. teſte noſtro Alva, col. 125. ſuæ Militiæ.

ANTONIUS TURNONENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Lugdunenſis Diffinitor, ac Miniſter Provincialis, Vir doctrina, & eruditione celebris, egregius Concionator zeloſus Regularis Obſervantiæ cultor; ob columbinam ejus ſimplicitatem omnibus amabilis, inſigni animi robore præditus, omniumque virtutum ornamentis decorus, ſcripſit, ac typis ſubmiſsit:

Conciones tres de SS. Euchariſtiæ Sacramento. Lugduni 1609. Podragæ doloribus longo tempore excruciatus, placidiſsimè obdormivit in Domino anno 1614. admi-

rantibus omnibus invictam animi illius pacientiam, atque in tot cruciatibus conſtantiam. De illo meminit Matiſconenſis, tom. 3. Annal. ad annum 1614. §. 291. apud Genuenſem de Scriptoribus Capuc. pag. 35.

ANTONIUS VALENTINUS, alijs VALENTIUS, ex Urbe Valentiæ in Inſubria, Vir planè doctus, à Joanne Picardo in Theſauro Theologorum recenſitus, edidit:

Scholia in librum 1. Sententiarum Magiſtri Petri Lombardi. Erat hic familiæ de Aribandis, factuſque eſt Epiſcopus Cajetanus in Regno Neapolitano, anno 1341. Hæc Uvadingus.

ANTONIUS VAZQUEZ, Minorita, Hiſpanus, Uvadingo teſte, edidit:

Confeſſonarium generale. Matriti, 1623.

ANTONIUS VELASCO, Ordinis Minorum, Hiſpanus, ſcripſit *pro Immaculata Conceptione*, vt teſtatur Antonius Daza, cap. 32. Hæc noſter Alva, col. 126. ſuæ Militiæ Univerſalis.

ANTONIUS VENTHEIN, Minorita, typis mandavit Latino ſermone opus prænotatum:

Sol trinus Religioſus, & Politicus. Francofurti, 1654. in 12. Extat hujuſce mentio apud Catalogum Librorum Theologicorum cuſum Genuæ, anno 1728. in 8. ſed ſub nomine *Antonini Ventheim.*

ANTONIUS DE VERA, Hiſpanus, Minorita, vernaculè, ſed ligato ſermone, communes fecit:

Laudes Sanctorum Joannis Baptiſtæ, & Evangeliſtæ. Compluti, 1548. in 4. Vidi.

ANTONIUS VEREO, Hiſpanus, profeſsione Recollectus, Provinciæ S. Evangelij Concionator, Epitome fecit operum V. M. Mariæ de Jeſu de Agreda ſub hoc titulo:

Aurora læta, in publicumque miſsit Mexici, typis Joſephi Bernardi, 1727. in 16. Vidi.

ANTONIUS VIGIL, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ S. Jacobi, Eccleſiaſtes, ac non ſemèl Guardianus, Vir ſanè eruditus, ſcripſit:

Conciones varias, ſexaginta quinque. Habentur inedita volumine magno in fol. aſſervato Salmanticæ in Bibliotheca Conventus S. P. N. Franciſci in claſſe M. S. Vidi. Opus eſt bipartitum, & in prima parte adjectæ extant ſermonibus, ſtudio ejuſdem Authoris, quæſtiones ſequentes:

De Notis indubitatis veri Meſsiæ.

An Abraban aliquandò fuerit Idolatra?

De Comedijs.

De apparitionibus Defunctorum.

De diſcoloribus fœtibus ovium Jacobi.

Utrùm Chriſtus fuerit inſtituti Nazarenorum?

De Litterali ſenſu trium illorum verſuum, Rex virtutum, &c. vſque in poſteriora auri. Pſalm. 67.

De Pactu extra Romam.

De Virginitate ſuper illud Deuter. Non erit apud te ſterilis.

De Paſsione Domini prænunciata in veteri Teſtam.

De Ludo Iſmaelis. Nec his omnibus indices alphabetici deficiunt.

ANTONIUS VISSALLI MESSANENSIS, Minorum Conventualium, vitæ integritate, ac doctrina præclarus; Martyrij deſiderio æſtuans, bis ad Barbaras regiones iter direxit; ſed obſiſtente Domini voluntate, vel ægritudinum moleſtijs, vel tempeſtatum vi retentus, regredi coactus eſt. Cum ſimplicitatis candore doctrinæ præſtantiam compoſuit; nàm Sacræ Theologiæ Laurea inſignitus, ingenij ſublimitate ſcripſit:

In primum Sententiarum. De eo pluribus Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, littera A.

ANTONIUS ULLOA, Minorita, Hiſpanus, cum alijs Patribus Provinciæ Immaculatæ Conceptionis ſcripſit:

Epiſtolam ad Sanctitatem Pauli V. circa definitionem Myſterij prædictæ Conceptionis. Extat Epiſtola apud Daza, tractatu de Conceptione, fol. 189.

ANTONIUS URRACA, Hiſpanus, Primarius Lector Sacræ Theologiæ in Collegio S. Bonaventuræ Limenſis Provinciæ duodecim Apoſtolorum, vernaculè publicavit:

Orationem funebrem in Exequijs V. Marcellianæ Carvajal Monialis Clariſſæ. Limæ apud Joſephum Contreras, 1699. in 4. Vidi.

ANTONIUS UVALKIERS, ex Minoritis Recollectis S. Franciſci, Sacræ Theologiæ Lector in Conventu Melchlinienſi, ac Concionator Conventus Ruremundenſis, publicavit:

Antitheſes prædicabiles inter veram S. Pauli, & falſam Judæ proditoris pœnitentiam, ſub quarum primo membro ſuccinctè ponuntur conditiones ad fructuosè agendam pœnitentiam: ſub altero autem defectus: in gratiam, & faciliorem vſum Concionatorum, Confeſſariorum, ac Pœnitentium ex reconditis Sacræ Scripturæ, Conciliorumque ſcrinijs, & SS. PP. Divini Verbi Interpretum, & Principum

Scho-

Scholaſticorum pulpitis exactè deprompta. Coloniæ Agrippinæ apud Joanem Uvilhelmum Frieſem Bibliopolam, 1682. Vidi.

ANTONIUS UVISING, Minorita, vti legitur apud Bibliographiam Aniſſonianam editam Lugduni, 1726. fol. 174. edidit volumen inſcriptum:

Medulla Theologiæ Scholaſticæ. 8. Auguſtæ 1699. Inſuper aliud prænotatum:

Communitas in paupertate Religioſa. 8. Col. 1699. Vidi.

APPARITIUS A S. ANTONIO, Luſitanus, Diſcalceatæ Provinciæ S. Mariæ Arrabidenſis Diffinitor, pro ſuorum Fratrum vtilitate conſcripſit:

Caremoniale Chori, & Altaris. Laudatur à Hiſtoriographo ejuſdem Provinciæ, tom. 1. fol. 184. num. 1120. Obijt Ulyſſipone, anno 1613. die 20. Octobris in Conventu S. P. N. Franciſci, vulgò *de Cidade*, vbi jacet.

APPOLINARIUS A CONCEPTIONE, Luſitanus, in Provincia Immaculatæ Conceptionis Americæ Luſitanicæ Strictiorem Obſervantiam Diſcalceatorum Profeſſus, quamvis de numero Laicorum, animum ad ea ſcribenda tranſtulit, & in vulgus publicanda, quæ accurata meditatione collegerat. Ea ſunt Acta quingentorum, ſuprà mille VV. Laicorum Ordinis Seraphici in tres tomos in folio diſtributa. Inſcriptio, ſed Luſitanico ſermone, & communis:

Parvuli in terra, in Cœlo magni. Tomi primi, qui in præſentiarum hoc anno 1732. ſub prælo eſt, vidi, & præ manibus cuſas habeo, paginas 225. 226. 231. ac 232. Secundus tomus Licentijs, & Approbationibus roboratur. Tomo tertio vacat Author Ulyſſipone, in Xenodochio laudatæ Provinciæ.

APPOLINARIUS FRANCUS, Hiſpanus, ex Oppido Aguilar de Campò, & antiqua S. Jacobi Provincia, noſtris Diſcalceatis Inſularum Philippinarum aggregatus, eorumque Commiſſarius Japponenſis, ac demùm Martyr inclytus:

Epiſtolas varias in vinculis conſcripſit ſuo ſpiritu dignas, quarum duas in publicum miſsit Salmanticæ apud Franciſcum Garcia, anno 1722. Chronologus laudatæ S. Jacobi Provinciæ, lib. 5. cap. 3. Duarum aliarum ignita fragmenta edita ſunt, part. 2. Chron. Fr. Martini à S. Joſepho, lib. 4. cap. 15. Vide meam Bibliothecam Minor. Diſcalceator. part. 1. fol. 37. & part. 2. fol. 9.

APPOLINARIUS DE VALLOIGNE, Gallus, Tertij Ordinis, S. Ivonis Provinciæ, edidit Gallicè:

Vitam S. Eliſabethæ, Hungariæ Reginæ Tertij Ordinis S. Franciſci. Pariſijs in 8. apud Georgium Joſſe, anno 1645. & ibidem 1665. in 32. Extat hujuſce mentio apud Uvadingum, & Catalogum AA. præfixum, tom. 1. Hiſtoriæ Ordinum Monaſticorum.

AQUILA, Minorita, cujus nulla mihi aliundè notitia, quam ex Fr. Mathæo de Soſſa, tom. 1. in 1. Sententiarum, qui §. 8. de Scoti Diſcipulis, facta priùs mentione Petri Aquilani, inferiùs hæc habet: *Aquila doctiſsimè ſcripſit ſuper Sententias*.

AQUILANUS AMAN, ex Reformatis, in ſtudio generali Ingolſtadienſi Sacræ Theologiæ Lector, Latinè publicavit:

Speculum Ordinandorum, conſpicienda exhibens, quæ pro recipiendo Sacramento Ordinis, & circa Energumenos exorcizandos, & in Sacrificio Miſſæ celebrando præſcire oportet. Ingolſtadij ſumptibus Joannis Andreæ de la Haye. Biblioth. Academ. 1724. in 8. magno. Vidi.

Normam Clericorum quemvis in ſuo maximè Sacerdotali gradu conſtitutum, practica, & clara methodo dirigentem ad munus ſibi commiſſum, præcipuè in Sacrificio Miſſæ debitè exercendum. Ibidem apud eundem, 1728. in 8.

ARCHANGELUS ADRAGNA, Panormitanus, ſtrictioris Obſervantiæ S. Franciſci, Sacræ Theologiæ Lector, Concionator, Provinciæ Panormitanæ Diffinitor, & Cœnobij Panormitani S. Mariæ de Jeſu Cuſtos, doctrina, & morum integritate ornatus edidit Italicè:

Vitam, & virtutes ſervi Dei Fr. Bernardini de Sambuca Laici Minor. Obſervant. Reformator. Provinciæ Valdemozaræ. Panormi apud Thomam Romulum 1688. in 4. Obijt Patriæ, anno 1688.

ARCHANGELUS ALARCON, Hiſpanus, in Oppido Tordeſillas nobili genere ortus, Capuccinis adſcriptus, regularis diſciplinæ, ac virtutum laude celebris, in Generali Capitulo, anno 1578. Romæ coacto Commiſſarius Generalis declaratus, edidit:

De B. Virgine diverſi generis Carmina, quæ cum ſuo opere prænotato: *Viridarium plantarum Divinarum*. Barcinone evulgavit, anno 1594. Vbi cum laude vitam commutavit, anno 1598. Bover. tom.

tom. 2. Annal. Capuccin. Cum laude memoratur ab Uvadingo, Marracio, ac Genuenſi in ſuis Bibliothecis.

ARCHANGELUS ALBANO, Minorita, Italus, ſcripſit, non autem edidit:

Relationem Provinciæ Baſilicatæ, quam M. S. penès ſe habebat noſter Aiva, vti ipſemet narrat, col. 127. ſuæ Militiæ Vniverſalis.

ARCHANGELUS ANICIENSIS, natione Sabaudus, Gallus, ex Oppido S. Baldomeri apud Foreſianos oriundus, Vir potens opere, & ſermone, quippè magnus Concionator, & Prælatus zelo, & prudentia præſtantiſsimus, qui Lugdunenſem, & Toloſanam Capuccinorum Provinciam circitèr annos viginti guvernavit, & Commiſſarium Generalem pluriès egit; edidit Gallicè:

Hiſtoriam B. Virginis Mariæ du Gros nuncupatæ, propè Agatham, cujus Imago miraculoſa in Patrum Capuccinorum Eccleſia à populis maxima veneratione colitur. Ibidem 1616.

Reſponſum ſolidiſsimum ad motiva converſionis cujuſdam Chriſtophori Guernard, Gallo-Sequani ad Calviniſtas. Lugduni apud Ludovicum Maguez, anno 1620. in 8. Meditabatur *Commentaria in Job*, quando mors illum de medio ſuſtulit. Claruit ſub Henrico IV. & Ludovico XIII. Galliarum Regibus. Jacet Toloſæ in Conventu Capuccinorum, ſimùl cum Germano Fratre, Patre Franciſco du Puy, Verbi Dei Præcone diſſertiſsimo. Pertractant de eo Uvadingus, & Genuenſis in ſuis Syllabis.

ARCHANGELUS DE ANIJIRA, Minorita Reformatus, Vir pius, & doctus, vt teſtatur Andreas Roſſoti in Syllabo Scriptorum Pedemontij, edidit ſub Italico ſermone volumen prænotatum:

Vita B. Angeli Chivaſsio Minoritæ. Cunei apud Bartholomæum Strabellam, 1664. Item opus egregium ſub titulo

Serpens myſticus Eccleſiæ, id eſt, *Chriſtus, cujus Paſsionis memoria natura deperdita reformatur.* Taurini apud Hæredes Joannis Janelli, 1665. Habebat præ manibus curioſiſsimum opus, quod inſcripſit:

Speculum Dominarum Nobilium.

ARCHANGELUS BACCARETUS, Minorita, Italus, Vir quà eruditione, quà devotione inſignis, edidit, vt teſtatur Hermes Gualandus in ſua Poeſi Lyrica, pag. 186.

De Virginis Deiparæ planctu Lucubrationem. Clarebat, anno 1625. De eo agunt Uvadingus, ac Hyppolitus Marracius.

ARCHANGELUS BORLARIUS, Regni Lombardiæ Tertiarius Regularis, Vir eruditus in Muſicis, recenſente Fr. Franciſco Bordonio in ſuo Chronologio, quinque libros de ea compoſuit:

Primum de Magnificat ſuper omnes Tonos, anno 1591. dedicatum Grifidio Rubentio, Theologo, & Ordinario Metropolitanæ Mediolani. Secundum, anno 1605.

Concentuum Eccleſiaſticorum in ſeptem libros, dicatum D. Andreæ Moſchino Tudelchio. Tertium:

De affectibus pijs in quatuor libros, anno 1616. Quartum, anno 1615.

Diverſorum Concentuum in tres libros. Quintum denique, 1611.

Baſſus primi, & ſecundi Chori quatuor vocum, & tenor quatuor vocum primi Chori, in tres libros. Edidit etiam:

Librum cantus Feſtorum propriorum Ordinis Minorum, cujus erat Author Ludovicus Balbus Minor. Conventualis Magiſter Capellæ S. Antonij Patavini.

ARCHANGELUS A BARBONIO LANCEJO, Gallus, Provinciæ Lugdunenſis Minorum Capuccinorum, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Concionator egregiùs, in ſcientijs omnibus eruditus, ſuæ Provinciæ Miniſter, ad idem munus per totum triennium ſecundò electus, plura ſcripſit, ſicuti ex relatu habebat Genuenſis in Appendice ad ſuam Bibliothecam; attamen ſtudens humilitati, ac humanæ gloriæ refuga, ſolum typis dari permiſit:

Orationem funebrem in Obitu D. Errardi Caſtelet, Marchionis Trium Caſtellorum. Lugduni, 1688. De eo Jacobus Le-Long in Supplemento ſuæ Gallicæ Bibliothecæ, pag. 905.

ARCHANGELUS BRIXIENSIS, ejuſdem Provinciæ Capuccinorum Concionator, Vir doctrina, ac pietate clarus; ſed præſertim ſui deſpicientia clariſsimus, adeò vt in ſua Provincia ob egregias ejus dotes ad Lectoris, Guardiani, Diffinitoris, ac Provincialis munera aſſumptus, in his dignitatibus, conceptum humilitatis ſpiritum ſemper cuſtodierit, & nunquam ab initio Evangelicæ perfectionis tramite aberraverit; ſcripſit:

Annotationes ſuper Regulam Fratrum Minorum. Brixiæ, 1615. Obijt Brixiæ, anno

anno 1620. vniverſa penè Civitate ad ejus funera propter illius ſanctitatis odorem confluente. Conſule Marcellinum de Piſſe, tom. 3. Annal. Capuccin. ad annum 1620. §. 33.

ARCHANGELUS BURGONENSIS, ſeù BURGONOVENSIS, Minorita doctus, laudatur à Fr. Vincentio Coronelli in Catalogo AA. ad calcem ſuæ Chronologiæ, ceù à quo prodijt volumen:

In Dogmata Cabala, hactenùs mihi ignotum. Ad calcem operum Cardinalis Bona, pag. 580. habetur, Franciſci Georgij Veneti diſcipulum fuiſſe, ac tres libros ſcripſiſſe:

De Excellentia nominis Jeſu, ex nugis Cabaliſtarum.

ARCHANGELUS CARRODORIUS, Piſtorienſis, Regul. Obſervantiæ, Provinciæ Tuſciæ, linguâ Arabica apprimè eruditus, ſcripſit:

Dictionarium Arabicè, Latinè, & Italicè; ſed morte præventus edere non potuit, & ſcriptum in manu cujuſdam Doctoris Arabi Liburni remanſit. Sub Urbano VIII. Miſsionarius per ſeptennium totam fere Orientalem, & Aquilonarem regiones circuivit anguſtiatus, afflictus, carcere, fame, nudiıate tentatus, virgis, cæſus, ac pluriès in vitæ diſcrimen adductus, ſed à Chriſtianis redemptus, in patriam reverſus, ibidem anno 1652. ſpiritum exalavit.

ARCHANGELUS CLERMONT, Gallus, ſtrictioris Obſervantiæ Recollectorum ejuſdem Regni alumnus, vernaculè emiſsit:

Hiſtoriam Principum confœderatorum adverſus Hæreticos. Pariſijs, 1684. in 4. Ex Jacobo Le Long, lib. 3. Bibliothecæ Gallicæ, num. 720.

ARCHANGELUS ENGUERRANT, Gallus, in Provincia S. Dionyſij Recollectorum Guardianus, libellum ſcripſit patrio idiomate:

De adoratione SS. Sacramenti. Ex relatione hujus Provinciæ. Item, teſte Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. ſcripſit:

Vitam S. Petri de Alcantara.

Vitas Pontificum.

Hiſtoriam generalem Angliæ.

Orationem funebrem Reginæ Galliarum Mariæ Tereſia Auſtriacæ, editam Rigiaci, anno 1683. quo clarebat Author. Laudatur à Jacobo Le Long, lib. 3. Bibliothecæ Gallicæ, num. 1079.

ARCHANGELUS A FORESTO, Provinciæ Mediolanenſis, edidit Italicè:

Inventiones pro Concionibus Adventus, & Quadrageſimæ. Hæc Uvadingus.

ARCHANGELUS A S. GABRIELE, Gallus, Rothomagenſis Tertij Ordinis Regularis alumnus, patrio idiomate conſcripſit:

Soliloquia in Pſal. 118. Pariſijs, 1699. Authore mihi Jacobo Le Long, tom. 2. Bibliothecæ Sacræ, pag. 613.

De Spiritu Sancti Evangelij volumina ſeptem. Pariſijs 1683. Ex Ludovico Dupin ſæculo 17. Inſupèr ex eodem conſcripſit opus prænotatum:

Eccleſiarum propbanatio damnata. Ibid. 1688.

De Morte electorum, & præparatione ad mortem. Ibid. 1684. & 1689.

Verba Chriſti D. in utilitatem ſæcularium. Ibid. 1691.

Soliloquia ſuper ſeptem Pſalmos Pœnitentiales. Ibidem 1690. & 1697.

Inſtructiones Chriſtianas ex Sacra Scriptura depromptas, ſeù Meditationes per anni circulum. Ibid. 1691. tomis 2.

Diariam praxim piarum exercitationum. Ibidem 1696.

Exercitia interiora animæ pœnitentis. Ibid. 1691.

Expoſitionem Regulæ Tertij Ordinis Franciſcani. Ibidem 1691.

Vitam S. Eliſabeth Hungariæ. Ibidem 1692. Hæc omnia Gallico idiomate. Singillatim de eo Fr. Joannes Maria in Syllabo Scriptorum Tertiariorum S. P. N. Franciſci his verbis: *Archangelus Rothomagenſis*, Gallus, Tertij Ordinis Provinciæ S. Jvonis, celebre apud poſteros ſuum nomen pijs, & amplis operibus reddidit, quorum unum vocatur: *Verborum S. Evangelij flos expreſſus*, complectens Meditationes in cunctos dies, Adventus, & Quadrageſimæ, Auguſtiſsimi Sacramenti Octavæ, in Dominicas, & ſingula Feſta totius anni. Alterum nominatur: *Mors Electorum*: Vocatur tertium: *Mens Divina*, ſeù tractatus de vita interiori. Quartì deniquè titulus eſt: *Triduum myſtici, ſivè terna ſolitudo Chriſtiana, & religioſa* continens triplicem vitam, quam vulgò appellamus *Purgativam, illuminativam, unitivam*. Quintum tandem continet diverſos pietatis actus quolibet die exercendos, piamque audiendi Miſſam, necnon Confeſsionis, & Euchariſtiæ Sacramenta ſalutaritèr frequentandi methodum.

ARCHANGELUS GARINUS, Aſſorenſis, Provinciæ Siculæ Tertij Ordinis alumnus, gravioribus diſciplinis abundè inſtructus, Magiſtri Sacræ Theologiæ lauream obtinuit Romæ in Sapientiæ Academia, Philoſophiam docuit Romæ in CollegioS.Pauli adArenulam:vti etiam Regentis munere Scholaſticam Theologiam in Cœnobio Romano SS. Coſmæ, & Damiani, vbi novam Conciliorum Academiam excitavit, quæ exindè in Collegium de Propaganda Fide tranſlata eſt. Provincialis titulo Provinciæ S. Petri fuit inſignitus, & Generalem Examinatorem egit. Anno ætatis 37. Aſcatij obijt 10. Septembris 1690. Edidit:

Concilia Apoſtolorum. Romæ ex typographia Pauli Monetæ 1690. in fol.expanſo. Edenda reliquit:

Philoſophiam, tom. 5. M. S. in fol.

Theologiam Scholaſticam in via Scoti, tom.2.M.S.in fol. Servantur in patrio Cœnobio. Commendantur in Biblioth.Sicula.

ARCHANGELUS HYACENSIS, Capuccinus, Siculus, Provinciæ Meſſaneaſis Diffinitor, Vir in Divinis litteris ſtudioſiſſimè verſatus, Dionyſio Genuenſi teſte, edidit:

Sermones plures de Sanctis. Extat inter illos typis evulgata Panegyrica *Concio de S.Veneria Virg.& Martyre*, Meſſanæ apud Jacobum Matthæum 1656. Ejus meminit in ſua Bibliotheca Sicula Antonius Mongitore, verbo *Archangelus Scandura.*

ARCHANGELUS A LAUDE, Minorita, hactenùs mihi ignotus, edidit:

Quadrageſimale, vti narrat Uvadingus de Scriptoribus Ordinis Minor.pag.39.

ARCHANGELUS LUGDUNENSIS, natione Gallus, profeſſione Capuccinus, Authore mihi Jacobo Le-Long in Supplemento ſuæ Bibliothecæ Gallicæ, fol. 905. emiſit:

Orationem funebrem in Exequijs Jacobi Marchionis de Maumpeo. Prodijt in 4. anno 1677.

ARCHANGELUS MESSANA, Siculus, Netinus, Vir omni virtute, & doctrina præditus, ſcripſit, inquit Rochus Pyrrus in ſua notitia Siracuſana,

Libros varios, ſed obſcuris charactheribus adnotatos. Argumenta tamen librorum non indicat. Floruit anno 1650. De eo, poſt Uvadingum, Mongitore in Bibliotheca Sicula.

ARCHANGELUS MESSANA, alter, Siculus, in Oppido Cyræ, vel, vt alijs placet, in Oppido Gualterinatus, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Siculæ Miniſter Provincialis, in Capitulo Toletano, anno 1606. omnibus Patrum ſuffragijs electus in Miniſtrum Generalem, ſcripſit:

Statuta pro Regula Obſervantia. Extant apud Michaelem Angelum à Neapoli in Chronolog.Fratrum Minor. tom.1. à pag. 525. ad 532.

Epiſtolam ad Fratres Provinciarum Italiæ, datam Genuæ 11. Septembris 1608. Apud eundem à pag.533. ad 537.

Epiſtolam pro Concordia inter Fratres de Obſervantia, Conventuales, & Minimos, apud Gubernatis, tom. 2. lib. 12. cap. 11.

Decreta. Unum, quo anno 1609. confirmat prima Statuta pro Reformatione Tertij Ordinis, apud Gubernatis loco cit. cap. 10. ex Vernon. in Hiſtoria Tertij Ordinis, tom.3. artic.21. Aliud, quo anno 1610. præcipit, Tertiarios Reformatos hoſpitio recipiendos Romæ apud Cœnobium Ara Cœli, donec in Urbe proprium haberent Conventum; apud Gubernatis vbi ſuprà. Nondùm expleto Generalatus Officio, an. 1611. à Catholico Rege Philippo III. Montis Regalis Archiepiſcopus nominatus, à Paulo V. Sum.Pont.inauguratur. Erga pauperes liberalis, omnia in eorundem beneficium erogavit; ideòque regulari paupertate munitus, Panormi in Ordinis ſui Cœnobio S.Mariæ Angelorum 9. Decemb.1617. inter Fratrum ſuorum brachia, ac lachrymas, ſanctè deceſsit. Jacet in Sacrario ejus Cœnobij, in cujus ſepulchro hæc adjecta eſt inſcriptio:

Illuſtriſsimo, & Reverendiſsimo Fr. Archangelo Gualterio Meſſanenſi, Ordinis Minorum Regul. Obſervantiæ S. Franciſci, per omnes ferè Religionis gradus ad ſummum Generalatus apicem aſſumpto, & Eccleſiæ Montis Regalis Archiepiſcopo creato, omnium virtutum cumulo inſignito, religioſiſsimè etiam mortuo, Rever. Fr. Ægidius à Nicoſia, hujus Provinciæ Miniſter, ob maximam in eum obſervantiam, hoc ſepulchrum conſtrui curavit. Obijt anno ſalutis M. DC.XVII. die verò IX. Decembris.

De

De eo, pluribus agit Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

ARCHANGELUS N. hoc eſt, nullo addito cognomento, Gallicè ſcripſit, ac emiſsit Pariſijs libellum in 12.

Super Regulam Tertij Ordinis S. P. N. Franciſci, anno 1691. vti legitur in Catalogo Authorum præfixo tom. 1. Hiſtoriæ omnium Ordinum Mendicantium Gallicè impreſſo Pariſijs 1721. in fol. parvo.

ARCHANGELUS PANORMITANUS, Siculus, Panormitanæ Prov. Minorum Capuccin. alumnus, cœleſtem vivendi formam inſtituens, nullos pro animarum ſalute labores ſubire vnquam renuit, ac mirabiles in omni virtutum genere profectus edidit. Ejus ſunt:

Statuta, & Documenta pro Confraternitatibus Domus Hoſpitalis, Montis Pietatis, & Miſericordię erectis ab ipſo in Civitate Drepanenſi. Panormi anno 1573. Claruit in Conventu Drepanenſi an. 1577. Conſule Fr. Dionyſium Genuenſem, pag. 39. ſuę Bibliothecæ.

ARCHANGELUS PUTEUS A BURGONOVO, Italus, Aloyſij Putei, totius Ordinis Generalis Miniſtri, Germanus Frater, Georgij Veneti, Minoritæ docti (de quo ſuo loco) diſcipulus, ex lacera, & ſegmentitia veſte, quam ex paupertatis zelo geſtabat, *Panoſus*, vulgò Italicè *Stracciato*, nuncupatus, ſcripſit:

De virtute, & dignitate Nominis Jeſu, Italicè. Prodijt Ferrariæ anno 1557.

Apologiam pro Hebraicę Linguæ præſtantia, Latinè.

Alteram in defenſionem Joannis Pici Comitis Mirandulani. Extat hujuſce memoria apud Togſinianum, Uvadingum, Remigium, ac Laſſor, tom. 2. fol. 63.

ARCHANGELUS RIPAUT, Gallus, Patria Pariſienſis, antequam Minorita Capuccinus fieret, in Supremo Pariſienſi Parlamento Conſiliarius Regius, poſteà Provinciæ Pariſienſis Diffinitor, ac virtutibus præclarus, ſcripſit, ac prælis dedit, lib. 3. in 4. quorum titulus eſt:

Abominatio abominationum falſarum hujus temporis devotionum. Qui liber dividitur in tres partes. Prima eſt *Illuminatorum*, ſecunda *Adamitarum*, & tertia eſt *Spiritualium Modernorum*; vbi per antitheſim primi libri apparet: *Diabolica nativitas, accretio, & perfectio deteſtabilis animę in falſa devotione Jeſu, & Mariæ injurioſa.* Pariſijs apud Claudium Cramoiſy 1632. Secundus liber continet *altiora puncta Theologiæ Myſticæ cum facili tractatu de Præſentia Dei pro remedio bonorum abuſuum.* Ibidem 1632. Tertij libri titulus eſt:

Divina Nativitas, infantia, & progreſſus admirabilis animę in ſancto amore Jeſu, & Marię, cum tot praxibus novis devotionis amoroſæ, quot ſunt tractatus inauditi cujuſdam devotionis non communis. Ibid. 1633. ac 1640. ſed locupletior 1643. Obijt Pariſijs 1650. Ejuſque memores ſunt Uvadingus, Genuenſis, Marracius, ac Dupin, ſæculo 17.

ARCHANGELUS ROMANENGO, Italus, ex Minoritis Reformatis Mediolanenſibus, reſtituit, reparavit, necnon in publicum miſit:

Statuta Confraternitatis Charitatis, ac Conceptionis Virginis Mariæ, anno 1595. in 8. parvo, teſte noſtro Alva, col. 128. ſuæ Militiæ Univerſalis.

ARCHANGELUS ROTHOMAGENSIS, Gallus, ex Tertio Ordine Regulari Provinciæ S. Jvonis, minimè diſtinguitur ab Archangelo à S. Gabriele, de quo ſuperiùs.

ARCHANGELUS SCANDURA, vide ſuperiùs Archangelus Hyacenſis.

ARCHANGELUS SCOTUS, Provinciæ Flandriæ Minorum Capuccinorum, Concionator, ac Diffinitor, Vir generis nobilitate, ac vitæ ſanctitate præclariſsimus, necnon S. Alexij glorioſus æmulator, ſcripſiſſe ferunt opuſculum, in quo per modum colloquij agit:

De Vocatione ſua ad Fidem Catholicam, & Familiam Capuccinorum Obijt ſanctiſſimè anno 1606. cujus Acta habes apud Boverium, & alios citatos pag. 41. Bibliothecæ Scriptor. Capuccinorum.

ARCHANGELUS TROPEA, Siculus, Acenſis, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatæ Provinciæ Siculæ, Diffinitor, ac Cuſtos, Italicè publicavit Concionem de S. Roſalia, ſub titulo:

Signum Apocalypſticum Cœli Panormitani. Panormi apud Joannem Adamum 1695. in 4. Laudatur à Mongitore in ſua Bibliotheca Sicula.

ARCHANGELUS VALESIENSIS, ſeù VALLONIENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinc. Normandiæ alumnus, Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir ſalutis animarum zelo plenus, qui ementito Habitu Viri Laici, haùd ſine fructu, Miſsionarij Apoſtolici munus exercuit in Inſula Greſay apud Anglos, ſcripſit Gallicè opus omnibus Miſsionarijs vtiliſsimum, quod inſcripſit:

Di-

Director fidelis, ſeù inſtitutio exercitiorum ad Fidem ſpectantium. Rothomagi 1645. in ſex tomos diſtributum in 8. Ex Uvadingo, & Genuenſi.

ARLOTTUS DE PRATO, Italus, Pariſienſis Doctor, ex Provinciali Etruriæ, totius Ordinis Supremus Moderator, Vir ſanè pius, & prudens, quæ paſsim Authoris nomine ſuppreſſo, omnium teruntur articulis, ſcripſit, videlicèt:

Concordantias vtriuſque Teſtamenti. Sixtus Senenſis, lib. 4. Bibliothecæ Sacræ, verbo *Hugo Carenſis* huic, ſuimet oblitus, attribuit Concordantias iſtas, quas ibidem noſtri Arlotti eſſe hiſce teſtatur verbis: *Arlottus, Miniſter Generalis Ordinis Minorum, natione Thuſcus, Vir egregiè doctus, & diſputator acutus; collegit librum inſcriptum: Concordantias veteris, ac novi Teſtamenti; in quo teſtimonia vtriuſque Teſtamenti ſibi invicem conſona decenti ordine coaptavit.* Claruit ſub Adolpho Imp. anno Domini 1290. Ante Sixtum Senenſem, *Concordantias illas* adſcripſit *Arlotto de Prato* Bartholomæus Albicius Piſanus, qui anno 1372. florebat, & ſæculo nondùm emenſo ab opere producto, illud *Arlotto* adſcripſit in libro *Conformitatum S. Franciſci cum Chriſto*, quem circa annum 1380. inceptum, anno 1389. perfectum, Capitulo Generali Ordinis apud Aſsiſium congregato die 2. Auguſti, obtulit. In hoc opere fol. 80. hæc Bartholomæus Albicius habet: *Fr. Guilielmus de Lamara contra Thomam de Aquino ſcripſit. Fr. Aimo Anglicus Breviarum Eccleſiæ correxit, & rubricavit. Fr. Arlottus de Prato Concordantias edidit.* Hæc ex editione Albicij de Piſis facta, anno 1510. die 18. menſis Septembris, Mediolani per Gotardum Ponticum apud Templum S. Satyri. Quæ autem obſervat de Scriptoribus iſtis Albicius, veriſsima ſunt, atque non ita ab illorum temporibus remotus erat, quin eos videre potuiſſet, qui Scriptores iſtos cognoviſſent in Capitulo illo Generali Ordinis. Quantò igitur antiquior Bartholomæus Albicius Sixto Senenſi, tantò fide majori dignior eſt. *Hæ Concordantiæ* paſsim abſque Authoris certi nomine impreſſæ ſunt in Europæ celebrioribus Urbibus frequentèr in fol. Norimbergæ, 1485. Bononiæ, 1486. Antuerpiæ, 1572. & 1585. ex officina Plantiniana. Hanoviæ, 1618. Francofurti, 1620. Antuerpiæ, 1625. aliiſque multis in locis. Eidem Arlotto has Concordantias, Domeſticis miſsis, attribuunt Bergomenſis, qui anno 1489. ſcripſit. Trithemius, qui tertiò edidit ſuum opus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, anno 1494. Joſias Simlerus, ac Conradus Geſnerius *ſilentes in Hugone de Sancto Caro*; Fabianus Juſtinianus in Elencho Authorum in Sacra Biblia, pag. 2. ac alij Authores Moderni. Scripſit inſupèr, ex Mariano, Toſigniano, & Uvadingo:

Sermones diverſi argumenti. Obijt Pariſijs, anno 1286. poſtquàm Ordinem rexit menſibus vndecim, Patrem ſuum, & tres Germanos Fratres in Ordine conſodales habuit.

ARNALDUS ALOSTANUS, à ſua Familia dictus Mermanus, Aloſti in Flandria natus, hujuſque Provinciæ Diffinitor, ac Provincialis, Lovanij Sacræ Theologiæ publicus Profeſſor, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in primis peritus, vehemens Eccleſiaſtes in Iconoclaſtas, anno 1566. per totum ferè Belgium, vt docent hæc Chronographica.

SanCta tUa Conta MInata,
& ConCVLCata ſUnt.

Edidit non pœnitenda opuſcula, vt ſunt:

Theatrum converſionis gentium, ſivè, Chronologica de vocatione omnium populorum per vniverſum Orbem Fidei, Chriſtianaque Religionis deſcriptio. Antuerpiæ typis Plantini, 1563. & 1572. in 8. cum Appendice *Fulgentij de Brabantia, & Lucana Pareneſi de Triumphalibus Evangelij.* Prodijt Antuerpiæ 1572. in 8. Vidi.

De quatuor plauſtris Hæreticarum fabularum, quas Lutherani Evangeliſtæ adverſus Eccleſiam Chriſti paſsim agunt. Antuerpiæ apud Libertum Malcotium, 1563. in 8. Vidi. Incipit: *Cogitanti mihi.*

De fugienda conſuetudine Hæreticorum Oratio Paranetica ad Catholicos. Lovanij ex officina Joannis Bogardi, 1564. in 8. Vidi. Incipit: *Cum ſemper.*

Catechiſmus Pœnitentium, inſtàr Dialogi, quo ratio pœnitentiæ ineundæ declaratur. Ibidem eadem tempeſtate, ac eiſdem typis in 8. Vidi, Incipit; *Pœnitentia tanta.*

De

De Exomologeſi Sacerdoti facienda. Ibidem etiam in 8. Vidi. Incipit: *Pœnit. è ſepulcrales conciunculas.*

De Pœnitentia publica, & ſolemni. Ibidem etiam in 8. Vidi. Incipit: *Pœnit. omnis mihi mora.*

De Rogationibus, peregrinationibus, Hymnis, & ſolemnibus ſupplicationibus cum Lucernis, & omni Religionis Panoplia, lib. 3. Lovanij, 1566. ac Lugduni, 1566. in 8. Vidi.

De Eucbariſtia Sacramento, contra Sacramentarios, vernaculè. Antuerpiæ, 1567.

Tractatum Confeſſionis. Lovanij, 1564. teſte Ludovico Dupin, ſæculo 16.

De Purgatorio ad Ducem Parmenſem, ex Uvadingo.

De Sancta Cruce, ejuſque religioſa adorationc, 1568. in 8. Vidi. Scripſit inſupèr, teſte Uvadingo, opus prænotatum:

Rerum publicarum perturbator. Lovanij, 1564. in 8. Vidi. Agit in eo de *Fide Catholica.*

Orationem Paraneticam de Hæreticis deferendis, & accuſandis, ad Franciſcum Zamorenſem totius Ord. Miniſt. Generalem. Lovanij, formis Joan. Bogardi, 1564. in 8. Vidi.

Imagines mortis cum epigrammatibus, & iconibus. Coloniæ, anno 1567.

Medicinam animæ. Ibidem typis Birkmanni. Peſte ſublatus naturæ debitum ſolvit Lovanij, ſepultus apud Minores in Loco Capitulati hoc Epitaphio:

Anno Domini M.D.LXXVIII. V. Septembris.
Contagioſa Lue ex ergaſtulo Carnis
Ereptus eſt venerandus
Provinciæ Pater, & Diffinitor,
Fr. Arnaldus Aloſtanus,
Qui cum Provinciam in varijs Ordinis
Officijs præclaræ ornaſſet,
Eccleſiamque Chriſti multis editis
Pijs voluminibus illuſtraſſet,
Diem hìc clauſit extremum, cujus anima
Requieſcat in pace.

ARNALDUS A BASACCIO, Gallus, Regul. Obſervantiæ inſignis Theologus apud Indos Occidentales in Prov. S. Evangelij, ſcripſit eorum idiomate:

Sermones doctos circa varias materias.

Evangelia, & Epiſtolas, quæ per totius anni circulum in Eccleſia leguntur, in iſtud idioma traduxit. Ex Uvadingo, & Fr. Joanne Torquemada, tom. 3. lib. 19. cap. 33. Lege Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 20. Auguſti.

ARNALDUS GUILIELMUS BROCARIUS, edidit, Uvadingo teſte:

Dietas ſalutis. Pampilone, 1497. in 8.

ARNALDUS N. Italus, ut credo, Minorita devotus, & à Confeſſionibus B. Angelæ de Fulginio, ſcripſit

Vitam B. Angelæ de Fulginio. Eam cum ejus rebus geſtis prælo dedit Pater Bollandus ad diem 4. Januarij. Claruit tempore Clementis V. Laudatur ab Arturo in Martyrol. Franciſcano ad 17. Julij, §. 1. ob ejus eruditionem, & vitæ ſanctitatem, ſubdens, alumnum fuiſſe Provinciæ S. Franciſci, necnon Vitam B. Angelæ deſcripſiſſe, quæ à multis Prælatis, & Doctoribus examinata, typis excuſa eſt Pariſijs, anno 1598. apud Guillelmum Chaudiere, via Jacobea, cum approbatione Doctorum facultatis Theologicæ Pariſienſis.

ARNANDUS GANDENSIS, Capuccinus, natione Belga, Provinciæ Flandriæ Theologus, qui inter Verbi Divini Declamatores ſui temporis ingenti pretio ſtetit, miſſis nonnullis M. S. eruditione, ac pietatis fœcundis, quorum meminit in ſua Bibliotheca Scriptorum Capuccin. Dionyſius Genuenſis, communis juris fecit,

Ora-

Oratorium Religioſorum Antonij de Guevara, Epiſcopi Mindonienſis è Hiſpanico in Flandricum idioma translatum, ac notis illuſtratum. Antuerpiæ, *1626*. in 4. De ipſo etiam Uvadingus.

ARNOLDUS CÆSARIUS, Colonienſis Provinciæ, item Colonienſis Sacræ Theologiæ Lector emeritus, Guardianus aliquot Conventuum, Diffinitor Provinciæ, & Cuſtos, ſcripſit pleroſque pios tractatus, ita prænotatos:

Corona Virginum, id eſt, *honor, laus, & gloria Virginitatis*. Coloniæ apud Hæredes Crythij, anno 1641.

Cor Virginum, tractans initium gratiæ tangentis animam, uſque ad ſummam vitæ ſpiritualis perfectionem. Coloniæ apud eoſdem, anno 1642.

Roſa ex ſpinis, id eſt, *liber docens adverſitatem utiliorem eſſe proſperitate*. Coloniæ apud eoſdem, anno 1642.

Faſciſculus myrrhæ, id eſt: *Meditationes in Paſsionem Domini*. Coloniæ apud eoſdem, anno 1643.

Expoſitio Orationis Dominicæ, ſeù Pater noſter. Coloniæ apud Joannem Crythium, anno 1644.

Hortus honoris Mariæ Beatiſsimæ Matris Dei, tribus opuſculis, ut areolis continentibus flores Sententiarum, diſtinctus, &c. Sunt autem opuſcula ſequentia:

Declaratio Salutationis Ave Maria ex SS. Patribus.

Corona Stellarum duodecim, quam Deus Capiti Beatiſsimæ Virginis Matris Dei Mariæ impoſuit, &c.

Decus virtutum, quæ de Beatiſsima Virgine Matre Dei Maria in Evangelio prædicantur cum SS. Patrum Sententijs. Coloniæ apud eundem anno 1647. Hæc Uvadingus. Publicavit inſuper:

Meditationes de Vita SS. Virginis Mariæ, & S. Joſephi. Coloniæ apud Joan. Buſæum 1666. in 12. Vidi.

ARNOLDUS AB ISCA, à municipio, & Patria Juſti Lipſij, non procùl Bruxellæ, ita cognominatus, diſciplinæ regularis tenaciſsimus, Amſterdamo pro Fide Catholica profligatus, Edami etiam incarceratus fuit multis annis, poſteà Lovanij Guardianum egit, vbi domum reſarcivit, & auxit, demùm totam Belgicam Provinciam gubernavit. Edidit Teutonicè:

Paradiſum devotionis. Antuerpiæ apud Guilielmum Loſterium anno 5644.

Sermones quinque, docens quomodò ſalubritèr in Chriſtum credendum.

Sermones de Paſsione Domini. Lovanij apud Bernardinum Maſsium.

Officium B. Mariæ ſecundùm uſum Romanum in Teutonicum tranſtulit; necnon Officium Defunctorum, Pſalmos Graduales, & Pœnitentiales. Lovanij, Antuerpiæ, & alibi multoties. Miſſus ad viſitandum Provinciam Colonienſem, confluentiæ mortuus eſt an. 1619. Martij 15. ſepultus in æde Capitulari. Laudatur à Marracio, Dupin, Uvadingo, Auguſtino Uvichmans in ſua Brabantia Mariana tripartita, & Valerio Andrea in ſua Bibliotheca Belgica.

ARNOLDUS PALUDANUS, Leodius, Obſervantiæ per Flandriam Miniſter Provincialis, ac Sacræ Theologiæ Lector emeritus, edidit tractatum:

De Foro animæ, id eſt, *de poteſtate, quam habent Sacerdotes Confeſſarij, tùm Regulares, tùm Sæculares juxtà Concilij Tridentini formam legitimè approbati, &c.* Leodij anno 1636. in 8. Hæc Uvandingus, poſt Valerium Andream in Bibliotheca Belgica.

ARNOLDUS ROYARDUS, ſivè ROMIARDUS, Gallus, ex Minorita, Archiepiſcopus Salernitanus, ſcripſit:

Opus Theologicum Moralium diſtinctionum, ordine Alphabetico digeſtum, ad Robertum Regem Siciliæ. Ipſum librum autographum pulchrò minio, & Regis effigie ornatum penès ſe habuit Uvadingus. Extat etiam Regij M.S. in Bibliotheca Minorum.

Opus alterum ad eundem Robertum de Arca Noe. Translatus anno 1330. ad Epiſcopatum Sarlatenſem. Scripſit:

Super quatuor libros Sententiarum.

Sermones eruditos.

Poſtillam in Apocalypſim. De ipſo poſt Uvadingum, agit Jacobus Le-Long, pag. 934. ſuæ Bibliothecæ Sacræ. Laudatur etiam à P. Joanne Bundero in ſua Bibliotheca Manuſcriptorum, fol. 57.

ARTALUS DE ALAGON, Hiſpanus, Comes de Saſtago, & Aragonici Regni Pro-Rex à Philippo II. Hiſpaniarum Monarcha nominatus, & electus, Cæſarauguſtanus, & Tertiarius Seraphici P. N. Franciſci, cinereo Habitu groſſo indutus, & fune publicè cinctus à 24. ætatis ſuæ anno quoàd vixit, dumtaxàt, excepto tempore, dùm munus Pro-Regis adimplebat; doctè, devotè, & eruditiſsimè ſcripſit vernaculè:

Catechiſmum, unà cum Expoſitione totius Doctrinæ Chriſtianæ. Cæſarauguſtæ apud

apud Laurentium de Robles anno 1584. in 8.

Concordiam vtriuſque Legis, Divinæ, ac Humanæ, vnà cum tractatu adverſus eos, qui ſeſe vindicari volunt. Matriti per Ludovicum Sanchez 1593. in 8. Utrumque laudat Nicolaus Antonius, pag. 134. Scripſit inſuper eodem idiomate:

Super præcepta Decalogi.

Super Pſalmum, Domine exaudi orationem meam.

De Amore Divino, ejuſque effectibus. Ac demùm opus inſcriptum:

Paradiſus animæ, & practica virtutum. Ex his nonnulla edita, alia verò morte præventus, inedita reliquit, teſte Fr. Joanne Carrillo in 2. parte Hiſtoriæ Sanctorum Tertij Ordinis Franciſcani, à fol. 49. Deceſsit Cæſarauguſtæ anno 1593.

ARTURUS A MONASTERIO, vulgò DU MONSTIER, Gallus, Rothomagenſis, Provinciæ S. Dionyſij alumnus, Vir in rebus ſui Ordinis inveſtigandis non improbi laboris, & in diſponendis non contemnendi judicij, poſtquam in his perquirendis Italiam, Galliam, aliaſque peragraret regiones, & pleraque illuſtraret Tabularia, edidit Gallicè, vti ipſe teſtatur ad diem 23. Octobris, §. 20.

Vitas multorum Sanctorum, & Beatorum, quæ additæ ſunt Floribus Sanctorum Ribadeneiræ, & habentur ſuis locis diſtributæ in dicto opere ſæpiùs recuſo Pariſijs anno 1627. 1636. &c. Vidi.

Pietatem, ſeù devotionem Gallicam erga Sanctam Dei-Genitricem Mariam, vnà cum Vita S. Lucretiæ Virg. & Martyr. die 16. Martij. Pariſijs anno 1637. apud Robertum Teuge in 8. Vidi. Scripſit, & edidit Latinè:

Martyrologium Franciſcanum, in quo Sancti, Beati, alijque Servi Dei, Martyres, Pontifices, Confeſſores, ac Virgines, qui tùm vitæ ſanctitate, tùm miraculorum gloria claruere in vniverſo Ordine Fratrum Minorum toto Orbe terrarum cunctis vſque nunc ſæculis per omnes Provincias Obſervantium, Diſcalceatorum, Recollectorum, Conventualium, Capuccinorum, &c. Monialium, Clariſſarum, Urbaniſtarum, &c. necnon Tertiariorum, vtriuſque ſexus, tàm Sæcularium, quàm Regularium, recenſentur. Pariſijs apud Dionyſium Morean anno 1638. in fol. & 1653. Vidi. Pro titulo *Beati* conſulenda eſt Præfacio hujus Martyrologij. Emiſsit quoque opus egregium prænotatum:

Neuſtria pia, ſeù de omnibus, & ſingulis Abbatijs, & Prioratibus totius Normanniæ, quibus extruendis, fundandis, dotandiſque Pietas Neuſtriaca magnificentiſsimè eluxit, & commendatur. Deque Sanctarum illarum domorum Rectoribus, Privilegijs, alijſque ad ipſas quoquomodo ſpectantibus. Rothomagi apud Joannem Berthelin anno 1663. in fol. magno. Vidi.

Sacrum Gynæceum, ſeù Martyrologium ampliſsimum, in quo Sanctæ, ac Beatæ, aliæque Chriſti Ancillæ, Martyres, Virgines, lactentes infantes, parvulæ, juvenculæ, adoleſcentulæ, nuptæ, viduæ, ſenes, Sæculares, Regulares cujuſvis ætatis, ſtatus, conditionis, dignitatis, & ordinis totius devoti fœminei ſexus, recenſentur. Pariſijs, apud Edmundum Coutérot 1657. in fol. Vidi. Item ex Uvadingo concinnavit:

Tres Lectiones ſecundi Nocturni pro Officio S. Illidij Epiſcopi Mimatenſis 25. Octobris. Item:

Pro Officio S. Candidi Rothomagi. Parata prælo habebat Gallicè anno 1650.

Sanctitatem Monarchiæ Gallicæ, Regum Chriſtianiſsimorum, eorumque filiorum. Opus in novem libros diſtributum in fol. dicatum Domino Seguier Galliæ Cancellario. Libri ita diſtribuntur.

Lib. 1. *De Sanctitate Monarchiæ Galliæ in ſuo principio, & progreſſu.*

Lib. 2. *De S. Ampulla, ſeù Phiala, & ſacra vnctione Regum Galliæ cœlitùs miſſa.*

Lib. 3. *De Lilijs divinitùs miſsis Galliæ Regibus.*

Lib. 4. *De Auri flamma, ſeù Vexillo cœlitùs miſſo.*

Lib. 5. *De Sanatione Strumarum miraculoſa, Galliæ Regibus à Deo conceſſa.*

Lib. 6. *De Sanctis Regibus, Principibus, Viris, & Fœminis, eorumque liberis in linea maſculina directa, ſeù collaterali.*

Lib. 7. *De præcipuis Reliquijs ad Sanctum Sacellum Pariſienſe, præſertim cura S. Ludovici allatis.*

Lib. 8. & 9. *De Geſtis ejuſdem S. Ludovici.* Ex his prodijt:

De Sanctitate Monarchiæ Regis Chriſtianiſsimi, ac Infantium Galliæ. Pariſijs 1638. in 8. Ita Jacobus Le-Long, lib. 2. Biblioth. Gallicæ, num. 11034. Eodem idiomate prodijt hujus Authoris opus prænotatum:

Artifices Hæreticorum, Gallicè. Pariſijs 1681. in 8. Vidi. Latinè demùm ad prælum matura habebat:

De rebus Neuſtriacis volumina quinque, aſſervata in Biblioth. PP. Recollectorum

Oppi-

Oppidi de Roven, vti refert Le-Long, lib.2. Biblioth. Gallicæ, num. 1610. Eorum ordo, apud Uvadingum, hic eſt:

Tom. I. *Neuſtria Chriſtiana; Archiepiſcopos Rothomagenſes continens.*

Tom. II. *Epiſcopos totius Neuſtrię complectens.*

Tom. III. *Neuſtria pia, fundationes Antiquorum, &c. referens.*

Tom. IV. *Neuſtria ſancta, feſta Sanctorum quolibet die totius anni exhibens.*

Tom. V. *Neuſtria miſcellanea, promiſcuè proferens propria, & particularia genti Neuſtricæ, pluribus libris diſtincta.*

Lib. 1. *De Neuſtria antiquitate: De Rothomago Urbe, deque inſignijs illius.*

Lib. 2. *De Dignitate Sacerdotali, & ſuprema Summi Pontificis majeſtate, ac eminentia Epiſcopali apud Gallos, Neuſtriacoſque populos.*

Lib. 3. *De Primatia totius Neuſtriacæ Provinciæ, & excellentia Rothomogenſ. Archiepiſcopi.*

Lib. 4. *De Vicariatu Pontefiano ipſi Archiepiſcopo ſubdito.*

Lib. 5. *De Privilegio S. Romani Rothomagenſis Archiepiſcopi cum Diacono Normanico, de Regno Juetoti: De Principatu Bethenevriano. De illuſtrioribus Familijs, deque dignitate Eccleſiaſtica, Cleri Neuſtriæ in Summis Pontificibus, Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis ex eo aſſumptis.*

Lib. 6. *De Scriptoribus Neuſtriacę gentis.*

Lib. 7. *De Pietate Chriſtiana, & publica, etiam nunc exculta apud Neuſtriæ, Normaniæque populos.*

Lib. 8. *De Neuſtria in Fide conſtantia. Erectio Univerſitatis Cadomenſis: Ordo conſeſſus Epiſcoporum, Abbatum, &c. in ſacrarijs, & publicis commitijs totius Provinciæ Neuſtriacæ: Viri celebriores Neuſtriam illuſtrantes. Varij eventus notabiles, ac memorabiles per Neuſtriam.* Obijt Author anno ſalutis 1662.

ASCELINUS, natione Gallus, profeſſione Minorita, ſocius in tribulationibus Fr. Joannis de Plano, ejuſdem inſtituti alumni, vnà cum eo ſcripſit:

Deſcriptionem ſui itineris in Tartariam auctoritate Innocentij IV. aliaſque adjacentes Regiones. Prodijt Gallicè Pariſijs ex officina G. Joſſe 1634. in 8. In linguam Batavicam converſa, impreſſa fuit Lugduni Batavorum 1706. cum alijs Itinerarijs. Conſule Acta eruditorum Lipſiæ anno 1708. menſe Martio, pag. 102. & 103. Claruit circa annum 1250.

ASCENSIUS AQUITANUS, Minorita, quem Theologum non obſcurum appellat Sixtus Senenſis, condidit:

Poſtillam in Apocalypſim laudatam etiam à Jacobo Le-Long, pag. 617. Bibliothecæ Sacræ. Scripſit inſupèr, teſtibus Ulyſsiponenſi, ac Uvadingo:

Commentarios in 4. libros Sententiarum.

Sermones varios eruditos.

ASTESANUS AB ASTA in Subalpinis, Provinciæ Januæ alumnus, Theologus, ac Canoniſta Eximius, Trithemioque teſte, ſcientia clarus, ingenio profundus, conſilio cautus, ſcientia certus, ac ſermone compoſitus, anno 1317. ſtruxit magnum volumen in libros octo diſtinctum *de Caſibus Conſcientię*, ſub titulo:

Summa Aſteſana, hortante maximè Theodoro Gaetano, S. Theodori Diacono Cardinale, cujus litteras leges in operis limine. Prodijt primum Venetijs anno 1468. apud Joannem de Loſania, reviſum, & correctum à Fr. Franciſco Lucio Ortiz, Hiſpano, de quo ſuo loco. Denuò ibidem apud Leonardum Vilt. anno 1480. Et tertio, ibidem apud Guilielmum Huyon anno 1519. correctum, & emendatum per Bartholomæum de Bellatis Feltrenſem, & Gometium Ulyſsiponenſem, doctos Minoritas. Prior functus eſt nobili Legatione Venetorum apud Sixtum IV. Secundus fuit Doctor Pariſienſis; miſſuſque eſt liber ad Marcum Barbam, tituli S. Marci Cardinalem. Scripſit inſupèr:

Canones Pœnitentiales vnà cum notis Antonij Auguſtini, vti refert Andreas Roſſotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij. Demùm inedita reliquit, inquit Epiſcopus Albenſis in ſuis Monumentis Subalpinæ Provinciæ, fol. 386. *innumera, quæ deſiderantur volumina.*

ASTESANUS, alter, laudatus à Jacobo Le-Long, pag. 618. ſuæ Bibliothecæ Sacræ, Italus, Sacræ Theologiæ Doctor, qui parum poſt præcedentem floruit, ſcripſit:

Commentaria in Apocalypſim.

Commentaria in libros Sententiarum.

Sermones doctos, & eloquentes de Tempore, Uvadingo teſte. Hujus Aſtenſis eſt opus egregium:

Diſtinctionum, aſſervatum M.S. in Toletana Bibliotheca S. Joannis Regum ſub littera Z. num 65. ſub hoc titulo: *Diſtinctiones Aſtenſis* aptæ multum ad componendos Sermones. Incipit: *AAA. ſignificat gemitum, & metum.*

ATHANASIUS DE BARCINONE, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Gotholanienſis, Sacræ Theologiæ Lector, ad litteras tedegit vernaculè:

Cæremoniale Sacrum, ac Politicum bipartitum. Excuſit Barcinone Raphael Figuero, 1716. in 4. Vidi. Ad prælum parata, approbationibus, ac licentijs fulcita, habet opera prænotata:

Orator modernus Evangelicus, vernaculè in 4.

Myſtica Sulamitis, Latinè, & in fol.

Horographia, Sciotherica, Geometrica, Arithmetica, &c. in fol. Vivebat anno 1721. quo Barcinone Hiſpanico ſermone communem fecit:

Vitam V. P. Fr. Gabrielis de Canet, Capuccini, ſpiritu prophetico inſignis. Laudatur à Petro Serra de *Favoribus Angelorum*, pag. 240.

ATHANASIUS CROTOSTA, Polonus, Reformatæ Provinciæ S. Antonij, Miniſter Provincialis, ac Chronologus, anno 1684. Tomum in 4. litteris conſignavit, ſub titulo:

Pandecta munimentorum, & actorum Provinciæ Reformatæ S. Antonij Majoris Poloniæ. Incipit: *Innata membris.* Vidi M.S. Matriti in Generali Ordinis Archivio, ſcrinio proprio, Manipulo primo, num. 1.

ATHANASIUS DILINGANUS, Germanus, Provinciæ Tiroli, Minor. Capuccinor. Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac ſæpiùs Diffinitor; Vir tùm morum præſtantia, tùm doctrinæ varietate ſpectabilis, compoſuit, ac typis mandavit duos tomos Concionum, quæ maximam redolent pietatem cum hac inſcriptione:

Gemitus compeditorum, &c.

Argonautica ſpiritus moralis, & mortalis, & temporalis ad immortalem, & æternam vitam accommodata quinque capitibus Doctrinę Chriſtianę. Auguſtæ Uvindelicorum, 1686. in 4. Ex Dupin, & Genuenſi.

ATHANASIUS MOLE, Gallus, Pariſienſis, Provinciæ Pariſinæ, Minorum Capuc. filius, Vir doctus, in Fidei controverſijs eruditus, ac Concionandi munere præſtans, edidit duo volumina in 8. in quibus agit:

De Converſione ad Fidem Catholicam duorum Virorum illuſtrium, videlicèt, *Jacobi Stephani, & Davidis Rhodon.* Pariſijs, 1685.

ATHANASIUS A RISTICIO, Italus, Provinciæ Baſilicatæ in Regno Neapolitano alumnus, volumen edidit:

Muſicale, vti narrat Fr. Maximus à Piſtitio præfatæ Provinciæ Chronologus, cap. 6. ſuæ Hiſtoriæ, quam M.S. legi in Archivio generali Ordinis, Matriti.

AUBERTUS (rectiùs ALBERTUS) Pariſienſis, hujuſmet Provinciæ Minor. Capuccinorum Theologus (à Genuenſi illaudatus) in ſacris, ac humanis litteris verſatus, publici juris fecit, anno 1688.

Reflexiones in methodum concionandi, in 12.

Super Symbolum Apoſtolorum, Chriſtianas Collationes, in 8.

Meditationes Euchariſticas. Ex Torrecilla in ſuo Catalogo, pag. mihi 103.

AUGUSTINUS AVELDENSIS, apud Marracium Theologus, natione Germanus, doctrina, pietate, vitæ integritate, divini honoris zelo, alijſque præcipuis virtutibus ſpectabilis, qui exorientibus in Germania Novatoribus, pro domo Iſrael generosè ſe murum objiciens opportunè ſcripſit contra Refractariorum impudentiam:

Malagma adverſus Joannem Lovicorum, & Martinum Lutherum contra quos Catholico, & virili ſpiritu certamen inivit, eoſque fortitèr, & variè exagitavit.

De Confeſſione Sacramentali, librum vnum in Germania excuſum.

Pro Sacrificio Miſſa contra Lutherum.

De Apoſtolica Sede, quod ſit de Jure Divino. Ex Laſſor, tom. 2. pag. 431.

De vtraque ſpecie Sacramenti Euchariſtiæ. Ex Uvadingo. Edidit tandem, recenſente Henrico Uvillot in Athen. Franciſc.

Explicationem dulciſſimi Cantici ab Hermanno Contracto compoſiti, quod Salve Regina nuncupatur. Clarebat in Germania circa annum 1530.

AUGUSTINUS BISIGNANO, Minorita, Italus, vernaculè ſcripſit opus prænotatum:

Lectiones ſpirituales. Florentiæ, 1612. in 4. Vidi.

AUGUSTINUS BRUNUS, Siculus, ex Sacca Urbe Agrigentinæ Diœceſis, Regular. Obſervantiæ alumnus, Vir doctrina, & morum integritate illuſtris, virtutibus haud exiguis egregiè excultus, Hieroſolymitanam peregrinationem aggreſſus, ibi Cœnobij ſui Cuſtodem egit. Panormum regreſſus, ſanctitatis fama clarus, edidit Italicè:

Peregrinationem Terræ Sanctæ. Panormi apud Joannem Maringum, 1612. in 8. Obijt 1613. Lege Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

AUGUSTINUS CARRION, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Caſtellæ Eccleſiaſtes, ac Guardianus Conventus Dominæ noſtræ Angelorum in Oppido Eſcamilla, communes fecit vernaculè:

Conciones varias de Beatiſſima Virgine, ac Sanctis. Matriti typis Melchioris Sanchez, 1659. in 4. Vidi.

Conciones alias de Sanctis, eorumque Regina. Toleti per Franciſcum Calvo, 1660. in 4. Vidi. Spem fecit in Prologo alterius voluminis prænotati, *Evangelicus Theſaurus.* Singillatim emiſit, teſte noſtro Alva, col. 141. ſuæ Militiæ.

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis, Toleti, 1654. in 4.

De Beatificatione S. Roſæ à S. Maria. Vidi.

AUGUSTINUS CASTELLO, à Neapoli, Regul. Obſervantiæ alumnus, Italis communem fecit tractatum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ de vita hominis Chriſtiani, ſub titulo:

Tractatus hominis interioris. Neapoli apud Horatium Salviani, anno 1590. in 8. Vidi. Edidit etiam, teſte Uvadingo:

Brevem triumphum Minorum Regularis Obſervantiæ pro Fide occiſorum in Gallia, & Belgio. Neapoli apud Horatium Sulmanum, Cæſaremque Cæſaris, anno 1584.

AUGUSTINUS CIEPLINSKI, Lector Jubilatus, Pater Provinciæ S. Mariæ Angelorum in Polonorum Regno, Latinè in fol. ſcripſit opus eruditum, cui titulus:

Topographica, ac Chronologica Conventuum Provinciæ Majoris Poloniæ Deſcriptio. Incipit: *Eſt ampliſſima.* Vidi. Extat Matriti in generali Archivio Ordinis. Laudatur in Militia Univerſali noſtri Alva, col. 141.

AUGUSTINUS A CONCEPTIONE, Luſitanus, Theologus, ac Provincialis Miniſter Excalceatæ Braſilienſis Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, vernaculè emiſit:

Panegyrim de Sacris Stigmatibus S. P. N. Franciſci. Ulyſſipone apud Emmanuelem Lopez Ferreira, 1690. in 4. Vidi.

Concionem de S. Antonio Ulyſſiponenſi. Ibidem per Antonium Rodriguez, 1675. in 4. Vidi.

AUGUSTINUS A CONCEPTIONE, alter, Hiſpanus, Matritenſis, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi Concionator, Vir myſticus, ſcripſit:

Doctrinam Novitiorum.

Manuale.

Cæremoniale Miſſale. Edita hæc ſunt; ſed tantummodò vidi Cæremoniale, quod Conchæ ex officina Salvatoris Viader prodijt in lucem, anno 1647. in 4.

AUGUSTINUS A CRUCE, Luſitanus ex Oppido, vulgò *Ponte da Barca*, Bracharienſis Archiepiſcopatus, ſtrictiori Obſervantiæ Diſcalceatorum, Arrabidenſis Provinciæ nomen dedit, ac virtutibus claruit. Artis poeticæ non ignarus, vernaculè inedita reliquit non pauca varij generis:

Carmina ſacra. Nonnulla, maximè duas egregias *Elegias* habes apud tomum 1. Chronic. laudatæ Prov. fol. 925. & à fol. 934. ad uſque 941. Claruit anno 1619. die 14. Martij. Ejus exemplarem vitam recenſent Petrus Calvo, & Georgius Cardoſo apud laudatum Chronologum, pag. 932. num. 1182. Legi.

AUGUSTINUS DE CUELLAR, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij, ineditas reliquit:

Vitas plurimorum Minoritarum, unà cum Martyrijs VV. Fr. Martini de Arvide, ac Fr. Franciſci de Prado. His utitur Fr. Auguſtinus Ventancurt in ſuo Theatro Mexicano Mexici impreſſo, 1694. in fol.

AUGUSTINUS CUPITIS, Ebolenſis, Italus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & in divinis, humaniſque litteris præſtantèr excultus, ſcripſit carmine Etruſco:

De laudibus, Nativitate, Annuntiatione, Partu, Aſſumptione, & Planctu B. Virginis. In vico Agienſi typis Joſephi Cacchii, anno 1592. quo Author vivebat. Hæc Uvadingus. Scripſit inſupèr:

Poema in laudem S. Catharinæ Martyris, teſte Fr. Blaſio à S. Gregorio in relatione Provinciæ Principatus, cujus alumnus noſter Author fuit:

Coronam duodecim ſtellarum S. Eccleſiæ, cum Concionibus, Italicè. Neapoli apud Joannem Dominicum Roncagliolum, 1608. in 4. Vidi. Demùm eodem idiomate, ac ligato ſermone opus, cui titulus:

Poeta illuminatus. Ad Comitem de Olivares Pro Regem Neapolitanum in 4. Extat M. S. in Bibliotheca Scorialis jjj. K. 23. Vidi. Incipit: *Canto, ò Cigni.*

AUGUSTINUS AB EXILIO, Luſitanus, Lector Theologus, Excalceatæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Fluvio dicto Janeiro, ac ejus Provincialis Miniſter, vernaculè vulgavit Ulyſſipone:

Conciones duas de S. P. N. Franciſco, ac S. Antonio Patavino, quæ ad manus meas non pervenere. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

AU-

AUGUSTINUS FERRARIENSIS, vide Auguſtinus Righinus.

AUGUSTINUS A S. FRANCISCO, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ alumnus in Diſcalceata Provincia S.Pauli, ejuſque Diffinitor,ac Pater, necnon Commiſſarius Viſitator Provinciarum S. Gabrielis in Extremadura, ac S. Didaci in Bætica, communem fecit vernaculè:

Orationem funebrem in Exequijs Mariæ de Mendoza, Ducisſa de Bejar. Matriti, typis Joannis Gonzalez, 1631. in 4. Vidi. Laudatur tom.1. Chron. Provinciæ S. Didaci in Bætica, lib.4. cap.18.

AUGUSTINUS GALLETUS, Senenſis, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Tuſciæ, vernaculè emiſit:

Jeruſalem liberatam.

Vitam S. P. N. Franciſci, tom.2. Venetijs, anno 1620. Ex Uvadingo, ac Terrinca in ſuo Theatro Tuſciæ, fol. 189.

AUGUSTINUS GALLUCIUS A MONDOLFO, Italus, ſtrictioris Obſerv. Provinc. Marchiæ, ſcripſit Italicè:

Vitas BB. Felicis à Meda Mediolan. & Seraphinæ Feltriæ Urbinatis, Clariſſarum. Ingolſtadij apud Gregorium Henlinum, anno 1627. in 8. teſte Uvadingo.

AUGUSTINUS GARAVINUS DE CASTRO, Bononienſis, Humanarum, & Sacrarum Litterarum peritus, ſcripſit:

De Viris illuſtribus prædicti Caſtri Bononienſis. Bononiæ, 1608. in 4. Ex Antonio Teiſſerio, tom. 1. ſui Catalogi AA. pag. 34.

AUGUSTINUS GENUENSIS, Capuccinus, ejuſdem Provinciæ Concionator, omnium ferè religioſarum virtutum ornamentis ſplendidè decoratus; ut ex Auguſtino Oldoino Societ. Jeſu in Athenæo Liguſtico teſtatur in ſua Bibliotheca Dionyſius Genuenſis, ſcripſit:

Hiſtoriam B. Mariæ Virginis, quæ 15. Kal. Aprilis, anno 1570. apparuit, populoque Sabonenſi, è vicino Colle benè precata eſt. Plura de Authore apud Boverium, tom.2. Annal. ad annum 1606.

AUGUSTINUS GENUENSIS, alter, ejuſdem Provinciæ Minor. Capuccinorum Concionator, ac Diffinitor, quem Virum grandi religioſæ pietatis ſigno decorum, & Obſervantiæ Regularis zelatorem ingenuum appellat in ſua Bibliotheca Scriptor. Capuccin. Dionyſius Genuenſis, reliquit M. S. Italicè:

Hiſtoriam Provinciæ Genuenſis Minor. Capuccinorum. Scripſit inſuper eodem idiomate:

Vitam V. Fratris Thomæ Trebilgenſis Capuccini, Viri ſanctitate conſpicui. Mortuus eſt in Patria, anno 1650. dùm Guardiani fungeretur officio Conventus Immaculatæ Conceptionis.

AUGUSTINUS GOTHUTIUS, Ligur, Monelianus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Januenſis, Artium, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, edidit:

Gymnaſium ſpeculativum ex varijs, tùm Philoſophicis, tùm Theologicis concinnatum, & in quinque claſſes diſtributum, quarum prima Logicorum eſt, ſecunda Phyſicorum, tertia Metaphyſicorum, & Mathematicorum, quarta Formaliſtarum, quinta Theologorum. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, anno 1605. Henrico IV. Regi Chriſtianiſsimo dedicatum, apud tom. 1. Biblioth. Barberinæ, fol.486. in 8. Uvadingum, & Militiam Univerſalem noſtri Alva, col.143. Sunt quoque ejuſdem Authoris:

Aurea explanationes Franciſci Maronij, unà cum tractatu de Definitionibus Theologicis S. Athanaſij Magni Alexandrini Antiſtitis. Pariſijs apud Joannem Le Bouc in 8. 1604. Vidi.

Philippi Fabri Faventini tractatus de Formalitatibus brevis in formalitates Scoti per eundem Auguſtinum. Vidi.

Antonij Brugnatenſis Ordin. Minorum Philoſophi, & Theologi doctiſſimi, methodus in Grammaticam ſpeculativam Doctoris Subtilis, Auguſtini Gotbutij opera emendata, marginibus donata, & primum typis mandata ibidem. Vidi.

Subtiliſsima tractatio de primis, & ſecundis intentionibus ſecundum mentem Subtilis Doctoris, unà cum modulo conficiendi Syllogiſmos per eundem Auguſtinum recognita, & expurgata. Ibidem. Vidi.

AUGUSTINUS AB HINOJOSA, Hiſpanus, à ſecretis, cum eſſet Provinciæ Bæticæ Regul. Obſerv. ſcripſit, ac in populo gravi declamavit vernaculè:

De Beatificatione S. Tereſiæ à Jeſu Concionem. Habes apud fol. 208. Tomi editi Matriti de ejuſdem ſanctæ beatificatione, anno 1615.

AUGUSTINUS LEON DELICATUS, Saccenſis, Regul. Obſerv. Vir eruditione, & doctrina clarus, Sacræ Theologiæ Lector, Jubilatus, ac Mazarenſis Provinciæ Diffinitor, edidit Italicè:

De Pace ſapientis, ac ſapientia pacis diſcurſus. Panormi apud Petrum de Iſola, 1660. in 4. Hæc Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, litt. A. Obijt Panormi 6. Maji, anno 1660.

AUGUSTINUS A MAGDALENA, Hiſpanus, Provinciæ S. Pauli Apoſtoli in veteri Caſtella filius è celeberrimo Conventu, vulgò *del Calvario*, Salmantino, zelo animarum ductus, ad Provinciam Diſcalceatorum S. Gregorij Philippinarum gradum faciens, ejuſque Procurator Generalis factus, typis dedit:

Artem linguæ Tagala. Anno 1678. in 8. Vidi.

AUGUSTINUS MATHÆUCHUS, Italus, Lucenſis, Regul. Obſerv. Provinciæ Romanæ Theologus, Cuſtos, ac Sacræ Rituum Congregationis Conſultor, plura, & egregia opera conſcripſit. Extant igitur prænotata:

Opus dogmaticum adverſus Hętherodoxos, tùm antiquos, tùm recentes, complectens controverſias Fidei.

1. *De Eccleſia.*
2. *De Membris Eccleſię.*
3. *De Judice Controverſiarum.*
4. *De Regimine Eccleſiæ.*
5. *De Primatu Petri.*
6. *De Romano Pontifice.*
7. *De Infalibilitate Rom. Pontif.*
8. *De Concilijs, Scholaſticis, & Polemicis neceſſariam, ac ad eruditionem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſatis vtilem.* Venetijs in 4. apud Nicolaum Pezzana 1715. Vidi.

Cautela Confeſſarij pro foro Sacramentali, occaſione Decretorum S. M. Alexandri VII. Innocentij XI. & Alexandri VIII. ac cæteris Animarum Rectoribus exhibita ad Sacrorum Canonum, Conciliorum, ac Apoſtolicarum Conſtitutionum præſcriptum, & legem aptata, ac quatuor libris repartita. Opus Theologis, & Canoniſtis vtile, Confeſſarijs, ac Parochis proficuum, & neceſſarium. Ibidem 1716. in 4. Vidi.

Lib. 1. *Continet Propoſitiones ab Alexandro VII. proſcriptas, &c.*

Lib. 2. *Continet Propoſitiones ab Innocentio XI. proſcriptas, &c.*

Lib. 3. *Continet Propoſitiones ab Alexandro VIII. proſcriptas, &c.*

Lib. 4. *De Sacramentis in genere, & in particulari.*

Officialis Curiæ Eccleſiaſticæ ad praxim pro foro Eccleſiaſtico, tùm Sæculari, tùm Regulari vtilitèr aptatus, ac Summorum Pontificum litteris, Oecumenicorum Conciliorum decretis, Sacrorum Canonum ſtatutis, necnon recentioribus Sacrarum Congregationum Reſcriptis opportunè inſtructus. Ibidem 1717. ex typographia Baleonij in 4. Vidi.

Schola paupertatis manu ducens ad puram obſervantiam Regulæ Fratrum Minorum juxtà Declarationes editas à Nicolao III. Clem. V. & Innocentio XI. Romæ ex typographia Rochi Bernabo 1716. in 8. magno. Et ſecundo ibidem per eundem 1731. Vidi.

Practica Theologo-Canonica, ad cauſas Beatificationum, & Canonizationum pertractandas, juxtà formam Decretorum SS. Congregationis, litterarum Apoſtolicarum, Sacrorum Canonum præſcriptum, receptaſque Scriptorum doctrinas. Venetijs apud Nicolaum Pezzana 1722. in 4. Vidi.

Obſervationes doctrinales adversùs Quietiſtarum errores ab Innocentio II. proſcriptos, & Sanctarum Scripturarum Oraculis, Conciliorum decretis, ac Patrum authoritatibus improbatos. Ibidem in 8. Regali apud eundem 1711. Vidi.

AUGUSTINUS DE MATRICE, Minorita, edidit:

Interrogatorium pro Confeſſarijs. Placentiæ 1597. teſte Uvadingo.

AUGUSTINUS A MATRITO, Hiſpanus, Concionator, ac S. Officij Qualificator, in S. Joſephi Diſcalceatorum Prov. Profeſſus, zeloque animarum ad S. Gregorij Philippinarum translatus, quam V. Martyr Genneſius de Queſada Carthaginenſis Provinciæ filius, tandem ejuſdemmet S. Gregorij alumnus elaboravetat vitam, paucis additis, edidit, videlicèt:

Vitam V. Hieronymæ ab Aſſumptione, Abbatiſſæ Conventus Diſcalceatarum Clariſſarum Manilæ, ac Fundatricis. Matriti apud Antonium Matin anno 1717. in fol. Vidi. Vide inferiùs: Hieronyma ab Aſſumptione.

AUGUSTINUS A MATRITO, alter, Hiſpanus, ejuſdem Provinc. Sancti Joſephi Diſcalceatorum filius, quem à præcedenti indiſtinctum judico, edidit Matriti in fol. anno 1717.

Relationem itineris facti à Joanne Baptiſta Tedoti in Sinarum Imperium ex præſcripto felic. recordationis Clem. XI. Pontif. Max. Emiſsit quoque ibidem anno 1715. ad Catholicum Regem N. Philippum V.

Relationem Miſsionum, ac Miſsionariorum in Philippinis Inſulis, ac Sinenſi Imperio. Hiſpanicè in fol. Vidi.

AUGUSTINUS A MEDIOLANO, Divina vocatione habitum Capuccinorum aſſumpſit Patriæ anno 1592. inter quos vitæ innocentia coruſcans, *multa ſcripſit typis digna*, & alia imprimi permiſit tacito nomine, vt ex Athenæo Medio-

Biolanensi Picinelli refert Genuensis de Scriptor. Capuccinis, pag.43.

AUGUSTINUS MILIUS CÆDIUS, Etruſcus, dedit ad Coſmum Medicem Etruriæ Ducem, & natos ejus:

Hiſtoriam per modum Dialogi, quo vernaculo ſermone diſtinctè deſcribit Montem Alverniæ, & quæcumque in eo ſunt notabilia. Florentiæ ex typographia Ducali anno 1568. Uvadingus, Terrinca, ac Laſſor, tom. 1. Univerſi, calamo delineati, pag.39.

AUGUSTINUS A MUNDULFO, ex Reformata Marchiæ Prov. Concionator, necnon Canonum eruditiſsimus Lector, ligato ſermone Italico edidit:

Vitam, miracula, ac exempla S. P. N. Franciſci. Venetijs 1618. in 4. Vidi. Ad Authorem, alijs miſsis, Fr. Joſeph Hippo niate Minorita.

Quæ Mundulphe legis, ſtellans hæc condet Olimpus:
Quod opera pandis docta minerva ſolum,
O felix Orbis, felix modulator, & Author:
Ille ſequax Sancti, hic Religionis honos.

AUGUSTINUS NARBONENSIS, Gallus, Provinciæ Toloſanæ, Minor. Capuccinorum alumnus, Theologus, ac eruditus Eccleſiaſtes, in publicum miſsit, vt in ſua Bibliotheca teſtatur Dionyſius Genuenſis:

Conciones de SS. Eucharistia Sacramento.

Quadrageſimales.

Adventuales, tom. 3. in 4.

Sermones pro Dominicis poſt Pentecoſtem, 1690. Opus inſcriptum:

Jeſus Chriſtus in Euchariſtia prædicatus poſt Octavam Feſti Corporis Chriſti, 1688. in 4. Item Gallicè:

Jeſus Chriſtus, ſeu myſteria vitæ, 1689. Scripſit demùm:

Conciones octo de Circunciſione Domini N. Jeſu Chriſti. Editio 2. facta eſt Toloſæ, 1694. in 8. Vidi.

AUGUSTINUS OLIVA, Hiſpanus, ex Recollectis Provinciæ Bæticæ, ejuſque Vicarius Provincialis, vernaculè emiſſit:

Expoſitionem Regulę S. Franciſci. Hiſpali apud Lucam Martinum de Hermoſilla, 1684. in 16. Vidi.

AUGUSTINUS A S. PASCHALE, Hiſpanus, ſpreto mundo, ſtrictiori Obſervantiæ Diſcalceatorum in Valentino S. Joannis à Ripa Conventu, anno 1636. nomen dedit. A ſua dilectiſsima Provincia coram gentibus convulſis, & dilaceratis, primo in Inſulis Philippinis in Provincia S. Gregorij plantatus, poſtmodumque in Sinarum Provincijs tranſplantatus, armaturam zeli accipiens, vt homo verè Apoſtolicus, Angeluſque velox, nomen portavit Jeſu Chriſti. Verba ſubjicio Fr. Petri de la Piñuela in ſuo Catalogo Religioſorum S. P. N. Franciſci, qui Sinarum Imperium ad Jeſu Chriſti Evangelium prædicandum ingreſsi ſunt ab anno 1579. vſque ad 1700. de tanto Authore, ejuſque clariſsimis operibus teſtimonium perhibentis, fol. 3. & 4. *Auguſtinus à S. Paſchale*, inquit, *Hiſpanus, anno 1672. ex Provincia Kuantung in Provinciam FoKien profectus eſt, ubi unam erexit Eccleſiam; Rebellionum, bellorumque tempore, multas pertulit paſsiones, & probra. Poſteà ad Provinciam Xantung Metropolim proficiſcens, illam reſtauravit Chriſtianitati. In diverſis Sinarum Urbibus multas erexit Eccleſias, & demùm ad Romanam Curiam* Procurator Miſsionis electus, in itinere ex Philippinis ad novam Hiſpaniam, ſexagenario major, defunctus eſt, & in Mari ſepultus. Opera ejus ſunt ſequentia:

Explicatio Symboli Apoſtolorum, eleganter elaborata.

Confutatio erroris Tranſmigrationis animarum.

Compilatio rationum hominum in vera perfectione conſtituentium.

In quod credere, & ſperare debemus.

Breves interrogationes ſuper Doctrina Chriſtiana.

Varij tractatus de Controverſis Sinicis; & aliç quamplurimę, & perutiles Quæſtiones, Lingua Hiſpanica. Unicum vidi conſcriptum, anno 1694. inſcriptum:

Opuſculum finale conſcientiæ. Nonnulla fragmenta ſui tractatus de Ritibus Sinicis in publicum miſsit Epiſcopus Roſalenſis, Vicarius Apoſtolicus in Regno Sinarum, oblata cum ſuis obſervationibus Pontifici

Summo Clementi XI. Ejus Acta deſcribit Fr. Thomas à Montalvo, tom. 1. Chronicor. Granatenſis Provinciæ S. Petri de Alcantara, lib. 3. à cap. 8. Suum Auguſtinum plangentes Miſsionarij Sinarum, Carmen lugubre cònſcripſere, publici juris factum, part. 1. meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceat. pag. 40.

AUGUSTINUS DE QUINTANA, Hiſpanus, ſemèl, atque iterùm Diffinitor, & Vicarius Provinciæ Chilenſis, Regular. Obſervantiæ, necnon à Commiſsionibus S. Officij, materno ſermone ſcripſit, ac comunem fecit:

Panegyrim de SS. PP. Dominico, & Franciſco. Limæ, anno 1660. in 4. Vidi.

AUGUSTINUS RAMON, Hiſpanus, Excalceatorum Granatenſis Provinciæ S. Petri de Alcantara filius, Prov. verò S. Gregorij in Philippinis Inſulis addjetus, typis commiſsit Hiſpanicè:

Cæremoniale Miſſale, & Chorale. Manilæ, 1722. in 4.

Directorium Pœnitentium. Aſſervatur M. S. in 8. in Archivio Provinciæ S. Gregorij, vti ex ejus relatione accepi.

AUGUSTINUS RIGHINUS, Ferrarienſis, ab Hercule 1. Ferrariæ Duce, ex duodecim, quos ille voto promiſſerat in Franciſcanam Familiam inducere, annos vix decem natus, felicitèr promotus ad Religionis munera, atque in primis ad Saxoniæ, Hiberniæ, Romaniæ, Terræ Sanctæ, Orientis, Bononiæ adminiſtrationem vocatus, ac Procurator Generalis Ordinis, & demùm ad Commiſſariatus Generalis totius Italiæ dignitatem adſcitus, magnæ fuit apud omnes æſtimationis; ſiquidem cum eſſet Theologus, & Eccleſiaſtes inſignis, tantò ſpiritu in auditores, qui certatim ad eum confluebant, ferebatur, atque in dicendo, ita vehemens, & acris fuit, vt fulmen ciere, aut intonare potiùs, quam loqui videretur. A Sereniſſima Eſtenſium Familia magno in pretio habitus, præſertim ab Hercule prædicto, & Alphonſo filio, illorum authoritate, & patrocinio multa fecit præclara in Civitate, ita vt vice Dux propter magnam, quam exercebat poteſtatem, appellaretur. Deinde multa, & magna præſtitit beneficia ſuo Cœnobio Ferrarienſi, cujus Eccleſiam vetuſtate fatiſcentem inſtauravit, Odeum extruxit, multam, eamque pretioſam ſupellectilem adjecit, Civibus demùm multa commoda ſua doctrina, & exhortationibus advexit. Scripſit ſtylo quodam medio inter Scholaſticum:

Sermones per totum Adventum, ac Quadrageſsimam. Latinè. Venetijs apud Horatium de Gobbis, 1581. in 4. Vidi. Præterea, ex Marracio:

Sermones ſeptem de feſtis Deiparæ ſemper Virginis, ac Incarnationis Verbi. Ibidem apud eundem, 1591. Demùm teſte Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. ac Uvadingo, ſcripſit:

De Indulgentijs.

De numero ſalvandorum.

De ſuffragijs mortuorum.

Tractatum contra illos, qui dicunt malos Sacerdotes non poſſe adminiſtrare Sacramenta Eccleſiaſtica. Incipit: *Contra illos inimicos S. Eccleſiæ.*

Vixit vt alter Xenophilus Pythagoricus commoda ſemper corporis valetudine. Deceſsit anno milleſsimo quingenteſsimo octogeſsimo tertio, ætatis ſuæ 96. ſepultus ante Aram majorem. Strato lapidi hæc verba inciſa ſunt:

Flens veni in terras, & flens diſcedo, fuique
Dum vixi, fletus, rixa, dolor, gemitus.

Venerandam ejus imaginem graphicè curavit exprimi Petrus Rodulphus in ſuo de Scriptoribus Catalogo. Laudatur à Fr. Didaco Lequile, tom. 2. Ter-legislat. tract. 6. lib. 11. Uvadingum excipiente.

AUGUSTINUS SACCA, vide ſuperiùs: Auguſtinus Brumus.

AUGUSTINUS SUPERBI, Italus, Ferrarienſis, Minor. Conventual. Vir omnigena doctrina, ingenuiſque animi dotibus ornatus, Theologus inſignis, & diſſertiſsimus Concionator, ſcripſit:

De Origine, & Antiquitate Carraræ. Prodijt Paduæ.

Ideam Angelicam, vbi diffuſè agit de Natura, & miniſterijs Angelorum. Prodijt Ferrariæ.

Decachordum Scripturale ſuper Canticum Virginis Magnificat. Ibidem typis Franciſci Puzzi, 1620. in 4.

Apparatum de Viris Ferrarienſibus ſcientia, & virtute illuſtribus. Ibidem anno 1620. apud Franciſcum Puzzi, in 4.

Apparatum alterum de Viris ejuſ

Urbis, qui fortitèr per arma geſtis clarue- runt.

Sermones de Sanctis.

Certamen ſpirituale. Demùm Italicè publicavit:

Triumphum glorioſum Illuſtrium Venetorum tribus libris. Venetijs apud Evangeliſtam Deuchinum, 1629. Ex Marracio, Uvadingo, ac Anton. Teiſſerio, tom. 2. ſui Catalogi AA. fol. 34.

AUGUSTINUS TABUENCA, vbi natus, Hiſpanus, devotus Concionator; Aragonenſis Provinciæ Regul. Obſervantiæ, in ſalutem animarum egregium conſcripſit volumen vernaculè inſcriptum:

Theologia myſtica. Cæſarauguſtæ, anno 1680. in 16. Vidi.

AUGUSTINUS TASSUS, Minorita, Italus, ſermone patrio emiſit:

Sermones in honorem B. Mariæ Virginis, impreſſos Venetijs, 1587. in 4. Fr. Petrus de Alva, col. 145. ſuæ Militiæ.

AUGUSTINUS DE TORDESILLAS, è graviſsima Conceptionis Provincia, vbi Seraphicæ Regulæ profeſsionem emiſsit, in Provinciam S. Joſephi Diſcalceatorum tranſmigrationem fecit. Fuit vnus ex Fundatoribus Provinciæ S. Gregorij, Minorum Diſcalceatorum in Philippinis Inſulis. Poſtea in Sinas profectus, in omnibus, & per omnia ſuorum Commilitonum Venerabilium, nempè Fratrum Petri de Alfaro, Joannis Baptiſtæ Piſſari, ac Sebaſtiani a S. Franciſco, aliàs Baeza, tribulationibus communicavit, à quibus ſeparatus, & in Provinciam Fokiem adductus (teſte Fr. Petro de la Piñuela in Catalogo ſupradictorum noſtrorum Religioſorum, qui ad Sinarum Imperium ingreſſi ſunt, fol. 1. num. 4.) ibi quoque ex vno ad aliud Tribunal ductus, præclara Fidei ſuæ teſtimonia dedit; qui demùm ferè nudus, cum hyemis rigore, aliarumque rerum penuria premeretur, in Philippinas iterùm remeans, ſcripſit:

Tractatum de laborioſa expeditione Miſſionariorum primorum in Sinas. Operis, & Authoris memoriam faciunt R. A. P. Fr. Joannes Gonzalez in ſua Hiſtoria rerum Sinenſium, lib. 2. cap. 1. fol. 205. & alij apud meam Bibliothecam Minor. Diſcalceator. pag. 41.

AUGUSTINUS TYNACY A PENNA in Abruzio, Theologus, ac Provincialis Miniſter Neapolitanæ Provinciæ Minor. Conventualium, teſte Nicolao Toppi de Scriptoribus Neapolitanis, Italicè ſcripſit:

Dialogum de Lingua Maltrica, impreſſum per Octaviom Terzani, 1627. in 4.

AUGUSTINUS VALERIA, Hiſpanus, in Oppido Tarriente, Diœceſis, & Communitatis Albarracinenſis natus, primiùs Minoritis Capuccinis adſcriptus, poſteà verò ad Aragonenſem Obſervantiam Seraphicam decreto Pontificio tranſlatus, Miſsionibus Apoſtolicis deditus, & rem, & nomen Prædicatoris Generalis, Commiſſarij Curiæ Ex-Diffinitoris, ac Provinciæ Patris habere meruit. Sui ingenij monumentum dumtaxàt (quod viderim) extat egregia Concio, cui titulus:

Tragedia divina, & humana in antro Bethlemitico repræſentata. Cæſarauguſtæ, anno 1692. per Gabrielem Colomer in 4. De ipſo agit Fr. Felix Valles in Catalogo Scriptorum M. S. laudatæ Provinciæ.

AUGUSTINUS VELASCO A CORDUBA, Hiſpanus, Lector Jubilatus, Qualificator S. Officij, ac Miniſter ſui Conventus Granatenſis S. Antonij ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, publici juris fecit:

Concionem habitum Granatæ in ſolemnijs Canonizationis S. Andreæ Corſini, Epiſcopi Feſulani. Granatæ typis Franciſci Heylan, 1629. in 4. Vidi.

Panegyrim de S. Rocho. Ibidem typis Bartholomæi Lorenzana, 1630. in 4. Vidi.

AUGUSTINUS VENTANCURT, Mexicanus, Theologus, generalis Concionator, Diffinitor, ac Chronologus Provinciæ S. Evangelij, Regul. Obſervantiæ, Vir doctus, & perſpicuus in explicando, multa, & præcipuè Hiſpanico ſermone exaravit. Ex quibus hæc ſunt:

Theatrum Mexicanum rerum exemplarium Hiſtoricarum, Politicarum, Militarium, ac Religioſarum Novi Mundi Occidentalis Indiarum. Mexici ex typographia Viduæ Joannis de Rivera, 1698. in fol. partibus 4. Vidi. In 4. parte agit *de Provincia S. Evangelij.* Ibid. 1697. ſcripſit inſupèr, ipſomet ateſtante, fol. 144. ſuorum Chronicor.

Artem Mexicanæ Linguæ, ad inſtàr Artis Nebrixenſis, vnà cum inſtructione ad ritè Sacramenta ſuſcipienda. Mexici anno 1673.

Manuale pro adminiſtratione, cui adjecit *Indiarum Privilegia.* Mexici 1674. ac 1682. litteris Franciſci Lupertij, & Hiſpali 1690. typis Thomæ Lopez de Haro.

Vitam S. Antonij Patavini, nonnullis addi-

additis devotionibus. Mexici apud Lupercium 1682.

Viam Crucis, Mexicano idiomate. Ibidem ſemèl, atque iterùm:

Dominæ noſtræ del Pilar Concionem. Ibidem 1674.

Chronographiam ſacram Vitæ Chriſti Domini, Puriſſimæ Virginis, Sacrorum Apoſtolorum, ac Seraphici P. N. Franciſci. Ibidem 1696. typis Mariæ de Benavides, Viduæ Joannis de Rivera. Vidi. Ejus opera, anno 1697. inedita, & ad prælum parata erant.

Relatio Hiſtorico-Latina ſuæ Provinciæ ab anno 1600. ad vſque 1682.

Compendium Moralium Reſolutionum, Hiſpanicè.

De Origine Officij Divini.

Sermones Mexicani, de Adventu, ac Epiphania.

Vita S. Joſephi.

Vita S. Joannis Baptiſtæ. Utraque Hiſpanico ſermone. Scripſit inſupèr Latinè, & in fol.

Hiſtoriam Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij. Aſſervatur Matriti in Archivio Generali Ordinis. Vidi.

Hiſtoriam quamplurium Servorum Dei Mexicanæ Provinciæ S. Didaci ab anno 1600. vſque ad 1681. Extat ibidem. Vidi.

AUGUSTINUS A VIGUERIA, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Genuenſis filius, quæ Virum doctum, & prædicationis munere clarum, diligentiſsimum Sacræ Scripturæ verſatorem, omniumque illarum virtutum, quem religioſum hominem conſlant, fideliſsimum proſecutorem appellat in ſua Bibliotheca Scriptorum Capuccin. Dionyſius Genuenſis; inter alia M. S. reliquit, quæ extant in Conventu Genuenſi Immaculatæ Conceptionis, videlicèt:

Lectiones 37. *ſuper Viſionem Scalæ Jacob.* Geneſ. 28.

Commentaria Scripturalia, & Moralia in Threnos Jeremiæ, tom. 1. in 4.

Conceptus Scripturales, & Morales ſuper Miſſus eſt, tom. 1. in 4.

Conciones ab Adventu, vſque ad Septuageſimam, tom. 1. in 4. Abijt ad operum ſuorum præmia anno 1617. Extat hujuſce memoria apud Jacobum Le-Long, pag. 1004. ſuæ Bibliothecæ Sacræ.

AUGUSTINUS DE UVITTE, Bruxellenſis, ex Recollectis Prov. Germaniæ, ad litteras redegit, Latinè:

Genealogiam ampliſſimam S. Franciſci, in qua omnes, ſcilicèt, Viros, ſanctitate, dignitate, virtute, vel doctrina illuſtres per ſuos annos recenſuit. Bruxellis apud Joannem Pepermanum anno 1627. in 4. Vidi.

Origines, & deſcriptiones Conventuum Provinciæ Inferioris Germaniæ, tàm Fratrum, quàm Sororum. Antuerpiæ in officina Plantiniana anno 1629. in 4. De eo pertractant Uvadingus, Le-Long in ſua Bibliotheca Hiſtorica Galliæ, ac Dupin, ſæculo 17.

AUGUSTINUS ZAMORENSIS, Hiſpanus, ex Caſtellana Provincia Minorum Capuccinorum, Theologus, ac Diffinitor, Hiſpano ſermone vulgavit:

Margaritam pretioſam cordis humani, opus profectò perutile. Matriti typis Franciſci Sanz 1678. in 4. Vidi.

De præcipua veneratione Spiritus Sancti. Ibidem in 12. Vidi.

AURELIUS A GENUA, Capuccinus, Genuenſis Provinciæ Ex-Provincialis, laudata diligentia compoſuit:

Tractatum Chronologicum in duos libros diſtributum, Latinè. In primo Lectionibus 55. agit:

De Correctione Gregoriana;

De Epactis, & Cyclis.

De Periodis, & Æris.

De Paſchatis celebratione.

De Opere ſex dierum.

De Mundi ætatibus.

De Kalendarijs Romano, & Hebræo, Judaico, Græco, Arabico, Ægyptio, Perſico.

De Monarchiarum principio, ac fine. In libro ſecundo ex varijs Authoribus compilavit:

Chronologiam ſeptem ætatum Mundi.

Indicem rerum mirabilium, ſeu prodigiorum.

Faſciculum Hiſtoriarum.

Chronologiam Urbis Genuæ. Editionem, qua vtor, ſecundam fecit Genuæ Joannes Franchellus 1720. in 4. Regali.

AURELIUS DE STYA SABELLIS, Cluſentinus, Provinciæ Tuſciæ Regularis Obſerv. alumnus, ad plures annos Sacri Montis Alvernæ incola, ac Guardianus, Theologus, & Concionator doctus, edidit:

Dialogum novum ejuſdem Sacri Montis; in quo de univerſis eo in loco ſcitu dignis diſſeritur. Peruſij anno 1617. Laudatur poſt Uvadingum, in Theatro Genealogico Provinciæ Tuſciæ, part. 3. tit. 1. pag. 282.

AU-

AUSONIUS NOCTINOT (rectiùs, ac vere: ANTONIUS COTONIUS) Siculus, Nicoſienſis, Regularis Tertij Ordinis S. Franciſci, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & Doctor, in Studijs ſolertiſsimus, de quo illud non prætercam, quod Sor. Mariam Veronicam Maleguzzi è Regio Lepido Monialem Saleſianam, ita gravioribus diſciplinis erudivit, vt ea in Urbe & in Aula publici Palatij anno 1664. Cotonio Præceptore aſsiſtente, nón modò Philoſophiæ, ac Theologiæ Theſes juxtà Subtiliſsimi Scoti mentem, verùmetiam Aſtronomiæ, Arithmeticæ, Grammaticæ, & Rethoricæ concluſiones ſtrenuè propugnaverit, non ſine Sapientum admiratione, & plauſu, vt ait Joannes Franchinus in Biblioſophia de Scriptoribus Minor. Conv. pag. 608. dùm vigeſsimum tertium ageret annum.

Opera Antonij Dianæ Clerici Regularis ſeptem partibus diſtincta, in ordinem Alphabeticum ad Summæ modum, & in vnum volumen Lectoribus ſatis commodum, reducta. Venetijs apud Junctas anno 1646. in 4. Cum priùs aliam fieri editionem curaverit Lugduni anno 1644. in 4. necnon

Auctarium ad eandem Summam ex ſeptima parte ejuſdem Dianæ. Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1646. in 4. & demùm

Summarium Summæ Dianæ cum ſeptima, & octava parte. Venetijs apud Matthæum Lenium 1648. in 24. Quadragenarium numerum, ait Mongitore, tom. I. Bibliothecæ Siculæ, editiones iſtæ excedunt, quas hic recenſere ſupervacaneum. Dùm autem Summæ ſeptem partium, aliarum partium additionem à Diana ſucceſsivè editarum, maximo labore parabat, alij editionem prævenere; at ita infelicitèr, vt non modo mendoſa addidere compendia, verùmetiam, quæ Cotonius in lucem emiſſerat, devenuſtarunt. Ideòque noſter Auſonius repudiata Summa Dianæ, edidit:

Controverſiarum celebrium ad ſtatum, & mores Chriſtianæ Reipublicæ pertinentium libros decem. Venetijs apud Thomaſinum, & Herz 1661. in fol. Vidi.

Theoremata Moralia de Auguſtiſsimo Euchariſtiæ Sacramento. Patris Benedicti Fidelis, ex Latina in Italicam linguam vertit, ac edidit Venetijs apud Jacobum Sarzinam 1640. in 4. Edidit etiam:

Orationem pro Studijs Metaphiſicæ, habitam Patavij, quod ſtudia Litterarum ſint Artes Imperij. Patavij 1656. in 4.

Dialogum in Regiminis Monarchici favorem, ocaſione Libellorum Caroli Regis Angliæ. Ex eodem Cotonio lib. 4. contr. 9. cap. 1. num. 6. Italicè. Neapoli 1668. in 8. ſuppreſſo nomine. Scripſit etiam, at non edidit:

Controverſiarum tomum ſecundum, libros decem complectentem. Hic ſervatur M. S. apud Reformatores Studij Patavini.

In libros Metaphyſicos tom. 3. M. S. in fol. Romæ in Bibliotheca Collegij S. Pauli ad Arenulam.

Conſilia varia, Proluſiones, Orationes, aliaque Philoſophica, & Theologica. M. S. in eodem S. Pauli Collegio.

Opuſculum de opinione probabili. Ex Bonaventura de Rubeis in Præfatione ad Lectorem Controverſiarum celebrium paulò poſt initium.

Panſophiæ Inſtitutiones. Opus pluribus voluminibus comprehenſum, quod ſervatur Romæ M. S. apud ſuos, cum alijs ejuſdem lucubrationibus. In eo autem nova, pia, & admirabili methodo Chriſtianè philoſophatur, ac de omnibus ſcientijs agit, vti narrat laudatus Mongitore, apud quem in Appendice, pluribus extat memoria cum laude. Jacet in Romano Sancti Pauli ad Arenulam Collegio, hac cum ſcriptione, quam libentèr ſubjicio.

Digitized by Google

D. O. M.

Venerabili Viro
Antonio Cotonio S. Theolog. M.
Siculo Nicoſienſi
Tertij Ord. S. Franciſci Ex-Procuratori, & Regenti
Generali perpetuo
Excelſi, atque invicti animi dotibus,
Divinique honoris zelo nulli ſecundo,
In ſcientijs ferè omnibus ſingulari,
Oblatarum inſignium Infularum contemptori,
Apoſtolicæ Sedis jurium Propugnatori,
Alexandro VII. Clementi IX. & X. Innocentio X. caro,
Patavij olim per XVIII. annos publico Metaphyſico,
Summa Dianæ, alijſque Operibus præſertìm Panſophia
Novam philoſophandi methodum continente
conſpicuo,
Patres Conventus S. Pauli in Arenula,
Quem ipſe in Collegium erexit, rexit, magniſque
ſumptibus
Auxit, hoc gratitudinis, & venerationis monumentum
poſuere anno M. DC. XCV.

B

S. BONAVENTURA, in baptiſmate *Joannes*, à Græcis in Concilio Lugdunenſi, *Eutychius*, à cognomento paterno *Fidantius*, à Patria *à Balneoregio*, ab alijs demùm *Euſtadius*, vel *Euſtachius* (quod Italicè redditum Bonaventura interpretatur) appellatus, in Etrutia
,, natus, *vt piæ Matris* (graviſsimis ver-
,, bis vtor Sixti V. Pontif. Max. in ſua De-
,, cretali *Triumphantis Jeruſalem*, Romæ
,, data anno 1588. die 15. Martij, anno
,, tertio ſui Pontificat.) *voto ſatisfaceret*,
,, adoleſcens Seraphicam S. Franciſci Re-
,, ligionem eſt ingreſſus, per cujus veſti-
,, gia recentia adhùc novus Chriſti Miles
,, humilitèr, & conſtantèr incedens, ſa-
,, lubertimam regularium inſtitutorum Ob-
,, ſervantiam tanto animi ardore, tanta-
,, que cordis aviditate auxit, vt ſumma in
,, eo ſanctitas appareret, ac vitæ innocen-
,, tia, & caſtitate, ſancta humilitate, pa-
,, cientia, manſuetudine, terrenarum re-
,, rum diſplicentia, cœleſtium deſiderio,
,, omnibus, & exemplo, & admirationi
,, eſſet, tanta quoque ſpiritus dulcedine,
,, & Divini amoris fervore inflammatus, in
,, Deum raplebatur, vt jam in cellam vi-
,, nariam Sponſi introductus, & vino op-
,, timo charitatis ebrius, Jeſum Chriſtum
,, crucifixum, & patientem vrique in-
,, duerit, & in ejus vulneribus habitare
,, videretur. Ad hanc verò eximiam vitæ
,, ſanctitatem Vir Dei magnam præſtantis
,, doctrinæ laudem adjunxit, Deo ita diſ-
,, ponente, vt ad ejus gloriam, & Eccle-
,, ſiæ vtilitatem, non ſolùm exemplo, ſed
,, verbo, & eruditione magnoperè profi-
,, ceret. Itaque cum Sacrarum litterarum
,, ſtudio, Sanctorum Patrum lectione, &
,, Scholaſticæ Theologiæ per neceſſaria
,, diſciplina Alexandro de Ales Magiſtro,
,, inſigni illius ætatis Theologo, diligen-
,, tiſsimè verſaretur, brevi temporis ſpa-
,, tio excellentis ingenij bonitate, aſsiduo
,, labore, & quod caput eſt, gratia Spiri-
,, tus Sancti, qui vas aureum in honorem
,, electum omni ex parte formabat, tan-
,, tos progreſſus fecit, & ad tantam doc-
,, trinæ perfectionem pervenit, vt Docto-
,, tis, & Magiſtri inſignibus in celeberri-
,, mo Pariſienſi Gymnaſio ſolemni more
,, decoratus, Sacram Theologiam ibidem
,, publicè profeſſus ſit.

,, Tantam verò laudem in interpre-
,, tandi munere, & in vniverſæ Theolo-
,, giæ ſcientia eſt conſecutus, vt Viri doc-
,, tiſsimi ejus doctrinam, & eruditionem
,, admirarentur. Et quidem multiplices
,, Sancti Viri lucubrationes, & præclara
,, ſcripta, quæ adhùc magna Eccleſiæ vti-
,, litate, & non mediocri Dei beneficio
,, extant, quæque & noſtræ, & ſuperio-
,, rum ætatum Viri eruditi multo cum
,, fructu legerunt, & magnoperè compro-
,, barunt, quantus ille in Theologiam
,, fuerit, ſatis declarant. Ea enim Divini
,, ingenij ſui monimenta poſteris reliquit,
,, quibus perdifficiles, & multis obſcuri-
,, tatibus involutæ quæſtiones magna op-
,, timorum argumentorum copia, via, &
,, ordine enucleatè, & dilucidè explican-
,, tur, Fidei Catholicè veritas illuſtratur,
,, pernicioſi errores, & prophanæ hære-
,, ſes profligantur, & piæ fidelium mentes
,, ad Dei amorem, & Cœleſtis Patriæ de-
,, ſiderium admirabilitèr inflammantur. Fuit
,, enim in S. Bonaventura id præcipuum,
,, & ſingulare, vt non ſolùm argumentan-
,, di ſubtilitate, docendi facilitate, defi-
,, niendi ſolertia præſtaret, ſed Divina
,, quadam animos permovendi vi excelle-
,, ret, ſic enim ſcribendo cum ſumma eru-
,, ditione parem pietatis ardorem conjun-
,, git, vt Lectorem docendo moveat, &
,, intimos animi receſſus illabatur, ac de-
,, niquè Seraphicis quibuſdam aculeis, cor
,, compungat, & mira devotionis dulce-
,, dine perfundat, quam ſanè gratiam in
,, ejus ore, & calamo diffuſſam admirans
,, prædeceſſor noſter Sixtus IV. Pontifex,
,, illud dicere non dubitavit, Spiritum
,, Sanctum in eo locutum videri.

,, Cum igitur ſervo fideli tam multa,
,, & præclara à Domino talenta eſſent cre-
,, dita, vt illis ad Fratrum vtilitatem exer-
,, cendis, & negotiandis, Cœleſtis gratiæ
,, Theſauros amplificaret, Divino conſilio,
,, & ſummo totius Ordinis conſenſu, Ro-
,, mæ Miniſter Generalis ſeptimus poſt
,, Beatum Franciſcum eſt factus, quo in
,, Officij munere, non ſolum prudentiam,
,, vigilantiam, ſolicitudem præſtitit, ſed

,, tan-

„ tanto fraternæ charitatis ardore exarſit,
„ tantaque Chriſtianæ humilitatis demiſ-
„ ſione Fratribus inſervivit, vt in eo illud
„ Salvatoris agnoſceretur: *Qui major eſt*
„ *in vobis, ſit veſter Miniſter.*

„ Quin & piæ memoriæ prædeceſſor
„ noſter Clemens Papa IV. qui Sanctum
„ Virum valdè dilexit, & ejus doctrina
„ mirificè eſt delectatus, vt tam excellens,
„ virtus, & prudentia ad multorum vtili-
„ tatem latiori in campo excurreret, in-
„ ſignem Eboracenſem Archiepiſcopatum
„ ei obtulit; Ille verò cum ſe à Seraphicæ
„ paupertatis complexu divelli non facilè
„ pateretur, oblatam dignitatem modeſtè,
„ atque humilitèr recuſavit.

„ Cæterùm cum Gregorius X. Summus
„ Pontifex ob graviſsimas Chriſtianæ Rei-
„ publicæ cauſas Concilium Generale Lug-
„ dunum indixiſſet, Viroſque ſanctitate,
„ doctrina, ſapientia præſtantes, perqui-
„ reret, quorum forti, & fideli opera ad
„ rei maximæ tractationem, & explicatio-
„ nem vteretur, duo in primis clariſsima
„ illius ætatis lumina è duobus florentiſsi-
„ mis Ordinibus Prædicatorum, & Mino-
„ rum delegit, Sanctos Thomam, & Bo-
„ naventuram, quos ad ſe ire juſsit. Sed
„ cum alter in ipſo itinere in morbum in-
„ cidiſſet, atque ad gloriæ coronam feli-
„ citèr evolaſſet, S. Bonaventura Lugdu-
„ num profectus, humaniſsimè exceptus
„ eſt à Romano Pontifice Gregorio, qui
„ in ejus virtute, & ſapientia ita acquieſ-
„ cebat, vt Concilij rectè dirigendi, &
„ adminiſtrandi partes ei præcipuè tri-
„ buendas eſſe decerneret. Quare ex pu-
„ blica Eccleſiæ vtilitate, & neceſsitate,
„ vt majori cum dignitate, & auctoritate
„ Concilij rebus non ſolùm intereſſet, ſed
„ præeſſet, ſtatuit lucernam ardentem, &
„ lucentem ſupra excelſum candelabrum
„ ponere, vt in domo Dei magis luce-
„ ret.

„ Itaque Sanctum Bonaventuram nu-
„ llos honores appetentem, fugientem
„ potiùs, ſed Chriſti Vicario obtempe-
„ rantem, nulloſque pro Eccleſia labores
„ ſubire recuſantem, tanquam in totius
„ Orbis terræ Theatro, in Sacrum Car-
„ dinalium Collegium, & in Epiſcoporum
„ Ordinem ſtatim cooptavit, nàm Eccleſiæ
„ Albanenſi illum præfecit, qui honos an-
„ tiquioribus Presbyteris Cardinalibus
„ tribui ſolet. Qua ille ampliſsima digni-
„ tate auctus, vniverſam in Dei gloriam,
„ & Eccleſiæ vtilitatem contulit, etenim
„ in rebus Concilij arduis, operam egre-
„ giam præſtitit Catholicam Fidem conſ-
„ tantiſsimè defendit, pravas opiniones
„ acerrimè refutavit, ejuſdemque pru-
„ dentia, doctrina, ſanctitate, orationi-
„ bus, Gregorij Pontificis Paſtoralis ſoli-
„ citudo tantopere adjuta eſt, vt ſublato
„ per Dei miſericordiam ſchiſmatis diſsi-
„ dio, Michael Palæologus Græcorum
„ Imperator, Orientaleſque Nationes, ad
„ Apoſtolicæ Sedis obedientiam, vnita-
„ tem, communionemque redierint, ac
„ deniquè dignus habitus eſt, quam Græ-
„ ci Eutychi nomine appellarent. Hæc
Chriſti Vicarius. Undè Doctoris Seraphici ſanctitas, ac doctrina, aliarum commendationum præſidio non eget. Ad ejus egregia opera, & opuſcula nùnc me vertens, triplicem eorum ſeriem hìc ſubjicio. Sermonem primò inſtituam de ejus operibus ſeorſim impreſsis; ſecundò de illis juxtà editionem Romanam emendatiſsimam juſſu Sixti V. ſimùl excuſis; tertiò de operibus, & opuſculis ineditis.

OPERA SEORSIM IMPRESSA.

In Lucam enarratio. Extat in fol. membr. in Bibliotheca Schorialis Pluteo III. R.J.j. Vidi. Prodijt Venetijs ex officina Franciſci Salviani 1524. & 1574. in 8. Regali. Vidi. Et Antuerpiæ, ſtudio Fr. Joannis Mathuſij, Minoritæ, anno 1539. in 8. Vidi.

In Lamentationes Hieremiæ. Venetijs 1574. per Franciſcum Salvianum in 4. Vidi.

In Librum Sapientiæ. Ibidem apud eundem, eademque tempeſtate in 4. induſtria Fr. Joannis Baleini, Minoritæ. Vidi.

In Eccleſiaſtem. Venet. 1559. in 8. apud Lippenium, tom. 1. Bibliothecæ Regalis Theologiæ, pag. 581.

Exempla Sacræ Scripturæ ex vtroque Teſtamento. Edita vidi in 8. ſed abſque initio, ac fine.

Sermones de Tempore, & de Sanctis per totum anni circulum occurrentibus. M. S. apud Bibliothecam Cœnobij Camberenenſis Ciſtercienſis in Hannovia, teſte Sandero, part. 1. ſuæ Bibliothecæ.

Sermones ſeptem in membranis, apud Bibliothecam Illuſtriſ. Antonij Auguſtini, Epiſcopi Tarraconenſis, impreſſam Tarracone 1586. in 4. Prima eorum editio facta eſt Zouvoliæ in Ollandia anno 1479. in fol. teſte Joanne de Caille de vitis Typographorum, pag. 42. & Matthaire de Annalibus Typographorum, pagina 134.

Pro-

Prodierunt deinceps Baſileæ, 1492. Romæ, ac Lugduni, 1496. Pariſijs typis Jodoci Badij Aſcenſij, 1521. in 8. & 1501. ſtudio Antonij *Syrecti* Minoritæ. Argentinæ ſub titulo *Sermones mediocres de Tempore*, anno 1496. in die S. Gregorij. Vidi. Multum diſcrepant, præſertim, qui de Sanctis ſunt, ab his, qui habentur tom. 3. Editionis Vaticanæ. Lege Bail, part. 2. Bibliothecæ Concionatoriæ, cap. 40.

Noviſsimè Theodorus Menſinck Davent Miſsionis Belg. Presb. Sæcularis, ad vſum, & vtilitatem Concionatorum; ſub titulo: *Lingua Seraphica, quatuor tomos Concionum D. Bonaventuræ* in publicum miſsit Antuerpiæ, 1599. apud Joannem Baptiſtam Verduſſen in 8. Vidi. Series operis: *Pars Hyemalis de Tempore. Pars Æſtivalis de Tempore. Pars Sanctoralis in particulari. Pars Sanctoralis in communi.*

In Sententias, ſeù in 4. libros Sententiarum. Extant M. S. in pluribus Bibliothecis. Zamoræ in Biblioth. Hieronyminiana vidi editionem antiquam in fol. tomis tribus, non expreſſo loco, nec anno. Prodierunt Nurimbergæ, typis Antonij Koberger, anno 1491. volum. 4. in fol. Friburgi, eodem anno in fol. Eodemque anno in fol. typis Kiliani, apud laudatum Caille, pag. 49. Venetijs, anno 1680. 4. volum. in 8.

Summa Philoſophia ex Doct. Seraphici ſcriptis excerpta, & in tria volumina diſtributa labore Fr. Gallicij de Carpenedulo Capuccini. Edita fuit Romæ, anno 1635. teſte Uvadingo.

Sententiæ Sententiarum totius textus Sententiarum Magiſtri Petri Lombardi. Pariſijs per Joannem Barbier, 1588. in 8. Vidi in Biblioth. Hiſpalenſis Eccleſiæ.

Super Pſalm. 118. Pariſijs in Ædibus Claudij Cevallon, 1524. in 8. Extat ibidem.

Biblia pauperum. Nullam, ſed meritò, hujus operis cenſuram affert Uvadingus; etenim ſub nomine Nicolai de Hanaph, Dominicani, ſi quis editionem apponere velit; primum impreſſum fuit Tubingæ apud Huldericum Morhart, anno 1533. Sub numine autem Seraphici Doctoris Coloniæ, per Joannem de Colonia, 1477. in 4. Vidi in Biblioth. Cordubenſis Eccleſiæ.

Speculum B. Mariæ Virginis, impreſſum vnà cum Concionibus Pariſ. per Jodocum Badium Aſcenſium, 1521. in 12. Opuſculum planè dignum Doctore Seraphico, de quo, & meritò S. Antoninus, 3. part. Hiſtoriæ, tit. 24. cap. 8. §. 1. *Intellectus ejus perſpicacitatem omnia opuſcula ejus redolent his, qui divinam ſcientiam requirentes, hanc libentiùs, quam vanitatem Ariſtotelicam* (his adde, vel Ciceronianam) *venerantur.*

Metrum: Lauda Sion Salvatorem, quod in Miſſa ſolemni Corporis Chriſti recitatur, Bonaventuræ attribuunt Joannes Rioche, Piſſanus, ac Lequile in Hierarchia Franciſcana, diſtinct. 9. §. 11. pag. 340. Et quidem, vt notat Uvadingus, redolet ſtylum, & facilitatem Rhythmorum Bonaventuræ, in quorum ſuavi concentu erat faciliſsimus. Quid, ſi totam Miſſam compoſuerit, & S. Thomas Aquinas Officium? Juſſus enim vterque per Urbanum IV. Officium ordinare, quid ſi acceptum fuerit Thomæ Officium, grataque Miſſa Bonaventuræ? Sanè, Magiſter Gabriel de Varaleia Dominicanus, qui floruit poſt Sixtum IV. ſermone de S. Thoma, circà finem hæc habet: *Doctor Bonaventura dùm compoſuiſſet Officium Corporis Chriſti de mandato Urbani Quarti, cum vidiſſet illud, Thomæ ipſum commendavit ſuper doctrina aliorum.* Inſupèr in Comitijs Generalibus Ordinis Victoriæ celebratis, anno 1694. non caſu, aut temerè, propugnata ſunt Themata plura impreſſa in 4. Cæſaraug. ex quibus ad rem ſubnecto vnum ex ſpectantibus ad Angelicum, & Seraphicum Doctorem. *Pro vtroque Doctore, inquit §. 6. Bibliotheca vna Chriſtus Dominus erat: ejus Corporis Officium juſſu Urbani IV. vterque ita conſcripſit, ut jota vnum, vnumve apicem à ſcribendi lege non praterierunt: Thomas Pontifici dedit, Bonaventura planè diſſecuit. Quis ergo hac in actione humilior? Problema.*

Forma Novitiorum, ſivè ſpeculum diſciplinæ Regularis ad Novitios. Coloniæ, anno 1659. in 24. apud Lippenium, tom. 2. Bibliothecæ Theologicæ, pagina 356. Extat in Hiſpanum verſum, Cod. Membran. litteris nigris, ac rubris exaratum, Pinciæ, ſcrinio 28. Bibliothecæ Comitis de Gondomar. Vidi. Illuſtriſsimus Tarraconenſis, vti teſtatur in ſua Biblioth. impreſſa Tarracone, anno 1586. Librum hunc habebat in Membran. anno-

rum 100. & vltrà, forma minoris quadrati.

Speculum diſciplinæ religioſæ, juſſu RR. Fr. Franciſci Gonzaga in Etruſcam linguam verſum. Neapoli apud Horatium Salviani, 1581. in 8. Vidi. Hiſpanicè redditum à Fr. Philippo de Soſſa, Minorita, excuſum fuit Hiſpali 1574. in 8. Vidi.

Contemplatio, *ſeù Meditationes Vitæ D. N. Jeſu Chriſti*. Extat M. S. in 4. in Bibliotheca Scorialis Pluteo jjj. VI. III. Vidi. Anno 1586. vt ex editione ſuæ Bibliothecæ conſtat, extabat apud Antonium Auguſtinum, Epiſcopum Tarraconenſem *Liber Meditationum* in membran. annorum 150. forma minoris Enchyridij. Prodierunt Barcinone apud Petrum Michael, 1483. in fol. & Pariſijs, anno 1547. apud Joannem de Paganis in 4. Vidi. Lugduni apud Antonium Griphium, anno 1593. in 16. Vidi. Hiſpanicè reddita, Valentiæ ex Officina Societatis Typographorum, anno 1588. in 8. Vidi. Vulgara lingua prodierunt Romæ typis Sac. Congregationis de Propaganda Fide, 1638. in 12. ex Philippo Labe in ſua nova Bibliotheca. Garriat, vt ſui moris eſt, quidam Caſimirus Ovdinus; legat verò Sixtum Senenſem, lib. 4. Biblioth. Sanctæ, qui ita inquit: *Edidit quoque* „ Meditationum vitæ Chriſti lib. vnum: „ in quo rudi quidem, & impolito eloquio, ſed efficaci, & maximè ad cor „ penetrabili quatuor Evangelia in vnam „ Hiſtoriam redegit, inſertis de ſuo „ nonnullis meditationibus, in quibus „ ad excitandos, & inflammandos Lectoris affectus, Chriſti geſta ſecundum quaſdam imaginarias repræſentationes narrat, non ſolum prout res „ ipſæ evenerunt, ſed vt etiam contingere, aut contigiſſe potuerunt. Quare cum in tranſcurſu hujus Operis „ legitur, ita dixit, vel fecit Dominus „ Jeſus, ſi illud ex ipſa Evangelica enarratione probari nequeat, non alitèr „ accipiendum eſt, quam devota meditatio exigit, hoc eſt, perindè ac ſi diceretur: Mediteris pio animo, hæc Jeſum, aut dixiſſe, & feciſſe, aut dicere, „ & facere potuiſſe.

De quinque Feſtivitatibus Pueri Jeſu. Pariſijs ſub titulo: *Contemplatio de Nativitate Domini*. Prodijt anno 1522. in 8. teſte Lippenio, tom. 2. Biblioth. Theologicæ, pag. 252.

Meditationum S. P. N. Franciſci Tractatus, Hiſpanicè redditus à Fr. Dominico Viota, Minorita, excuſus Jlerdæ, typis Ludovici Maneſcal 1616. in 8. Vidi.

Doctrina Cordis ſermone Hiſpanico impreſſa Cæſarauguſtæ 1576. in 8. ſtudio laudati Dominici Viota, & Biaci apud Andream Sanega 1551. in 4. Vidi. Toleti, anno 1525. & alibì, Uvadingo teſte.

Septem gradus Contemplationis. Pariſ. per Joannem Barbier in Vico Sancti Jacobi in 8. ſed abſque anno. Vidi. Hiſpanico ſermone prodierunt Compluti ſtudio Fr. Alphonſi Ponze, Minoritæ 1597. in 8. Vidi.

Incendium Divini amoris, impreſſum per Joannem Luſchner Alamanum in Monaſterio Beatæ Mariæ Virginis de Monte Serrato, anno 1499. in 8. Vidi. Hiſpanicè redditum à Fr. Dominico Viota, Minorita editum fuit Cæſarauguſtæ, anno 1576. in 8. Vidi.

Dialogus hominis interioris reſpondentis, & animæ quærentis. Pariſijs per Guidonem Marchant. anno 1489. in 4. Vidi.

Stimulus Divini amoris. Opuſculum Gallicè redditum à Joanne Gerſon. Prodijt Pariſijs ex officina Petri Caron 1434. in 4. teſte Joanne de Caille de Vitis Typographorum, pag. 61. Hiſpanicè redditum à Fr. Alphonſo Ponce, Minorita, excuſum fuit Compluti 1597. in 8. Vidi. Ligato ſermone Hiſpanico, ſcripſit, ac edidit Fr. Antonius Panes, Diſcalceatus, Valentiæ 1665. in 8. Vidi. Bruxellis anno 1683. prodijt etiam in 12. ſub hoc titulo: *Amoris Divini Elixir ex Paſſione Domini N. Jeſu Chriſti ex S. Bonaventura*. Vidi.

Dieta ſalutis. Pariſijs apud Petrum Dru anno 1499. in 8. ex præcitato Caille ibid. pag. 66. Pariſijs 1523. in 8. teſte Lippenio, tom. 2. Biblioth. Theologicæ, pag. 253. Extremaduræ in Biblioth. Conventus de Velvis, Prov. S. Gabrielis vidi editionem antiquam in 8. ſed abſque loco, & anno impreſsionis, & Segoviæ in Biblioth. Conventus S. Gabrielis Provinc. S. Pauli. Hæc legat garriens ille Oudinus, qui vt vnus ex vanis Hæreticis loquens, vel ex eo, Seraphico Doctore indignum hoc judicat opuſculum, quod non comparet in antiqua Opuſculorum editione.

Soliloquium Hiſpanicè redditum à Fr. Dominico Viota. Prodijt Ilerdæ ex officina Ludovici Maneſcal anno 1616. in 8. Vidi.

De Reſurrectione hominis peccatoris à peccato. Pariſijs typis Joannis Gerliel anno 1502. in 8. ex Joanne de Caille de Vitis Typographorum, pag. 68.

De Profectu Religioſorum, ſub titulo: *Liber eruditionis Religioſorum*, teſte eodem Caille ibid. pag. 78. Prodijt Pariſijs ex officina Henrici Eſtienne 1505. in 8. De profectu Religioſorum librum membraneum annorum 150. forma quadrati præ manibus habebat Illuſtriſsimus Tarraconenſis anno 1586. vti recenſet in ſua Biblioth. excuſa Tarracone in 4. eodem anno. Extat M. S. in 8. membran. in Bibliotheca Scorialis, plut. 4. num. 9. Vidi. Et in Bibliotheca Collegij Societatis Jeſu Lovanij. Et in Biblioth. Conſerdoncana, teſte Sandero, part. 1. & 2. Bibliothecæ Belgicæ. Prodijt Pariſijs ex officina Bertoldi 1517. die 18. Maji. Vidi. Legitur ad calcem: *Explicit tractatus Sancti Bonaventuræ de Profectu Religioſorum.* Extat in Bibliotheca Salmantini Conventus, vulgò *del Calvario*. Nonnulla adjecit Fr. David Auguſtanus, quare nonnulli ipſi attribuunt opuſculum hoc, ſed immeritò, vt ex prædictis infertur. Conſule Uvadingum hìc, & in Annalibus ad annum 1272. Hiſpanicè redditum à Fr. Matthæo Botija, Minorita, Murciæ prodijt anno 1625.

Lignum vitæ. Extat M. S. in Biblioth. Monaſterij Sancti Eligij, Ordin. Canonic. Sancti Auguſtini, & in Bibliotheca Conſendoncana, teſte Sandero, parte 1. & 2. Bibliothecæ Belgicæ. Anno 1586. extabat in membran. annorum 200. & vltrà, forma Enchyridij apud Epiſcopum Tarraconenſem, vti conſtat ex ejus laudata Bibliotheca. Hiſpanicè redditum à Fr. Dominico Viota, Minorita, excuſum fuit Ilerdæ, formis Ludovici Maneſcal 1616. in 8. Vidi.

De ſex Alis Seraphim. Caſtellanum fecit, & varijs diſcurſibus illuſtravit P. Joannis Paulus Fons Societatis Jeſu alumnus, in publicumque miſsit Barcinone, formis Sebaſtiani Matebad 1622. in 4. Vidi.

Vitam Sancti Franciſci. Antuerpiæ 1597. in 8. ſtudio Henrici Sedulij. Vidi. Romæ æneis figuris exornata apud Rochum Barnobeium 1710. in fol. Vidi. Opus egregium, & Aloyſij Lipomani, Veronenſis Epiſcopi atteſtatione, tanta rerum copia, & ſententiarum gravitate concinnatum, vt totus Mundus ejus lectione inſtrui poſsit, & ad amorem Dei per B. Franciſci exemplum inſtaurari ipſeque Lipomanus, quoties eam vitam legerit, totiès non ſolùm accenſus ſit, ſed in ejus meditatione totus exarſerit. Et ſanè, haùd ſine cauſa hujus Hiſtoriæ Lectores accendi ſe ſentiunt illius ardoris participio, quo ipſe Bonaventura flagrabat, dùm eam ſcriberet; in eo etenim ſtudio occupatus fuit, cum Sanctus Thomas Aquinas amantiſsimus ipſius Condiſcipulus, collega, & amicus, ſcientia, & ſanctimonia compar, illum inviſens, & mentis raptu, corpore quoque è terra ſublevatum cernens, dignam ſe, atque Bonaventura ſententiam protulit, à porta enim cubiculi, per cujus rimam hæc vidit recedens, ad ſocios ait: *Sinamus Sanctum, quia laborat pro Sancto.* Bonaventura verò illam hiſtoriam in Lectiones poſteà diſtribuit, quæ per Octavam S. Franciſci in Officio illarum dierum leguntur, & comparatione prioris ſcripti, *Legendæ minoris* nomine vulgò appellatur.

Expoſitio Orationis Dominicæ. Pariſijs literis Joannis Barbier, ſed abſque anno. Vidi.

Expoſitio Regulæ Fratrum Minorum. Extat a fol. 24. libri inſcripti: *Monumenta Ordin. Minorum*, juxtà editionem Salmanticæ factam anno 511. in 4. Legi. Ex eodem S. Bonaventura prodijt

Selectus Regulæ FFr. Minorum. Mediolani apud Philippum Chiſulphum 1651. in 16. & Duaci 1667. in 12. Vidi.

Summa Theologica ad inſtàr Summæ D. Thomæ. Romæ ex typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1622. in fol. Ex Catalogo Librorum, qui inveniuntur Genuæ, edito apud Perachon 1726. in 8.

Colloquium peccatoris ad Crucifixum. Hiſpanicè redditum à Fr. Dominico Viota, Minorita. In publicum miſſum fuit Ilerdæ typis Ludovici Maneſcal 1616. in 8. Vidi.

Quæſtiones 27. ſuper Regulam FFr. Minorum. Extant tractat. 2. libri prænotati: *Monumenta Ordin. Minorum*, à fol. 149. juxtà editionem Salmantinam 1511. Legi.

Anthologia ſacra, ſub nomine Sancti Bonaventuræ, prodijt Pariſijs 1658. ac 1685. in 24. Ex Bibliographia Aniſioniana, Lugduni impreſſa 1602. & Genuæ 1626.

Exercitia quædam ſpiritualia, Hiſpanico ſermone excuſa Ilerdæ in officina Ludovici Maneſcal, labore Fr. Dominici Viota, Minoritæ, 1616. in 8. Vidi. Extabant M.S. apud Bibliothecam Conſeidoncanam, teſte Ant. Sandero, part. 2. Biblioth. Belgicæ.

Breviloquium. Pariſijs per Joannem Barbier in Vico S. Jacobi in 8. abſque anno. Et Lugduni 1642. in 16. & in 12. Extat codex membraneus in Biblioth. Hiſpalenſis Eccleſiæ. Vidi. In Biblioth. Cordubenſis Eccleſiæ vidi editionem antiquam. De iſto opuſculo ita habet Gerſon, part. 2. *in ſuo de Librorum delectu*: *Opuſcula duo*, inquit, *tanta ſunt arte compendij divinitùs compoſita, ut ſuprà ipſa nibil Breviloquium noto, & Itinerarium, in quibus proceſſum eſt duabus vijs cognoſcendi Deum. Primus namque horum duorum tractatuum procedit a primo principio quod eſt Deus, uſque ad alias veritates ſub Deo creditas, & habitas.*

Collatio de Contemptu Seculi, opuſculum Hiſpanè redditum à Fr. Dominico Viota, Minorita. Excuſit Ilerdæ Ludovicus Maneſcal 1616. in 8. Vidi.

Pharetra. Anno 1586. extabat in memban. annorum 200. Forma quadrati apud Epiſcopum Tarraconenſem, ipſomet atteſtante, in ſua Biblioth. Hiſpanicè reddita, ligato ſermone à Fr. Matthæo de Nativitate, Diſcalceato, extat M. S. Cum facultatibus, in Salmantino Conventu, vulgò *el Calvario.* Legi. Ibidem extat ejus editio antiqua Pariſijs facta, typis Magiſtri Bertoldi 1518. die 11. Decembris, ſub hoc titulo: *Liber Salutaris B. Bonaventuræ Cardinalis Ordin. Fratrum Minorum, Pharetra vocatus.* Vidi.

De Præparatione ad Miſſam, opuſculum. Hiſpanum fecit memoratus Fr. Dominicus Viota, in publicumque miſsit Ilerdæ Ludovicus Maneſcal 1616. in 8. Vidi.

Pſalterium B. Mariæ Virginis, doctè, & piè propugnatum à Petro Caniſio, Societ. Jeſu, de B. Virgine, lib. 5. cap. 26. contra Placidum Hæreticum, & à Cardinali Belarmino in erudita Apologia pro reſponſione ad librum Jacobi Angliæ Regis. Prodijt Brixiæ 1553. in 16. Matriti 1625. in 16. Ibidem apud Emmanuelem Ruiz 1697. in 32. Hiſpali per Ludovicum Eſtupiñan 1624. ſtudio Fr. Alphonſi Sanchez, Dominicani. Matriti 1628. in 16. labore Fr. Alphonſi Ramon, Mercenarij. Brixiæ 1596. in 16. apud Bibliothecam Marianam Antonij de Piñelo. Etruſco ſermone Genevæ apud Joſephum Pavoni 1606. in 4. induſtria Joannis Baptiſtæ Pinelo. Vidi. Sinenſibus communem fecit Fr. Emmanuel à S. Joanne Evangeliſta, Diſcalceatus, ut conſtat ex Catalogo Religioſorum Minoritarum, qui Sinarum Imperium ingreſsi ſunt, edito Mexici 1700. in 4. Id Pſalterium (à Jodoco Badio Saphicis verſibus deſcriptum) primò impreſſum fuit Pariſijs per Tielmannum Kervel 1521. in 12. prout conſtat ex Epigrammate initio operis conſcripto, exſcriptoque apud Martyrologium Franciſcanum ad diem 14. Julij, §. 12. Extabat M.S. in Biblioth. S. Victoriana Pariſijs, ſub litt. KK. 7. teſte Arturo ibidem, apud quem plura, ac ſcitu digna.

Epiſtola ad eos, qui piè volunt vivere in Chriſto. Hiſpanicè verſa, excuſa fuit Ilerdæ in officina Ludovici Maneſcal 1616. in 8. ſtudio Fr. Dominici Viota, Aragonenſis Provinciæ Regul. Obſerv. alumni. Vidi.

Theologia Myſtica. Hiſpanis communem fecit Fr. Hieronymus Gracian, Carmelita. Matriti ex typographia Regia. Vidi.

Philomena, opuſculum ſuaviſsimum. Verſu Italico explicavit Jacobus de Portu, Regul. Obſervant. Prodijt Venetijs anno 1586. Nupèr autem devotè, atque eruditè multiplici carmine, & proſſa magno volumine id diffuſsiùs expreſsit Joannes Baptiſta Roſſus, Societ. Jeſu, Vir doctus, & pius, Romæ anno 1645. præfixis multis elogijs Sanctiſsimi Doctoris, qui etiam præcipuas Sacræ Theologiæ materias ſecundum Bonaventuræ mentem compoſuit. Caſtellanè traducta carmine, & ſoluta oratione ſtudio Fr. Matthæi à Nativitate, Diſcalceati, extat M.S. Salmanticæ in Biblioth. Conventus *del Calvario.*

Compendium Theologiæ, cujus determinati Authoris nomen, patriam, & ſtatum oſtendere haùd facilè eſt, ſiquidèm miſſa editione Pariſienſi 1549. in 16. abſque Authoris nomine, alij attribuunt Dominicanis Alberto Magno, Hugoni de Argentina, Angelico Præceptori, Ulrico Argentinenſi, Alberto Sfordienſi, Thomæ de Suetonia, Joanni de Liremberg, Petro de Tarantaſia; alij Thomæ Dorimberg Decretorum Doctori; alij Ægidio Romano; alij Minoritis Alexandro de Ales, Rigaldo, & Reginaldo Rothomagenſi. Communitèr autem attribuitur Seraphico N. Doctori, quod latè probat Angelus Roca, Auguſtinianus, tom. 7. ce-

le-

lebtis editionis Romanæ. Sub nomine S. Bonaventuræ extat in Bibliotheca Vaticana, & alius extrà Vaticanum Codex pervetuſtus, qui in ipſo limine à parte ſuperiori primæ paginæ depictum habet S. Bonaventuram docentem è ſuggeſto, & à parte inferiori S. Franciſcum ſtigmata Chriſti ſuſcipientem, ex quo non levè rei comprobandæ accedit adminiculum, & quod magis vrget, diviſus eſt iſte tractatus in libros ſeptem, admodùm *Breviloquij*, & doctrina valdè conformis eſt ijs, quæ Bonaventura ſcripſit in prædicto *Breviloquio*, *in Centiloquio*, *in libris Sententiarum*, ſed verba eadem vtrobiquè leguntur. In Biblioth. Scorialis vidi in 4. membran. pluteo III. K. 33. Prodijt Baſileæ ex officina Magiſtri Jacobi de Pfotrzem 1501. in 4. Extat in Valentino Conventu S. P. N. Franciſci. Prodijt etiam ibidem, eiſdemque typis anno 1509. ſtudio Fr. Franciſci Uviller, Minoritæ, ſub hoc titulo: *Compendium Sacræ Theologiæ Pauperis S. Bonaventuræ Doctoris Seraphici, Sacroſanctæ R. E. Cardinalis, Epiſcopi Albanenſis, ex Ordine Minorum, Theurgicis, Divinique Verbi Concionatoribus accommodatiſſimum.* M. S. ſub nomine S. Bonaventuræ extabat, Sandero teſte, in publica Academia Lovanienſi. Erat quoque ſub titulo: *Summa totius Theologiæ* anno 1586. apud Illuſtriſsimum Tarraconenſem annorum 100. & vltrà forma quadrati, vti ipſemet recenſet in ſua Bibliotheca, Tarracone edita formis Philippi May 1586. in 4.

Officium de Cruce, ſeù de Paſſione Domini, quod in gratiam S. Ludovici Francorum Regis compoſuit, iteratis vicibus editum eſt, à non paucis fidelibus recitatur, & ab Eccleſia approbatum legitur apud Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 14. Julij, §. 9.

Canticum Te Deum, Deiparæ ſemper Virgini adaptatum. Incipit: *Te Matrem Dei laudamus.* Prodijt *cum opuſculo mortis*, ex eodem Seraphico Doctore deprompto ſæpiſsimè impreſſo.

Sanctarum authoritatum, veterum Catholicæ Eccleſiæ Patrum, libr. 4. Coloniæ apud Hæredes Joannis Quendel, & Gervinium Calenium, anno Domini 1559. in 8. Vidi in Conventu Vallisoletano Patrum S. Benedicti.

De Paſſione Domini. Prodijt in Ædibus Aſcenſianis anno 1510. ſub hoc titulo: *Devotiſſimum opus Paſſionis Chriſti a D. Bonaventura editum, omnibus Prædicatoribus, devotiſque Religioſis neceſſarium, nuperrimè impreſſum.* Vidi.

Opuſcula, haùd pauca impreſſa ſunt Argentinæ 1489. & 1495. Venetijs 1504. & 1564. apud Dominicum Nicolinum repurgata juſſu Fr. Franciſci Zamorenſis, Miniſtri Generalis Ordinis duobus tomis in fol. Lugduni 1668. tomis duobus in fol. & Pariſijs 1647. alijſque in locis, dùm ab omnibus cupidè deſiderantur. Hæc vidi ſeorſim impreſſa, & ſanè, vti inquit Haroldus ad annum Chriſti 1260. num. 6. „ abſque excellenti ingenio, ampliſsima „ copia doctrinæ, & peculiari Dei aſsiſ„ tentia non poſſet homo ætate juvenis, „ continuis ferè itineribus, tot negotijs „ regendarum Scholarum, gubernandi „ ſui Ordinis, & inſerviendi Eccleſiæ Dei, „ tercentum, & plura, vt noſtri, alijque „ enumerant, ſcripta volumina reliquiſſe, „ quorum aliqua magnos tomos confi„ ciunt, alia vero opuſcula minora, eaque „ admirabili ferè omnium diſciplinarum „ conjunctione, cùm ſincera, & ſingulari „ pietate, vt proindè admiratus Sanctus „ Thomas in Bonaventuræ operibus re„ rum copiam, illius Bibliothecam, vel „ adverſaria videre vehementèr cupierit. „ Sed Bonaventura nonniſi Imaginem „ Crucifixi poterat illi oſtendere, ſancto, „ doctoque amico humilitèr, & ſincerè „ profeſſus, ſe indè quæ legebat in Sco„ lis, & ſcribebat in libris, exhaurire: vt „ ſanè non immeritò Sixtus Quartus Pon„ tifex in Bulla Canonizationis non ſit ve„ ritus dicere: quod Spiritus Sanctus in „ eo locutus videatur, &c.

Formula aurea de Gradibus virtutum, quibus ad perfectionem vitæ ſpiritualis aſcenditur. Ad opuſculum hoc Fr. Hieronymus Sabanarola, Dominicanus, accuratam expoſitionem rogatu Agameponis Bononienſis adhibuit, Uvadingo teſte.

OPERA

SANCTI BONAVENTURÆ juxtà editionem Vaticanam ſub Sixto V. & Clemente VIII.

EA Seraphici Doctoris opera, & opuſcula à Viris doctiſsimis collecta, nempè à Fr. Conſtantio Cardinali Sarnano Minorita, ab Angelo Roca, ex Ordine Eremitarum D. Auguſtini, & Franciſco Lamata Doctore Theologo, eorumque ſtudio caſtigata ſunt, quæ ſeptem implendis tomis abundarunt. Horum ſetiem juxtà celebrem Editionem Vaticanam cœptam Romæ ſub Sixto V. 1586. finitam verò ſub Clemente VIII. anno 1596. ſecundum Ordinem voluminum hìc exhibeo.

Tomo primo continentur

Principium Sacræ Scripturæ. Oſtendit mihi.
Illuminationes Eccleſiæ. In medio Eccleſiæ.
Expoſitio in Pſalterium. Quiſquis ad.
Expoſitio in Eccleſiaſtem. Beatus Vir.
Expoſitio in Sapientiam. Diligite lumen.
In Lamentationem Jeremiæ. Tempus.

Tomo Secundo.

Expoſitio in cap. 6. Matthæi. Pater noſter.
In Evangelium Lucæ. Spiritus Domini.
In Joannem. Nunquid ad.
Collationes in Joannem. In principio.

Tomo Tertio.

Sermones de Tempore. His autem.
Sermones de Sanctis. Mihi abſit.
Sermones de Communi Sanctorum. Species Cœli.

Tomo Quarto.

In Lib. 1. Magiſtri Sententiarum. Profunda.
In Lib. 2. Magiſtri. Solummodò.

Tomo Quinto.

In Lib. 3. Mag. Sententiarum. Deus, qui dives.
In Lib. 4. Magiſtri. Unguentarius.

Tomo

Tomo Sexto.

De Reductione artium ad Theolog:	Omne datum optimum.
Breviloquium.	Flecto genua.
Centiloquium.	Ecce deſcripſit eam.
Pharetra.	Gregorius in Moralibus.
Declaratio terminorum Theologiæ.	Omnipotens.
Compendioſum principium in Libros Sententiarum.	Gyrum Cœli.
Sententiæ Sententiarum carmine digeſtę.	O fons ſplendoris.
De quatuor Virtutibus Cardinalibus.	De quatuor virtutibus.
De Septem Donis Spiritus Sancti.	Omne datum.
De reſurrectione à peccato ad gratiam.	Paulus Apoſtolus.
De tribus ternarijs peccatorum infamibus.	Tres ſunt ternarij.
Dieta Salutis.	Hæc eſt via, ambulate.
Meditationes Vitæ Chriſti.	Inter alia.
Lignum vitæ.	Chriſto confixus ſum.
De quinque feſtivitatibus Pueri Jeſu.	Cum ſecundum.
Officium de Paſsione Domini.	Domine labia.
Opus contemplationis.	Jeſus ineffabilis.
Laudiſmus de S. Cruce.	Recordare Sanctæ.
Philomena.	Philomena prævia.
De ſeptem verbis Domini in Cruce.	Deus ſalutis.
Speculum B. Mariæ Virg.	Domine labia mea.
Corona B. Mariæ Virg.	Cum jucunditate.
Carmina ſuper Cantic. Salve Regina.	Salve Virgo Virginum.
Laus B. Virginis.	Ave Cœleſte Lilium.
Pſalterium minus B. Mariæ.	Ave Virgo.
Pſalterium B. Mariæ.	Arripe illam.

Tomo Septimo.

Sermones de decem Pręceptis.	Si vis ad vitam.
De Regimine animæ.	Primum omnium.
Formula aurea de gradibus virtutum.	Accedite ad Dominum.
De pugna ſpirituali contra ſeptem vitia capitalia.	Eja nunc milites Chriſti.
Speculum animæ.	Arbor mala.
Confeſsionale.	In Dei tabernaculo.
De Præparatione ad Miſſam.	Ad honores.
De Inſtructione Sacerdotis ad ſe præparandum ad celebrandum.	Ad Miſſam celebrandam.
Expoſitio Miſſæ.	Chriſtus aſsiſtens.
De ſex alijs Seraphim.	Da occaſionem ſapienti.
Collatio de contemptu ſæculi.	Septem ſunt im mundo.
De ſeptem gradibus Contemplationis.	Contemplativorum.
Exercitia quędam ſpiritualia.	Ut in virtutibus.
Faſcicularius.	Scire debes quod.
Soliloquium.	Flecto genua mea.
Itinerarius mentis in Deum.	In principio.
De ſeptem itineribus ęternitatis.	Eum, qui venit.
Incendium amoris.	Evigilans.
Stimulus amoris.	Ad te Domine.
Amatorium.	Præſens Opuſculum.

In

Viginti quinque moralia.	In Chriſto ſuo.
De Eccleſiaſtica Hierarchia:	Inviſibilia Dei.
Legenda S. P. Franciſci.	Apparuit gratia.
Expoſitio in Regulam FFr. Minorum:	Quicumque.
Determinationes quæſtionum circà Regulam B. Franciſci.	Cum inter alios.
Quare Fratres Minores prædicent, & Confeſſiones audiant.	Quia plerique.
Libellus Apologeticus in eos, qui Ordini Fratrum Minorum adverſantur.	Præter hoc, quod.
De tribus Quæſtionibus ad Magiſtrum innominatum Epiſtola.	Innominato Magiſtro.
In Codice vetuſto M. S. invenit Uvadingus noſter Magiſtrum hunc Innominatum fuiſſe Regerum Bachon Anglicum.	
De Paupertate Chriſti.	Quæſtio eſt.
De Sandalijs Apoſtolorum.	Talis Lector.
Apologia pauperum.	Summi Legislatoris.
Epiſtola ad quendam Provincialem Miniſtrum.	In Chriſto ſibi.
Epiſtola ad Miniſtros Provinciales, & Cuſtodes de reformandis Fratribus.	In Chriſto ſibi.
Biblia pauperum.	Tanta pollet excellentia.
Alphabetum Religioſorum.	Vias tuas Domine.
Collationes octo.	Vide anima mea.
Speculum diſciplinæ.	Ad honeſtatem tendentes.
De Profectu Religioſorum.	Collationes meas.
De Inſtitutione Novitiorum.	Primò ſemper.
Regula Novitiorum.	Renovamini.
Remedium defectuum Religioſi.	Simpliciſsimo.
De Perfectione vitæ ad Sorores.	Beatus homo.
Summa de Eſſentia, & inviſibilitate, & immenſitate Dei.	Omnipotens.
De ſex alis Cherubim.	Prima alá eſt.
De modo confitendi, & puritate conſcientiæ.	Quoniam fundamentum.
Myſtica Theologia.	Viæ Sion lugent.
Compendium Theologiæ veritatis.	Veritatis.

Ex his Opuſculum de Inſtructione Sacerdotis extabat M.S. anno 1586. in Codice membraneo annorùm 100. & vltrà, forma minoris quadrati apud laudatam Biblioth. Antiſtitis Tarraconenſis.

Opuſculum inſcriptum : *Præcepta decem* : extabat M. S. apud Biblioth. Conſerdoncanam, teſte Antonio Sandero, part.2. Biblioth. Belgicæ.

Sententiæ Sententiarum carmine digeſtæ: extant M.S. in Codice pergameneo in Biblioth. Hiſpalenſis Eccleſiæ. Vidi.

Opuſcula intitulata : *Flos Florum* ; *Lilium originarium* : *De Pœnis inferni*, & *Gloria Paradiſi*, verè ſpuria, & apocripha ſunt. Genuina ejus Opuſcula ad Tercentum perveniſſe aſſerunt apud Uvadingum, qui novam Opuſculorum Editionem meditabatur, Marianus Florentinus, Octavianus à Martinis Sinueſſanus, Stephanus Brulifer, Firmamentum Trium Ordinum, Petrus Galeſinus, & alij. Fr. Mathias Keul, Minorita, Recollectus, ex omnibus operibus S. Bonaventuræ *Roſetum* collegit : Fr. Bonaventura à Cineribus Regularis Obſervantiæ omnia ejus opera ad brevem contraxit *Epitomem*. De his, ejuſque Interpretibus ſuis locis, ac in Indice Materiarum pertractabo. Nùnc autem, ex Antonio Poſſevino, Angelo Rocca, ac Uvadingo Indicem Alphabeticum omnium Operum Seraphici Doctoris hìc adjicio, juxtà Editionem Vaticanam.

INDEX

INDEX ALPHABETICUS OMNIUM OPERUM S. BONAVENTURÆ.

A

ALphabetum boni Monachi. Tom. 1. part. 4.
Amatorium. Tom. 7. part. 3.
Amoris Incendium. Tom. 7. part. 3.
Animæ regimen. Tom. 7. part. 3.
Appendix. Tom. 7. part. 4.
Apologia Evangelicæ paupertatis. Tom. 7. part. 4.
Apologeticus in eos, qui Ordini Minorum adverſantur. Tom. 7. part. 4.

B

Breviloquij Proœmium. Tom. 7. part. 1.
Breviloquij, pars 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. Tom. 6. part. 1.

C

Cardinales virtutes. Tom. 6. part. 1.
Centiloquij, pars 1. 2. 3. & 4. Tom. 6. part. 1.
Collationes in Joannem. Tom. 2.
Collationes Monaſticę. Tom. 7. part. 4.
Compaſsio B. Mariæ Virg. Tom. 7. part. 2.
Compendium Theologicæ veritatis in Appendice. Tom. 7. part. 4.
Contemplationis gradus. Tom. 6. part. 2.
Confeſsionale. Tom. 7. part. 3.
Confitendi peccata ratio. Tom. 7. part. 3.
Corona B. Mariæ Virg. Tom. 7. part. 2.
Cherubim ſex alæ. Tom. 7. part. 3.
Chriſti Jeſu feſtivitates. Tom. 7. part. 2.
Chriſti paupertas. Tom. 7. part. 4.
Chriſtus, & Apoſtoli nudis pedibus inceſſerunt. Tom. 7. part. 4.
Chriſtianę vitæ inſtitutio. Tom. 7. part. 3.

D

Dei Eſſentia, invisibilitas, & immenſitas. Tom. 7. part. 4.
Dieta ſalutis. Tom. 6. part. 7.
Dona ſeptem Spiritus Sancti. Tom. 0. part. 1.

E

Eccleſiæ illuminationes, ſeù expoſitio in Hexamerom. Tom. 1.
Eccleſiaſtica Hierarchia. Tom. 6. part. 1.
Eccleſiaſtes expoſitio. Tom. 1.
Exercitiorum ſpiritualium Libellus. Tom. 7. part. 3.

F

Faſcicularius. Tom. 7. part. 3.
Feſtivitates Chriſti Jeſu. Tom. 7. part. 2.

H

Hierarchia Eccleſiaſtica. Tom. 6. part. 1.

I

Jeremiæ Lamentationum expoſitio. Tom. 1.
Illuminationes Eccleſiæ. Tom. 1.
Inſtitutio vitę Chriſtianę. Tom. 7. part. 3.
Joann. Evang. expoſitio poſtillaris. Tom. 2.
Itinera æternitatis. Tom. 7. part. 3.
Itinerarium mentis in Deum. Tom. 7. part. 2.

L

Laudiſmus de S. Cruce. Tom. 6. part. 2.
Lamentationum Jeremiæ expoſitio. Tom. 1.
Lignum vitæ. Tom. 6. part. 2.
Lucæ Evangelij expoſitio. Tom. 2.

M

Matthęi cap. 6. expoſitio. Tom. 2.
Meditationes vitæ Chriſti. Tom. 6. part. 2.
Meditationum libellus. Tom. 6. part. 2.
Memorialia viginti. Tom. 7. part. 3.
Mentis reformatio. Tom. 7. part. 4.
Minores Fratres cur prædicent, & confeſſiones audiant. Tom. 7. part. 4.
Miſſæ expoſitio. Tom. 7. part. 3.

N

Novitiorum formula, & regulæ. Tom. 7. part. 4.

O

Officium de Paſsione Domini. Tom. 6. part. 2.
Opuſculum de 4. Virtutibus Cardinalibus. Tom. 6. part. 1.
Opuſculum de ſeptem Donis Spiritus Sancti. Tom. 6. part. 1.
Opuſculum de Reſurrectione à peccato ad gratiam. Tom. 6. part. 1.
Opuſculum de tribus ternarijs peccatorum. Tom. 6. part. 1.
Opuſculum quod Dieta ſalutis inſcribitur. Tom. 6. part. 1.

P

Peccatorum tria ternaria. Tom. 6. part. 1.
Poſtillaris expoſitio in Evangelium Joannis. Tom. 2.
Præparatio Sacerdotis ad Miſſam. Tom. 7. part. 4.
Præcepta decem Dominica. Tom. 7. part. 3.
Principium compendioſum ad libros Sententiarum. Tom. 6. part. 1.
Prologi Magiſtri Sententiarum expoſitio. Tom. 4.
Pſalterij expoſitio. Tom. 1.
Pſalterium B. Mariæ Virg. Tom. 6.
Alterum ibidem. Part. 2.
Pharetræ liber primus de perſonarum varietate. Lib. 2. de virtutum, & vitiorum multiplicitate. Lib. 3. in quo de periculoſis agitur. Lib. 4. in quo de gratioſis agitur. Tom. 6. part. 1.
Philomena Paſsionis Domini aptata per ſeptem Horas Canonicas. Tom. 6, part. 2.

Q

Quæſtiones in 1. & 2. lib. Sententiarum. Tom. 4.
Quæſtiones in 3. & 4. librum Sententiar. cum Indice in 4. libros. Tom. 5.
De Quæſtionibus non frequentandis. Tom. 7. part. 4.

R

Reductio Artium ad Theologiam. Tom. 6. part. 1.
Regula Franciſcanæ defenſio. Tom. 7. part. 4.
Regulæ Minorum expoſitio. Tom. 7. part. 4.
Religionis proceſſus. Tom. 7. part. 4.
Religioſorum ſtatus triplex. Tom. 7. part. 4.
Reſurrectio de peccato ad gratiam. Tom. 6. part. 1.

S

Salve Regina expoſitio. Tom. 6. part. 2.
Salutationis Angelicæ expoſitio. Tom. 6. part. 2.
Sapientiæ expoſitio. Tom. 1.
Sæculi contemptus. Tom. 7. part. 4.
Sententiarum lib. 1. & 2. Tom. 4. Tom. 5. *cum Indice eorundem.*
Sententiæ Sententiarum quatuor libri carmine digeſti. Tom. 6. part. 1.
Seraphim alæ. Tom. 7. part. 3.
Sermones de Tempore. Tom. 3.
Sermones de Sanctis. Tom. 3.
Soliloquium. Tom. 6. part. 2.
Speculum diſciplinæ. Tom. 7. part. 4.
Speculum de laudibus B. Mariæ Virg. Tom. 6. part. 2.
Speculum animæ. Tom. 7. part. 3.
Stimulus amoris. Tom. 7. part. 3.

T

Ternaria tria peccatorum. Tom. 6. part. 1.
Theologia Myſtica. Tom. 7. part. 4. *In Appendice.*
Theologiæ terminorum declaratio. Tom. 7. part. 1.

V

Verba Domini in Cruce. Tom. 6. part. 2.
Vita lignum. Tom. 6. part. 2.
Vitæ Chriſtianæ inſtitutio. Tom. 7. part. 3.
Vitæ perfectio ad ſorores. Tom. 7. part. 4.
Virtutum gradus. Tom. 1. part. 3.
Virtutes Cardinales. Tom. 6. part. 1.

Tot, tantaque alia volumina ſcripſit Seraphicus Doctor, ut humana vix vita tantis ſuffectura laboribus videatur. Sed qui Deo ſtudent, nihil non proclivè ſentiunt, nihil fruſtrà conantur, nihil non ex voto conſequuntur. Etſi verò Viri doctiſſimi omnem poſuerint operam in ſolertèr indagandis, & colligendis Sancti Viri operibus; attamen aliqua omnem illorum ſubfugerunt diligentiam. Aſtipuletur Uvadingus noſter, qui ex Vaticana Bibliotheca

ea ; magnique Conventus Aſsiſiatis pleraque accepit. Nonnulla alia, luſtratis præcipuis Bibliothecis Hiſpaniæ, ad manus meas devenere. Cuncta hæc in Catalogum redigens, conſultis etiam gravibus Authoribus domeſticis, ac extraneis, hic ſubjicere opere pretium duxi. Utinàm pro bono publico, quam primùm prodeant.

OPERA INEDITA SANCTI BONAVENTURÆ, Epiſcopi Cardinalis.

Summa Grammaticæ ſpeculativę. Incipit : *Quæritur utrùm concluſio.* Ex Uvadingo.

Tractatus Logicæ de ſignis univerſalibus in quatuor partes diſtributus. Incipit : Circa ſigna vniverſalia. Ex eodem.

Quæſtiones ſuper libros de Generatione. Incipit : Quæritur an ſcientia. Ex eodem.

Quæſtiones ſuper 4. libros Topicorum. Incipit : Omne quod aperitur. Ex eodem.

Quæſtiones ſuper libros Metheorum. Incipit : Quæritur vtrùm ſcientia. Ex eod. pag. *69.*

Epiſtolæ aliquot. Extant apud Rodulphum Epiſtolæ tres. Prima ad Michaelem Imperatorem Græcorum. Secunda ad ſuam Sororem. Tertia ad Sororem S. Claræ.

Poſtilla in Cantica Canticorum. Uvadingus ex Illuſtriſsimo Toſignjano. Idem aſſerit Fr. Joannes Mathuſius in ſua Epiſtola præfixa Commentarijs in Lucam (juxtà editionem Antuerpienſem ſuperiùs datam) ad Fr. Mathiam Uvoſſem Provincialem Miniſtrum inferioris Germaniæ his verbis: *Scio ubi Cantica Canticorum.*

Metrum in eadem Cantica. Opus fortè indiſtinctum à *Compendio metrico Scholaſtico vtriuſque Teſtamenti verſibus Dimetris Jambicis*, libera, ſolutaque ſyllabarum lege, cujus initium apud Sixtum Senenſem : *Mundus fit in principio.*

Tractatus ſuper illa verba Pſalmi 45. *Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus.* Incipit : Sicut inter omnia. Ex Uvadingo.

Tractatus in cap. 5. Ezechielis. Incipit: Cum eſſem in medio. Ex eodem.

In cap. 10. *ejuſdem.* Incipit : Ingredere in medio. Ex eodem.

In cap. 4. Apocalypſis. Quatuor animalia. Ex eodem.

In cap. 5. ejuſdem. Vidi in dextera ſedentis. Ex eodem.

In univerſam Apocalypſim Commentaria. Præmittitur huic libro. Ex eodem. Idem aſſerit Toſignianus.

Opuſculum doctiſsimum dictum : *Verbum abbreviatum*, in quo per multa capita omnes commendat virtutes, & vitia docet fugienda.

Opuſculum de Corpore, & Sanguine Chriſti. Incipit : Ad honorem glorioſæ. Ex Uvadingo, Mariano, & Trithemio.

In Evangelia, & Epiſtolas totius anni, teſte Rodulpho, qui ſubdit, opus hoc accepiſſe à Laurentio Campegio Feltrienſium Epiſcopo.

In duodecim Prophetas Minores. Ita laudatus Mathuſius in eadem Epiſtola hiſce verbis : *Penès te R. P. habuiſti in* 12. *Prophetas Minores, ut nobis frequens retuliſti.*

In Librum Job. Ex eodem ibidem dicente : *Habeo & Job.*

In Matthæum, & Marcum, vti narrat idem Mathuſius ibidem. *Sunt*, inquit, *qui & in Marcum, & in Matthæum viderunt.*

In Epiſtolas Canonicas. Ex eodem ibidem dicente : *Scripſit inſupèr, & in omnes Epiſtolas Canonicas, quod & ipſe penès me habeo.*

In Epiſtolas Divi Pauli. Teſtatur idem Mathuſius in laudata Epiſtola ſequentibus verbis: *Penès me habeo Commentarios illius in omnes Epiſtolas D. Pauli Apoſtoli, opus inſigne, elegans, divino afflatu, ac ſpiritu valdè fœcundum.* Idem aſſerit Ptolæmeus Lucenſis apud Uvadingum.

Officium Sancti Franciſci.

Libellum majoris introductorij.

De partibus domus Religioſæ Dialogum.

Librum de Conſideratione.

De Diviſione rerum univerſi. Hæc ex Toſigniano. In Bibliotheca Trajectina ad Rhenum, Sandero teſte, part. 2. ſuæ Belgicæ Bibliothecæ, aſſervatur : *Dialogus Bonaventuræ de Creatione Mundi, & ejus redemptione.*

Fons vitæ, opuſculum ita inſcriptum in eadem Bibliotheca repoſitum.

Epiſtola declarantes Regulam Auguſtini.

tini. M. S. in eadem Bibliotheca. Ex eodem.

Curſum de Compaſsione Virginis. Incipit: Labia mea. Ex Mariano Florentino.

De viginti paſsibus bonorum Religioſorum. Incipit: Si vis in ſpiritu proficere. Ex eodem.

Remedium defectuum Religioſi. Incipit: Simplicisſimè. Ex eodem.

Libellum, qui vocatur: *Parvum bonum.* Incipit: Evigilans verò anima. Ex eodem.

De Reformatione mentis. Vidi in 8. membran. in Biblioth. Scorialis pluteo 4. die 9. Extat hujus Opuſculi mentio apud Paleſtram litterariam P. Didaci de Quadros, lib. *6.* cap. 16. dicentis: *In Opuſcu-* ,, *lis* D. Bonaventuræ vix niſi ſub alio titu- ,, lo reperitur in Editione Romana, anno ,, *1596.* Opuſculum de Reformatione ,, mentis, & in eo multa variata, nonnulla ,, dempta, præſertim in fine ex his, quæ ,, alibi reperiuntur *expuncta.*

De Ortu Scientiarum. Extat, Uvadingo teſte, in Bibliotheca Florentina PP. Conventualium. Conſtat, demùm, tantùm Doctorem ſua manu deſcripſiſſe duo Bibliorum Sacrorum exemplaria, quorum vnum Balneoregij in Cœnobio FFr. Minorum extare dicitur; alterum verò in Bibliotheca Barrhomejana. Pro ſciolis, criticiſvè, qui temerè alia negant, propia minimè ſcribentes, judicium conſule Uvadingi noſtri in ſuo de Scriptoribus à pag. 73.

Ad Cœlos migravit N. Doctor Seraphicus, anno 1274. in Lugdunenſi Concilio, *cujus mortem omnes doluerunt, omnes communem jacturam deplorarunt*, om- ,, nes illius funus lachrymis, & laudibus ,, ornarunt; ſed vnus præter cæteros Viri ,, ſanctiſsimi vitam integerrimè actam, ,, mores probatiſsimos, labores permul- ,, tos pro Eccleſia ſuſceptos; doctri- ,, nam in illo ipſo Concilio ſpectatam in- ,, ſigni laudatione veriſsimè celebravit. Is ,, fuit piæ memoriæ Petrus Cardinalis à ,, Tarantaſia, vir eruditione, & Chriſtia- ,, na eloquentia præſtans, qui poſteà ad ,, Pontificatus faſtigium evectus, Inno- ,, centius Papa Quintus eſt appellatus. Ip- ,, ſe verò Summus Pontifex Gregorius ,, Decimus ex intimi animi ſenſibus amiſ- ,, ſum Fratrem, Adjutorem, & Conſilia- ,, rium fideliſsimum dolens, palàm gravi- ,, bus verbis teſtificatus eſt, Catholicam ,, Eccleſiam, quæ ex tanti Viri pietate, ,, & doctrina fructus vberrimos accepe- ,, rat, magnam illius morte jacturam fe- ,, ciſſe. Sed verè, à Spiritu Sancto dictum ,, eſt: In memoria æterna erit juſtus: nàm ,, qui in vita illuſtris fuerat, multò, poſt ,, mortem factus eſt illuſtrior, Deo, qui ,, admirabilis, & glorioſus eſt in Sanctis ,, ſuis, ſignis compluribus, ac prodigijs, & ,, miraculis maximè inſignibus Servi ſui ,, ſanctitatem comprobante. Hactenùs Sixtus V. dudum præcitatus. Vitam tanti Doctoris ſcripſerunt Theodorus Menſinck, tom. 1. inſcripto: *Lingua Seraphica:* Illuſtriſsimus Fr. Damianus Cornejo in Chronicis Hiſpanicis, tom. 2. Uvadingus, tom. 1. & 2. Annalium, alijque plures apud Fortunatum, & Arturum ad diem 14. Julij.

Ejus Seraphicam doctrinam commendant S. Antoninus, Joannes Gerſon, Trithemius, Raynerius, alij quoque apud Continuatores Bollandi in 14. Julij. Ad ejus perpulchram Effigiem Theodorus Menſinck Miſsionis Belgicæ Presbyter Sæcularis tomo primo Concionum ipſiuſmet Seraphici Doctoris, quas ſub titulo *Lingua Seraphica* publici juris fecit, carmina hæc ſubdit.

Quid Bonaventura eſt? Lucens, ardenſque lucerna
Ardet amore Dei, lucet amore tui.
Hinc ardere cupis, ſimùl & lucere? Medullas
Corporis inflammet concio ſcripta Patris.

S. BERNARDINUS SENENSIS dictus à longo incolatu apud Senas, ſed in Civitate Maſſana in Etruria bonis progenitus parentibus, nobili, & claro genere ortus, deſpectis fortunæ ludibrijs, Minorum Religioni ſe mancipavit, in qua, Familia Regul. Obſervantiæ, ſi non exordium, ſaltèm incrementum debet, & ſtabilitatem.

Non eſt hujus loci ſingulas ſuas divinas, & ferè innumerabiles recenſere virtutes; *nàm* (vt verbis vtar Nicolai V. Pontificis Maximi in Bulla ſuæ Canonizationis) *tanta Omnipotentis Dei* atteſtatione mu-

„ munitur; vt magna laude non egeat.
„ Tanta etenim in Sanctitatis ſuæ teſtimo-
„ nium coruſcarunt miracula, vt etiam ſi
„ qui ſint Miniſtri Satanæ, qui ejus cupe-
„ rent detrahere ſanctitati, tantis viſis
„ ſignis, atque portentis, penitùs emu-
„ teſcant, & qui beneficia Dei tempori
„ noſtro exhibita, recognoſcunt, agant
„ vberes gratias tantæ ſanctitatis Autho-
„ ri, videntes in hoc glorioſiſsimo Viro
„ renovari, quod de Unigenito Dei Filio
„ dictum eſt: Venient ad te, qui detra-
„ hebant tibi, & adorabunt veſtigia pe-
„ dum tuorum. Miniſtravit Vir iſte Sanc-
„ tiſsimus Chriſto, & ſecutus eſt Chriſ-
„ tum. Miniſtravit Chriſto cum ſe laqueis
„ ſæculi exuens, & deponens veterem
„ hominem cum actibus ſuis, & induens
„ novum, qui ſecundum Deum creatus
„ eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis, ju-
„ gum leve ſanctæ Religionis amplexus
„ eſt. Miniſtravit Chriſto cum Sancta Re-
„ ligione proficiens, dietim majora vir-
„ tutum divinarum augmenta capiebat,
„ præcipuè humilitatis Chriſti imitator
„ effectus, pauper ſpiritu, & dives gra-
„ tia. Miniſtravit Chriſto, cum multis
„ exemplo vitæ ad ſalutem profecit æter-
„ nam. Miniſtravit Chriſto, cum mem-
„ bris Chriſti, hoc eſt, fidelibus Chriſti
„ pabulum doctrinæ cœleſtis indeſinentèr
„ exhibuit, plurimas Deo lucrifaciens ani-
„ mas, quas à diaboli, & ſæculi laqueis
„ exuebat. Miniſtravit Chriſto, cum per
„ Civitates, Provinciaſque ſeminans Ver-
„ bum Dei, populorum catervas, anti-
„ quis odijs diſsidentes, omni cordium
„ rancore depoſito, in charitatem mu-
„ tuam revocabat. Miniſtravit Chriſto,
„ cum in pluribus locis mores in laſciviam
„ vergentes, & diutiùs antiquatos, Ver-
„ bi Divini prædicatione dimovit, exhor-
„ tans, tàm viros, quàm mulieres, ſer-
„ vare pudicitiam, reliquoſque laudabi-
„ les mores, ſine quibus nemo verè po-
„ teſt eſſe Chriſtianus. Miniſtravit Chriſ-
„ to, cum nominis ſui per omnem Ita-
„ liam celebritate ingente in eadem,
„ quam primò aſſumpſerat humilitate,
„ permanſit. Miniſtravit Chriſto, cum
„ Verbum Dei indeſeſſe prædicare non
„ deſtitit. Miniſtravit Chriſto, cum ſe
„ vocante ad æternam requiem, nec mo-
„ ri timuit, nec vivere recuſavit. In Sa-
cra igitur Theologia, & vtriuſque juris prudentia non vulgaritèr verſatus, ea ſcripſit, quæ Lugduni prodierunt anno 1501. deindeque recognita per Petrum Rodulphum Minoritam; & Epiſcopum Senogallienſem, excuſa ſunt Venetijs apud Junctas, 1591. tomis 4. in fol. parvo, quorum Catalogus hìc eſt.

In Tomo 1.

Quadrageſsimale de Chriſtiana Religione: Nunc manent Fides, Spes, &c. Sermones ſunt ſexaginta ſex: in quibus vberrimi de Reſtitutionibus, & de Paſsione Domini tractatus.

Tom. 2.

Quadrageſsimale de Evangelio æterno; vbi copioſiſsimus de Uſuris, eorumque contractibus tractatus: *Non enim veni ſolvere legem, &c.* Sermones ſunt ſexaginta ſex.

Tom. 3.

Sermones: Opus in quo præter alia de Spiritu Sancto, de B. Virgine, de octo Beatitudinibus, deque obedientia Evangelica tractatus: *Ignis à facie ejus exarſit, &c.*

Quadrageſsimale aliud: *Dixit Jeſus Diſcipulis ſuis.* Et ſunt Sermones breves quadraginta quinque.

Tom. 4.

Quadrageſsimale Seraphim: *Deus Patrum meorum, &c.* Ita vocatur, quia in omnibus ſermonibus, de amore Dei agit, & ſunt quadraginta novem.

Sermones Extraordinarij: *Et vidi, & ecce Agnus*: & ſunt viginti quinque.

Cenſuram proferens laudati Quadrageſsimalis *Seraphim* dicti, Fr. Joannes de la Haye (qui opera ejuſdem Sancti recenſuit, Poſtillis illuſtravit, ac in publicum miſsit 5. tom. in fol. impreſsis Pariſijs, *1636.* & Lugduni formis Huguetan, & Ravaud, *1650.*) minimè tribuendum eſſe S. Bernardino judicat, nam illius phraſim non ſapit, nec gravitatem, nec eruditionem, ſubdens idem ferè tenendum eſſe de Quadrageſsimali, cujus titulus eſt: *Quadrageſsimale de pugna ſpirituali.* Juxtà editionem igitur factam à noſtro Haye habemus ex S. Bernardini pennu, tom. 1.

Quadrageſsimale de Religione Chriſtiana. Continet LXI. Conciones. Tom. 2.

Quadrageſimale de Evangelio æterno. Concionibus LXV.I. Tom. 3.

Adventuale de Chriſtiana vita, & octo Beatitudinibus.

Adventuale de inſpirationibus.

Quadrageſimale nuncupatum Seraphim. Conciones iſtas ex ſuggeſtu habuit; ſed ab eo concionante, nec fidelitèr acceptas, nec deindè eruditè latinitati donatas, tenendum eſt.

Sermones extraordinarios. XXV.

Tractatus de Confeſsione.

Tractatus de ſpeculo peccatorum. Hujus operis extat antiqua editio in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ. Vidi.

Tractatus de Præceptis Regulæ Minorum

Tractatus de Præceptis Religioſi.

Epiſtolam ad PP. Familiæ Ultramontanæ.

Tractatus de aſpirationibus quotidianis ad Deum.

Dialogum de Obedientia. Tom. 4.

Sermones eximios de Chriſto Domino.

Sermones de Spiritu Sancto.

Sermones de Feſtivitatibus Sanctiſsimæ, ac Immaculatæ Virg. Mariæ.

Conciones de Tempore.

Sermones de Sanctis. Tomo autem 5.

In Apocalypſim B. Joannis. Hactenùs Fr. Joannes de la Haye. *Confeſsionale*, quod habetur M. S. in Biblioth. Vaticana, Uvadingo teſte, vidi M. S. idiomate Italico in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ. Eſt opus in 4. cujus initium: *Chiama de Sancta Scriptura.* Extant paritèr in eadem Bibliotheca *Sermones varij ſpirituales* Italicè ſub Themate: *Renovamini in novitate ſenſus.* Item Latinè opus in 8. ſub titulo: *Salutationes ad B. Virginem cum devotis Meditationibus de ſingulis Chriſti geſtis, ac ejus myſterijs.* Prima verba: *Ave Maria gratia plena, prophetijs prædicta, ſignis præmonſtrata.* *Opus de Feſtivitatibus Virginis glorioſæ.* Excuſum fuit Nurimbergæ apud Fredericum Treuſver, 1593. in 4. Vidi. Scripſit inſupèr ſermone patrio.

Sermonem diffuſſum ſuper illud Pauli: Probet autem ſe ipſum homo. Incipit: Ne la piſtola. Vidi in Bibl. Hiſpalenſis Eccleſiæ.

Contemplationem quandam, Italicè. Incipit: O bon. Eſt opus in 4. Ibidem repoſitum. Vidi.

De Sacrificio Abrahæ, tract. Laudatum à Crovveo, pag. 82. ſui Elenchi in Sacr. Script. Londini editi anno 1672.

Devotum Officium Dulciſsimi Nominis Jeſu. Ex Uvadingo.

De Religione, & vilitatibus ejus. Habetur M.S. in Biblioth. Valentina.

De Regimine Principum. Ibid. teſte Uvadingo.

De Conceptione B. Mariæ Virg. ſemèl, atque iterùm typis mandatum à noſtro Alva. Obijt anno 1444. & in SS. numerum relatus, ſumptuoſiſsimùm habet Templum Aquilæ, ac pretioſum Tabernaculum marmoreum, quod Arcam argenteam ambit cum ejus Sacro Corpore. In Quadro ſupra feneſtram inciſa ſunt iſta: *D. Bernardinus Senenſis diem ſuum Aquilæ obivit 12. Kalendas Junias, anno M. CCCCXLIV. Eugenio Pont. Max. regn. cujus Corpus in Ædibus Div. Franc. ſepultum fuit: indè à Nicolao V. Pont. Max. Romæ 8. Kal. Jun. anno 1450. in numerum SS. adſcriptus, quo anno erat magnus Jubileus, & ejuſdem Nicolai Pont. juſſu Templum dicatum 10. Kal. Octob. anno M. CCCCLI. Tranſlatum Templum juſſu Sixti IV. Pont. Max. 17. Kal. Jun. anno M. CCCCLXXII. quo die celebratum etiam fuit Capitulum Generale FFr. Min. de Obſerv. in eod. Templo.* Ibidem legitur:

Si tua Sancte Pater venerantur numina terræ
Si te hominum votis nùm vocat omne genus,
Hoc tua magnarum faciunt miracula rerum
Auxilia, hoc ægris tradita ſupplicibus
Numine quot vitam dederis mortalibus olìm
Votiva in Templis indicat effigies,
Salvaſti innumeras gentes, terraque, marique,
Impleta eſt meritis quælibet ora tuis
Hinc populi, hinc Urbes, hinc Mundus, deniquè numen

Implorat ſupplex auxiliare tuum:
At tu ne votis, precibus ne defice noſtris,
Affer opem terris, auxiliumque pijs.

Inciſum extat hujuſmodi Elogium in Baſi dextera prioris faciei memorati Tabernaculi.

S. BRIGITTA Vidua, Sueca, Regio ſanguine clara, de noſtro Seraphico Inſtituto benemerita, immò (vt pluribus placet) Tertij Ordinis Franciſcani alumna, fundato ejus nomine Ordine, in quo & ipſa profeſsionem emiſsit, luſtratione, ac veneratione Terræ Sanctæ, Liminum Apoſtolorum Petri, & Pauli, aliorumque ſacrorum locorum, vitæ ſanctitate, miraculorum gloria, ac Cœleſtium rerum revelationibus illuſtris; Romam reverſa migravit ad Dominum anno 1373. die 23. Julij, & vt Seraphici B. P. N. Franciſci filia, voluit, juſsitque, vt corpus ſuum in Eccleſia Monaſterij D. Claræ S. Laurentij *Paniſpernæ* humaretur. Et ſanè, controverſiam de obitu ejus, intrà ne, an extrà laudatum Cœnobium S. Claræ, abſtulit Romanus Pontifex Bonifacius Nonus in Bulla Canonizationis, illis verbis: *Cupientes igitur, vt Eccleſia Monaſterij S. Laurentij in Paniſperna de Urbe Ordinis S. Claræ, in quo B. Birgitta aliquibus diebus, dùm vitam ageret in humanis devotè permanſit, ac debitum naturę perſolvit, & cujus corpus ſepultum extitit, & in quo poſtmodùm plurimis miraculis claruit.* Extant S. Birgittæ.

Libri VIII. Revelationum, in fol. excuſſi anno 1492. & Romæ 1606. & Antuerpiæ 1612. apud Joannem Kerbergium, *cum Additionibus, & Illuſtrationibus.* Fuiſſe Tertij Ordinis alumnam, teſtantur cum Arturo ad diem Julij *in Martyrolog. Franciſcano*, Fr. Antonius Arbiol in ſuo *de Tertiarijs*, parte 2. cap. 29. pag. 217. Fr. Joannes Laſſo de la Vega *in Compendio Tertij Ordinis*, pag. 59. Fr. Dominicus à Solitudine in ſuo *Sole Seraphico*, pag. 148. Bordonius in Chronologio, & in Bullario Tertij Ordinis, Chronica Prov. Portugalliæ ad primam partem, alijque non pauci apud ipſos allegati; quamvis ego contentiones exoſus firmiorem de hoc deciſsionem ab alijs expecto, excipiens Gubernatis tomo 2. pag. 940.

B. BERNARDINUS DE FELTRIA, Tomitanus dictus, ex leviſsima corporis ſtatura cognomento *parvus*, Vicarius generalis Ultramontanus deſignatus, Apoſtolicus Concionator, Sixto IV. & Innocentio VIII. chariſsimus, qui ejus opera in rebus graviſsimis ſæpiſsimè vſi ſunt, multas Civitates Italiæ prædicando, & benefaciendo diſcurrens, Sanctiſsimæ Euchariſtiæ, Dulciſsimi Nominis Jeſu, Immaculatæ Conceptionis Virginis, ac S. Joſeph cultum promovit, Montes Pietatis Aſsiſij, Parmæ, Lucæ, Placentiæ, ac Mantuæ firmavit, & vbique deſideratus, Hæbreorum flagellum factus, eos perſequitur, Aſtrologoſque Judiciarios. Eccleſiaſticis dignitatibus humilitati poſpoſitis, virtutibus, & meritis plenus, ſpiritu Prophetiæ decorus, ac miraculis clarus, prænunciato ſuæ mortis die ad Cœlos migravit, anno 1494. die 28. Septembris. Ejus feſtum colitur quotannis die 28. Septembris in Civitatibus Feltrenſi, & Papienſi, ac in tota Religione Seraphica ex Decreto Benedicti XIII. Pontif. Max. Sunt igitur Tomitani (ab illo Tomitano diſtincti, cujus Commentarius in Matthæum in Romano Indice proſcriptus eſt, & cujus opera recenſet Hieronymus Chilini in Theatro Italico Hominum litterat. pag. 63.) ingenij, & pietatis monumenta Italico idiomate:

Tractatus de modo confitendi. Brixiæ apud Ludovicum Britannicum, anno 1542. in 12.

Conciones de Perfectione vitę Chriſtianæ, & quidem eruditæ. Prodierunt Venetijs 1532. in 8.

De expugnatione Paradiſi. Venetijs per Bartholomæum Imperatorem, 1554. in 8. Vidi. De ejus inſigni Doctrina, & mira dicendi eloquentia Leonicus Venetus Vates egregius nonnulla cecinit apud Uvadingum hic, & Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 28. Septembris. Inſupèr, vt ex ejus vita à Fr. Bernardino de Chiaſteggio deſcripta, Matriti narravi in Panegyri de ejus laudibus, ibidemque impreſſa anno 1729. in 4. Italis communem fecit

Tractatum de Virginitate à D. Baſilio editum. Paritèr Italicas fecit

Epiſtolas Maximi Doctoris. Demùm, cum ſuper hæc verba: *Attende tibi*, per integram Quadrageſsimam Vicentiæ prædicaſſet, quidam Lector Peruſinus è Græco Italicum fecit tractatum S. Baſilij ſuper illud: *Attende tibi*, & noſtro Bernardino „ dicavit, his verbis: Ex materia tuarum „ Concionum, Religioſe Pater à Sancto „ Baſilio jam olim tradita, & à me nunc „ tuis Sermonibus excitata, accipe mu„ nuſculum à me exiguum, ab Authore „ pretioſum. Ita teſtatur laudatus Chiaſteggio, fol. 79. Ejus pretioſum Corpus ab omni corruptione immune in Ticinenſi Conventu Minorum Reformatorum colitur magna veneratione in Theca argentea prêrij magni, concinnata, pietate, Religione ſingulari, ac ſumptibus Emmanuelis de Moura, Curiæ Regalis Ex-Oratoris Romani, & Cæſarei, ac prudentiſsimi Belgarum Gubernatoris.

De ipſo pluribus Arturus prœcitatus. Ad calcem Vitæ B. Bernardini Ticini editæ 1651. in 8. extat Epitaphium in ejus laudem poſitum à Joanne Ferrario, quod hic ſubjicio:

Olim tàm benè locutus
Hìc modo tacet
BERNARDINUS TOMITANUS:
Feltriæ natum
Adhùc diceres Ticinenſem:
Non decennio quippè contentus,
Centum ſuprà quinquaginta ſex annos
Hìc integer commoratur:
Et ſanè
Integrum adeò ſervantis animum,
Integrum etiam ſervari Corpus
Par erat.
Hujus fænorum hoſtis funera
Flevit Eccleſia, riſit Synagoga;
Ubi enim Pius
Hebraicas impietates deſtruxit,
Non minùs damnatorum hominum,
Quam Spirituum ſeverus Perſecutor,
Illos ex Urbibus,
Hoſce ex obſeſsis corporibus
Perſæpè fugavit.
Procùl hìnc
Fallaces divinandi artes;
Docente Divino Spiritu,
In Crucifixi libro

Di-

Didicit Bernardinus futura
Prædicere.
Animorum cæcitates
Qui pati non poterat,
Plures nec potuit oculorum.
Minorum Fratrum maximus
Minimus voluit appellari.
Oneris, quàm honoris patientior;
Qua
Concionibus animos ad pœnitentiam,
Qua
Præcibus ægros ad ſalutem,
Qua
Miraculis cadavera ad vitam
Revocavit.
Aſsiduos poſt L V. annorum labores
IV. Kal. Octobris M.CCCC. LXXXXIV.
Quievit.
At fallor: non quievit,
Qui quotidiè
Fidelium precibus motus
Deum movet.

BALDUINUS DE BRUNSUVICK, Minorita, Germanus, paravit, non autem edidit:

Hiſtoriam Provinciæ Saxoniæ, qua iteratò vtitur Uvadingus, tom. I. Annalium, & Arturus ad diem 7. Novembris, §.2. in Martyrologio Franciſcano.

BALDUINUS JUNIUS, natione Belga, Patria Dordracenſis, Patritia familia natus, Theologus, Eccleſiaſtes inſignis, olim Juſti Lipſij Diſcipulus, ac Contubernalis, demùmque ſuæ Provinciæ Regul. Obſerv. Diffinitor, Vir pietate, ac virtute præeminens, multa, ac pereruditа ſcripſit. Extant:

Demonſtrationes Fidei Orthodoxæ ex operibus Roberti Bellarmini deprompta, tribus partibus. Antuerp. typis Nutij 1612. in 4.

Manuale Theologicum de præcipuis totius Theologiæ fundamentis. Coloniæ apud Bernardum Gualterium anno 1614. in 4. & Majencæ 1615.

Chronicon Morale, quatuor conſtans partibus, Concionibus totius anni accommodatum ab Orbe condito, ad noſtra vſque tempora. Ibid. 1619. & 1622. in 4.

Conciones in Feſtis, & Dominicis totius anni. Ibidem 1616. in 4. & Antuerpiæ apud Hæredes Nutij 1619. in 8.

Domus ſapientiæ, ſub cujus titulo agit de Sacra Scriptura, Prædeſtinatione, Sanctiſsima Trinitate, &c. Belgico idiomate, Antuerpiæ litteris Martini Hayſſens anno 1613. & 1614. in 8.

Paradiſus delitiarum, Belgico idioma-

te, vbi de Deo, & creaturis tractatur. Ibidem 1614. in 8.

Iter quadrimeſtre Comitis Buquoi, progreſſus, quo Auſtria eſt conſervata, Bohemia ſubjugata, &c. Viennæ Auſtriæ 1612. in 8. cui nonnemo repoſuit *Conſtantium Peregrinum caſtigatum*, Authore Bertholdo Rauchenſtein 1612. in 4.

Lilium inter ſpinas, ſivè de B. Virgine, ſermone patrio. Antuerpiæ apud Trognæſium 1631.

Pharetra quadruplex Divini amoris. Antuerpiæ typis Trognæſij 1632. in 8. Agit in prima de Mundo, Cœlo, ſideribus, & Elementis. In 2. de Metheoris, gemmis, & metallis. In 3. de Purgatorio. In 4. de Homine, & Angelo.

Faſciculus myrrhæ dilectus, ſivè Vita Jeſu Chriſti Domini N. Antuerpiæ apud eundem 1631.

Canticum Canticorum, Eccleſiæ Dei, & animæ Sanctæ applicatum. Ibidem 1631. in 8.

Theatrum SS. Principum veteris, & novi Teſtamenti. Ibid. 1631. in 8. & Coloniæ 1622. in 4. Me judice, hoc opus haud aliud eſt à relato à N. Uvadingo ſub titulo: *Vitæ SS. Principum.*

Scutum Catholicæ Fidei in XI. tractatus diſtributum. Agit 1. *de Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ.* 2. *de Præſentia Chriſti in V. Euchariſtia.* 3. *de Purgatorio.* 4. *de Obſervatione Legis, & Miniſtrorum Eccleſiæ.* 5. *de Gratia, & libero arbitrio, & authore peccati.* 6. *de peccato originali, mortali, & veniali.* 7. *de Juſtificatione, & merito bonorum operum.* 8. *de Anti-Chriſto.* 9. *de Eccleſia.* 10. *de Prædeſtinatione.* 11. *de Invocatione Sanctorum.* Antuerpiæ apud Trognæſium 1622.

Mons ſpiritualis Confeſſariorum. Ibid. eodem anno in 8.

Lamentationes Hieremiæ triplici ſenſu expoſitæ. Ibidem apud eundem 1632. in 8.

Speculum animæ de cognitione ſui. Antuerpiæ 163?.

Principes Hollandiæ, & Zellandæ, &c. Ibid. apud Meurſium 1632. in 8.

Caput Sponſæ, ſivè Speculum Prælatorum. Duaci apud Hurroy 1631. in 8.

Hortus concluſus, ſivè inſtructio ſtatus Religioſi. Ibidem.

Viridarium Eccleſiaſticum, ſivè de benedictionibus varijs in Eccleſia, de Epiſcoporum dignitate, &c. Ibidem.

Sanctorum Angelorum laudatio via ſalutis æternæ, ſivè de Symbolo Fidei. Horologium diurnum, nocturnum, & 12. prædeſtinationis ſigna. Praxis quotidiana audiendi Miſſam, &c. Progenies, & Vita Sanctorum Ludovici IX. Galliæ Regis, & Iſabellæ Reginæ Portugalliæ. Tuba noviſſima de Judicio. Schola amoris. Antuerpiæ typis Trognæſij 1633.

De Sacramentis in genere. De Baptiſmo, & Confirmatione. Centuria 1. Lovanij apud Henricum Haſtenium 1648. in 8.

De tota Ariſtotelis Logica, & Phiſica. De Theologia, Præceptis Decalogi, & Eccleſia. Centuria 1. Ibidem 1630.

De Sanctis. Centuria 1. Duaci apud Hurroy 1630.

De Novo Teſtamento. Centuria 1. Ibid. 1629.

Hiſtoriale ab origine Mundi vſque ad annum LVII. Centuria 1. Ibid. 1629.

De Ven. Sacramento Euchariſtiæ, de Sacrificio Miſſæ. Centuria 1. Lovanij 1630.

De Doctrina Civili. Centuria 1. Ibid. anno Domini 1630.

De SS. Dominico, Petro Martyre, & Thoma Aquinate. Centuria 1. Bruxellis apud Murbetium 1648.

In Dominicas, & feſta totius anni. Centuria 1. Duaci 1631.

Hiſtoria à Chriſto nato ad Fredericum II. Imperatorem. Lovanij 1631.

De Sacramento Pœnitentiæ. Centuria 1. Bruxellis litteris Perperman 1628.

De Vita Civili. Centuria 1. Lovanij 1629.

De SS. Vincentio Valentino, Catharina Senenſi, Antonino Archiepiſcopo Florentino. Centuria 1. Bruxellis apud Murbetium 1628.

De cognoſcendo, & amando Deum. Centuria 1. Lovanij 1629.

Hiſtorialis ab anno Mundi LVII. vſque ad annum ducenteſimum. Bruxellis 1630.

De Sacramentis Extremæ-Unctionis, Ordinis, ac Matrimonij. Centuria 1. Lovanij 1630.

De Vita Civili. Centuria altera. Ibid. anno 1631.

De B. Raymundo, Alberto Magno, Martyribus Japponenſibus, &c. Centuria 1. Bruxellis 1629.

De S. Angelo Cuſtode. Centuria 1. Lovanij 1631.

Ad Centuriam IX. ni fallor, (ſunt mihi tubæ iſtæ Concionatorum, ſeu Centuriæ hactenùs ignotæ) ſpectant Collationes igneæ in Feſta B. Virginis, editæ Duaci, anno 1631. de quibus in ſua Maria-

na

na Bibliotheca Matracius. Vulgavit inſupèr

Chronicorum Ordinis Minorum partem quartam. Coloniæ 1622. teſte N. Alva, tabula 1. Deceſsit Bruxellis anno 1634. die 12. Aprilis. Eſt ipſius honorica mentio apud Valerium Andream, Uvadingum, Dupin in ſuis Catalogis, ac Didacum Lequile in de his, qui ſcriptis ſuis pro Fide Catholica dimicarunt.

BALDUS DE STRONCONIO, Minorita edidit, Uvadingo teſte,

Conciones Adventuales, & Quadrageſimales, mihi hactenùs ignotas.

BALDUS UBALDUS, ex honeſta Ubaldorum Peruſina Familia, Vir acutiſſimi ingenij, Clementi VI. Pontifici Summo egregiè carus, & Gregorij XI. cum in minoribus eſſet Præceptor; Juri Civili diſcendo ſe totum addixit. Bartholum Præceptorem ſuum ſubtilitate, & varietate doctrinæ ſuperavit, exemplo vero ejus Minoritas proſecutus eſt, & ad vitæ extremum habitum noſtrum ſuſcepiſſe teſtatur ex Rodulpho, & Uvillot, Uvadingus, Poſſevinus, Joannes Ficardo in Vitis celebrium Juriſconſultorum, alijque multi apud Auguſtinum Oldoinum in Athenæo Auguſto Peruſinorum, pag. 38. Haud obſcurè id confirmat ejus Epitaphium marmoreo ſepulchro in Templo S. Franciſci Ticinenſi propè atam maximam inſculptum, cujus carmina vltima hic ſubjicio:

Clauditur hic Baldus, Franciſci tegmine fultus,
Doctorum Princeps, Peruſina conditus arce.

Integrum habes apud Uvadingum; Ficardum, ac laudatum Oldoinum. Hujus doctiſsimi Franciſcani opera ſex voluminibus in fol. magno, edita ſunt Venetijs. Et ibidem apud Junctas 1577. & ſeorſim, varijs in locis, videlicèt:

Conſiliorum, volumina V. Francofurti, 1585. & Venetijs 1575. & 1643. 4. voluminibus. Cum additionibus Flavij Torti, volum. 6. ibid. 1600.

In volumen Decretalium, cum annotationibus Paronæ, & Godemini. Venetijs 1595. & Lugduni in fol. cum pluribus additionibus 1547.

Singularia cum additionibus, tom. 2. Francofurti 1596.

De Carceribus. Lugduni 1603. & Coloniæ 1569.

De Conſtituto. Lugduni 1603. & Coloniæ 1575.

De Pactis. Venetijs 1584.

De Teſtibus. Coloniæ Agrippinæ 1596.

De Statutis. Francofurti 1606.

De Regulis Statutorum. Venet. 1584.

Baldus acuſatus de vi turbativa. Diſputatio eſt edita Auguſtæ Vindelic. 1597. in 4.

De Jure Protimiſeos. Francofurti 1588. in 8.

De Additione cum inventario. Coloniæ Agrippinæ 1590. in 8.

De Tabellionibus. Venetijs 1546. & 1584.

De Cautelis, & Remedijs. Lugduni 1577.

De Exceptionibus, tom. 12. tractatuum Juris, fol. 195. Venet. 1584.

De Feudis additiones. Ibid. 1584.

De Quæſtionibus, & tormentis ſine tortura. Ibid. tom. 11.

Sindicata Officialium, tom. 7. tract. Juris, fol. 224. Venet. 1584.

De Subſtitutionibus, tom. 8. part. 1. fol. 201. Venet. eodem anno.

Repetitio in leg. Si filius heres de Liberis, & Poſthumis. Ibidem, fol. 225. Lugduni 1538.

Super Codice, Feudo, Digeſto novo, ac veteri inſtitutione Juſtiniani, & Infortiato, cum additionibus Juriſconſultorum variorum. Lugduni 1545.

Repetitio in leg. 2. C. de Reſcindenda venditione. Ibid. 1533. Elaboravit etiam ex laudato Oldoino:

Commentum de pace conſtantia.

Commentum de jure congruo. Scripſit inſupèr ex eodem, ſed non edidit, librum inſcriptum:

Peculium.

Tractatum de Commemorationibus.

De Illuſtribus Doctoribus vtriuſque juris, lib. 1.

Apud Odoricum Raynaldum, tom. 17. Annalium habes tractatum cujuſdam Ubaldi contra Clementem VII. qui Eccleſiæ Dei præfuit ab anno 1523. ad annum 1534. Undè eliminare debes tractatum iſtum ab operibus Ubaldi noſtri, qui obijt Ticini die 28. Aprilis, anno ſacro 1400. ætatis octogeſimo. E priori loco ſuperiùs relato, translatus ad ſublimiorem anno 1519. inciſſa ſunt lapidi ibidem relicto:

Bal-

Baldus editiorem locum ſortitus
hic, poſtquàm actos,
Et decem ſupra centum annos
obdormiverat M. D.XIX.

BALTHASAR BASSELIERS, Antuerpienſis, Regul. Obſerv. Prov. Germaniæ inferioris Definitor, edidit:

Conciones Morales ſuper Hiſtoriam Lazari Evangelici. Antuerpiæ ap. Guillielm. Leſteens anno 1638. Hæc Uvadingus. Moritur 1638. ſtrictiori Obſervantiæ adſcriptus, juxtà Dupin, ſæculo 17.

BALTHASAR A BUSTAMANTE, Indicus, in Urbe Limenſi natus, Provinciæ duodecim Apoſtolorum Regul. Obſervant. filius, ac Diffinitor, Vir in declamandis ſermonibus ad populum excellentis opinionis, in publicum miſsit volumen Hiſpanicè prænotatum:

Primitię Peruviani Regni, vt Ægidius ait tom. 2. Theatri Eccleſiaſtici Indiarum, fol. 22. Communes quoque fecit vernaculè duas Conciones. Primam habitam in ſolemni Novendiali Cathedralis Eccleſiæ.

De Patrocinio; & pro Patrocinio Virginis. Limæ anno 1644. in 4. Secundam ibidem ediram anno 1650.

Ad Fratres congregatos in Capitulo Provinciali laudatæ Provinciæ. De hac Alva in ſua Militia, pag. 153. Ad prælum maturum habebat anno 1650. tractatum:

De Correctione fraterna, methodo expoſitiva. Ex Chronicis laudatæ Provinciæ, quas publici juris fecit Fr. Didacus de Cordoba Salinas, lib. 6. cap. 7.

BALTHASAR CULTRANA, vel CUTRANA, Italus, Politienſis, ex Minoritis Conventualibus Provinciæ Siculæ, Theologus, ac Concionator egregius. Hic dùm Catanæ in cinerali jejunio Conciones habebat, magna cum nominis gloria in Principe Templo deceſsit an. 1624. Ediderat ſermone patrio:

Orationem funebrem in obitu Catholici Hiſpaniarum Regis Philippi III. Panormi apud Joannem Baptiſtam Maringum 1621. in 4. *Plura Theologica, & Concionatoria*, ſcripſit, quæ apud ſuos M. S. in patrio Cœnobiò ſervantur, vt ex Bibliotheca Sicula Antonij Mongitore accepi.

BALTHASAR DE CANIZAL, Hiſpanus, adhùc mihi ignotus, ex Hiſpanico in latinum vertit

Summam caſuum conſcientiæ Fr. Emmanuelis Rodriguez, Minoritæ. Venetijs typis Variſci anno 1628. in 4. apud Bibliothecam Tellerianam, & Duaci 1614. & Coloniæ apud Hierat 1620. in 4. Tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, pag. 271. D. Nicolaus Antonius Palentinum Authorem vocitans, ejus Familiam reciter.

BALTHASAR DEL CASTILLO, Hiſpanus, Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij Regul. Obſerv. alumnus, ac pius Concionator compoſuit, ac typis evulgavit:

Pro agonizantibus, lib. 1. cui adjecit, *Interrogatorium Doctrina Chriſtiana*, Mexicana lingua.

Explicationes Præceptorum Decalogi, & Orationum Catecheſis, eodem idiomate, & Hiſpanico. Prodierunt Mexici anno 1677. Teſte Fr. Auguſtino Ventancurt in Chronicis laudatæ Provinciæ, fol. 144. num. 46.

BALTHASAR A CONCEPTIONE, Hiſpanus, Theologus, ac Pater Diſcalceatæ Provinciæ S. Pauli in veteri Caſtella, perfectum, ſed ineditum reliquit anno 1670. volumen in 8. cui vernaculè nomen fecit:

Semita ſpiritualis. Aſſervatum vidi in Bibliotheca Conventus Octoduri ejuſdem Provinciæ.

BALTHASAR DRACENENSIS, Gallus, ex Minoritis Capuccinis Prov. S. Ludovici, ſuperior Miſsionum in partibus Hæreticorum, in quibus fructuoſus Evangelicus Miniſter plurimum laboravit; confecit, ac publicavit:

Deſcriptionem omnium Provinciarum, Conventuum, ac Miſsionum Fr. Minorum Capuccinorum. Maſsiliæ apud Antonium Caſtagnerum, anno 1661. Alia plura ſcripſit, & prælo matura reliquit vti refert Fr. Dionyſius Genuenſis in Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum.

BALTHASAR DE HERRERA, Hiſpanus, Verbi Divini Præco Apoſtolicus, Auguſtini primitùs regulæ ſubjectus, Franciſci inſupèr ſub ſtrictiori Obſervantia Provinciæ Diſcalceatorum S. Gregorij Philippinarum, Epiſcopus electus novæ Caceres, ſcripſit

Sermones varios, typis datos Manilæ 1675. in 4. teſte Fr. Balthaſare de Medina in Centuria Scriptorum Diſcalceatorum. Hæc tranſcribere licuit ex mea Minorum Diſcalceatorum peculiari Bibliotheca.

BALTHASAR LUSITANUS, Diſcalceatæ Prov. Arrabidorum in Portugallia devotus alumnus inedita reliquit in Cœnobio S. Joſephi ejuſdem Provinciæ.

Mi-

Mille reſponſa myſtica. Hæc D. Nicolaus Antonius in Appendicibus M. S. ad ſuam Bibliothecam Hiſpanam Matriti repoſitis in Regia Bibliotheca ex Georgio Cardoſo in Schedis ad ſuum Syllabum Luſitanum. Legi.

BALTHASAR DE MEDINA, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitor, ac Chronologus Mexicanæ Provinciæ S. Didaci Diſcalceatorum, Vir planè eruditus, ſcripſit Hiſpanicè:

Chronica Mexicanæ Provinciæ S. Didaci. Mexici typis Joannis de Ribera 1682. in fol. Vidi. A fol. 214. compilavit ex varijs Nomenclatoribus

Centuriam Scriptorum ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum. Compilavit quoque.

Conſtitutiones ſuæ Provinciæ, excuſas ibidem anno 1698. Scripſit inſupèr

De Vita, Martyrio, ac Beatificatione Protomartyris Japponienſis B. Philippi à Jeſu, lib. 1. Ibidem, eiſdem formis anno 1683. in 4. Vidi.

Concionem de Immaculata Virginis Conceptione; Manilæ editam. Reliquit demùm M.S.

Miſcellanearum volum. duo in fol. & aliud in 4. Authore mihi Fr. Joſepho de Meſſa Prædicatore, ac Cuſtode laudatæ Provinciæ, anno 1730.

BALTHASAR MELATIUS, Italus, Narenſis, ex Minoritis Conventualibus, Theologus numeris omnibus abſolutus, ſcripſit:

Synodum Diœceſanam Albanenſem. Romæ apud Joannem Jacobum Komareck 1689. in 4. Edenda reliquit

Theologiæ Dogmatica volumina 6. Obijt Romæ 7. Februarij, anno 1709. Hunc fuſo calamo celebrat Mongitore, tom. 2. Bibliothecæ Siculæ in Appendice ad tom. 1. pag. 8.

BALTHASAR MESSANENSIS, Italus, Regul. Obſerv. Lector emeritus, gravioribus diſciplinis abundè inſtructus, doctrina effulſit. Meſſanenſem Provinciam rexit, meritiſque plenus obijt Meſſanæ circa annum 1695. In compendium redegit Martyrologium Franciſcanum P. Arturi à Monaſterio, & hoc titulo in lucem emiſsit

Martyrologium Franciſcanum, in quo Sancti, Beati, alijque Servi Dei, Martyres, Pontifices, Confeſſores, ac Virgines, qui tùm vitæ ſanctitate, tùm miraculorum gloria, in vniverſo Ordine S.P. Franciſci toto Orbe terrarum cunctis vſque nunc ſæculis claruere; necnon vtriuſque ſexus, tàm Sæcularium, quàm Regularium Tertiariorum recenſentur. Venetijs typis Jacobi Hertz, 1668. in 4. Hæc ex laudato Authore Bibliothecæ Siculæ.

BALTHASAR A MYRIACA, Belga, Vir admirandæ in prædicando virtutis, ita vt *Prædicator Angelicus* apud omnes audiret: Clariſſarum Lovanienſium annis quatuordecim confeſsiones excepit, magnumque vbique in populo fructum ſuis concionibus produxit. Scripſit

Sermones 85. *in Cantica* mira varietate, & eloquentia refertos, illis quos S. Bernardus in eadem dedit Cantica aliquantò perſimiles. Omnibus placent, & multis in Cœnobijs inter reficiendum fratribus, & ſororibus leguntur.

Sermones 60. *in eam Evangelij partem, quæ Chriſti narrat paſsionem, in ſeptem partes diviſos*.

Sermones aliquot in Pſalm. 85.

Duos in Pſalm. 45.

Commentarios in Miſſæ rubricas. Obijt Lovanij, anno 1573. die 14. Julij, ſepultus præ foribus aulæ litterariæ. Hæc Uvadingus noſter, & Dupin. Scripſit inſupèr, ex Sedulio apud Fr. Carolum de Coudhenove, pag. 12. ſuæ compilationis Chronologicæ Provinciæ Recollectorum Germaniæ inferioris M. S. apud Archivium Matritenſe Ordinis:

In Pſalmum 83. conciones octo.

In Pſalmum 90. conciones ſeptem.

In Pſalmum 102. conciones decem. Vide Arturum ad diem 14. Julij, §. 17.

BALTHASAR OLYMPIUS A SENTINO, cui hodie Saxoferrato nomen eſt, Minorita, ex his, quæ ſcitè, & elegantèr oſtonario modulo, numerovè decantavit:

Diverſorum carminum librum edidit, teſte Rodulpho, lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ, & Uvadingo. Tractat quoque de ipſo Fr. Auguſtinus Uvite in Genealogia S. P. N. Franciſci, pag. 58.

BALTHASAR PACHECO, Hiſpanus, ex Oppido *Ledeſma* Salmantinæ Diœceſis, Prov. S. Michaelis, Reg. Obſerv. alumnus, ac Diffinitor, Vir probatiſsimæ virtutis, vitæque inſignitèr exemplaris; vt quibus voce, & opere profuerat, ſtylo etiam prodeſſet, materna lingua ſcripſit opus ſanè pijs, doctiſque Viris probatum, nempè:

Tractatus, ſivè diſcurſus quatuordecim in orationem Dominicam. Prodijt Salmanticæ anno 1596. in 4. ex officina Joannis Fer-

Fernandez ; & ibidem iteratis vicibus. Vidi.

In Symbolum Apoſtolorum, ibidem anno ſalutis 1603. Vidi.

In ſecundum Decalogi præceptum. Salmanticæ anno 1595. & ibidem nonnullis adjectis apud Andream Renat 1600. in 4. Vidi.

Quatuor ſuper quinquaginta conciones à prima Dominica Adventus uſque quinquageſimam. Salmanticæ, ejuſdem litteris anno 1605. in 4. Vidi.

Sanctorale, una cum communibus Sanctorum. Ibidem apud Artum Taberniel 1605. in 4. Vidi.

Speculum, ſeù Inſtructorium Sacerdotum, editum Matriti anno 1611.

Meditationes de Divino amore. Salmanticæ anno 1582.

Concionem in Sacro die Pentecoſtes, Romæ habitam in Aracœlitano Conventu ad Capitulum Generale Ordinis anno Jubilei 1600. Romæ apud Nicolaum Mutium 1600. in 4. Latinè demùm communem fecit

Exhortationem ad Theologos ad ſtudium Juris Canonici, & methodum cognoſcendi rubricas. Salmanticæ 1614. in 4. Vidi. Eſt hujuſce Balthaſaris honorifica mentio apud tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ ex Uvadingo, & apud Philippum Labe in ſua Bibliotheca Bibliothecarum.

BALTHASAR PAGLIA, Italus, Calathajeronenſis à teneris adhùc annis humanioribus litteris præſertim latinæ, ac poeſi animum addixit; ſed abſoluto Philoſophiæ ſtudio, Minoritarum Conventualium habitum amplexus eſt. Neapoli, Romæ, & alibi apud Litteratos magna floruit doctrinæ, & eruditionis opinione. Suæ Familiæ Generalis Diffinitor electus, ac nonnullis Academijs adſcriptus, graviores docuit diſciplinas, Sacraſque Litteras magna cum laude explanavit. Multa Italicè, & Latinè ſcripſit, ex quibus.

Latinè.

Paraphraſis Epica in Pſalmos, & Cantica Horarum. Neapoli apud Antonium Gragminanum 1693. in 8. & Bononiæ 1687. in 8. Vidi. Hoc opus Italicè expreſſerat Vitus Antonius Brocardus, quod morte præventus edere non potuit.

Triumphus amoris in Divini Verbi Incarnatione. Neapoli litteris Novelli de bonis 1696. in 8. Italicum fecit Dominicus Andreas de Milo, & ibidem edidit eodem anno.

Arbor Summuliſtica fuſè laudata ab Eminentiſsimo Agnirre S. R. E. Cardinali, teſte Mongitore in ſua Bibliotheca Sicula.

Oratio in funere P. M. Bonaventuræ Durante Ordin. Minor. Neapoli apud de Bonis 1696. in 4.

Virtutis regia oratio panegyrica habita coram PP. Theologis almi Collegij Neapolit. Univerſitatis. Ibidem apud eundem 1697. in 8.

Epigrammata multa, aliarumque venuſtatum miſcellanea. Bononiæ typis Hæredum Benati 1688. in 12.

Icon Amoris Chriſti, & Franciſci duabus Epigrammatum centurijs expreſſa ad Clementem XI. Pontif. Maxim., cujus benevolentiam expertus fuit. Monteſaliſco anno 1704. ex typographia Seminarij in fol. Vidi.

Ad prælum parata reliquit, *Curſum Philoſophiæ naturalis*.

Compendium Theologiæ Dogmaticæ.

Opuſcula Scholaſtica.

Epigrammata.

Epiſtolarum librum.

In Homilias Clementis XI. P. O. M. Paraphraſis Epica partem primam.

Italicè.

Relatio Ignis Mongibello dicti. Extat apud librum inſcriptum *Lettere memorabili*, excuſum Neapoli apud Antoninm Buliſon. 1697. in 12.

De Terremotu ſiculo. Ibidem part. 3. ejuſdem operis.

Super Taſſum. Ibidem. Inedita, ſed ad prælum matura poſteris reliquit;

Sermones varios.

Quadrageſimale.

Orationes Panegyricas.

Diſcurſus Academicos.

Vitam B. Michaelina. Quæ verò in foliis expanſis edidit, ſi colligeres in juſtum volumen coaleſcerent. Vitæ curſum conſummavit Florentiæ 4. Novembris 1705. Egregium Virum extollunt Fr. Joannes Franchinns, & Fr. Vincentius Coronelli Conventuales, Hyacinthus Gemmi, & alij apud Siculam Bibliothecam, tom. 1.

BALTHASAR REGIENSIS, Gallus, Capuccinus, Provinciæ S. Ludovici, Apoſtolicus Concionator, ac Miniſter Provincialis, Vir non vulgari inſigni-

tus

tus doctrina, ac in lectione, & meditatione Sacrarum Scripturarum aſsiduus, in laudem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis, Gallico idiomate ſcripſit, typiſque dedit opus eruditum, æquè, ac pijſsimum, ſub hoc titulo:

Eminentia privilegia Sanctiſsimæ Matris Dei in ejus præſervatione à peccato originali. Pariſijs apud Viduam Dionyſij Thierry 1663. tom. 2. in 4. Et Aquis Sextijs apud Carolum David 1665. Evulgavit quoque duo volumina hiſtorica, eodem idiomate:

De Pietate Regum Galliæ, tom. 2. in 4. Prodijt primus Pariſijs ex officina Ægidij Alioſth anno 1672. Secundus Aquis Sextijs formis Caroli David 1674. Ex Jacobo Le Long, lib. 3. Bibliothecæ Gallicæ, & Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum.

BALTHASAR DE VICTORIA, Hiſpanus, Salmanticenſis, Compoſtellanæ Prov. Regul. Obſerv. alumnus, munus Concionum ad populum habendarum exercens, opus perutile extruxit, duobus tomis diſtinctum, ac foràs emiſsit idiomate patrio, ſub hac inſcriptione:

Theatrum Deorum Gentilium, vbi de Mithologia veterum, non vulgari, & compendioſa methodo. Salmanticæ 1620. & 1623. apud Antonium Ramirez, & Didacum Cuſsio in 4. Et Matriti 1676. typis Regijs. Vidi. Clarebat Author Salmanticæ anno 1630. Ejus meminere Uvadingus, D. Nicolaus Antonius, Kenigius in eorum Syllabis. Chronologus laudatæ Provinciæ Fr. Jacobus de Caſtro, tom. 1. pag. 115. ait penès ſe habere ejuſdem Authoris opus Rethoricum M. S. *Emblematum LIX.*

BAPTISTA FERNANDEZ, Hiſpanus, Provinciæ Burgenſis, Reg. Obſerv. Miniſter, pro Fide Catholica dimicans, Hiſpanicè ſcripſit volumen in folio prænotatum:

Demonſtrationes Catholicæ, & fundamenta, quibus nititur veritas noſtra Catholicæ Religionis. Juliobrigæ apud Mathiam Mares 1593. Vidi. Eſt hujus memoria apud Dupin in Supplemento, tom. 3. Uvadingum, & Lequile in Catalogo Dogmaticorum.

BAPTISTA DE FERRARA, Italus, Minorita, opus edidit

In tertium Sententiarum, vt ex Salazario Leone, Joanne Euſebio, ac Piſtoja refert Fr. Petrus de Alva in ſua Militia, pag. 159. Tractat quoque de ipſo Fr. Ludovicus de Miranda in ſuo opere de *Conceptione*, quæſt. 19.

BAPTISTA MONSFELDRIA, ſeu MONSFELTRIA, Piſauri Princeps, fœmina clariſsima à multis Viris doctis dignè commendata, poſt Galeatij Malateſtæ ſui mariti obitum, Clariſs nomen dedit. Qualis fuerit, quanta efulſerit doctrina, quibus titulis huic adſcribatur Catalogo, ex alio percipiet Lector Authore. Is eſt Jacobus Philippus Bergomenſis Eremita Auguſtinianus, qui in libro, quem ad Beatricem Aragoniam Bohemiæ Reginam dedit de claris fœminis Chriſtianis ita de Baptiſta recenſet: *Baptiſta* ejus nominis prima, natione Italica, Galeatij Malateſtæ Piſauri, Flamineæque Urbis Principis, illuſtris vxor fuit, quæ & prædictæ Mariæ Puteolanæ (de qua ſcilicèt antea locutus erat) temporibus, cum eſſet eruditiſsima inter fœminas ſui ſæculi, etiam ſingulari eloquentia plurimum inſignis, & clara effulſit. Hæc in primis, cum Guidonis Urbinatis Principis ingenua eſſet filia, nulli ſui ordinis extitit poſtponenda, & putiſſimum quidem eximia pulchritudine, & morum omnium probitate, quorum dignitate celeberrima inter alias evaſit, cui planè non parvæ curæ, aut ſtudij Religio Chriſtiana erat, ineratque, & ingenium propè divinum. Ejus autem ſermo cultus erat, & oratio ad modum compoſita, ſivè vernacula lingua, ſivè Romana loqui decerneret. Quæ cum eruditiſsima ab omnibus eſſet exiſtimata, audientes eam proloqui in admirationem ſui omnes facilè convertebat. Nam, & ſua admirabili eruditione, & doctrina, ea anteire Viros dicebatur. Undè quamplurimæ ejus circunſerebatur orationes, tùm latinè, tùm etiam vernaculè artificioſæ, quas & ad Imperatorem Sigiſmundum, & multos Cardinales eam habuiſſe cum ingenti gratia ferebatur. Sed neque Philoſophiæ omninò fuit ignara, quippè cujus multa extant argumenta ad refellendos eos, quibus in Philoſophia cum ea fuiſſet diſputatio, aut in Divinis cœleſtibuſque documentis. Undè pleraque edidit opuſcula vtpotè:

De conditione fragilitatis humanæ, lib. 1.

De Vera Religione, lib. vnum.

Plurimas etiam ad diverſos, & doctas ſcripſit *Epiſtolas*, quæ tùm elegantiam, tùm puritatem haùd dubiè declarant.

Orationem ad Martinum V. Pont. Max. in qua ſuum Pontificatum ab omnibus opta-

tatum mirificè laudat, & illius Sacerdotij felicitatem ipſa ſua oratione exquiſitiſsimis laudibus proſequitur. Cujus tantus fuit orationis ornatus, taleſque ſententiæ, vt ab ipſo Pontifice Martino magnificentiſsimè fuerit laudata, & commendata. Multa prætereà alia præclara mulier hæc ſcripſit monumenta, quæ & legentes, & audientes plurimum delectare videntur. Exiſtimata inſupèr fuit memorabilis juſtitiæ fœmina, ſed & clementiæ, & pietatis, & in omnes benefica, & gratioſa, adeò vt & perſæpè mutuis epiſtolis, ac alijs ſcriptis à doctiſsimis ejus temporis Viris, & in primis à religioſiſsimo Preſbytero Franciſco Petrarcha, etiam plurimum ſalutaretur; cujus extat volumen, in quo ad capeſſenda bonarum litterarum ſtudia maximè illam adhortatur. Non eſt vtique delectata hæc magnifica mulier Baptiſta ſumptuoſis, ac pretioſis veſtimentis, vt quæ diceret, non in his poſitam eſſe mulierum dignitatem, aut decus vllum; ſed ſuum potiſsimè ſtudium omne in comparandis libris contulerat, & conſuetudine mulierum ſibi adſcincenda, quæ ſcilicèt virtute præſtarent, & omni morum honeſtate, in quo maximè poſitam omnis muliebris ſexus veram gloriam eſſe putabat. Mariti autem Principatum rectiùs, ac prudentiùs adminiſtrabat, quam maritus ipſe; quibus ex rebus factum eſt, vt in ſummo honore ſemper ab omnibus fuerit habita, & à cunctis tanquam communis omnium parens culta, & id tàm ab alienis, quàm à ſuis ſubditis. Unicam in toto ævo edidit filiam, nomine Eliſabetham, quæ & pulchritudine, & ingenio matrem ipſam æquabat, quæ poſtea Camerinati Principi nupta fuit. Poſt viri autem ſui obitum, aliquot annos in viduitate vitam duxit cœlibem, demùm S. Claræ religioni dicata in cœtu Sacrarum Virginum, quod reliquum fuit ætatis, Urbino in Monaſterio egit, vbi per labores maximos, quibus religioni operam exactiſsimè dedit, pro adipiſcenda cœleſtium vita, cum ſumma omnium benevolentia, & exemplo ex hac vita demigravit. Multis memorabilibus documentis, & vitæ ſanctitate, quæ ad rectè, beatèque vivendum Chriſtianis omnibus documentum certum eſſe potuerunt, claruit. Quibus ex rebus meritò hæc Baptiſta inter claras mulieres hoc in loco nobis venit computanda. Hactenùs Bergomenſis.

In eo autem errat, inquit Uvadingus noſter, quod in Urbinate Monaſterio dicat reliquum ſuæ ætatis poſt ſuſceptum inſtitutum S. Claræ tranſegiſſe, cum in Monaſterio Fulginatenſi S. Luciæ habitum ſuſceperit anno 1445. deinceps Hieronyma nuncupata, & diem obierit anno 1447. Dùm Principatum gereret, Monaſterium Piſauri Sacrarum Virginum Clariſſatum condidit ſub titulo Corporis Chriſti, & B. Felici Medæ ſolemnes celebravit Exequias. Hæc ex Uvadingo in de Scriptoribus, & Lequile, tom. 2. Terlegisl. tract. 6. lib. 11.

BAPTISTA TROVAMALIS, alijs NOVAMALA, Italus, Regul. Obſerv. alumnus, non minùs vtriuſque juris, quàm Theologiæ cognitione excultus, ordine Alphabetico ſcripſit:

Summam caſuum conſcientiæ, quam Roſellam, vocant. Papiæ per Joannem Antonium de Birretis 1489. die 15. Aprilis. Vidi, ac legi ejus initio affixam Epiſtolam, quam hìc ſubnectere opere pretium duco:

Aſcanius Maria Sforcia, Vicecomes Sancti Viti, ac Diaconus Cardinalis Baptiſtæ Trovamala S.

Si mihi divitias Arabum, ſi libica rura.
Præſtiteris: munus gratius eſſe nequit.
Eſt opus eximium: toto celebrabitur Orbe
Fama: tua laudes æthera, & aſtra petent.
A me ſi cupias aliquid non poſcere differt:
Hoc tibi devinctus munere ſemper ero.
VALE. Prodijt quoque Venetijs 1495. in 8. & 1498. in 4. Argentinæ 1516. & Venetijs cura Georgij Arrivabeni 1485. in 4. & 1481. in 4. & 1499. in 8. Vidi. Floruit Lovanij 1483. De ipſo ferè omnes Nomenclatores.

BAPTISTA DE SALIS, ex Patria ſui cognominis, Ligur. Prov. Januenſis Regul. Obſerv. Vir doctus in Philoſophia, & vtraque Theologia magnus, ingenio ſubtilis, eruditione inſignis, ſed quod magis æſtimari debet, morum integritate illuſtris, edidit de caſibus conſcientiæ eruditiſsimum opus, cui nomen factum:

Summa Baptiſtiniana, per quam cognito animarum morbo, efficacior à ſpiritualibus Medicis medicina paratur. Novis, per M. Nicolaum Girardengum 1484. in 4. Norimbergæ 1488. in fol. & Pariſijs 1499. Vidi. Hujus, præ cæteris, honorificè memoriam fecit Andreas Roſſotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij, ac Paulus

lus Britius Epiſcopus Albenſis in monumentis Subalpinæ Provinciæ D. Thomæ, fol.287. Vivebat anno 1494.

BAPTISTA VARANA, Princeps Camertum in Piceno, ſub decimum ætatis annum ad Dei amorem vehementèr accenſa ignito eloquio Petri de Moliano, Sanctiſsimi Minoritæ, de quo ſuo loco inferiùs, ad eximium perfectionis ſtatum miris modis pervenit. Chriſto familiaritèr colloquia, admirabiles ab eo didicit, & hauſit doctrinas. Scripſit ad animarum piarum profectum:

Recordationes, ſivè inſtructiones ſpirituales novem, ſatis doctas, & vtiles pro animabus dirigendis, & Deo vniendis. Eas ſcripſit, ſeu potiùs accuratiùs tranſcripſit anno 1491. quæ ſimul cum ejus vita prodierunt in Chronicis Bartholomæi Cimarelli, 4. part. lib.7.

Converſionem ſuam à ſæculo ad inſtitutum S. Claræ, primum in Monaſterio Urbinate, deindè in Camerte, quam humilitèr quidem, & prudentèr enarrat:

De doloribus octo animæ Chriſti pium tractatulum, quem complevit anno 1488.

Plus aliquot orationes, Carmina pleraque Latina, & vulgaria, Epiſtolas ſpirituales ad devotas perſonas. Obijt Camertini, 1500. vel ſequenti, magna ſanctitatis opione.

BARNABAS DE GAMBELLARA (quod eſt Veronenſis Territorij Oppidum) Prov. Venetiarum, Minor. Capuccin. alumnus, Vir integerrimæ vitæ, omnigena ornatus virtute, vt Genuenſis aſſerit in ſua Scriptorum Capuccin. Biblioth. cultoribus Beatiſsimæ Dei Genitricis Mariæ mandavit Italicè:

Contrarietates favorabiles Myſterio Immaculatæ Conceptionis Deiparę ſemper Virginis, tom.2. Laudatur, & citatur Author à Pagnotio, & Marracio, apud laudatam Bibliothecam, pag.44.

BARNABAS À GENUA, Capuc. Prov. Janúenſis, Theologus, ac Diffinitor, Vir ſanè eruditione decorus, ac de omni ſcientia benemeritus, Concionem Italicè, evulgavit ab eo habitam Lucæ in Aula Exc. Senatus illius Reipublicæ. Ejus inſcriptio:

Libertas catenata. Ibid. anno 1675. in 4. Ex Biblioth. Scriptor. Capuccin.

BARNABAS N. (de Palma D. Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ) Hiſpanus, Laicus profeſſus in Provincia Angelorum Reg. Obſerv. Vir fuit prophetiæ dono illuſtris, miraculorum patrator, qui licèt idiota eſſet, nec vel grammaticales litteras à liminibus ſalutaſſet, Sacrorum Bibliorum loca luculentèr explanabat; artificioſiſsimè, ac latino ſermone conſcripſit libellum:

Vita ſpiritus inſcriptum, quem poſteà typis edi curavit Dux Bexarenſis. Devotiſsimum opus, vereque mellifluum, Illuſtriſ. Gonzaga judice, part.3. in Deſcriptione Conventus Palmæ.

Epiſtolas plures facundia, & eruditione refertas. Item teſte Fr. Andrea de Guadalupe, lib. 10. Chronic. laudatæ Prov. cap. 9. poſteritati dedit:

De Aſcenſu mentis in Deum, lib. 1.
De Doctrina Chriſtiana, lib. 1.
De Vita Chriſti, lib. 1.
De Myſterijs Miſſæ, lib. 1.
De gradibus orationis, lib. 1.
De Noviſsimis, lib. 1.
Cantiloquium Animæ.

Viam vniverſæ carnis ingreſſus, jacet in Cœnobio Conceptionis de Bethleem, Diœceſis Cordubenſis, miraculis etiam poſt mortem clarus. Meminere hujus Barnabæ (*Bartholomæi de Palma* apud Guadalupe laudatum) Marianus, Rapinæus, & alij, quorum elogia paucis complectitur Arturus in Martyrologio Franciſcano die 20. Januarij, §. 6.

BARNABAS NEOCASTENSIS, Capuccinus, Concionator Prov. Lotharingiæ, Vir Divinarum Scripturarum ſcientia egregiè inſtructus, ac religioſarum virtutum gloria commendatus, apud Biblioth. Genuenſis, pag.44. edidit:

Conciones plurimas diverſi generis.

Opuſcula varia, ſpiritualia, & Myſtica, quorum nullum vidi.

BARRECIUS DE BARRECIJS, Minorita, Italus, cujus authoritate ſæpè nititur Arturus in Martyrolog. Franciſcano, proprio idomate ſcripſit:

De vita miraculoſa S. P. N. Franciſci, lib. 1. impreſſum Venetijs 1636. teſte noſtro Alva, tabula 1.

Chronicorum Ordinis Minorum, part.4. eadem lingua. Venetijs, 1608. in 4. apud Biblioth. Tellerianam, fol.253. Vidi.

BARTHOLOMÆUS ALBICI, Italus, ex Minoritis Conventualibus (alter à Bartholomæo Albici Piſſano, de quo inferiùs) Sacræ Theologiæ Magiſter, Vir omnigena eruditione clarus, ſcripſit:

De vita, & laudibus B. Mariæ Virginis, lib. 1. Venetijs impreſſum litteris Duſsinelli, 1596. in 4. Fr. Vincentius Coronelli, tom. 2. ſuæ Bibliothecæ Univerſalis, num. 3291. ex Joanne Franchino in Biblioſophia Minorum Conventualium, cap.51.

BARTHOLOMÆUS ANGLICUS, GLAUNVILLUS dictus (perperàm Graunniſius à Uvilloto cognomitatus) ex illuſtriſſima Comitum Suffolcenſium familia ortus, vti ſcribunt Lelandus, Uvadingus, Angelus à S.Franciſco in ſuo Certamine Anglico, & alij; ab ipſa adoleſcentia jugum Domini portare didit, & ſub ſtrictiſsimæ Regulæ S. Franciſci Obſervantia ſe totum obſequijs mancipavit divinis. Vir ingenij magni, nec minoris ſedulitatis, & induſtriæ, Oxoniæ, Lutetiæ, tandem Romæ, partim Philoſophicis, partim Theologicis ſtudijs operam dedit, à quibus nunquam ceſſavit, donec ſummam in Theologia lauream eſſet conſecutus. Deindè vtramque diſciplinam iteratò repetijt, & vt ita dicam, denuò ruminavit, adhibitis optimis quibuſque, & ſelectiſsimis, tùm naturalium, tùm ſupernaturalium rerum interpretibus, & omnia ita penetravit, vt humanum ingenium in eo genere aliquid vlteriùs pertingere non potuiſſe videretur. Ex vtriuſque ſcientiæ inter ſe collatione, miras oſtendit provenire vtilitates, docuitque qua ratione Philoſophicæ diſciplinæ poſsint, ac debeant Theologicis ancillari, vt ad imitationem populi Iſraelitici, quaſi ex Ægyptiorum ſpolijs diſcamus ornare domum Dei, & Eccleſiam Sponſam Chriſti. Nàm per proprietatis rerum naturalium ſubtilitèr, & dilucidè explicatas, & concinne applicatas, incredibilem attulit lucem ad intelligendas difficiles, & obſtruſas divinorum oraculorum, vel prophetias, vel allegorias, vel quaſcumque figuras. Omneſque Sacræ Scripturæ locutiones figuratas, longè quam ante eum quiſquam, reddidit clariores. Hunc igitur in finem ingens planè volumen in lucem emiſsit, quod in ſe comprehendit ſuccum, & medullam omnium penè probatiſsimorum Authorum, qui de illis materijs vnquam ſcripſerunt. Titulum operi præfixit:

De proprietatibus rerum libros vndecim, quorum primus *de Deo*: Secundus *de Angelis bonis*, *& malis*: Tertius *de Anima rationali*: Quartus *de Subſtantia corporea*: Reliqui *de Cateres rebus creatis agunt*. Incipit: Cum proprietates rerum. Sunt autem hi libri M. S. Urbini in Bibliotheca Ducali, Oxonij in Collegio Valleolenſi, vol. 238. Cantabrigiæ in publica Bibliotheca 107. In Regia Galliarum Bibliotheca, codice 5464. & in alijs relatis ab AA. noviſsimæ Bibliothecæ Dominicanæ, tom. 1. fol. 486. vbi haùd obſcurè teſtantur, minimè fuiſſe Ordinis Prædicatorum Bartholomæum hunc. Extant quoque M. S. membran. in fol. vetuſtis caracteribus exaratum Valentiæ in Bibliotheca Hieronyminiana Conv. S. Michaelis, & in Regia Eſcorialis Biblioth. etiam in fol. plut. 2. D. 10. Vidi. Ejus in calce legitur ita: *Explicit tractatus de proprietatibus rerum editus à Fr. Bartholomæo Anglico Ordinis Minorum. Item de Authoribus quorum authoritatibus iſte liber eſt compilatus.* Habetur etiam in Regia Bibliotheca Matritenſi Codex magnus membraneus in fol. valdeque vetuſtus, ſub initio: *Summa de proprietatibus rerum Fr. Bartholomæi Anglici de Ordine Fr. Minorum.* Explicit: *Ad majorum Doctorum induſtriam*, *&c.* Vidi.

Prima abſque loco editio facta eſt anno 1580. ex laudata Bibliotheca Dominicana. Secunda etiam abſque loco anno 1582. Nov. XXI. apud Mathaire de Annalibus Impreſſorum, fol. 166. Item Norimbergæ, & Coloniæ, 1483. Argentinæ 1488. & 1491. in fol. Vidi. Norimbergæ 1492. Francofurti apud Uvolfangum Ruthenum 1601. in 8. alijſque in locis. Prodierunt Gallicè translati Lugduni 1491. in fol. Belgicè translati, Harlemi 1485. in fol. Extant quoquè Hiſpanis communes in fol. Vidi. Scripſit inſuper:

Allegorias, *ſimùl*, *& Tropologias in vtrumque Teſtamentum*. Pariſijs excuſas anno 1574. Uvadingus in ſuo opere de Scriptoribus, ſubdens verè eſſe opus diſtinctum à præcedenti. Sanè *Poſtillam in vtrumque teſtamentum* ſcripſiſſe, domeſticis miſsis, refert Fabianus Juſtinianus in Elencho Authorum, qui in Sacra Biblia datà opera ſcripſerunt, pag. 2. & Le-Long, pag. 626.

De proprietatibus Apum librum vnum à novendecim de proprietatibus rerum diſtinctum; *de Apibus* enim duo tantum habentur Capitula in vniverſo opere, videlicèr, cap. 4. lib. 12. & caput 12. lib. 18. vt rectè obſervavit laudatus Uvadingus, ſubjungens aſſervari M. S. Oxonij in Collegio Lincolienſi.

De rerum accidentibus, id eſt, *de numeris menſuris*, *ponderibus*, *& ſonis*, lib. 1. qui eſt 19. ſui operis præcipui, & incipit: Deſcriptis proprietatibus rerum.

Sermonum, lib. 1. Argentinæ impreſſum anno 1491. Pitſeo teſte.

Poſtillas in Evangelia SS. Matthæi, *& Marci*. Extant M. S. in Bibliotheca Regis Angliæ Uveſtmonaſterienſi, teſte Le-Long, pag. 626.

Hiſ-

Hiſterlarum de Sanctis, lib. 1. compoſuiſſe ſcribitur, de quibus nihil vidi, nec librum alium.

De Mundo, & Cœleſlibus ipſi attributum. Subjungunt Uvadingus, Angelus à S. Franciſco in ſuo Certamine Anglico, & alij ex Joanne Pitſeo, ſcripſiſſe:

Contra Laurentium Vallam, lib. 1. aſſervatum M. S. in Collegio Balliolenſi. Timendum verò eſt ne Pitſeus aberraverit in unum confundens Bartholomæum noſtrum, & Bartholomæum Fucium Ligurem. Hic enim *Orationem invectivam* adverſus Vallam ſcripſit, cui Valla reſpondit *quatuor recriminationum libris*. Hic adde Laurentium Valla meritò à P. Muſſancio adſcriptum Grammaticis, qui floruerunt ab anno Chriſti 1400. ad 1500; natus enim fuit ann. 1415. obijtque 1465. juxtà placitum Authorum recentis Bibliothecæ Dominicanæ. Diem enim clauſit extremum Bartholomæus N. anno 1360. laudatus, præter relatos à Poſſevino, Joanne Budæo, Voſſio, & alijs.

BARTHOLOMÆUS AB APONA, Provinciæ S. Franciſci alumnus, Magiſter Theologiæ, qui à Conventualibus ad Obſervantes tranſijt, & S. Bernardini ſocius extitit, totam Italiam ſuis Concionibus illuſtravit; totam ferè Græciam, maximè Conſtantinopolim, per duodecim annos continuos inſtruxit. Ejus potiſſimùm opera, Joannes Palæologus, & Joſeph Patriarcha Conſtantinopolitanus ad Eccleſiam Romanam redierunt, & Concilio Florentino cum doctis Viris adfuerunt. Edidit:

Summam caſuum conſcientiæ.

Interrogatorium pro Confeſſoribus. Hæc Uvadingus. Fuſiùs de eo Meliſſanus in Supplementis Uvadingi, ad annum Chriſti 1483. quo miraculis illuſtris migravit ad Dominum.

BARTHOLOMÆUS, AROMATARIUS dictus, Provinciæ Tuſciæ alumnus, ob ſummam artis Aromatariæ peritiam, de eadem facultate edidit:

Librum diſtinctionum. Antonius à Terrinca in ſuo Theatro Etruſco-Minoritico, part. 3. titul. 1. ex Mariano.

BARTHOLOMÆUS DE ASTROY, Belga, Lector Jubilatus, ac Miſſionarius Trajactenſis, idiomate proprio ſcripſit:

Catechiſmum, Summariumque totius Theologiæ ad Symbolum Apoſtolorum reductum, impreſſum Leodij, anno 1663. in 8. teſte Alva in Appendice Militiæ, pag. 1491.

BARTHOLOMÆUS BAPHIUS LUCIGNANO, Italus, ex Diœceſis Aretinæ, Prov. Mediolanenſis alumnus, Concionator facundiſsimus, in Ticienſi Academia inſignis Theologus, ac paupertatis Seraphicæ zelator ferventiſſimus, Concilio Tridentino interfuit, vbi Dominica 2. Adventus habuit latinè:

Orationem ad Patres ibi congregatos, Brixiæ impreſſam anno 1570. & 1563. typis Ludovici Sabienſis. Ejuſdem quoque ſunt:

Orationes diverſæ latino ſermone ab ipſo compoſitæ, editæ ibidem anno 1570.

Opuſculum de admirabili Dei providentia erga Romanum Populum. Mediolani 1568. in 4.

Oratio habita ad Populum Romanum in Comitijs Generalibus. Ibidem apud Pacificum Pontium, anno 1567. Multa M. S. reliquit ad Philoſophiam, & Theologiam ſpectantia, teſte Genuenſi in ſuo opere de Scriptoribus Capuccinis, ad quos annos natus 33. ſe contulit, & inter illos aggregatus, felicem dormitionem accepit die 6. Januarij, anno 1577. Et ipſius honorifica mentio apud Toſſinianum, Gonzaga, Uvadingum, Terrinca in Theatro Tuſciæ, Boverium, & Arturum in Martyrologio Franciſcano die 6. Januarij, quos conſulas.

BARTHOLOMÆUS DE BARBERIJS, natione Italus, Patria à Caſtrovetro, Lombardienſis Provinciæ Capuccinorum Theologus, ac Diffinitor, Vir apprimè doctus, ac flammigeræ doctrinæ Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ ſedulus æmulator, ejuſdem ad ejuſdem mentem egregia edidit volumina. Ea ſunt:

Curſus Philoſophicus, ſub titulo: *Flores, & fructus Seraphici ex Seraphico Paradiſo excerpti*, vbi præter tractatus communes, agit quoque de Phyſiognomia, & de Maximis, ſeù propoſitionibus vniverſalibus cum ſuis explicationibus. Lugduni ſumptibus Laurentij Arnaud, anno 1677. tom. 3. in 4. & ibidem anno eodem tom. 2. in fol. parvo. Vidi.

Curſum Theologicum ſuper 4. lib. Sententiarum ad mentem Seraphici Doctoris. Lugduni apud Franciſcum Comba 1686. in fol. vol. 2. Vidi.

Gloſſam, ſivè Summam ex omnibus S. Bonaventuræ Expoſitionibus, vol. 4. in fol. Vidi. Tom. 1. continens à *Geneſi ad vſque librum Job.* Excuſus eſt Lugduni 1681.

Secundus *Pſalterium* ambiens, ibidem 1681. Tertius *ſuper Sapientiales, Prophetales, ac libros Machabaeorum*, ibidem 1585. Quartus amplectens *Teſtamentum Novum*, ibidem 1585. Edidit inſuper

Tabulam generalem in opera omnia D. Bonaventurae Alphabetica methodo. Ibidem apud Anoſſianos 1681. in fol. Vidi. Vivebat Author anno ſalutis 1680. De eo tractant Le-Long, Dupin, & Genuenſis (diminuto autem calamo) in ſuo opere de Scriptoribus Capuccinis, pag. 46. editionis 2.

BARTHOLOMÆUS BARTHOLOMÆI, Minorita, ſcripſit, Uvadingo teſte:

Commentaria in Logicam, anno 1581. in 4. Eſt hujuſce mentio apud Sannig. tom. 1. in Synopſi Hiſtorica Scriptorum.

BARTHOLOMÆUS BELLATIS, Minorita, Feltrenſis, qui apud Sixtum IV. functus eſt nobili Legatione Venetorum,

Summam Aſteſanam correxit, emmendavit, publicique juris fecit Venetijs apud Guilielmum Huyon, anno 1519. Memoratur ab Uvadingo, verbo *Aſteſanus ab Aſta.*

BARTHOLOMÆUS BERGOMENSIS, ex Familia Carminati, Capuccinus, Provinciæ Brixienſis Concionator, Miſſionarius Apoſtolicus, ac pluries Diffinitor, venerandæ antiquitatis admodùm ſtudioſus, pietatis, ac doctrinæ ſplendoribus clarus, ſuo idiomate Italico deſcripſit:

Vitam R. P. Laurentij Ulmi Bergomenſis, Capuccinorum Provinciæ Brixiæ Miniſtri Provincialis, Viri maximæ perfectionis. Compoſuit inſupèr:

Opus contra Hæreticos Lutheranos, & Calviniſtas, in quo eorum errores validè impugnat. Hæc Genuenſis in ſua Bibliotheca de Scriptoribus Capuccinis.

BARTHOLOMÆUS BRANDOLINUS, Italus, Prov. S. Antonij alumnus, ſcripſit, immò, vti refert Rodulphus, ex Latino idiomate ad proprium tranſtulit:

Commentarios, ſivè Expoſitionem in Regulam S. Franciſci. Prodijt Venet. anno 1533. abſque impreſſoris nomine, ait Uvadingus, ſed eam poſteà recudi curavit Florentiæ, anno 1594. Franciſcus Aretinus, Provinciæ Etruſcæ Miniſter, juſſitque ſemèl ſaltèm in anno fratribus legi ex Suggeſto. Teſtatur etiam de eo N. Alva, tab. 2. de Expoſitoribus Regulæ Seraphicæ.

BARTHOLOMÆUS BROCHARTI, Normandus, à Georgio Mathia Konijgo, in ſua Bibliotheca, laudatur, ex opere quoddam ſic inſcripto

Chorographia Syriæ, & vtriuſque Arabiæ. Nititur Konijgius authoritate Uvadingi, apud quem in ſuo opere de Scriptoribus, nec vnicum verbum.

BARTHOLOMÆUS BURGILLOS, Hiſpanus, ex Provincia Diſcalceatorum S. Gabrielis in Extremadura in Provinciam Diſcalceatorum S. Didaci in Mexicano Regno ſe contulit, vbi Qualificatoris, & Conſultoris S. Officij, & Confeſſarij Marchionis de Gelves, muneribus functus, in Japponenſe Regnum à Philippo III. miſſus, vnà cum Religioſiſſimo Viro Fr. Didaco de S. Catharina, Provinciæ S. Pauli Veteris Caſtellæ alumno. Tandem præfactæ S. Didaci Provinciæ Miniſter Provincialis effectus, ſcripſit:

Quæſtiones Regulares in 8. Præ manibus habebat hoc anno 1730. Fr. Joſephus de Meſſa, Prædicator, & Cuſtos laudatæ Provinciæ.

De Contractibus varijs Indiarum, tract. 2.

De Juſtitijs Indorum, lib. 1.

De Emptione, & venditione argenti, & catenarum auri. De eo tractavi in mea Bibliotheca Minorum Diſcalceatorum, ex Balthaſare de Medina in Centuria Scriptorum Diſcalceatorum, & Antonio Truxillo in Chronicis Prov. S. Gabrielis. Scripſit inſupèr, ac edidit Manilæ:

Apologeticum pro authoritate Pro-Regum, teſte laudato Medina in Chronicis Mexicanæ Provinciæ S. Didaci, lib. 4. à cap. 27. Compilavit demùm:

Conſtitutiones ſuæ Provinciæ, vnà cum Privilegijs Summorum Pontificum, Hiſpanicè editas Mexici, apud Hæredes Viduæ Franciſci Rodriguez 1698. in 4. Vidi.

BARTHOLOMÆUS CAMPI, Minorita, Italus, edidit Maceratæ, anno 1643. opus inſcriptum:

Orationes piæ ad Sanctiſſimum Nomen Jeſu. Authore mihi D. Antonio Pinelo in ſuo Indiculo Mariano M. S. aſſervato Matriti in Biblioth. Convent. Reg. Obſerv. C. D. num. 146. Legi.

BARTHOLOMÆUS CARAVIAS (forte COVARRUBIAS, vt ex Daza opinatur Alva in ſua Militia, pag. 161.) Hiſpanus, Reg. Obſerv. Compoſtellanæ Prov. alumnus, ac Salmanticenſis Concio-

cionator, Vir doctrinæ, & religioſis moribus conſpicuus. Fertur (Marracius ait in ſua Mariana Bibliotheca) de laudibus B. Virginis multos laudandos cudiſſe ſermones, quibus nomen, & ingenium ſuum cum gloria notificavit. Extat apud Uvadingum, vnica:

Concio de Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis, edita Salmanticæ anno 1619. in 4. vnà cum alijs, labore Fr. Gaſparis Vigachnaga, Legi.

BARTHOLOMÆUS A CASTELLO, Italus, Regul. Obſerv. edidit Librum ſatis pium, & vtilem, quem inſcripſit:

De vnione animæ cum ſupereminenti lumine. Peruſij apud Hieronymum Cartolarum, anno 1538. in 8. Ex Uvadingo.

BARTHOLOMÆUS DE CASTRO, Hiſpanus, Lector emeritus, Regius Concionator, à cenſuris S. Officij, ac Miniſter Provincialis Prov. Granatenſis Reg. Obſerv. communem fecit:

Orationem funebrem in morte Caroli II. Hiſpaniarum Regis. Granatæ, anno 1700. in 4. Vidi.

BARTHOLOMÆUS CATANIUS, Majoricenſis, Reg. Obſerv. ea in Inſula Propagator, & Author, Vir inſigni pietate, & prudentia, magnam adeptus inter ſuos authoritatem, ſcripſit:

Homilias, & Sermones multiplices pro vniverſis anni diebus, in quibus prædicari ſolet. Habentur magno codice manuſcript. in Biblioth. Cœnobij S. Mariæ Angelorum à Jeſu extra muros Urbis Majoricenſis, ab eo conſtructi. Deceſsit magna ſanctitatis opinione, ibid. anno 1462. vbi corpus ejus conſpicitur incorruptum, ſuavem emittens odorem. Uvadingus hic, & in ſuis Annalibus ad annum 1444. num. 58. & 71. ex quo D. Nicolaus Antonius in ſuo opere de Vetuſtis Scriptoribus Hiſpanis, pag. 185. num. 500. Conſule Arturum in Martyrolog. Franciſcano die 27. Februarij.

BARTHOLOMÆUS DE CHAYMIS, Mediolanenſis, Minorita, Vir Sacrarum Litterarum peritiſsimus, quem Sixtus IV. ad Ferdinandum, Regem Hiſpaniarum Legarum miſsit. Scripſit:

Interrogatorium, ſivè Confeſsionale in quatuor partes diviſum. Incipit: Cum ars artium. Prodijt Venetijs, anno 1486. Extat M. S. in Bibliotheca Ducali Urbini.

Pœnitentiale, vetus editio in 4. Vidi.

De Miſſæ defectibus libellum in Charta, forma quadrata, apud Bibliothecam Latinam M. S. Antonij Auguſtini, Epiſcopi Tarraconenſis, impreſſam Tarracone apud Philippum Mey, 1586. in 4. Deceſsit ad annum 1496.

BARTHOLOMÆUS CIMARELLUS, Italus, Provinciæ Picenæ Theologus, & Diffinitor, Vir verè religioſus, cui magnam debet partem Uvadingus noſter in ſuis Ordinis Annalibus, ipſomet atteſtante indè Scriptoribus, Italicè edidit:

Chronicorum Ordinis partem quartam ſuccidaneam tribus partibus à Marco Ulyſsiponenſi compoſitis. Prodijt Venetijs apud Barrezum Barreci, anno 1621. Vidi. Claruiſſe poſt annum 1620. vſque 1630. aſſerit Dupin, ſæculo 17.

BARTHOLOMÆUS A COLLE, Vallis Elſæ, Italus, Provinciæ Tuſciæ, Nuntius, & Prædicator Apoſtolicus, in Theologia, Legibus, Humanitate, & Oratoria florens, ſed præcipuè virtutibus (cujus acta habes apud Antonium à Terrinca in Theatro Provinciæ Tuſciæ, tit. 14 & 2.) veluti argentea tuba per totam Italiam, Dannoniam, & Græciam reſonavit. Hic, eleganti ſtylo, & ordine, conſcripſit, anno 1477.

Vitam S. Luchesij à Podio Boniſij. Memoratur à Gonzaga, & alijs apud Arturum in Martyrologio Franciſcano die 15. Martij.

BARTHOLOMÆUS COLUNNENSIS DE FLORENTIA, Minor. Conventualis, ac Sacræ Theologiæ Magiſter, à laudato Terrinca, ibidem pag. 190. celebratur ex opere ab ipſo edito, ſub titulo:

De prohibitione duelli. Florentiæ, anno 1625.

BARTHOLOMÆUS DE COTHURNO, Ligur. nobilis, ac valdè doctus, Minorita, ex Archiepiſcopatu Genuenſi ad Cardinalitiam dignitatem ſub titulo Sancti Laurentij in Damaſo, à P. Summo Urbano VI. creatur, quem tamen ipſe Pontifex Genuæ cum alijs quatuor Cardinalibus diris tormentis interfici fecit, an. 1385. in menſe Decembri. Agunt de ipſo Gaſpar Jongellus in Elogijs Cardinal. Ordin. Minor. Ughellus in Italia Sacra, Aroldus ad ann. 1378. §. 3. Georgius Joſephus in Bibliotheca Purpurata recenſens ejus ingenij monumenta. Ea ſunt:

Summa Theologiæ.

Poſtillas Sermonum Sacrorum.

Commentaria in Cantica Canticorum. Aliaque nonnulla, quæ deperdita ſunt.

BARTHOLOMÆUS DURAND, Ga-

Gallus, Antipolenſis, Jubilatus Lector Provinciæ S. Ludovici Regul. Obſerv. ac Pater, Vir ingenio clarus, ſermone Scholaſticus, ac Religioſiſsimus, ſcripſit, ac edidit quinque voluminibus in 12. vniverſam Theologiam ſub titulo:

Clypeus Scotica Theologiæ contra novos ejus Impugnatores. Maſsiliæ typis Caroli Brebien 1685. & ibidem ex officina Petri Cary 1700. & Venetijs apud Paulum Balleonium 1709. Vidi. Opus quoque dogmaticum, & egregium foràs emiſsit, ſub hoc titulo:

Fides Vindicata quatuor libris comprehenſa, in quibus refutantur hæreſes. Avenione anno 1709. & Venetijs apud Sebaſtianum Coléti in fol. Vidi. Item opus morale edidit ad normam vniverſi Juris Canonici, quod prænotavit:

Diſſertationes Eccleſiaſtica pro foro, tàm Sacramentali, quàm Contentioſo. Avenione apud Franciſcum Sebaſt. Oſfray anno 1703. in 4. Imperiali. Vidi. Demùm apud Bibliographum Aniſſonian. editam Genuæ anno 1726. Ipſo prænotatur:

Rationale Divinorum Officiorum, editum Lugduni anno 1672. in 4. Peſtilentia affectos omni charitatis officio proſequens, obijt Albaniæ, circà annum 1720.

BARTHOLOMÆUS BOYAS, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Aragonum Miniſter, ac Sacræ Inquiſitionis Qualificator, edidit:

Cæleſtem, & Mundialem machinam totius Regni Aragonum, laudatam à Meliſſano in Supplementis Annal. Minor. anno Chriſti 1390. num. 2. & alibi.

BARTHOLOMÆUS A FABRIANO, Doctor in vtroque Jure fuit, priuſquam habitum Minorum aſſumeret, inter quos ſumma vivens pietate, ſcripſit:

Librum copioſiſsimum de Vita Chriſti, Virginiſque Deiparæ, qui *Panthameron* inſcribitur, pluraque alia opuſcula ſpiritualia. Floruit anno 1500. Hæc Uvadingus ex Illuſtriſsimo Marco Ulyſsiponenſi, part. 3. lib. 7. cap. 28.

BARTHOLOMÆUS FELTRENSIS, Italus, Minorita, ſcripſit:

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, quæ in primo, & ſecundo opere de Conceptione evulgavit P. Bandellus à fol. 100. vſque 109. juxtà editionem factam anno 1502. in 4. Vidi. Conſule Fr. Petrum de Alva, pag. 163. ſuæ Militiæ.

BARTHOLOMÆUS GAYUS, Italus, Patria Peruſinus, Minorita inſignis, Profeſſor Moralis Philoſophiæ, Methaphiſicæ, Theologiæ, Sacror. Canon. in patrio Gymnaſio, Evangelij Præco in præcipuis Italiæ Civitatibus ad ſe audiendum omnes pertraxit; quare tanti Viri fama commotus Clemens hujus nominis VI. Pontifex Maximus, eundem ad ſe Avenionem accerſiri juſsit, penès ſe in Gallia commorari voluit, eumque in Supremum Nemoricenſis Eccleſiæ Antiſtitem elegit, vt quem virtus illuſtrem fecerat, honores quoque illuſtriorem redderent. Reliquit poſteritati M. S. volumina tria:

Concionum Quadrageſimalium vnum, alterum

Adventualium; tertium

Annalium, & Sanctorum, & alia in Sacra Theologia. De hoc ſcripſere Alexander Balleſtrinus de Gymnaſio, ac Cæſar Alexius in Elogijs Clarorum Civium Peruſinorum, apud Athenæum Auguſtum Patris Oldoini, pag. 46.

BARTHOLOMÆUS GARCIA DE ESCAÑUELA, Hiſpanus, Jubilatus Lector, & Regius Concionator, (aſſumptus ad Epiſcopatum Sancti Joannis de Puerto-Rico, ex ſua Granatenſi Provincia Regul. Obſervantiæ) Conciones varias ſingulari vtilitate jucundas ſcripſit, ex quibus extant:

Oratio funebris in Exequijs Gaſparis de Medina Parentis RR. P. N. ac Illuſtriſsimi D. Fr. Alphonſi Salizanes. Salmanticæ typis Joſephi Gomez, anno 1666. in 4. Vidi.

Oratio funebris in laudem V. P. Fr. Andreæ de Guadalupe, Generalis Indiarum Commiſſarij. Matriti typis Regijs, anno 1668. in 4. Vidi.

Oratio funebris in Exequijs Catholici Philippi IV. Hiſpaniarum Regis. Ibidem apud eandem typographiam in 4. Vidi.

Oratio funebris in laudem V. P. ac Minoritæ inſignis Fr. Chriſtophori Delgadillo, Provinciæ Caſtellanæ Reg. Obſerv. alumni. Matriti per Joſephum Fernandez de Buendia anno 1671. in 4. Vidi.

Oratio Panegyrica, (& valdè diffuſa) *pro extenſione cultus S. Ferdinandi Caſtellæ, & Legionis Catholici Regis.* Matriti eiſdem typis anno 1671. in 4. Vidi.

BARTHOLOMÆUS GARCIA, Hiſpanus, Aragonenſis Provinciæ Regul. Obſerv. alumnus, vernaculè vulgavit tomum in 4. inſcriptum:

Solemnia Cæſarauguſtana in Canonizationibus SS. Petri Alcantarenſis, ac Mariæ Mag-

Digitized by Google

Magdalenæ de Pazzi. Cæſaraugustæ apud Joannem de Ibar 1670. Vidi.

BARTHOLOMÆUS GARCI ORDOñEZ, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Caſtellæ, doctus Eccleſiaſtes, laudatur à D. Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, pag. 152. ex opere vernaculè ſcripto, cui titulus:

Ars politica redemptionis rerum pignoratarum in utilitatem Principum. Prodijt Pinciæ anno 1602. in 8. Vidi editionem ibidem factam anno 1607. typis Ludovici Sanchez in 8.

BARTHOLOMÆUS GRAUNVYSE, Anglus, Sacræ Theologiæ Doctor, Glaunvillo Coævus, ſcripſit:

Decora Franciſcanæ Religionis adverſus dedecora ex probantium ſibi hoſtium. Argentinæ, expenſis Petri Beneventi anno 1358. Hæc Uvadingus.

BARTHOLOMÆUS GUERRERO, Hiſpanus, Regul. Obſervant. Provinciæ S. Michaelis, Sacræ Theologiæ Lector in Conventu Placentino, ſcripſit:

De Controverſia Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ. Prodijt Matriti apud Didacum Flamencum, anno 1620. in 4. Vidi.

BARTHOLOMÆUS DE LA HAYE, natione Gallus, Patria Pariſinus, Vir doctiſsimus, ac non vulgaris eloquentiæ Concionator, cujus ingenium Sacra fuit officina Scripturarum, cujuſque ſpiritus multa locuples virtute, illum dedit Pariſienſi Provinciæ Minor. Capuccin. æterna memoria dignum: plura ſcripſit, ex quibus relata ejuſdem Provinciæ ſolùm ſequentia titulis notata porrigunt:

Opus perfectum Concionatorum, in quo plurima ad Conciones, & pro Concionatoribus utiliſsima recenſentur. Tom. 1. in fol. Prodijt Pariſijs apud Dionyſium Thierry anno 1648.

Milleloquium Biblioth. SS. PP. Tom. 1. in fol. ibidem apud eundem 1650.

Milleloquium SS. Eccleſiæ Doctorum Gregorij Papæ, & Hieronymi. Tom. 2. in fol.

Summa Bibliorum Alphonſi Toſtati Redivivi. Tom. 1. in fol.

Pathalogia Quadrageſimalis, ſeù Conciones pro tempore Quadrageſimæ. Tom. 2. in 4.

Commentaria in Canticum Canticorum. Tom. 1. in fol.

Expoſitio in Epiſtolas B. Petri Apoſtoli. Tom. 1. in fol.

Triumphus trium Crucifixorum Jeſu, Mariæ, & Franciſci. Tom. 1. in 4.

Corona Eccleſiaſtica, ſivè Conciones de Sanctiſsimo Eucharistiæ Sacramento. Plenus dierum, & meritorum, clarus migravit à ſæculo, in Conventu Sancti Honorati Civitatis Pariſienſis, anno 1660. ætatis ſuæ 70. De eo meminit Uvadingus, lib. de Script. FF. Minorum, Jacobus Le-Longe pag. 766. Biblioth. Gallicæ, ſed fuſo calamo Genuenſ. in ſuo opere de Scriptoribus Capuccinis, pag. 41.

BARTHOLOMÆUS LARRALON, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinc. Caſtellæ Theologus, ac S. Officij Qualificator, de rebus domeſticis ſcripſit:

Defenſorium Theologicum legale. Vidi M. S. Matriti in Archivio Ordinis, plut. 2. num. 48.

BARTHOLOMÆUS LETONA, Hiſpanus, ex Prov. Cantabriæ Regul. Obſer. filius, Prov. Mexicanæ *S. Evangelij*, Commiſſarius Provincialis, Lector emeritus, S. Officij Qualificator, ac in Romana Curia Generalis Procurator in Cauſa V. Servi Dei Fr. Sebaſtiani de Apparitio, Vir indefeſsi ſtudij, nobis reliquit librum inſcriptum vernaculè:

Perfecta Religioſa, in quo acta dat V. Matris Hieronymæ ab Aſſumptione, primæ Abbatiſſæ Conventus Diſcalceatarum Manilenſium in Philippinis Inſulis. Prodijt Angelopoli ex officina Viduæ Joannis Borja 1662. in 4. Vidi.

Concionem de S. Clara, ibidem impreſſam typis Franciſci Robledo.

Concionem de S. P. N. Franciſco, ibidem. Laudatur à N. Alva, tabul. 1. & Auguſtino Ventaneurt in Chronicis laudatæ Provinciæ, ſubjungente fol. 1433. num. 39. ejuſdem Authoris apud ſe habere:

Vitas nonnullarum Monialium Conventus S. Claræ Malinenſis.

Vitam V. Fr. Sebaſtiani de Apparitio, de cujus Canonizatione agitur impræſentiarum. Demùm, ex relatu Cantabricæ Provinc. edidit:

Catalogum Franciſcanarum Regio genere illuſtrium, adjectis earum Vitis. Angelo Poli typis Viduæ Joannis de Borja 1662.

Inſularum Philippenſium Deſcriptionem. Ibidem.

BARTHOLOMÆUS MONTUANUS, Minorita, compoſuit opus prænotatum:

Memoria artificialis, cum varijs imaginibus. Vidit Philippus Labe, ut in ſua nova Bibliotheca lib. M. S. teſtatur, in ſecundo Sixto Biblioth. Regiæ 895.

BAR-

BARTHOLOMÆUS MASTRIUS, Italus, Meldulenſis Provinc. Bononienſis Minor. Convent. Miniſter, Sac. Theologiæ Doctor, & in Patavino Gymnaſio olim Regens, Vir in Scotica doctrina diligentèr excultus, in diſponendo diſtinctus, perſpicuuſque in diſputando, vnà cum Bonaventura Belluto, ea edidit Scholaſticis vtilia, de quibus inferiùs loquar, idem judicium de vtriuſque operibus pronuntians verbo *Bonaventura Bellutus*. Maſtrij autem ſolius prodierunt nonnulla, quæ omnium Scotiſtarum teruntur articulis. Ea ſunt:

In Methaphyſicam. Tom. 2 in fol.

In quatuor libros Sentiarum ad mentem Scoti. Tom. 4. in fol. Venet. typis Joannis Jacobi Hertz 1675. & ibidem 1684. & 1698.

Theologia Moralis ad mentem DD. Seraphici, & Subtilis concinnata. Venet. 1671. apud Joannem Jacobum Hertz 1671. in fol. & ibidem 1700. Item eruditum ſuæ doctrinæ defenſorium, ſub titulo:

Scotus, & Scotiſta Bellutus, & Maſtrius expurgati à proboſis querellis Ferchianis. Ferraræ apud Franciſcum Succium 1650. in 4. Vidi.

BARTHOLOMÆUS MATHIOLI DE ONETA, Italus, Lucenſis, Provinciæ Tuſciæ alumnus, Concionator, & Lector, clarus Aſtronomus, ſyderalibus diſciplinis addictus, edidit:

Tractatus, & Libellos varios de rebus Aſtrologicis: ſingulari eruditione refertos. Obijt Lucæ die 27. Auguſti 1661. Ex Antonio Tetrinca, part. 3. titul. 1. Theatri Genealogici Tuſciæ, pag. 190.

BARTHOLOMÆUS METHUNA, (alijs MEDUNA) Italus, Methenſis Prov. S. Antonij alumnus, quem, Virum præ cæteris litterarum ſtudiorum Marracius appellat, Etruſco ſermone dedit cultoribus Virginis Mariæ.

De Vita B. Virginis, lib. 1. Prodijt Venetijs ex officina Joannis Pauli de Ferrara, anno 1581. in 4. Vidi. Eadem lingua, Uvadingo teſte, duo alia volumina vulgavit. Alterum

De Chriſti Humanitate.

In gratiam impuberum qui trivialibus erudiuntur; alium. De eo tractat Uvillot in ſuis Athenæis, & Alva, pag. 167. ſuæ Militiæ.

BARTHOLOMÆUS A MIDDELBURGO, Zelandus, anno 1485. natus, ab initio vſque ad annum ætatis trigeſimum, mercaturam exercuit, aqua meliori conſilio ſe ſubducens, Lovanium ad optimarum artium mercaturam conceſsit. Liberalium artium Magiſterium adeptus, haud multò poſt Amſterodami Minorum ſubivit inſtitutum. Poſt ſtudia Sacræ Theologiæ Lovanij decurſa Sacris Concionibus totus intentus, ab hoc miniſterio vſque ad mortem nunquam ceſſavit. Multis in locis, præſertim Bruxellis, Lovanij, Amſterodami, Ultrajecti, magno omnium applauſu, & cumulatiſsimo animarum fructu annis quadraginta, tametſi vtroque latere hernioſus, prædicavit. Primus erat ſemper, & vltimus in Choro, omnique Cœnobij publico miniſterio. Lecto, culcitra, vel vicalibus nunquam indormivit, ſed opetiens caput ſuo pallio ad lectum geniculabat, totus immerſus Divinis meditationibus. Brevi ſomno poſt matutinas preces recreato corpuſculo, mane vſque ad horam quartam excipiendis confeſsionibus vacabat, reliquum tempus orationi, parandiſque Concionibus tribuebat. Raró foràs prodibat, niſi ratio charitatis vrgebat, & quam citiſsimè redibat, vt idem qui exierat, regrederetur. Non frequentabat convivia, non amicis, & ſalutationibus, non fabulis intendebat, nihil dignum repetiens, quod cum fugaciſsimo tempore commutaret, cujus vnius honeſtiſsima avaritia eſt. Norma ejus vitæ virtutum erat exemplar. Anno 1564. & ætatis ſeptuageſsimo nono, feria tertia Paſchæ vltimam habuit Ultrajecti Concionem, ſub cujus finem gravitèr exhortatus eſt Auditores vt perdurarent in Fide Catholica, & Religione, ſine qua nemini præſumenda ſalus, inſtare periculoſa tempora, Catholicorum perſecutiones, Sacerdotum maximè, & Religioſorum, Templa evertenda, Altaria deſtruenda, & quæ Geuſiorum motibus viſa, atque audita cum gemitibus deploranda ſunt, ſe poſt hac non conſcenſurum ſuggeſtum, nec viſum iri. Hæc, & alia ſuæ mortis præſcius poſt paucos dies ſubſecuta, palàm prædixit. De ſuggeſtu deſcendens mox decubuit, vbi totus in precibus, & devotione, viſo etiam Chriſto à Judæis flagellato, placidè obdormivit in Domino. Poſt menſes tres effoſſum ejus corpus, opera Henrici Bommel Conſilij Provinciæ Ultrajectenſis Graphiarij, intimi ejuſdem amici, inventum eſt integrum, & incorruptum, ſuaviſsimum adflans odorem, orique impoſita rubens pulcherrima roſa, quam ille, ceù pretioſiſsimam gemmulam in tanti viri memoriam adſervavit: digniori ſepulchro opere for-

fornicario camerato reverentèr repoſitus eſt. Scripſit:

Concionum ſuarum tomos tres de Tempore, & Sanctis, quorum primus ejus manibus exaratus, diligentèr aſſervatur. Petrus à Sancto Trudone ejus Guardianus, poſteriori Tumulo hoc affixit Epitaphium:

Pientiſsimus Pater
Bartholomæus à Middelburgo
Anno Domini M.D.LXIV, Die II. menſis Aprilis
Vitam commutavit in mortem,
Et obdormivit in Domino.
Vixit annos ſeptuaginta novem
Menſes ſeptem, dies octodecim:
Fuit Vir admirabilis zeli, auſteritatis,
Sobrietatis, & abſtinentiæ,
Multis annis, varijs in locis cum laude
Guardianus, & Vicarius.
Sermo ejus vt facula ardebat.
Quadraginta continuis annis fidelem,
Strenuum, atque invictum Catholicæ
Eccleſiæ Miniſtrum, & Verbi Dei Orthodoxum
Præconem egit ad vitæ ſuæ finem vſque;
Nàm octavo die
Poſt vltimam concionem ſuam quam habuit
Feria III. Paſchæ, in hoc noſtro Ultrajectenſi
Conventu, in pace Chriſti requievit.

Hæc Uvadingus, ex quo Marracius. Plura de Viti hujus ſanctitate Arnoldus Rayſſius in Actuario ad Natales Sanctorum Belgij.

BARTHOLOMÆUS DE MOLINA, (haud MEDINA) Hiſpanus, ex Diſcalceatis Provinciæ Sancti Joſephi, ipſiuſque Diffinitor, in gratitudinis obſequium, Panegyricum Comiti Oropeſæ olim dicatum, typis vulgavit Hiſpanicè, ſub titulo:

Tractatus brevis virtutum Joannis Garcia Alvarez de Toledo. Matriti apud Alphonſum Delgado 1621. in 8. Vidi. In libelli hujus initio, Author *de claro Herois ſui ſtemmate, majoribuſque illuſtribus* nonnulla minimè contemnenda ſuppeditat; & ob id, locum tuetur inter Genealogos apud Bibliothecam Gerardi, fol. 59. Mutto D. Nicolaum Antonium, & alios relatos in mea Minorum Diſcalceatorum Bibliotheca, pag. 42.

BARTHOLOMÆUS DE MOLINA, alter, Hiſpanus, Minorita, ad D. Petrum de Rivera Lucenſem Antiſtitem, opus Muſicum ſcripſit hujus nomenclaturæ:

Ars cantus Gregoriani, dicta Lux videntis. Pinciæ 1506. Hæc D. Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 156.

BARTHOLOMÆUS MONTERO, Hiſpanus, Lector emeritus, propoſitionum ad S. Officium ſpectantium Cenſor, Cuſtoſque ſuæ Bæticæ Provinciæ Tertij Ordinis Franciſcani, vernaculè ſcripſit:

Apologeticum pro V. Tertio Ordine Pœnitentium. Aſſervatur M. S. in 4. in Biblio-

bliotheca Hiſpalenſis Conventus laudatæ Provinciæ. Vidi. Forâs autem emiſsit:

Orationem de Chriſto, ſub titulo: *Ecce Homo*. Granatæ typis Franciſci Sanchez, anno 1659. in 4. Vidi.

BARTHOLOMÆUS NUñEZ, Hiſpanus, Granatenſis Provinc. Regul. Obſerv. Sacerdos ſanctitatis opinione clarus, Ineditum reliquit;

De Adjurationibus, lib. 1. meritò aſſervatum in Archivio Cœnobij S. Antonij de Ubeda. Obijt circa annum 1621. Ex Chronicis ejuſdem Prov. tract. 3. cap. 61.

BARTHOLOMÆUS ORDOñEZ, Hiſpanus, Barcinonenſis, Regul. Obſerv. in laudem S. Eulaliæ Barcinonenſis ejus Vitam ſcripſit ligato ſermone, nempè Ryhtmis, atque Octavis Caſtellanis, in publicumque miſsit vernaculè, ſub titulo:

Eulalida. Tarragone anno 1590. in 8. Barcinone apud Philippum Robertum, juxtà placitum D. Nicolai Antonij, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, pag. 156.

BARTHOLOMÆUS DE PALMA. (Vide ſuperiùs: *Barnabas N.*

BARTHOLOMÆUS PECTORANUS, Minorita, Italus, ſcripſit, non tamen edidit, librum prænotatum:

Propugnaculum Seraphicum pro plumbi laminarum Sancti Granatæ Montis doctrina, ex mandato S. Inquiſitionis Romanæ fabricatum. Romæ legit noſter Alva, vt recenſet pag. 167. ſuæ Militiæ.

BARTHOLOMÆUS PISANUS, ſivè de Albicis (in quo lapſus videtur Card. Rob. putans eum Ordinis Prædicatorum) ex Rivano in Tuſcia oriundus, Minorita inſignis, Sacræ Theologiæ Magiſter, Concionator Apoſtolicus, Vir cui certè noſtri Ordinis Hiſtorici plurimum debent, ſcripſit piè, & luculentèr, vti Rodulphus refert triginta ingentia volumina. Ex his mihi nota ſunt:

Conformitates S. P. N. Franciſci cum D. N. Jeſu Chriſto, opus celebre ad Capitulum Generale Aſsiſij congregatum anno 1399. perductum, & concordi omnium PP. ſuffragijs haud ſine laude approbatum. Habentur M. S. Urbini in Bibliotheca Ducali. Prodierunt primò Germanica lingua anno 1531. abſque nomine Anthoris, vel Typographi. Item Genuæ apud Conradum Badium in 8. anno 1560. Batavicè tranſlatæ, impreſſæ ſunt Dondraci anno 1589. & Latinè Daventriæ typis Joannis Columbi 1651. in 16. Editæ quoque extant Conformitates iſtæ Mediolani anno 1510. apud Gotardum Pontitum in fol. ibidem 1513. typis Zarotti Caſtillenei. Emmendatæ, ſtudio Jeremiæ Bruchij ejuſdem inſtituti alumni prodiere Bononiæ anno 1590. in fol. ex officina Alb. Benetij. Vidi. In hoc celebre opus invehitur quidam impius ſtultitijs varijs, ſed abundè, & luculentèr confutatur à noſtro Henrico Sedulio in Opuſculo à ſe, edito Antuerpiæ anno 1607. in 4. Præcipuas materias, quas Piſanus noſter proſecutus eſt in opere laudato (quæ quidem Concionatoribus vberem dicendi præbent occaſionem) ſequentia capita indicabunt:

De ſingulis actibus Vitæ Chriſti.

De ſingulis actibus Vitæ S. Franciſci.

De decem figuris competentibus B. Franciſco.

De Incarnatione Verbi.

De Epiphania Domini.

De Virtute patientiæ.

De Inſidijs Vitæ Chriſti factis.

Diſcurſus de amatoribus hujus ſæculi.

De Diaboli tentatione.

De Electione duodecim Apoſtolorum.

De Laudibus Apoſtolorum.

De Legibus Chriſticolis in Evangelio datis.

De bonis rebus, bonis, & malis, quæ in hoc Mundo reperiuntur.

Diſcurſus notabiles ſuper his, quæ Chriſtus dolebat.

De Locutione Chriſti.

De Amore Chriſti ad genus humanum.

De Miraculis Chriſti.

De Chriſti Transfiguratione.

De divitijs, & earum affectibus.

De paupertate, & ejus affectu.

De gradibus humilitatis.

De Lumine gloriæ.

De Scientia Chriſti.

De his, quæ Chriſtus prophetavit.

De Nomine Jeſu.

De Nuptijs.

De Oratione.

De Miſericordia, & pietate.

De Commendatione, & Laudibus multorum.

De Myſterio Crucis.

De Sacramentis veteris, ac novæ Legis.

De Chriſti Morte.

De Limbo.

De Chriſti Sepultura.

De Chriſti Reſurrectione.

De Chriſti Aſcenſione.

Opus Conformitatum B. Virginis cum Chriſto à Mariano, Uvadingo: & alijs relatum, ſed me judice opus indiſtinctum à *libris ſex de Laudibus B. Mariæ Virginis*, ex-

excuſis Venetijs anno 1596. apud Petrum Rutinellum in 4. Vidi. In libris hiſce enarrantur, quæ de Deipara Immaculata conſcripſerunt Evangeliſtæ, ac innumera ad Chriſti Domini vitam pertinentia, adjecto Indice Quæſtionum.

Quadrageſimale, multas quæſtiones, variaſque Caſuum Conſcientiæ reſolutiones amplectens. Lugduni per Romanum Morin 1519. in 8. Salmanticæ in Bibliotheca Majoris Collegij S. Bartholomæi, ſcrinio 176. extat noſtri Authoris integrum Quadrageſimale M. S. cujus initium: *A Domino factum eſt iſtud.* Perſcribit ita: *Explicit Quadrageſimale V. Doctoris Magiſtri Bartholomæi de Piſis, Ordinis Fr. Minorum.* Vidi.

Quadrageſimale aliud de Contemptu Mundi, ſivè de triplici Mundo ſenſibili, Microcoſmo, & Archetypo. Mediolani per Magiſtrum Uldericum Scuzenzeher annò 1498. in 4. Vidi. Et Venetijs 1503. ſtudio Fr. Joannis Meapelli Mediolanenſis.

Expoſitio in Regulam FFr. Minorum. Extat à fol. 77. libri inſcripti: *Monumenta Ordinis Minorum*, juxtà editionem Salmanticæ factam anno 1511. Vidi.

Summa Caſuum Conſcientiæ, teſtibus noſtris Nomenclatoribus. Fortaſis iſta eſt Summa, quæ *Piſſanella* dicitur, ab altero Bartholomæo Piſano, Ordinis Prædicatorum, ſcripta:

Vita B. Gerardi Laici, quam penès ſe habuit Uvadingus, vt teſtatur in ſuis Annalibus ad annum 1343. num. 33.

De Vita, & Laudibus Sancti Benedicti, liber vnus in duas partes diviſus per meditationes, & fructus. Ex Antonio Terrinca in Theatro Tuſciæ, pag. 191.

De Laudibus S. Dominici unà cum Arbore Ordinis Prædicatorum. Ex eodem.

De Laudibus S. Pauli, egregium volumen. Ex Illuſtriſ. Ulyſsiponenſ. part. 3. lib. 1.

De Verbis Domini. Ex Uvadingo, & laudatis AA.

De Verbis Dominæ. Ex eiſdem, & Mariano, qui alia plurima ſcripſiſſe teſtantur. Obijt Author in Conventu Piſano anno ſalutis 1401. die 10. Decembris, de quo pluribus Arturus in Martyrologio Franciſcano, die 4. Novembris. Piſani hujus adornatur effigie celebris Bibliotheca Dominæ noſtræ de Salicero, iſto carmine adjecto:

Del alto, y del baxo acento
Dos cuerdas, Piſa, templaſte,
Haſta que las concordaſte.

BARTHOLOMÆUS PULGARIN, Hiſpanus, Lector emeritus, ac Miniſter Provinciæ Angelorum Regul. Obſervant. poſteritati reliquit anno 1682.

Monumenta Hiſtorica Sanctæ, ac Reformatæ Provinciæ Angelorum, Latinè in 4. Incipit Epiſtola nuncupatoria: *Edictum Cæſaris.* Vidi in Archivio Hiſpalenſis Conventus laudatæ Provinciæ.

BARTHOLOMÆUS RUBEUS, Siculus, ex Oppido Pitayni, Regul. Obſervant. Theologus, & Generalis Concionator, Vir doctrina, & moribus inſignis, edidit Italicè, volumen in 4. ſub titulo:

Sacer mons Contemplativorum. Neapoli typis Laurentij Scorigij anno 1629. in 4. Item

Preces varias contra imminentes tempeſtates. Meſſanæ apud Petrum Bream 1620. in 8. Claruit anno 1628. Et hujus mentio in Bibliotheca Sicula, tom. 1.

BARTHOLOMÆUS RICO, Hiſpanus, Reg. Obſerv. Prov. Aragonenſis, profeſsione Laicus, annos permultos Religioſus Janitor Regij Seraphici Cæſarauguſtani Cœnobij, volumina duo acumine plena ſcripſit in 4. anno 1627. ſed inedita reliquit. Eorum tituli:

Logiſtica, & Arithmetica Practica, Ars numerica, unà cum lectionibus regularum ſimplicium, ac compoſitarum. Authographum aſſervatur in Bibliotheca laudati Conventus ſub littera Q. num. 200. & ſub littera N. num. 223. Conſentiunt Chronologi ejuſdem Provinciæ Hebrera, & Valles in ſuis Catalogis. Obijt Author in ipſo Cæſarauguſtano Cœnobio, anno 1642.

BARTHOLOMÆUS A SALUTHIO, ſivè è Marchionatu Salutiano, Italus, Provinciæ Romanæ, priùs in Cœnobio Aracœlitano Sacræ Theologiæ Lector, deindè vitæ reformandæ, & pietati ſectandæ totus intentus, tranſivit ad ſtrictioris Obſervantiæ Reformatos profeſſores, inter quos primum in Gallia, mox in Italia miros fecit in virtute progreſſus, præſertim in populo erudiendo, & ad meliora provocando. Incredibile eſt, quales, & quantos fecit per univerſam Italiam diſcurſus, vbique prædicando, & ad peccatorum expiationem, ac Sacræ Synaxis communionem fructu cumulatiſsimo adhortans. Integros ſæpè dies, & noctes protrahebat in oratione, ac rerum cœleſtium meditatione, frequentèr extra ſe raptus, ſacris cantibus futura mala prædicens, atque ad pœniten-

ſentiam invitans, vixit multis annis in Urbe ad S. Petri montis Aurei in tuguriolo propè Cœnobium, vbi multos ſcripſit Italicos tractatulos, breves, pios, & pietatem ſectantibus apprimè vtiles, qui in duo volumina collecti, ita inſcribuntur:

Volumine primo.

Speculum animæ. Prodijt ſeorſim Romæ 1614. in varias linguas translatum. Ex Gallico Latinum fecit Dionyſius Dulkepius Cathuſianus.

Hortulus Orationis.

Teſtamentum Animæ.

Paradiſus Contemplationis.

Inventiones amoris, pars prima, & ſecunda. Seorſim Romæ 1645. in 16. Vidi. Et Coloniæ 1610. in 12.

Schola Divini Amoris.

Amoroſus Diſcipulus.

Vir ſcrupuloſus.

Epiſtolæ ſpirituales.

Alphabetum Divini Amoris.

Tomo ſecundo.

Septem Tubæ ſpirituales. Et Mediolani per Ludovicum Monza anno 1644. in 12. Vidi.

Confortatio peccatoris.

Cor animæ.

Salutationes devotæ ad Chriſtum Infantulum, & Mariam Genitricem.

Amator Jeſu Chriſti in SS. Euchariſtia. Prodijt Venetijs 1626. typis Gerardi, & Joſephi Imberti in 8. Vidi, ejuſque in capite legi *Epiſtolam* valdè vtilem ad Provincias Belgicas Franciſcanas, cujus initium: *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Ibidem extant nunc Italicè, nunc Latinè *Miracula varia Sanctiſſimi Sacramenti. Soliloquia, Rythmi, Cantica quoque varia.* Verba prima Cantici vltimi: *Cantate mirabilia amoris magni.*

Porta ſalutis pœnitenti animæ patefacta. Et Coloniæ 1627. in 12. Latinis communem fecit Joachimus Miechelius, & typis dedit Hæredum Joannis Heriſoy, Monachij 1627. in 16. Vidi.

Vita animæ.

Pratulum Divini Amoris.

Menſa ſpiritualis. Prodierunt hi duo tomi (Uvadingus ait) Venetijs apud Marcum Ginnamum 1639. in 4. Scripſit inſupèr ex Marracio, part. 1. ſuæ Bibliothecæ Marianæ.

Exercitium devotiſſimum B. Virg. faciendum. Romæ typis Cabullynis 1628. vnà cum *Epiſtolis.*

Super Salutationem Angelicam Cancionem, ejuſque declarationem. Venetijs apud Petrum Combi 1614. Braccioni per Andream Feum 1632.

Carmina de Myſterijs Sanctiſſimi Roſarij.

Carmina, & Salutationes ad eandem Deiparam ſuper ſeptem Pſalmos B. Virginis Mariæ. Demùm, patrio idiomate ſcripſit:

Speculum Confeſſionis, editum anno 1631. in 16. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 2. pag. 340.

Trilogium Myſticum. Complectitur tres myſticos tractatus, ac *Expoſitionem Orationis Dominicæ.* Hiſpanicè reddidit Franciſcus Salvator Martinez, Cordubenſis, Matritique communem fecit anno 1696. in 8. Vidi. Meritò laudatur par. 3. Theatri Tuſciæ, in Martyrologio Franciſcano, die 15. Novembris; & à Carolo Juoya in traductione Gallica: *Septem Tubarum, Inventionum Amoris Divini, &c.* in Epiſtolis Dedicatorijs. Obijt Romæ, ſanctitatis opinione, ſepultuſque eſt in Eccleſia Sancti Franciſci ad Ripam, ad cujus Tumulum ſequens appoſita eſt inſcriptio:

Deo Trino Uni,
Sedente Greg. XV. Pontif. Max. Optimo.
Piæ memoriæ Patris Fratris Bartholomæi Saluthio
Ordinis Min. Obſerv. Reformat.
Cujus corpus ob eximiam Viri bonitatem
Hoc ſeparat Monum. Condidit
Odoardus Cardinalis Farneſius
Anno ſalutis M.DC.XXI.

BAR-

BARTHOLOMÆUS VANDER BEEKEN; Minorita Belga, concinnavit:

Sexaginta Chronica Acroſticha anni 1662. *de Immaculata Conceptione B. Virg. Mariæ ſuper Antiphonam: Hæc eſt virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit.*

Quadraginta ſex Chronica Acroſtbica ejuſdem anni de Immaculata Conceptione Puriſsimæ Virginis. Inſupèr:

Labyrinthum, in quo ferè tot ambagibus, quot ſunt litteræ, invenitur ſurſum deorſum, à dextris ad ſiniſtram, & vice verſa hæc pijſsima Antiphona: Tota pulchra eſt Maria, & macula originalis non eſt in te. Extabant hæc M. S. apud Fr. Petrum de Alva, vt ipſemet teſtatur in Appendice ſuæ Militiæ, pag. 1492.

BARTHOLOMÆUS DE VECCHIS, Capuccinus, natione Italus, Bononienſis, ejuſdem Provinc. Sacræ Theologiæ Profeſſor, doctus Concionator, ac Novitiorum Magiſter per plures annos deputatus, eorum in gratiam ſcripſit, ac edidit:

Praxim Novitiorum Scholaſtico ſtylo digeſtam, in qua de conditionibus ad ingreſſum Religionis requiſitis: *De facultatibus abſolvendi eoſdem Novitios à cenſuris*, & à quibuſcumque alijs impedimentis: *De Profeſsionis emiſsione*, Profeſsione invalida, plurimiſque alijs ad hanc Novitiorum materiam maximè ſpectantibus, accuratiſsimè ad extricandos dubiorum nodos diſſeritur. Forolivij apud Saporatios anno 1627. in 4. Scripſit etiam:

Dubiorum Moralium ſuper Regulam Fratrum Minorum, tomos 3. Ibidem in fol. De hoc Uvadingus, Genuenſis, ac Dupin in Supplemento, tom. 3.

BARTHOLOMÆUS VILLALBA, Hiſpanus, Provinciæ Caſtellanæ Regul. Obſervantiæ, Jubilatus Lector, ac in declamandis ſermonibus ad Populum celeberrimæ opinionis, in Concionatorum gratiam vernaculè vulgavit volumina duo prænotata:

Sanguis Triumphalis Eccleſiæ. Matriti typis Regijs 1672. in fol. Vidi. Singillatim edidit,

Panegyricam Orationem de Immaculata Virginis Conceptione. Valentiæ ex officina Silveſtri Eſparza 1651. in 4. Vidi.

Gratulatoriam pro Natali D. Proſperi, Hiſpaniarum Principis. Matriti litteris Matthæi Fernandez 1661. in 4. Vidi. Nonnulla M. S. reliquit, quæ ad manus meas non devenere. Laudatur à noſtro Alva, pag. 171. ſuæ Militiæ.

BARTHOLOMÆUS ULIARIUS, (nonnullis OLEARIUS) Italus, Patavinus, honeſtis parentibus natus, ſpretis à puero rerum terrenarum illecebris, inſtitutum Minorum Conventualium, Cœleſtis vitæ deſiderio amplexus eſt Patavij. Vir fuit eximia virtute, ac Divinarum rerum ſcientia illuſtris, Bonifacio IX. Pont. Max. gratiſsimus, qui ad titulum S. Pudentianæ Cardinalem creavit, quem paulò anteà Florentinum Epiſcopum inſtituerat. Multa ſcripſit eleganti ordine, & ſtylo hactenùs mihi ignora. Apud Bibliothecam verò Purpuratam Georgij Joſephi Eggs impreſſam Monachij anno 1714. recenſentur ſequentia:

Commentaria in 4. Evangelia.

Quodlibeta Theologica.

Sermones de Tempore; & de Sanctis.

Agunt de eo Uvadingus, & Aroldus ad annum Chriſtianum 1389. Rodulphus lib. 3. Seraph. Hiſtoriæ. Thomaſinus in Elogijs Virorum illuſtrium. Contelor in Elencho Cardinalium. Jongell. in Elogio Cardinalium. Fr. Chriſtophorus Alvarez, Minorita, in ſua Brachilogia Purpurea; ac demùm Bernardinus Cardeonius de Claris Viris Patavinis. Debitum humanitatis exſolvit Cajetæ in Campania anno Virginei partus milleſsimo trecenteſsimo nonageſsimo ſexto, Tumulatus ibidem apud Minores Fratres, in cujus ſepulchro appoſitum extat hoc Epitaphium:

Unica Cardinei fueras, qui gloria cœtus,
Hæc te petra tegit, Patavinis mænibus ortum:
Almas inter nunc animas lætaris Olympo.
Miſſus eras partes demùm Legatus ad iſtas,
Cum tibi vivaces mors invida ſuſtulit annos,
Unanimis quidquid condignum munere fama

Scire datur, ſtudijs ſublimi mente locaſti.
Longa tuum meritis clarum per ſæcula nomen
Non adimit ſuprema dies: tua vivida virtus
Nunquam morte cadens, omni memorabitur ævo.

BARTHOLOMÆUS AB URBE VETERI, Regul.Obſerv. Prov.Romanæ alumnus, in Pharmacopolea eruditiſsimus, ea edidit, de quibus ſuperiùs verbo *Angelus Palea*, ſermonem inſtitui.

BARTHOLOMÆUS URSINUS, (ſivè de filijs Urſi) primaria familia Romana, ſivè Principum de Nola ſatus, Minorita eruditus, ac in declamandis ad Populum ſermonibus excellentis ingenij, edidit:

Quadrageſsimale, quod vocant *Gratiam Dei*, & Illuſtriſ. Gonzaga perutile Concionatoribus eſſe teſtatur. Illud ſcripſit Nolæ anno 1473. dedicavitque Fr. Gaſpari à Pergula Provinciæ Marchiæ, quem ſummoperè commendat à virtute, Religionis Obſervantia, & doctrina; incipit: *Dixit Dominus vineæ Procuratori*. Editio antiqua in fol. teſte Philip. Labe. Uvadingus noſter teſtatur vidiſſe in Bibliotheca Nolana impreſſum magno volumine nulla facta mentione Impreſſoris, ſubditque ſcripſiſſe inſuper:

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Floruit ſub annum 1480. Celebrat, & hunc Nicolaus Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana ex laudato Uvadingo in Annalibus ad annum 1463.

BARTHOLOMÆUS XARA, Hiſpanus, Concionator Provinc. Bæticæ Regul. Obſervantiæ, necnon Theologiæ, quæ ad mores ſpectat Lector, publici juris fecit patrio idiomate, libellum inſcriptum:

Expoſitio brevis caſuum reſervatorum. Hiſpali typis Joannis Gomez de Blas ann. 1643. in 8. Vidi. Eſt hujuſce mentio apud Uvadingum in Syllabo.

BARTHOLOMÆUS DE YANO, Sacræ Theologiæ Magiſter, poſtquam è Conventualibus ad Obſervantes tranſivit, univerſam Italiam ſuis doctis, pijſque Concionibus illuſtravit, demùm ab Eugenio IV. miſſus eſt ſimùl cum Alberto Sartianenſi ad Græcos, quos ad Concilium Florentinum perduxit. Scripſit:

Summam caſuum Conſcientiæ, ſeù Interrogatorium Confeſſorum, non parvi voluminis. Hæc Uvadingus hìc, quem conſulas in Annalibus, anno Chriſti 1435. num. 10.

BARTOLUS, ſeù BARTHOLUS SEVERUS DE ALPHANIS, vulgò SAXOFERRATENSIS, origine Juticanus, in Umbria, quem omnium primus in Bibliothecam Franciſcanam idcircò introduco, quamvis Minoritis non dederit nomen; & quia à noſtratibus, quos vivus ſummoperè dilexit, nec mortuus ſeparari voluit; & quia (Haroldo teſte ex Uvadingo ad annum Chriſti 1358. num. 3.) Magiſtros Minoritas habuit Fr. Petrum de Aſsiſio in humanioribus litteris, & Fr. Guidonem Peruſinum in Geometricis. Prioris cùm magna doctrinæ, & ſanctitatis laude meminit *in leg. Quidam cum filium, ff. de Verb. Oblig.* eumque ait poſteà Venetijs vocarum Fr. Petrum Pietatis, quod locum ibi erexerit, qui domus pietatis vocatur, ubi expoſiti infantes nutriendi recipiuntur. Secundi *in Proœm. Tiberiadis*, ubi ipſum vocat magnum Theologum, in omnibus univerſalem; utriuſque autem conſuetudine ſe in litteris eruditum fuiſſe, & à lapſu *cuſtoditum teſtatur*. Suadenè quoque de Seraphica Religione optimè meritum verba illa Patris Auguſtini Oldoini, pag.37. ſui Athenæi Auguſtii. *Senio confectus* (agit de Baldo Ubaldis, cujus ſuperiùs memoriam egi) *cum ſingulari amore, exemplo Magiſtri ſui Bartoli, Minoritas proſecutus eſt, & ad vitæ extremum habitum illorum Religioſorum ſuſcepiſſe teſtantur multi.* Ad rem inſuper ſpectare nonnemo dicet ejus expoſitionem in Regulam Seraphicam quatuor libris diſtinctam, quam conſultò appellavit *Tractatum Minoritarum.* Hic igitur Juris Conſultorum Anteſignanus mira brevitate ſcripſit, ait præcitatus Oldoinus, edidìtque volumina pluta, quæ continent:

Commentaria ſuper totum Jus Civile.

Repetitiones Bartoli.

De Differentia inter Jus Civile, & Canonicum.

De Copula, & Conjunctiva.

De Dictionibus varijs.

De

De Teſtibus, & Regulis Statutorum.
De Conſilijs habendis.
De Excuſsionibus pignorum.
De Retractatione Teſtium.
Gloſſas inſupèr elucubravit *in Conſtitutionem Henrici VII. Imper. & extravagantes cum poteſtate Cæſaris.* Plurima opuſcula, & reſponſa; videlicèt:
De Inſignijs, & Armis.
De Repreſſalijs.
Tractatus Minoricarum.
Tiberiadis.
De Guelphis, & Gibellinis.
De Regimine Civitatis.
De Tyrannis.
Edita hæc extant in fol. poſt alias impreſsiones Baſileæ in officina Frobeniana 1562. & alibi, iteratis vicibus. Scripſit inſupèr:
Conſilia.
Super Controverſijs rerum tenuiſsimarum.
Lucubrationem.
Proceſſum, ſeu tractatum quæſtionis ventilatæ coram D.N. Jeſu Chriſto, inter Virg. Mariam ex una parte, & Diabolum ex alia. Typis Venet. publici juris factum anno 1585. Deniquè ad ſacrarum rerum tractationem, & Chriſtianæ Religionis dogmata pertinentes tractatus exorſus, morte præventus, imperfectos reliquit. Obijt Peruſiæ die 13. Julij, anno Chriſti 1356. conditus ibidem in Æde D. Franciſco Aſsiſiati Sacra, sub brevi hac Epigraphe:

Oſſa Bartholi
M.CCCLVI.
Inferiùs ſunt notæ ſequentes:
Bartholus hìc jacet.

Hic eſt Bartholus ille juris ingens
Lux, & commodus explicator: hic eſt
Quem mors ante diem abſtulit maligna.
Heù mors invida, & ævo iniqua monſtro,
Quæ leges iterùm jacere cogis.
Militia vexilla ſacra, fert Bartholus, errat;
Quæ ſibi vult aliam præpoſuit ducem.

Poſt hæc, in Catalogo AA. præfixo tom. 1. *Paleſtræ Marianæ*, Fr. Gabrielis Novoa Doctoris Salmantini, ita legi: *Bartholus Juriſconſultus, qui obijt h. morita.*

BARTHOLUCIUS ASSISIAS, Italus, Minorita, edidit:
Syllabum generale, ſivè accuratum *Indicem in Scriptum Oxonienſe Joannis Scoti Tom. I.* ex antiquiori Indice collectum, quem Jacobus de Aſculo, Vir doctus olim ediderat. Ea videlicèt Syllabo per ordinem Alphabeti ſelectos doctrinæ Scoticæ floſculos, & materias, definitiones, diſtinctiones, axiomata, enuntiationes, inſigniores propoſitiones, tùm Theologicas, tùm Peripateticas ſtrictim attigit. Ex Bonaventura Barone, tom. 1. Opuſcul. part. 14. §. 10.

BASIANUS DARDADONE, Minorita, ſcripſit Italicè:
Vitam B. Jacobi de Oldo Presbyteri Tertij Ordinis S. Franciſci. Extat apud Papebrochium ad diem 18. Aprilis, fol. 101. Incipit: *A te Jeſu Chriſte noſtro Redemptore.*

BASILIUS DE ALCIRA, Hiſpanus, ex Oppido Alcira, Valentini Archiepiſcopatus, Capuccinus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, iteratò Diffinitor, ac S. Officij Qualificator, apud Biblioth. Valentinam, pag. 78. vernaculè vulgavit:
Orationem Euchariſticam pro triumpho Catholici Exercitus de ſuperbia Maurorum reportato. Valent. per Vincencium Cabrera anno 1686. in 4.

BASILIUS DE BURGO, Capuccinus, Italus, Prov. Neapolitanæ Concionator, Vir doctus, & in Poeſi eruditus, ſcripſit, ac prælis dedit ſuppreſſo nomine:
Carmina plura heroica Latina, & Epigrammata de Sanctis. Panormi 1648.

BASILIUS A CLEMONA, Italus, ſtrictior. Obſerv. & Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Miſsionarius Apoſtolicus in Sinenſi Imperio, Provinciæ quoque *Xen-ſi* ab Innocenico XII. P. M. in Vicarium Apoſtolicum electus, in lucem edidit libros prænotatos:
De Sacramento Confirmationis.
Brevis omnium Fidei noſtræ Myſteriorum explicatio.
Catechiſmus Doctrinæ Chriſtianæ.
Sinorum Caractherum Latina expoſitio.
Hæc Fr. Petrus de la Piñuela in ſuo Catalogo Miſsionariorum Sinenſium, edito Mexici an. 1700. in 4. fol. 5. Inſupèr diuturno Sinenſium litterarum ſtudio doctior factus,
Dictionarium Sinenſe edidit, in quo plura ex priori Dictionario emmendavit. Ex oculato teſte D. Carolo Maigrot, Epiſcopo Cononienſi, & Vicario Apoſtolico Fakienſi.

BASILIUS DONURSUS A SURRENTO, Italus, Prov. Neapolitanæ filius, Vir multis in Religione muneribus cum laude functus, Philoſophiæ, & Sac. Theologiæ per plures annos præſtantiſsimus Pro-

Profeſſor; ac tandem ejuſdem ſuæ Provinciæ ſapiens Moderator, ſcripſit, ac typis habebat paratum

Integrum Curſum Philoſophicum in duos tomos diſtributum in fol. &

Integrum Curſum Theologicum in tres tomos in fol. diviſſum Genuenſis ex Nicolao Toppio in ſua Neapolitana Bibliotheca, pag.41.

BASILIUS ITURRI DEL RONCAL, Hiſpanus, ex Oppido Tauſte, Diœceſis Cæſarauguſtanæ, Aragonenſis Provinciæ filius, & Generalis Prædicator, Vir ſanè eruditus, vt ejus ſermonibus viam Dei populos in veritate doceret, ſcripſit ſatis egregium opus Hiſpano idiomate prænotatum:

Explanatio Doctrinæ Chriſtianæ varijs Sermonibus illuſtrata. Cæſarauguſtæ anno 1722. per Hæredes Didaci de Larumbe, in fol. Vidi. Item, inſcriptum:

Cardo Chriſtianus peccatorum à ſcopulis vitij diſcernens, & ad ſalutis portum dirigens. Pampilone anno 1727. in 4. typis Ildephonſi Burguete. Vidi. Stylo etiam ſignavit, ſub titulo: *Tuba Evangelica:*

Conciones breves de Dominicis totius anni vnà cum Expoſitione Catechiſmi Romani. Pampilone per Alphonſum Burguete, volum.2. in 4. anno 1730. quo Author in humanis agebat. Vidi.

BASILIUS LUGDUNENSIS, ejuſdem Prov. Capuccinus, Sacerdos pietate clarus, & animarum lucrandarum zeloſiſsimus, edidit Gallico-Latinum:

Diarium veri Chriſtiani. Lugduni anno 1617. apud Ludovicum Muguet, quo proceſſu temporis auctum, decies, & ampliùs fuit recuſum apud varios Bibliopolas, tacito ipſius nomine. Edidit etiam,

Praxim veri Servi Dei, præclara ad benè, & Chriſtianè vivendum documenta ſuppeditantem. Ibidem 1620.

Preces, & humilem ad Deum, & Sanctos recurſum tempore peſtis graſſantis. Ibidem. Obijt plenus dierum, & meritorum Gratianopoli, anno 1628. ætatis ſuæ 76. Meminere hujus Baſilij Uvadingus in Syllabo, Genuenſis in ſua Bibliotheca, ac Dupin in Supplemento, tom.3.

BASILIUS NERIUS A LEVILIANO DE PETRA SANCTA dictus, Italus, Reg. Obſerv. Provinciæ Tuſciæ alumnus, magnus vbique Theologus, ingenij ſublimitate, memoriæ profunditate nulli ſecundus, Aquilæ, Lucæ, Florentiæ, ac Viennæ annis decem & octo Sacræ Theologiæ Arcana ſumma cum laude interpretatus eſt, & ingenij ſui monumenta reliquit:

Commentaria in quatuor Sententiarum libros.

Commentaria in lib. Phyſicorum Ariſtotelis. Horum tomi ſex adhùc in Bibliotheca Conventus S. Franciſci Petræ Sanctæ, vbi inter ſuos Obſervantes die 3. Auguſti 1631. ad meliorem tranſijt vitam, aſſervantur. De hoc, ejus conſanguineus Antonius Terrinca in ſuo Theatro Tuſciæ, pag.182. & 190.

BASILIUS NOLANUS, Capuccinus, Italus, Provinciæ Neapolitanæ Diffinitor, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir (ait Genuenſis) eruditiſsimus, atque apud omnes ferè Italiæ Civitates Illuſtriores eximij, ac Apoſtolici Concionatoris claro nomine notus; plura litteraria monumenta poſteris profutura conceſſit, eaque prælis parata habebat, & ſunt:

Conciones Quadrageſimales, & per annum, tom. 3. in 4.

Conciones de Sanctis, tom.2.

Curſus Philoſophicus, tom. 3. &

Curſus Theologicus ab eo maximo ſtudio elaboratus, noviſque quæſtionibus exornatus, tom. 4. Obijt Vir omni memoria dignus, anno 1667. Hunc quoque celebrat Nicolaus Toppius in ſuo opere de Scriptoribus Neapolitanis, ſubjungens alia Authoris:

Opera, ad Rethoricam ſpectantia, aſſervari M. S. Neapoli in Conventu S. Ephrem veruſti.

BASILIUS POLINIACENSIS, Tertij Ordinis Seraphici devotus alumnus, ſcripſit, Uvadingó teſte,

In Metaphiſicam, ſeù de Ente univerſaliſſimo ſecundum Raymundum Lulium.

Commentaria in artem Raymundi Lullj. Obijt Pariſijs 29. Maji 1645. Eſt hujuſce mentio apud laudatum Toppium.

BASILIUS SUESSIONENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis Concionator, Vir multiplicis doctrinæ, & ſtrenuus Catholicæ Religionis zelator; ſcripſit, & typis ſubmiſsit duodecim volumina, quorum tituli:

Defenſio invincibilis veritatis Orthodoxę realis præſentiæ Chriſti in Euchariſtia. Pariſijs anno 1676.

Defenſio, ſeù vera Religio clarè demonſtrata, & novarum Sectarum falſitas penitùs everſa. Ibidem anno 1676.

Compendium clariſsimum Doctrinæ Chriſtianæ cum authoritatibus Sacræ Scripturæ. Anno 1678. Tertia editio facta eſt

eſt ibidem typis Caroli Foſſet anno 1680. in 12.

Condemnatio Novatorum per os eorum circà materias controverſas inter eos, & Catholicos Romanos. Ibidem tom.1.

De Exiſtentia Dei contra Infideles, ubi probat, quod Deus ſit, aut nihil.

Firmamentum immobile Doctrinę Chriſtianę, ubi principalia puncta noſtræ Fidei contenta in Symbolo Apoſtolorum clarè explicantur, ac probantur per Verbum Dei ſcriptum ad revocandos Hæreticos in Eccleſiam. Tom.1. in 8.

Fundamentum immobile Doctrinæ Chriſtianæ, ubi ſeptem Sacramenta clarè probantur per vetus, & novum Teſtamentum. Tom.1. in 8.

Fundamentum immobile Doctrinæ Chriſtianæ, ubi decem Præcepta Decalogi explicantur, & probantur per Verbum Dei ſcriptum. Tom.1. in 8.

Fundamentum immobile Doctrinę Chriſtianæ, ubi tractatur de Oratione Mentali, & Vocali in genere, & in ſpecie de Oratione Dominica. Tom.1. in 8.

Vera deciſio Controverſiarum per reſolutionem unius quæſtionis.

Vera directio Chriſtiani ad obtinendam ſalutem æternam. Liber in duas partes diviſus.

Scientia benè moriendi. Vivebat anno 1691. ſtudijs vacans ad profectum Fidelium, & Religioſorum. Pertractatur de ipſo in Biblioth. Scriptor. Capuccin. pag. 48. Et in Diario Scævans, tom.8.

BASILIUS DE TERUEL, Hiſpanus, Capuccinus, Provinciæ Valentinæ, Concionator, ac Provincialis Miniſter, Vir clarus doctrina, patrio idiomate pervtile opus ſcripſit ſub titulo:

Exercitium, ſivè modus adjuvandi illos, qui in mortis articulo ſunt conſtituti, in duas partes diſtributum. In prima parte, aſsignantur documenta pro Confeſſarijs ad hoc tam pium opus exercendum vocatis. In ſecunda, exponuntur media, quibus vti debent erga illos, qui vltimo ſupplicio ſunt plectendi. Valentiæ apud Hieronymum Villagraſſam anno 1669. in 8. Vidi.

Compendium expoſitionis Regulæ Seraphicæ, ad mentem Fr. Petri Navarro, Minoritæ. Valentiæ per Vincentium Cabrera 1679. in 8. Vidi. Scripſit inſupèr eudem idiomate:

Narrationem Hiſtoricam, in qua probat, S. P. N. Franciſcum non fuiſſe profeſſum Regulam Sancti Auguſtini. Neapoli apud Dominicum Macetrinum, anno 1660. Tom.1.

Collectaneam Sacram. Matriti apud Didacum Diaz de la Cartera 1658.

Summarium Indulgentiarum, quas Summi Pontifices conceſſerunt univerſo Ordini S. P. N. Franciſci. Ibidem apud eundem 1658.

Annotationes in Martyrologium Romanum.

Vitam R. P. Archangeli Scoti, Capuccini. Matriti apud Diaz anno 1659. in 8. Alia plura opuſcula ſcripſit, quæ (vti Genuenſis ait in ſuo opere de Scriptoribus Capuccinis) ſuppreſſo nomine in Hiſpania leguntur. Paritèr Hiſpanis communem fecit:

Vitam ſecundi Alexij, Capuccini, editam Valentiæ typis Hieronymi Villagraſſa anno 1657.

BASILIUS DE VICO, Neapolitanus, Patria à S. Severino, Prov. Lucaniæ Minorum Capuccinorum alumnus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac celeberrimus per totam Italiam Verbi Dei Declamator: Vir magni, propter ejus eximiam doctrinam, & ſapientiam in Religione habitus; aliqua ſcripſit prælo committenda, videlicèt:

Volumina duo Concionum de Tempore.

Breviarium Theologicum. Obijt Bononiæ 1631. dùm in eadem Provincia Miniſter præſideret, magnum ſui relinquens deſiderium. Ex Bibliothecis Toppij, & Genuenſis.

BASILIUS DE ZAMORA, Hiſpanus, Caſtellanæ Provinciæ Minorum Capuccinorum Diffinitor, ac Miniſter Provincialis, & in Provincia Bætica Commiſſarius Generalis, Sacræ Inquiſitionis Qualificator, necnon Philippi IV. Regis Catholici Concionator, Vir præſtantis ingenij, in omni ſcientiarum genere doctus, ac vndequaque eruditus, ſub prælo habebat, Genuenſi teſte in ſua laudata Bibliotheca, anno 1691. ingens ſatis volumen ſermone Hiſpanico ab eo elaboratum, cujus titulus eſt:

Geographia Deſcriptio totius Orbis, in qua non vulgari eruditione, & elegantia tractat: De Mundo, de Cœlis, & Elementis in genere, & in ſpecie. Agit compendioſè de Sphera, de tribus continentibus, ſcilicèt Antiquo, Novo, & Incognito, in quibus totus Orbis dividitur: De Africa, Aſia, Europa, & America: De Cherſoneſo, de ſeptem mirabilibus terræ, de Paradiſo terreſtri, de fluxu, & refluxu Oceani. De Ritibus, & moribus omnium Nationum, & ſimilibus.

R 3 BEA-

BEATRIX A CONCEPTIONE, Hiſpana, Ducis Terrenovæ filia, ex Monialibus Diſcalceatis Salmantinis, Virgo devotiſsima, ac dono contemplationis inſignis, vernaculè ſcripſit:

De Locutionibus Dei.

De Paſsionibus Amoris.

De Fide Viva. Legi.

Edita extant unà cum ejus vita exemplari apud librum 3. fundationis laudati Conventus, Salmanticæ impreſſum 1696. in 4. Claruit ibidem ſanctitatis opinione, anno 1646.

BEATRIX DE LANGA, Hiſpana, ex Oppido Methymnæ de el Campo Veteris Caſtellæ, ſanguine illuſtris, Virginum, Nuptarum, Viduarum exemplar, Tertiaria noſtrorum Diſcalceatorum, imò moribus, ac profeſsione ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum noſtrorum glorioſa Æmulatrix, ſuis Confeſſarijs obtemperans, ſcripſit:

De Beneficijs, ac Revelationibus à Deo acceptis in Oratione codices non paucos. Ipſos (quos etiam legi) conſulens Fr. Franciſcus ab Aſcenſione, Provinciæ S. Pauli filius, ac Diffinitor, conſcriptam reliquit vitam hujus Venerab. Mulieris, quæ floruit anno 1647. Plura in publicum miſsi tom. 2. Chronicor. Prov. S. Pauli, lib. 5.

Teſtamenta duo. Eorum fragmenta habes tom. 1. Chronic. ejuſdem Provinc. lib. 2. num. 154. Scripſit inſuper, & devotiſſimè:

Expoſitionem Orationis Dominicæ. Habes ibidem num. 156.

BENEDICTUS ÆGIDIUS BEZERRA, Hiſpanus, Extremaduræ in Oppido nobili de Cazeres natus, Lector Jubilatus, ac Cuſtos, Provinciæ S. Michaelis Regul. Obſervantiæ, vernaculè vulgavit:

Paradiſum Sacrarum Orationum unà cum Statione ad D. Antonium Patavinum. Matriti apud Thomam Rodriguez, ann. 1729. in fol. Vidi. In operis limine ſpem facit

Quadrageſimalium in fol. & quorundam

Scholaſticorum Tractatuum, quibus anno 1730. ſtudioſè vacat.

BENEDICTUS DE BACCIS A PODIO BONITIJ, Italus, Civis Pratenſis, Regul. Obſerv. Prov. Tuſciæ præclarus alumnus, cujus admirandas virtutes ſanctitatiſque ſigna ante, & poſt obitum edita, narrat Fr. Antonius Terrinca Theatro 1. Provinciæ Tuſciæ, titulo 4. Inter alia, orationi, & contemplationi addictus, hac de re edidit Florentiæ lingua materna:

Meditationes quotidianas Paſsionis, ac mortis D. N. Jeſu-Chriſti, ac ejus puriſsimæ Matris, ad inſtar horologij XXIV. horarum.

Epiſtolas plures ſpirituales. Septuaginta, & octo refert Fr. Seraphinus Pratenſis ejus Confeſſarius apud laudatum Terrinca, ibid. part. 3. tit. 1. in quibus, ſimplicitatis, humilitatis, charitatis in Deum, & proximum, conſilij, ſapientiæ, & timoris ſpiritus luculentèr emicat. Ad Cœlum properavit virtutibus, & ſignis egregiè decoratus, in Conventu Palci, extrà Pratum, anno ſalutis 1659. die 3. Martij, magno Populorum concurſu patentante.

BENEDICTUS BENCOVIC, Dalmata, Reg. Obſerv. Provinciæ Dalmatiæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, edidit:

Opera logicalia Scoti adjectis notis. Ticini, anno 1520. Pertractant de ipſo Uvadingus, & Sannig. in Synopſi.

BENEDICTUS BURDIGALENSIS, Gallus, Aquitanus, ejuſdem Provinciæ Minorita Capuccinus, ſtrenuus Concionator, & Paſsionis Dominicæ Meditator aſsiduus, publici juris fecit ſermone patrio, volumen inſcriptum:

Affectuoſiſsimi cruciatus Paſsionis Dominicæ, anno 1690. teſtibus Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. & Genuenſi, pag. 51.

BENEDICTUS CELLENUS, Conventualis, Italus, ſcripſit:

De prærogativis, magnitudine, & excellentia magni Conventus Aſsiſiatis. Peruſiæ, anno 1611. in 8. Eſt hujuſce mentio apud Alva, col. 176. luæ Militiæ, & Uvadingum.

BENEDICTUS CINQUANTA, Italus, Mediolanenſis, olim ſuæ Provinciæ Miniſter, edidit:

Repræſentationem Reſurrectionis Chriſti, anno 1617.

Epulonem divitem, 1620.

Speculum Prælatorum.

Converſionem Mariæ Magdalenæ.

Sermones quadraginta Horarum. Mediolani 1632.

BENEDICTUS COMBASSEM, Minorita, latinè conſcripſit:

Expoſitionem claram ſtatus totius Ordinis Minorum, opus Gallicè redditum à Fr. Alphonſo Retheolis ejuſdem inſtituti alumno, & in publicum miſſum Nancy, 1648. in 12. Vidi. Extat hujuſce mentio apud

apud Lenglet, tom. 3. in Catalogo Hiſtoricorum, pag. 155.

BENEDICTUS FIDELIS, Siculus, Argirenſis ex Tertiarijs Regularibus, Doctor Theologus, ac Generalis Commiſſarius, Vir in ſtudijs aſsiduus, in SS. PP. lectione frequentiſsimus, vitæ inculpatæ opinione, ac dono prophetiæ inſignis, plura, ac minimè pœnitenda Concionatoribus donavit. In lucem ergo emiſsit Italicè:

Theoremata moralia de Auguſtiſsimo Eucharistię Sacramento, ex Pſalmo 22. decerpta. Panormi apud Hieronymum Roſellum 1638. in 4. 1644. & 1648. Vidi. Vide *Antonium Catonium*, in hac Bibliotheca:

Conciones de Sanctis: Pars prima, & ſecunda prodierunt Venetijs ex officina Junctarum 1640. in 4.

Quadrageſsimale. Pars prima Panormi, apud Decium Cyrillum 1633. in 4. & Venetijs apud Jacobum Sarzinum 1646. in 4.

Dominicale. Venetijs apud Junctas, & Barbam 1646. in 4. Prodierunt hæc omnia in ſex tomos diſtributa Coloniæ ex typographia Aniſſoniana 1682. in 4. Latinitati donata à R. P. Fr. Jacobo Emans Sacræ Theologiæ Lectore Ordinis FFr. B. Mariæ de Monte Carmelo. Vidi. Curſum complevit Benedictus noſter in Argyrenſi Cœnobio 3. Septembris 1648. Hujus laudes recenſent Bordonius, Marracius, & alij apud tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

BENEDICTUS TILCHIUS E CANSFELDO, Provinciæ Eſſexianæ in Anglia Urbe, Puritanorum vſque ad ætatis annum vigeſsimum quartum Sectator, à Deo illuminatus Fidem Catholicam, & Inſtitutum Capuccinorum amplexus eſt, cujus converſionis exordia ipſe explicavit, ſcripto:

Soliloquio, pio, & gravi; quod etſi diffuſiùs, Zacharias Boverius tom. 2. ſuorum Annalium ad annum 1610. exſcripſit. Prodijt ſeorſim Pariſijs, apud Carolum Cantellanum 1608. in 12. Martyrij flagrans deſiderio anno 1599. in Angliam eſt profectus, quo Fidem Catholicam ſuæ Patriæ reſtitueret: vbi agnitus vti Religioſus, & in carcerem juſſu Eliſabeth Reginæ detruſſus, ibi ſumma animi conſtantia in doloribus, & ærumnis, in famè, ſiti, & nuditate per totum integrum triennium perſeveravit, donec ad inſtantiam Henrici III. Francorum Regis libertate donatus, Lutetiam reverti fuerit coactus; vbi Novitiorum curæ præfectus, ſcripſit Myſticos tractatus, ſub titulo:

Regula perfectionis continens breve, ac lucidum compendium totius vitæ ſpiritualis redacta ad vnicum punctum voluntatis Divinę, in tres partes diſtributa.

De Voluntate Divina exteriori complectens vitam activam.

De Voluntate Divina interiori complectens vitam contemplativam.

De Voluntate Eſſentiali agens de vita ſupereminenti. Fuit impreſſus primum Anglico idiomate, ſicut illam conſcripſit Author: deindè in Belgicum, & Gallicum ſermonem translatus, poſtmodùm juſſu adm. R. P. Hieronymi à Caſtro-Ferretorum, tùnc temporis Miniſtri Generalis, typis mandatus latinè eo modo, quo anteà à pijſsimo Authore ante paucos annos ab illius obitu fuerat elaboratus, & prodijt Romæ apud Hæredes Bartholomæi Zaneti, anno 1625. & 1628. Pariſijs anno 1650. & iterùm Lugduni 1658. Vertit eum in idioma Hiſpanicum D. Bartholomæus de Leonardis de Argenzola, Canonicus Eccleſiæ Cæſarauguſtenſis, & ibidem fuit impreſſus apud Joannem de Lany, anno 1648. Edidit etiam:

Equitem Chriſtianum, Pariſijs apud Carolum Caſtellanum, anno 1609. part. 2. in 12.

Epiſtolam reſponſivam cuidam dubio facto circa objectum Divinę voluntatis. Ibidem 1609.

Exemplar cujuſdam documenti traditi circa orationem pro excitatione cujuſdam perſonæ afflictæ ob defectum guſtus, & conſolationis in eadem. Ibidem 1629.

Librum diverſorum Exercitiorum ſpiritualium 1608. Miraculis, ac ſpiritu prophetico clarus migravit ad Dominum, anno 1610. ætatis ſuæ 46. De illo, pluribus, Genuenſis, pag. 52. apud quem quædam Sanctimonialis Rythmum de ejus laudibus concinnavit, cujus initium:

Ave Pater perbenignè,
Flos roſarum Deo dignè,
Benedicte tèr Beate
Cœli gloria ditate, &c.

BENEDICTUS FRANCOFONTENSIS, Italus, ex Familia Gaeta, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum, qui an-

antequam ad Religionem accederet, Habitu Clericali in Eremo Roſſammani per decenium aſperrimam vitam fecit, anno 1589. Religionis habitum induit, in qua per 38. annos tyronum Magiſter eos eximia charitate ad ſanctimoniam adipiſcendam inſtruxit. Italicè edidit, ſub cujuſdam Sacerdotis nomine, teſte Mongitore, tom.1. Bibliothecæ Siculæ:

Duodecim gradus humilitatis. M.S. autem reliquit eodem idiomate:

Epiſtolam exulis hominis ad Chriſtum Regem, & reſponſionem Jeſu Chriſti homini exulanti.

De perfectione Chriſtiana; volum. 1. in 4.

De tribus vijs purgativa, illuminativa, & vnitiva, part. 1. & 2. in 4. Virtutibus onuſtus, ac prophetico lumine illuſtratus, obijt Panormi 15. Martij 1630. Ejus laudes vide apud laudatam Bibliothecam.

BENEDICTUS GUALDINUS, Anglus, Provinciæ Normaniæ, Minorum Capuccinorum, ſæcularem Militiam deſerens, nomen dedit, cujus devota veſtigia deinceps ſecuti ſunt tres Germani Fratres, vnà cum ejus Patre, vti pag. 53. ſuæ Bibliothecæ narrat Genuenſis. Benedictus ergo, aſsiduè ſtudijs, ac ſaluti animarum incumbens, Gallicè ſcripſit opus myſticum, præloque mandavit. Ejus Epigraphe:

Homo ſenſatus, ſecundum illa verba: Homo ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. Hoc opus in 8. dividitur in 4. tomos.

In primo, & ſecundo oſtenditur, quod homo per ſolum naturalem ſenſum poteſt cognoſcere, quod ſit Deus.

In tertio, & quarto, quod homo ſenſatus ſerutatur, & invenit profunda Dei.

In quinto, & ſexto, quod homo ſenſatus fidelitèr cuſtodit legem Dei.

In ſeptimo, & octavo, quod homo ſenſatus per vitam interiorem manet facilitèr, & continuo Deo devinctus.

BENEDICTUS A S. HIERONYMO, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Pauli in Veteri Caſtella Sodalis, Eccleſiaſtes, ac Diffinitor, poſteritati reliquit opus prænotatum:

Vita ſpiritualis, & Ars Divina. Vidi, & legi M. S. in 4. repoſitum in S. Gabrielis Conventus Segovienſis Archivio.

BENEDICTUS LAUGEOIS, natione Gallus, Patria Pariſinus, ejuſdem Provinciæ Minorum Capuccinor. Concionator, ac Miſsionarius Apoſtolicus; Vir profunditate ingenij, pietatis, ac eruditionis laude notatus, evulgavit Gallicè:

Expoſitionem litteralem Bibliorum 2. volum. in 4. Pariſijs 1675. & 1662. Item Latinè in tres tomos in 4. diſtributam ſub hoc titulo:

Scientia Univerſalis Scripturæ Sacræ, ſeù explicatio litteralis Veteris, ac Novi Teſtamenti, ſecundum Methodum Jeſu Chriſti, Lucæ, cap. 24. verſ.44. *& omnium SS. PP. doctrina, à nemine anteà ex inſtituto ſuſceptum.* Pariſijs 1685. Et Lucæ 1685. apud Jacobum Le Long, pag. 812. in Supplemento Bibliothecæ Gallicæ. Edidit etiam, teſte Genuenſi, pag. 54. alios duos libros, ſub titulo:

Spiritus Veteris, ac Novi Teſtamenti in 12.

De Urbanitate Chriſtiana contra Machiavellum, in 8.

BENEDICTUS LEODIENSIS, natione Belga, Capuccinus, Provinciæ Flandriæ alumnus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac ſacri eloquij Declamator; edidit Genuenſi teſte:

Poemata varia diverſi generis in laudem aliquorum Virorum illuſtrium. Impreſſa ſunt Coloniæ apud Arnaldum Kempens 1646. Laudatur à Philomatio in ſuis Muſis Juvenilibus, pag.106.

BENEDICTUS LUGDUNENSIS, Gallus, Tertij Ordinis Regularis alumnus, Vir ſanè doctus, edidit:

Reflexiones ſuprà Regulam Tertij Ordinis à Nicolao IV. confirmatam, quæ ſunt facundia, & eruditione ſpectabiles, ait Bordonus. Lugduni 1646.

Super Regulam Leonis X. probatam, documentis, & declarationibus illuſtràvit pro Regularibus, & Sæcularibus, atque *Conſtitutiones* pro vtriſque edidit. Item: *Cæremoniale Eccleſiaſticum, & Monaſticum Rituale*, vtrumque ad vſum, & juxtà ſpiritum ſuæ Congregationis. Aliud quoque volumen inſcriptum eſt:

Academia perfectionis in tres partes diviſum, in cujus prima agitur de Chriſtiana profeſsione purè ſectanda; in ſecunda de operatione Evangelica; in tertia de Regularibus Inſtitutis in particulari, ac de tribus Franciſcanis Ordinibus. De eo pertractant memoratus Bordonius in ſuo Chronologio, pag. 515. & Fr. Joannes Maria in Catalogo Authorum Tertij Ordinis S. Franciſci P.N.

BENEDICTUS MASSILIENSIS, Epiſcopus, de quo agitur tom. 3. *Galliæ Chriſ-*

Chriſtianæ, pag. *661*. ex primis alumnis S. P. N. Franciſci, ob Mahumetanorum converſionem peregrinationes duas in Paleſtinam ſuſcepit, ac adverſus Hæreticos M. S. reliquit volumen inſcriptum, num. 1454. Bibliothecæ Colbertinæ:

Fratris Benedicti, Epiſcopi Maſsilienſis, tractatus Fidei contra diverſos errores, ſuper titulo, de Summa Trinitate, & Fide Catholica in Decretalibus. Compoſuit hoc opus circa annum 1256. Alexandro IV. Romano Pontifici his verbis dicatum:

Sanctiſsimo in Chriſto Patri, ac Reverendiſsimo Domino, Alexandro Dei providentia Pontifici Summo, Frater Benedictus Dei permiſsione dictus Epiſcopus Marſiliæ, cum ſumma devotione, obedientia, & reverentia, pedum oſcula beatorum. Cum citrà, & ultramare varios errores invenerimus, deviantes ab orthodoxa fidei puritate, &c. Incipit: *Tractatus Fidei contra diverſos errores ſuper titulum de Summa Trinitate, & Fide Catholica in Decretalibus. Quoniam fides eſt totius ſpiritualis ædificij fundamentum.* Apud Diarium *Eruditorum Pariſ.* anni 1714. menſe Februario, pag. 219. & 220. legitur *Præfationes* noſtri Benedicti in ejus opus *de Sancta Trinitate, & Fide Catholica* erutas ex Codice M.S. laudatæ Bibliothecæ, editas fuiſſe Pariſijs, anno 1713. in 8. apud tomum *6. Miſcellaneorum* Stephani Baluzij.

BENEDICTUS MEDIOLANENSIS, ex Minoritis Capuccinis, Italicè, ſcripſit, ac edidit:

Vitam V. Fr. Bernardi de Corleon Laici Capuccini, quæ Hiſpanicè reddita prodijt Matriti ex officina Gregorij Rodriguez 1686. & 1683. in 4. Vidi.

BENEDICTUS A MONTE SARCHIO, Capuccinus Neapolitanus, ejuſdem Prov. Concionator celebris; Vir, uti Genuenſis narrat pag. 54. doctus, & excellentis ingenij, Italicè librum edidit inſcriptum:

Angelus pacis. Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum 1666. in 12. Extat hujuſce mentio apud Bibliothecam Neapolitanam.

BENEDICTUS N. hoc eſt nullo addito cognomento, natione Gallus, Regulæ Seraphicæ addictus, patrio idiomate ſcripſit, ac edidit, apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 97.

Summam de peccatis. Lugduni 1584. in 8.

BENEDICTUS DE NORIEGA, Hiſpanus, olim apud Salmanticenſem S. P. N. Franciſci Regul. Obſerv. Prov. S. Jacobi Conventum Sacræ Theologiæ primarius Lector, demùm in Regno Neapolis Epiſcopus Acerrarum, ac Regius Conſiliarius, publici juris fecit opus prænotatum:

Injuſtitia belli Auſtriaci contra Catholicum HiſpaniarumRegem Philippum V. gliſcentis: Sintagma Theologico-Juridicum. Neapoli anno 1705. novis typis Michaelis Aloyſij Mathio in 4. Vidi. Extat hujus mentio apud tom. 1. Chronic. Prov. S. Jacobi, fol. 116.

BENEDICTUS DE PASSAFLUMINE, Italus, Cephaleditanus, Regul. Obſerv. Vir eruditione, ac doctrina clarus, Sacræ Theologiæ Lector, Generalis Concionator, pro S. Inquiſitionis Siciliæ Librorum Cenſor, poſteritati reliquit, teſte Uvadingo de Scriptoribus.

De Origine Eccleſiæ Cephaleditanæ, ejuſque Urbis, & Diæceſis brevem deſcriptionem. Venetijs apud Bertanos 1645. in 4. Dùm patrium Cœnobium regeret, Meſſanæ obijt anno 1606. Agit de eo Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ.

BENEDICTUS POLONUS, Minorita, laudatur in noviſsima Bibliotheca Dominicana, tom. 2. fol. 130. ceù Author operis Latinè inſcripti:

Acta Tartarorum. Claruit ſub Innocentio IV. Pont. Max.

BENEDICTUS PUCIUS, Minorita, laudatur in Catalogo præfixo Hiſtoriæ Ordinum Monaſticorum Gallicè edito Pariſijs 1721. ex opere ſic inſcripto:

Compendium Chronicorum Fr. Minorum Venet. anno 1608. in 8. De eo etiam apud Lenglet, tomo 3. in Catalogo Hiſtoricorum, pag. 153.

BENEDICTUS MAZARA A SALMONA, Italus, ſanguine clarus, ex Reformatis Provinciæ S. Bernardini, Italico idiomate evulgavit:

Legendarium Franciſcanum per anni circulum, duabus partibus, & tribus voluminibus in 4. Prodijt pars prima Venetijs ex officina Bartholomæi Tramontini anno 1676. Secunda pars ibidem 1679. Tertia ibidem ex typographia Joannis Baptiſtæ Tramontini 1680. Vidi. De eo meminit Alphonſus Laſſot, fol. 108. *ſui univerſi calamo delineati*, & Nicolaus Toppi in ſuo opere de Scriptoribus Neapolitanis.

BENEDICTUS S. BENEDICTUS, Capuccinus, natione Italus, Patria Medio-

diolanenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Diffinitor; Vir ob ſingularem ejus doctrinam, morum probitatem, & eloquij ſuavitatem ſatis notus: cui acceſſit modeſtia ſingularis, veneranda authoritas, ſolidum judicium, prudentia ſumma in agendis, & Obſervantiæ Regularis zelus ingenuus. Italicè reddidit:

Annales Fratrum Minorum Capuccinorum P. Zacharia Boverij, quos in 4. tomos in 4. diſtribuit. Duo primi fuerunt impreſsi Taurini apud Joan. Dominicum Tatinum anno 1641. & duo noviſsimi Venetijs apud Juntas 1645. Convertit etiam ex eodem Latino idiomate, in Italicum,

Tertium volumen eorundem Annalium à P. Marcellino de Piſe compoſitum, & noviſsimè impreſſum. Lugduni anno 1676. tom. 2. in 4. Scripſit inſupèr:

Vitam V. Fr. Bernardi à Corleone, Capuccini. Mediolani, & Genuæ apud Franchellum anno 1683. in 4. Vidi. Ex Uvadingo, & Genuenſi, pag. 54. cujus teſtimonio, plura alia ſcripſiſſe dicitur.

BENEDICTUS A SCAPTINEA, Capuccinus, natione Italus, quem Romana Provincia, uti Genuenſis narrat pagina 54. religioſa pietate decorum, Verbi Dei Præconem ſatis eruditum, ſui Capituli Diffinitorem, ac Sacræ Theologiæ Profeſſorem, inter ſuos illuſtres Viros meritò connumerat; ſcripſit, & evulgavit Italico idiomate tria opuſcula, quorum tituli:

Meditationes devotiſsima de Paſsione Domini noſtri Jeſu Chriſti, in 8. Viterbij, & Romæ apud Hæredes Corbelleti anno 1651.

Ordinationes antiquorum PP. in Religione FFr. Minorum, præſertim D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici circà compoſitionem exterioris hominis. Viterbij anno 1659. in 12.

Fructus Seraphici, ſivè compendium Annalium P. Zacharia Boverij. Romæ apud Angelum Bernabovium anno 1656. in 4. Obijt Romæ anno 1659. Eſt hujus mentio apud Dupin in Supplemento, tom. 3.

BENEDICTUS SANGALUS, Bergomenſis, Minorita eruditus, ex innumeris Philoſophorum monumentis ſcripſit:

Sermones Dominicales per anni circulum, quos correctos à Fr. Joanne Mapello vidit Bononiæ M. S. Rodulphus, ut ipſemet teſtatur lib. 3. ſuæ Hiſtoriæ Seraphicæ. In publicum miſsit, Uvadingo teſte:

Summam peccatorum, Pariſijs, anno 1595. niſi ea ſit cujus Author Benedictus N. ſuperiùs laudatus. De ipſo agit Donatus Auguſtinianus, part. 1. Scenæ litterariæ, fol. 91.

BENEDICTUS SCHOFFER, Germanus Oſterichenſis, Provinciæ Coloniæ, *Compendium Controverſiarum* à Bernardino Vetuvis Latinè compoſitum tranſtulit in Germanicum, nominavitque:

Stellam fidei. Coloniæ apud Hæredes Joannis Crytij, anno 1642. Laudatur à Fr. Didaco de Lequile, tom. 2. *Terlegiſlatoris*, fol. 284. & Uvadingo de Scriptoribus.

BENEDICTUS A SOLITUDINE, natione Hiſpanus, profeſsione Minorita Diſcalceatus, officio Apoſtolicus Concionator; Vir in rebus Politico-Hiſtoricis, ac Theologia Scholaſtica non infime doctus, poſteritati tranſmiſsit patrio idiomate tomum in 4. cui titulum præfixit:

Memoriale Hiſtoricum Politicum Chriſtianum Carolo II. Hiſpaniarum Regi nuncupatum. Matriti 1693.

De Monarchia gubernio. Ibidem.

Additiones ad Memoralia. Ibid. 1693. in 4. Vidi in Regia Bibliotheca Matritenſi. Prodijt quoque Venetijs ex officina Joannis Vanghlen 1703. in 4. Vidi. Latinè ſcripſit, ac edidit volumen in 4.

De Scientia Media. Extat Extremaduræ in Bibliotheca Placentini Conventus S. Michaelis. Alumnum fuiſſe Provinciæ S. Didaci aſſerit Fr. Franciſcus de Madrid, Concionator Provinciæ S. Joſephi in ſuo Catalogo Scriptorum Diſcalceatorum, quem penès me habeo M. S. num. 162. ſed immeritò; filius enim fuit Provinciæ S. Pauli, ac Germanus Frater Fr. Joſephi à S. Ludovico, de quo tom. 1. Chronic. Prov. S. Pauli, lib. 1. num. 227. ſermonem inſtitui.

BENEDICTUS A TORSIANO, cognominatus (Torſianum eſt Caſtrum Comitatus Peruſij) Italus, ex Minoritis Reformatis, Vir pius, & doctus, vernacula lingua Italica ſcripſit opus, ſub titulo:

Gemma Paradiſi, ediditque Tuderti apud Aloyſios, anno ſalutis humanæ 1624. in 12. De hoc Ludovicus Jacobillus de Scriptoribus Umbriæ apud Oldoinum in ſuo Athenæo Peruſinorum, pag. 59.

BENEDICTUS A TULLO, Gallus, Capuccinus, in rebus Hiſtoricis excellentèr doctus, Latina lingua ſcripſit, ac edidit volumen inſcriptum:

Sy-

Synopſis Hiſtorica Chronologica, & Topographica ortus, & progreſſus Ordinis S. Franciſci apud Lotharingos, ejuſque finitimos Leucos, Metenſes, & Virdunenſes. Typis commiſſum fuit cum alio ejuſdem Authoris, cujus inſcriptio:

Ordinis Seraphici monumenti nova illuſtratio. Cui accedunt, *Vindiciæ Conradi Epiſcopi ejuſdem Ordinis contra Centuriatores Magdeburgenſes.* Tulli Leucorum in 12. 1705. Teſte Jacobo Le-Long, lib. 2. Bibliothecæ Hiſtoricæ Franciæ, cap. 4. Et apud Catalogum AA. præfixum *Hiſtoriæ omnium Ordinum Mendicantium*, ibidem typis Lotharingiorum 1708. in 12. Commendatur apud Lenglet, tom. 3. in Catalogo Hiſtoricorum, pag. 155.

BENEDICTUS URBINAS, Provinciæ Picenæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir ſanguine clarus, virtutibus verò clarior, gratia curationum, ac prophetiæ dono exornatus, Scriptoribus Eccleſiaſticis adſcribitur a Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. ceu Author:

Tractatus de paupertate Fratrum Minorum ſecundum B. P. N. Franciſcum. Ineditum reliquit in Conventu Foroſempronij, vbi devotiſsimè obijt anno 1625. die 30. Aprilis. Ejus geſta deſcribunt varij AA. apud Genuenſem, pag. 55.

BENEDICTUS ZELENO, (apud *Indiculum Marianum* ineditum Antonij de Pinelo repoſitum in Bibliotheca Matritenſis Conventus Regularis Obſervant. ſub litteris C. D. num. 146.) Italus, Minorita, ex Regul. Obſerv. alumnis, vernaculè in lucem dedit tomum in 8. cui titulus:

Gloria Aſiſienſis Conventus S. Mariæ Angelorum de Portiuncula. Peruſiæ anno 1611.

BENJAMINUS BEAUPORT, id eſt, *Pulchri portus*, Gallus, Regul. Obſerv. edidit Gallicè:

Harmoniam, & conſenſum Evangeliorum. Pariſ. apud Gabrielem Bonum, anno 1560.

Monotheſſaron Evangeliorum. Ibidem apud Viduam Mauritij à Porta, anno 1561. Vivebat eodem anno, Uvadingo teſte. Ad ejus imitationem, inquit Fr. Franciſcus Carriere Minorita initio ſuorum Commentariorum in Sacram Scripturam, Janſenius Epiſcopus Gandavenſis, octo poſt annis ſuam *Harmoniam* publici juris fecit. Agit quoque de noſtro Benjamino Fabianus Juſtinianus in AA. Elencho, pag. 47. & Crouvæus in Elencho Scriptorum in Sacram Scripturam, pag. 82.

BENJAMIN ELIEL, Belga, ex Minoritis Recollectis Prov. Argentinæ, ſeu Superioris Germaniæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor publici juris fecit:

Theologiam Moralem Sacramentalem, per modum Conferentiarum caſibus practicis applicatam.

Pars prima, in qua agit *De Sacramentis in genere, necnon de Baptiſmo, Confirmatione, Extrema-Unctione, Eucharistia (obi etiam de Sacrificio Miſſæ) & Ordine in ſpecie.* Prodijt Auguſtæ Vindel. ſumptibus Philippi Martini, anno 1730. in 8. magno. Vidi.

Pars ſecunda amplectens Theologiam Moralem *De Sacramento Pœnitentiæ.* Ibidem 1729. in 8. Vidi.

Pars tertia, *De Sponſalibus, Matrimonio, necnon de Adulterio, & Abortu.* Ibidem anno 1731. in 8. Vidi. Edidit etiam Latinè:

Conferentias Theologico-Morales de Reſtitutione, tùm in genere, tùm etiam in ſpecie. Auguſtæ Vindel. ſumptibus Mathiæ Uvolff 1730. in 8. Vidi.

BENIGNUS FREMAUT, Minorita Belga, laudatur à Bollando Continuatoribus ad diem 10. Julij, fol. mihi 172. num. 11. ceu Author

Legendæ Belgicæ Sanctorum Ordinis S. Franciſci, quorum Vitas collegit, & illuſtravit.

BENIGNUS A GENUA dictus, Liguriæ verò natus in Oneliæ Principatu Sabaudiæ Ditionis, in Reformata Cuſtodia Provinciæ Siculæ ſolemnia vota Religionis emiſit; titulo tandem innocentiæ, ac cogniti zeli, licèt in ſcholaſticis concertationibus non eſſet Magiſter, ad ſupremum Religionis univerſæ gubernium aſcendit Salmanticæ, anno 1618. Reliquit ſui zeli monumenta:

Statuta Generalia Barchinonenſia Segoviæ examinata, ac iteratis vicibus impreſſa.

Epiſtolas duas circulares. Primam, in qua de Reformatione agit, habes apud Gubernatis, tom. 1. fol. 252. Secunda circa votum præſtandum ab omnibus Clericis, & Laicis pro defenſione Myſterij Immaculatæ Conceptionis, edita extat apud Antonium Daza, in tractatu de Conceptione, cap. 7. fol. 61.

Epiſtolam aliam ſcripſit *ad Philippum III. Hiſpaniarum Regem pro Immaculata Virginis Conceptione*, quæ etiam extat impreſſa,

preſſa, teſte noſtro Alva, col. 181. ſuæ Militiæ. In tabula Romani Capituli, anno 1651. ſic legitur: *Reverendiſsimus Pater Fr. Benignus à Genua, olim Miniſter Generalis totius Ordinis, & multoties Commiſſarius Generalis Familiæ Ciſmontanæ mortuus eſt Romæ die 15. Aprilis hujus anni 1661. maxima opinione ſanctitatis: qui ob rarum integritatis, ac religioſitatis exemplum poſſet adnumerari inter præclaros Miniſtros Generales, qui in exordio Religionis floruerunt.*

BENIGNUS IHORANUS, Germanus, Prov. Rhenanæ Concionator eximius, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Diffinitor, Vir eruditus, ac religioſis virtutibus decoratus, compoſuit librum, cujus titulus eſt:

Annalyſis, ſivè diſcurſus 200. Concionatorij ſuper Pſalmum 118. Item:

Conciones de omnibus Sanctis per annum occurrentibus, tom. 2. Coloniæ, anno 1685.

Opus Apologeticum contra quendam Novatorem, ex Genuenſi, pag. 55. & Dupin, ſæculo 17.

BENTIVENGA DE BENTIVENGIS, Aquaſpartanus Umber, Confeſſarius ſacellanus, & familiaris Joannis Cajetani Urſini Cardinalis (qui poſteà Summus Pontifex Nicolaus Tertius) anno 1276. factus eſt Epiſcopus Tudertinus, deindè ab eodem Nicolao creatus Cardinalis, Epiſcopus Albanus, & major Pœnitentiarius, ſcripſit:

Veritatis Theologicæ volumen.

Sermones plures ad Populum habitos. Obijt Tuderti, anno 1289. ſepultus apud Minores in Templo Divi Fortunati, cui libros omnes, & ſupellectilem legavit argenteam. De hoc illuſtri Viro varijs in locis egit N. Uvadingus, tom. 2. Annal. Sancti Thomæ Aquinatis auditorem, & diſcipulum faciunt Eyſengrenius, Poſſevinus, & Ludovicus Catanæus, & quidem ille Virum vocat ſuæ ætatis facilè omnium eloquentiſsimum, ac celeberrimum, & Theologum Sacrarum Legum exercitatiſsimum. Ejus laudes ſic concinebat Minorita quidam:

Arma, roſas, piſcemque ferunt, nàm tutus in vndis
Hìc vivens mundi flagrat odore pio.

BERNARDINUS AMICUS, Italus, Gallipolitanus olim Præfectus Sanctiſsimo Sepulchro in Urbe Sancta Jeroſolymorum, curavit typis æneis exprimi, *Omnia Loca Sacra, in quibus Chriſtus quæcumque myſteria noſtræ redemptionis operatus eſt, adhibitis omnium figuris, menſuris, proſpectivis, & formis ædificiorum, additis etiam neceſſarijs declarationibus, & hiſtorijs.* Prodijt primum opus Romæ magnis formis, & figuris, denuò Florentiæ, anno 1620. dedicatum Coſmo II. Magno Etruriæ Duci, typis Petri Cecconcelli in fol. Vidi. Vivebat anno 1619. Eum laudant Nicolaus Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, Alphonſus Laſſor, fol. 295. tom. 2. *Orbis Scriptorum calamo delineati*; poſt Uvadingum Fr. Petrus de Alva, col. 181. ſuæ Militiæ, & Coronelli, tom. 4. Bibliothecæ Univerſalis, num. 3677.

BERNARDINUS AB ANGELIS, Minorita Hiſpanus, communis fecit idiomate proprio:

Tractatus, ac Conciones de Immaculata Conceptione Puriſsimæ Virginis. Prodierunt Hiſpali tomis duobus in 4. anno 1616. & 1617. teſtibus Nicolao Antonio, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, Alva, col. 181. ſuæ Militiæ, & Authore Bibliothecæ Marianæ M. S. apud Matritenſem Bibliothecam Conv. Reg. Obſerv. tom. 6. ſub litteris L. B.

BERNARDINUS ANDREAS, Carpentoractenſis Capuccinus, Philoſophiæ, ac Theologiæ Profeſſor, publici juris fecit latinè ſcholaſticum opus partibus duabus ſub hoc titulo:

Antiqua priſcorum hominum Philoſophia evidentibus demonſtrationibus cum vera ſcientiæ methodo reſtituta. Pars prima, in qua ſermonem inſtituit *de corpore ſimplici, & compoſito*, prodijt Lugduni ex officina Nicolai de Ville 1694. in 8. Pars ſecunda ibidem edita comprehendit tractatus *de Mundo, Cœlo, Elementis, & Mixtis.* Vidi.

BERNARDINUS AQUILANUS, Italus, de Aquila, peritiſsimus in vtroque Jure, & Sacræ Scripturæ, Concionator Apoſtolicus, Ordinis Procurator ad Romanam Curiam, Minorita inſignis, qui (teſtatur Petrus Rodulphus, lib. 3. Hiſtoriæ Religionis Seraphicæ) *fragrantem omnium virtutum odorem ſpirans, roſamque, & lilium, immò florum omnium* odo-

dorumenta, excellens miraculis, vitæ ſanctitate fulgens, multa luculenter ſcripſit, nempè:

De Cœnobijs, & Viris pijs Provinciæ S. Bernardini brevem Hiſtoriam, teſte Ma-ano, tom. 5. apud Duffium de Vita B. Alberti à Sartiano, fol. 87.

Quodlibetum Scholaſticum, cujus memoriam fecit N. Sanning in Synopſi Hiſtoriæ Scriptorum.

Quadrageſimale, uti Uvadingus narrat.

Peregrinum, ſub quo titulo diſſerit de s, quæ Chriſtus fecit, & dixit ſub ſpecie peregrini, quando ſuis Diſcipulis euntibus in Emaus apparuit, & ei apparuerat in eadem forma.

Funerale, editum Venet. anno 1572. apud Domioicum Nicolinum, cura Antonij Amicij ejus ex fratre nepotis, qui Arturo teſte in Martyrologio Franciſcano ad diem 29. Novembris, ejus monumenta, & vitam diligentiſsimè conſcriptam latinitati donavit, & in Epitomen contraxit.

Centurionem in memoriam Paſsionis Chriſti.

Sermonum aliquot libros inchoatos, ex quibus extractus eſt.

Tractatus de nubere volentium doctrina, qui habetur tom. 9. Tractatuum Juris apud Bibliothecam Barberinam, tom. 1. fol. 63. Hæc omnia Latinè, Italicè, & Latinè ſcripſit.

Vitam S. Bernardini Senenſis.

Vitam B. Philippi Aquilani. Utramque laudat Anton. Teiſſerius in ſuo Catalogo AA. edito Genovæ anno 1686. in 4. fol. 43.

Admonitiones vitæ ſpiritualis, anno 1491. compoſitas, Venetijs editas anno 1572. per Jacobum Vitalem. Pleraque ejus opera habentur M. S. in Bibliotheca Cœnobij S. Angeli intra Foſſam, & Octam. Uvadingo teſte. Obijt anno 1503. in Cœnobio S. Juliani propè Urbem Aquilam, anno ætatis 83. Translatus anno 15.. ad prædictum Cœnobium S. Ange.. ubi magna colitur veneratione, ſub.. ltare præcipuum. Egit de eo Poſſevinus in Appatatu Sacro, & pluribus Arturus laudatus.

BERNARDINUS DE AREVALO, Diœceſis Abulenſis Oppido inſigni, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Conceptionis tertiò electus Miniſter, Vir pius, & doctus, qui bis ad aſperrima Montana Aſturiana, hominibus fermè inacceſſa, quo nullus alius penetraverat Concionator, profectus, feros, & ſilveſtres incolas manſuefecit, & ſalutis viam edocuit, continuus in oratione, & ſtudijs, ſcripſit:

Tractatum de Correctione fraterna, eruditum quidem, & SS. PP. Doctorumque ſententia refertum. Prodijt Methymnæ Campi typis Franciſci Cantò anno 1557. in 8. & anno 1571. in 8. Vidi. Lege Lorcam ſecunda ſecundæ diſputat. LVI. in capite.

Expoſitionem Regulæ Seraphicæ, teſtibus Ludovico Miranda, & Rebolledo, & Alva, tabul. 2.

De perfecto ſtatu paupertatis Religioſæ Fratrum Minorum. Hiſpali anno 1575. apud Ludovicum Dupin in Supplemento, tom. 3.

De Libertate Indorum, uti refert Daza; fuit enim novæ Miſsionis Indiæ Occidentalis Præfectus cum commiſſa ſibi authoritate Miniſtri Generalis ad plures Cuſtodias erigendas, ait Haroldus ad annum Chriſti 1532. num. 1.

Concionum variarum, volumen M. S. in Conventu del Abrojo Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, teſte N. Alva, col. 181. ex Fr. Antonio Daza in tractatu de Conceptione.

Deciſiones dubiorum octodecim circa ſtatum Fr. Minorum, quæ habentur in Enchyridio Fr. Minorum, impreſſo Hiſpali anno 1535. Extant ad calcem cujuſdam expoſitionis Regulæ Seraphicæ impreſſæ Ulyſsipone anno 1567. in 8. & à fol. 338. expoſitionis Fr. Blaſij à S. Raphaele Diſcalceati juxtà editionem Hiſpali factam 1636. in 4. Vidi. Obijt Valliſoleti anno 1553. Jacobus Gratianus Carolo Quinto à Secretis in ejus obitu luxit, & amico hoc compoſuit Epitaphium:

Quid Bernardinum terris lugemus ademptum?
Non obijt, cujus nomen, honoſque manet;
Parte ſua eſt etenim multò meliore ſuperſtes.
Fama viget terris, ſpiritus aſtra petit.

Bernardino de Arevalo
Sodali Franciſcano Theologo,
Et Concionatori clariſs.
Ob eximiam ſanctitatem
Cæteraſque animi dotes
Omnibus caro, Viro incomparabili;
Jacob. Gratianus Mœſtus P. C.

BERNARDINUS DE ARETIO, Italus, Prov. Etruriæ Minorum Capuccinorum tertiò Provincialis Miniſter, Vir non vulgari in concionibus facundia, ac ſpiritus fervore inſignitus, evulgaſſe dicitur apud Bibliothecam Genuenſis, pag. 50. Italico ſermone:

Concionem, quam babuit In Palatlo Excellentiſsimæ Reipublicæ Lucenſis Sabbato 2. Quadrageſimæ. Lucæ apud Hyacinthum Paci, anno 1670.

BERNARDINUS ASTENSIS, vide inferiùs *Bernardinus Palladius.*

BERNARDINUS A BALBANO, Lucaniæ Oppido, è Familia Capuccinorum, cum velut novus Apoſtolus multos Apuliæ, Calabriæ, ac Salentinorum Urbes prædicando percurreret, & hæreticorum ſectam Aletij apud Salentinos exortam, non ſivè vitæ periculo anno 1553. extinxiſſet, nonnulla pietate referta ſcripſit opuſcula. Ea ſunt:

Meditationes de Vita Chriſti, & ejus Matris Virginis Mariæ, tom. 2. in 8.

Myſterium flagellationis Domini noſtri Jeſu Chriſti in formam meditationis redactum pro ſingulis diebus hebdomadæ. Italicè primum impreſſum Venet. anno 1537. & 1559. quod poſteà Gallico idiomate tranſcriptum prodijt Lutetiæ Pariſiorum, anno 1601. apud Robertum le Fizelier, tom. 1. in 8.

De novem effuſsionibus Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti. Pariſijs, anno 1601. & anteà Venet. 1559.

De Septem regulis benè vivendi, tom. 1. in 8.

Speculum Orationis, in quo exprimitur ejus neceſsitas, atque utilitas. Parmæ, 1537. & 1556. Venet. 1593. & Pariſijs 1601. Cæſarauguſtæ 1604. in 8. apud Nicolaum Antonium, tom. 1. Biblioth. Hiſpan. fol. 167.

Tractatus de Prædeſtinatione, & libero hominis arbitrio. Venetijs, anno 1593.

Tractatus de Gloria Paradiſi, tom 1. in 16. atque alia pijſsima opuſcula quæ etiam nunc inter hominum manus verſantur. Prophetico ſpiritu clarus obijt Conſentiæ, anno 1558. haud ſine ſanctitatis opinione: De illo meminerunt poſt Poſſevinus, Uvillotus & Uvadingus, Dupin in Supplemento, tom. 3. fuſiùs verò Boverius apud Genuenſem, pag. 56.

BERNARDINUS BARBA, Hiſpanus, in Oppido de Bordalba in Aragonia Seguntinæ Diœceſis natus, Aragonenſis Prov. Regul. Obſ. filius, Concionator, Regij quoque Seraphici Cæſarauguſtani Conventus Novitiorum Moderator, rebus aſceticis, ac regularibus deditus, prælo dedit ſermone Hiſpanico:

Documenta principalia diſciplinæ monaſticæ, & religioſæ. Cæſarauguſtæ per Emmanuelem Roman, anno 1708. in 16. Vidi.

Seraphicam Regulam, Conſtitutiones Nicolai III. & Clementis V. brevi, ac clara 25. præceptorum expoſitione explicatas, cum peregrinis notitijs ad Novitiorum utiliorem ſolutionem. Ibidem, ac eiſdem typis, anno eodem in 16. Vidi.

BERNARDINUS BONAVOGLIA, Italus, Fulginas, Regularis Obſervantiæ, Sacræ Theologiæ Lector generalis, ac præclarus Concionator, in publicum miſit opus prænotatum:

Quintuplices Sacræ Quadrageſimalis Inventiones; Colon. 1607. in 8. apud Ni Alva, col. 182. ſuæ Militiæ. Romæ 1606. apud Hæredes Aloyſij Zannatti in 4. Vidi. Ecce de operis Authore Pompeji Servij Florentini Epigramma,

Itæ

Prætenui fila vt Zeuxis protracta colore
Conſpicit in tabula, talia voce refert:
Præſtare hoc tantum Divini quivit Apellis
Ingenium fœlix non ſuperanda manus.
Aſpiciet quicumque etiam has quino ordine Sacras
Graphidas, ſumma quo micat arte nitor,
Attonitis inhians animis in id ora reſolvet:
Grandia ſola ferens, hæc Bonavoglia dedit.

Author ipſe in Prologo ſpem fecit aliorum operum, quæ non vidi. *Quoniam*, inquit, *ſi hujus primi tomi inventiones vobis placuiſſe cognoverimus, alios duos de Tempore, ſcilicèt, & de Sanctis, edemus; necnon de componendis Concionibus inſtructiones; & Quadrageſimalium etiam Evangeliorum paſſus, quatuordecim vijs, modiſque explicatos; Sacræ, videlicèt, Scripturæ authoritatibus, figuris, conceptibus, PP. doctrinis, Scholaſticorum rationibus, Concilijs, Sacris Canonibus, Legum inductionibus, Philoſophorum placitis, multigenis exemplis, Aſtrologia Myſtica, Poetarum dictis, antiquis Hyeroglyphicis, ac tandem Hiſtorijs varijs, tùm Sacris, tùm Ethnicis.*

BERNARDINUS BURDIGALENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Prov. Aquitaniæ Concionator, Vir doctus in Geographicis, & Mathematicis, delineavit, Genuenſi teſte, ac Æneis laminis ſculpſit:

Omnes Provincias, & Conventus Minorum Capuccinorum, ſervata etiam climatum conſtitutione, ſecundum veram illorum diſtantiam. Prodijt Romæ deſcriptio iſta anno 1646. vnico volum. in fol.

BERNARDINUS DE BUSTOS, ſeù BUSTIS, Italus, ex Mediolanenſi Statu, ac Provincia, qui cum eſſet Philoſophicis diſciplinis ad nauſeam vſque inſtructus, (ait Arturus ad diem 8. Maji, §. 2.) ac juris vtriuſque exactam peritiam conſecutus, in Theologicis peritiores ſui temporis coæquavit. Vir fuit religioſiſsimus, Concionatorque eximius, vt teſtantur plures, & egregiæ ipſius lucubrationes ſæpiùs vulgatæ. Sunt igitur ex ejus præſtanti calamo:

Mariale de ſingulis feſtivitatibus B. Virginis, Alexandro VI. Pontifici Maximo dicatum; in duodecim partes diviſſum; quarum, vt ipſe Author in principio ſcribit, particulari nomine ſingulæ appellantur. In prima quidem parte agitur de Puriſsima illibita Matris Dei Conceptione. Et hæc novem continens ſermones, perpetuum ſilentium nuncupatur. In ſecunda, tractatur de ipſius Sacratiſsimæ Virginis Nativitate, ſivè originatione, & hæc quinque habet ſermones, & liber vitæ intitulatur. In tertia, de ejuſdem Nominatione, quæ in ſex dividitur ſermones; & mare magnum B. Virginis dicitur. In quarta, de ipſius vita, virtutibus, & converſatione, & iſta duodecim ſermones continens, viridarium Reginæ Cœli appellatur. In quinta, de ejus Annunciatione, & Incarnatione Verbi ex ea, & hæc ſimilitèr duodecim eſt diſtincta ſermonibus, & gaudium Mundi nominatur. In ſexta de ejuſdem Viſitatione, & iſta duobus pulchris decorata ſermonibus, Canticum Virginale appellanda videtur. In ſeptima, de ſua Parturitione, & hæc quinque habet ſermones, & fluvius infinitæ dulcedinis non immeritò vocabitur. In octava, de ipſius Purificatione, & Filij ſui in Templo Præſentatione, & iſta duobus ornata ſermonibus, Sancti Sanctorum dedicatio congruè dicetur. In nona, de ejus aſsimilatione, ſcilicèt, quibus rebus in Sacra Scriptura aſsimilatur, & hæc quatuor continens ſermones, Paradiſus voluptatis, ſivè hortus delitiarum dici merebitur. In decima, de ejus Paſsione, ſcilicèt, gaudij, & mœroris, & hæc duos devotos comprehendens ſermones à meliori, & digniori particula exaltatio Matris Dei denominabitur. In vndecima, de ejuſdem Aſſumptione, quæ Angelis gaudentibus, facta eſt, & iſta duobus partita ſermonibus, Angelica jubilatio intitulanda, cen-

ſetur. In duodecima verò, & vltima, de ipſius Coronatione, ſivè Glorificatione, & hæc duos ſermones continens, Triumphus Dominæ Paradiſi convenientèr appellatur. Hactenùs Author. Prodijt primum Argentinæ ex officina Martini Flach 1496. in fol. Vidi, & ibidem 1498. Lugduni 1502. & 1515. Mediolani 1494. Brixiæ 1588. tribus tom. in 4. Coloniæ 1607. & alibi. Elegantes, atque doctiſsimos hos ſermones affirmat Eyſengrenius; plenos pietatis, & bonarum rerum Poſſevinus. Prætet communes feſtivitates amplectitur laudatum *Mariale*, ſub ſermonum titulo tractatus varios peregrinos, præcipuè parte nona, quam jure appellat Author *Hortum delitiarum, ſivè Paradiſum voluptatis*. In hac ergo parte fuſo, ac docto ſtylo Beatiſsimam Deiparam aſsimilat Paradiſo, Cedro, Cypreſſo, Palmæ, Roſæ, Olivæ, Platano, Cynamomo, Balſamo, Myrrhæ, Viti, Nardo, Galbano, Lilio, Nivi, Scalæ Cœli, Mari, Aurotæ, Lunæ, Soli, Caſtrorum aciei, Terræ, Speculo, Arcui Cœleſti, Collo, Columbæ, Elephanti, Gallinæ, Ovi, Diei, Fonti, Navi, Nubi, Monti Sinai, Throno, Luci, Vaſi Dei, Lampadi accenſæ, Rotæ Dei, Sedi Dei, Civitati Dei, Caſtello, ex quibus, aliiſque diſſertis ſimilitudinibus haud difficile eſſet *Alphabetum Marianum* concinnare.

Roſarium Sermonum per Quadrageſimam, ac in omnibus diebus, tàm Dominicis, quàm feſtis per annum, necnon de unaquaque materia prædicabili, duobus tomis, adeò fœcundum (ait Haye noſter in AA. Indice præfixo ſuo tomo 3. in Apocalypſim) vt *de eo ſolo Eccleſiaſtes contentus eſſe deberet*. Lugduni 1502. & 1507. & ibidem per Jacobum Junctam 1525. in 4. Brixiæ 1588. & Coloniæ typis Antonij Hierat 1607. in 4. Vidi.

Tractatus de Imitatione Chriſti. Neapoli 1621. apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 201.

Super Orationem Dominicam, teſte Illuſtriſ. Fr. Angelo Rocca, tom. 2. fol. 411.

Officium de Immaculata Conceptione B. Virginis, quod Sixtus IV. Pont. Maximus approbavit, (vt prænotavit P. Ferdinandus Quirinus de Salazar, ſæculo XV. fol. 438.) Bulla, quæ incipit: *Dilecti filij*; data Romæ anno 1480. die 4. Octobris. Excuſum fuit Argentinæ 1502. in 4. & 1498. ac Lugduni 1502.

Officium Dulciſsimi Nominis Jeſu, apud Ludovicum Dupin, ſæculo XV. & Uvadingum in Syllabo, pag. 56. aſſerentem præ manibus habuiſſe Codicem M.S. quem Bernardinus noſter Innocentio VIII. præſentaverat. Inter quæ de vtroque Officio, tùm Conceptionis, tùm iſto de Nomine Jeſu hæc habebat:

Quæ præcor vt quondam Sixtus memorabilis ævo,
Qui tibi præfuerat, ſanctificavit opus,
Quod de candenti Conceptu Virginis almæ,
Edideram, hoc paritèr tu ſtabilire velis.

Hoc idem Officium, quibuſdam mutatis recitabant, ac recitant Minores; ſpecialique decreto Innocentij XIII. PP. Maximi, quotannis ab omnibus vtriuſque ſexus, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus recitari debet.

Opuſculum de Immaculata Conceptione ad Innocentium VIII. quod incipit: *Innocentiſsima Dei Virgo Beatiſsime Pater*, impreſſum per Uldericum Seinzeneher, anno 1482. in 4. Continet ea quæ ſunt in Mariali, teſte noſtro Alva, col. 182. ſuæ Militiæ:

Defenſorium Montis pietatis: ad Bernardinum de Carvajalo tituli S. Crucis in Jeruſalem Cardinalem, Alexandri Sexti in Lombardia à Latere Legatum. Scriptum eſt ab Authore Mediolani anno 1497. & impreſſum ibidem, per Joannem Rymmam de Oringau, anno 1503. in fol. ac Lugduni apud Joannem Clein, anno 1518. in 4. Vidi. Titulus hujus operis, initiumvè, ecce adeſt: *In nomine Domini N. Jeſu Chriſti, ac glorioſæ Virginis Mariæ Matris ejus*. Incipit: *Defenſorium Sacratiſsimi Montis pietatis editum à Fr. Bernardino de Buſti, Ordinis Minor. de Obſerv. quod continet duos pulchros tractatus, atque compoſitum fuit ad contemplationem B. P. Fr. Bernardini Feltrini ejuſdem Ordinis* (cujus feſtum colitur die 28. Septembris in Religione Seraphica ex decreto Benedicti XIII. Pontif. Max.) *qui ſæpius ipſum Fr. Bernardinum hortatus eſt*, vt

ut aliquid in ſcriptis redigeret de juſtificatione, ac utilitate ipſius ſaluberrimi Montis, dicens ei: Ego libentèr video ſcripta veſtra. Floruit ſub anno 1500. Agunt de ipſo cum laude præter landatos AA. Marracius in ſua Bibliotheca Mariana, Ludovicus Bail, part. 2. Biblioth. Concionatoriæ, cap. 77. fol. 359. alijſque miſsis apud Arturum videndis, Andreas Roſſoti, qui in ſuo Syllabo de Scriptoribus Pedemontanis, virum appellat *doctrina, & pietate venerabilem*, ac Vercellenſem facit.

BERNARDINUS DE CAIMIS, Italus, Mediolanenſis, Guardianus olim in Sacro Monte Sion, Minorita, pietate, prudentia, ac virtute inſignis, ineditas reliquit, Uvadingo teſte:

Conciones Quadrageſimales, & per annum. Extant M. S. in Biblioth. Nuntiatæ Variſij. Ejus virtutes recenſet Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 9. Februarij, §. 3.

BERNARDINUS DE CARDENAS, Americanus, Indus, patre Hiſpano natus in Urbe Chuquiabo Regni Peruviani, Epiſcopus Paraguanus; Viſitator aliquarum Provinciarum illius regionis, ex commiſsione Concilij Provincialis, edidit Hiſpano idiomate:

Hiſtoriam Indianam, & Indigenarum, ex Uvadingo.

Manuale rerum Peruviani Regni. Matriti apud Franciſcum Martinez, 1634. in 4.

Diſcurſum Theologicum pro celebratione trium Miſſarum in die Commemorationis Defunctorum ad Alexandrum VII. Excuſum vidi in 4. abſque loco, & anno impreſsionis. De eo agit D. Nicolaus Antonius, tom. 1.

BERNARDINUS CARDINALIS, hactenùs mihi ignotus, laudatur vt Minorita, & Author *cujuſdam operis Theologici* à Rodulpho, lib. 3. Hiſtoriæ Seraphicæ affirmante citari in Summa Angelica per ea, quæ ſcripſit in Sacra Theologia.

BERNARDINUS A CHIASTEGGIO, Italus, Conventus Ticinenſis ſtrictioris Obſervantiæ Concionator generalis, ac Cuſtos Reformatæ Provinciæ S. Didaci, Italicè ſcripſit, ac publici juris fecit:

Vitam B. Bernardini Feltrenſis. Papiæ typis Caroli Porro 1551. in 8. Legi.

BERNARDINUS CIAFFONI A S. ÆLPIDIO, Italus, ex Minoritis Conventualibus, Theologus inſignis, & in eo potiſsimum Theologiæ parte quæ in conſcientiæ quæſtionibus extrincandis verſatur, excellentèr doctus, ſermone Italico exaravit, præloque dedit,

Apologiam Sanctorum Patrum, Avenione 1698. in 8. typis Petri Offray. Vidi. Eſt editio ſecunda, & auctior.

BERNARDINUS A CILENTO, Italus, Capuccinus, Neapolitanæ Provinciæ Concionator, Vir doctrina, prudentia, ac præclaris vitæ exemplis ab omnibus illius temporis commendatus, qui eandem ſuam Provinciam magna cum virtutum laude, ac Regularis Obſervantiæ zelo ſedulò adminiſtravit, multoque, ac ſuavi ſanctitatis odore reſperſit, ſcripſit Italicè:

Enchiridion Religioſæ perfectionis; in quo agit de virtutibus omnibus Religioſis neceſſarijs: An fuerit impreſſum, adhùc me latet. Obijt Neapoli in Convento S. Euphebij, anno 1586. ætatis ſuæ 63. Ex Genuenſi, pag. 57. De eo pertractat Boverius, tom. 2. Annalium Capuccinorum.

BERNARDINUS A COLLEPETRATIO, Italus, ex Provincia S. Franciſci Regul. Obſerv. ad Minores Capuccinos tranſiens, pœnalibus exercitijs, ac orationi valdè deditus, futuros rerum eventus prænuntians, miraculis enituit, Boverio teſte tom. 2. ſuorum Annalium. Scripſit Italicè:

Hiſtoriam originis progreſſus Congregationis Minorum Capuccinorum, in fol. Meminit hujus Authoris Arturus in Catalogo AA. præfixo Martyrologio Franciſcano, Ludovicus Dupin in Supplemento, tom. 3. ſed fuſsiùs Genuenſis, pag. 58. Obijt haùd ſine ſanctitatis opinione, 1594. ætatis ſuæ 81.

BERNARDINUS DE CORVERA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Guardianus Cœnobij Montis Calvarij apud Oſſunam Provinciæ Bæticæ, ſcripſit Hiſpanicè:

Speculum perfectionis, & exercitia virtutum pro Sanctimonialibus. Hiſpali apud Nicolaum Rodriguez, anno 1647. in 8. Vidi.

BERNARDINUS DINIUS DE UZZANO, Italus, Provinciæ Tuſciæ Lector Jubilatus, peregrinè equidem, & ſubtiliſsimè ſcripſit:

In Dialecticam,
Phyſicam.
De Anima.
De Angelis,

Sed hæc, & alias ſcholaſticas lucubrationes edax tempus nobis ſubripuit, teſte Fr. Antonio Terrinca, part. 3. Theatri Provinciæ Tuſciæ, fol. 194. ſubdit verò ibidem patrio idiomate ſcripſiſſe:

Hiſtoriam Principum, Ducumque de Cybo, quam M. S. exſcriptam, ſexque libris diſtinctam, penès ſe habere, ipſosmet Principes, ac D. Antonium de Pagnis Presbyterum Sæcularem de Uzzano.

BERNARDINUS DE ESTRADA, Hiſpanus, Guardianum agens Toletani Conventus S. Joannis Regum, communem fecit Hiſpanicè:

Panegyrim de laudibus S. Thomæ de Villanova habitam ad S. Tribunal Inquiſitionis in ſolemnijs Canonizationis ipſiuſmet Sancti. Prodijt cum alijs Toleti, ex officina Franciſci Calvo 1660. in 4. Vidi.

BERNARDINUS FLORENTINUS, Sacræ Theologiæ Doctor, & celebris Concionator, varia inſignitus eruditione, ſcripſit ad Franciſcum Cardinalem S. Sixti, poſteà Sixtum IV.

Dialogum de laudibus Caſtitatis, & Virginitatis. Aſſervatur Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis. Obijt 1480. Uvad. de Scriptor. Extat hujuſce mentio, apud Bibliothecam Florentinam Michaelis Pocciantij, Rodulphum, Poſſevinum, & alios.

BERNARDINUS GONZALEZ, Hiſpanus, Provinciæ Conceptionis alumnus, Concionatoris Apoſtolici munere functus, in Hiſpanorum gratiam, Hieroſolymis ſcripſit perutile opus in folio, prænotatum:

Dictionarium Hiſpano-Arabicum. Et in parr. 2. ejuſdem tomi:

Dictionarium Arabico-Hiſpanum. Vidi. Matriti, exaratum anno 1709. & ad prælum maturum, licentijs, ac approbationibus roboratum. Item conſcripſit in 8. opus aliud, cui titulus:

Grammica Arabico-Hiſpana. Aſſervatur Hieroſolymis in noſtro S. Salvatoris Conventu, ejuſque apographis haud ſine fructu vtuntur Hiſpani Apoſtolicis Miſſionibus vacantes. Ex relatu Fr. Blaſij Franciſci Salamanca Minoritæ, olim Hieroſolymis linguæ Arabicæ Moderatoris, & impræſentiarum, anno 1730. Provinciæ S. Michaelis Regul. Obſerv. Diffinitoris.

BERNARDINUS GONZALEZ, Hiſpanus, Lector Jubilatus, Vicarium agens Monialium Diſcalceatarum S. Franciſci de Monforte Provinciæ D. Jacobi, communem fecit à ſe habitam in populo gravi:

Orationem funebrem in Exequijs V. Fr. Joſephi Caravantes Miſſionarij Capuccini. Matriti typis Melchioris Alvarez, 1694. in 4. Vidi.

BERNARDINUS GUARDAGRILLI, Minorita Conventualis Aprutzenſis, in publicum miſit Italicè:

Compendium caſuum conſcientiæ ad vtilitatem Parochorum, & Confeſſariorum. Obijt 1627. Ex Vincentio Coronelli, tom. 4. ſuæ Biblioth. Univerſ. num. 1690.

BERNARDINUS HUNGARUS, Capuccinus, Romanæ Provinciæ alumnus, munere Apoſtolici Miſſionatij in Regno Loangi in Æthiopia functus, Regem ipſum cum vxore ſua, Barbaroſque non paucos; Sacri Baptiſmatis vndis abluit, in eademque Civitate, poſt Miſſæ Sacrificium devotiſsimè celebratum, è vita ſublatus eſt anno 1664. die 18. Junij. Reliquit, vt Genuenſis teſtatur:

Hiſtoriam ſuæ peregrinationis, & Miſſionis, adjecta relatione, de moribus Incolarum Regni Loangi.

BERNARDINUS INURRIGARRO, Hiſpanus, Jubilatus Lector, ac Cantabricæ Provinciæ Regul. Obſerv. Diffinitor, communes fecit vernaculè:

Tres Apologeticos tractatus. Propugnat in duobus nonnullas ejuſdem Authoris propoſitiones. Editi ſunt anno 1671. in fol. Vidi in Bibliotheca Matritenſis Conventus Regul. Obſerv. ſub litt. X. num. 156. Tertium autem etiam in fol. ad Magnum Philippum IV. Hiſpaniarum Regem evulgaverat in fol. anno 1663. in quo exponit:

Bullam SS. P. N. Alexandri VII. de Myſterio Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, adhibitis ibidem ſolidis ſolutionibus nonnullarum objectionum cujuſdam Authoris. Vidi. Scripſit:

De Rebus Cantabricis quæ periere. Extat dumtaxat *tractatus Apologeticus de Rebus Cantabriæ dominantibus Hiſpaniæ, Romanis, & Carthaginenſibus* aſſervatus in Toloſano Conventu ſuæ Provinciæ.

BERNARDINUS DE LAREDO, Hiſpanus, Hiſpalenſis, Laicus, ex Provincia Angelorum, in ſæculo Doctor Medicinæ, Vir pius, ſcripſit:

Aſcenſum Montis Sion: Hiſpali, 1533. in 8. Valentiæ 1590. Compluti 1617. in 4. per

per Joannem Gratiam. Medinæ 1542. Vidi.

Regulas de Oratione, & Meditatione; Uvadingo teſte.

Modum faciendi in Medicina. Compluti 1617.

Metaphoram Medicinæ, apud Nicolaum Antonium in Bibliotheca Hiſpana.

De Medicina, tractatus alios ſcripſiſſe affirmat Marcus Ulyſsiponenſis, part. 3. lib. 9. cap. 42. Obiiſſe dicitur anno 1555. Ejus virtutes recenſet Ortiz, lib. 15. Annalium Hiſpalenſium, Chronologus Provinciæ Angelorum, & Illuſtr. Gonzaga.

BERNARDINUS MATRITENSIS, Hiſpanus, Apoſtolicus, ac Regius Concionator, necnon Provincialis Miniſter Caſtellanæ Provinciæ Minorum Capuccinorum, in publicum miſſit:

Orationem funebrem in Exequijs Caroli II. Hiſpaniarum Regis. Matriti ann. 1700. in 4. Vidi.

BERNARDINUS MERCATOR, Conventus Boppardienſis Minorum Recollectorum Sacerdos, Latinè ſcripſit, emiſitque in lucem tractatus ſequentes:

De Signo Crucis.
De Fide.
De Spe.
De Oratione.
De Oratione Dominica.
De Patrocinio B. Virg. Mariæ.
De Devotione erga B. Virg.
De Salutatione Angelica.
De Charitate, & decem Præceptis.
De Præceptis Eccleſiæ.
De Sacramentis in genere, & in particulari.
De Officijs Juſtitiæ Chriſtianæ.
De ſeptem Peccatis Capitalibus.
De Peccatis alienis.
De Peccatis in Spiritum S.
De Peccatis in Cœlum clamantibus.
De Gratia.
De Bonis operibus.
De Donis, & Fructibus Spiritu S.
De Beatitudinibus Evang.
De Conſilijs Evangelicis.
De quatuor Noviſſimis.
De Cæremonijs Eccleſiæ.

Hi cuncti ſub hoc titulo:

Nucleus Catechiſticus, excuſi ſunt Coloniæ Agrippinæ, ſumptibus Joannis Uvilhelmi anno 1697. in 8. Eſt ſeptima editio, quam vidi.

BERNARDINUS A MONTE ULMO, natione Italus, Provinciæ Picenæ Concionator, Vir fuit ſapientia, ac ſingulari vitæ perfectione ſublimis. Hic ab adoleſcentia in omni bonarum litterarum, ac pietatis exercitamento nutritus, in Minorum Conventualium Ordinem aſſumptus; eam doctrinæ laudem, præſertim in via Scoti eſt adeptus, vt Scoti anima paſsim nuncupatus, in ſummis, ac illuſtrioribus Academijs ad publici Theologiæ Profeſſoris munus deligeretur. Hinc majoris perfectionis zelo commotus, ad Capuccinorum Congregationem ſe contulit anno 1538. in qua mira vitæ auſteritate, aſsiduæ orationis ſtudio, & ſplendidiſsima Obſervantiæ luce inter alios emicans, cœleſtem quandam vitæ ſpeciem inter homines retulit. Subtili ingenio confecit:

Commentaria in 4. libros Sententiarum; juxtà mentem Scoti, quæ cum multis alijs ejus doctiſsimis elucubrationibus, tàm Philoſophicis, quàm Theologicis impreſſentiatum non extant. Devixit anno 1565. ætatis ſuæ 73. Ejus geſta deſcribuntur à Boverio apud Genuenſem, pag. 59.

BERNARDINUS MUTIO, Italus, Bergomenſis, ex Minoritis Reformatis, Lector Sacræ Theologiæ, Generalis Concionator, ac Cuſtos ſuæ Provinciæ, M.S. reliquit:

Commentaria in quatuor libros Sententiarum ad mentem D. Bonaventuræ. Italicè quoque:

Rethoricam Sacram Concionatoribus valdè utilem. Author, & opera memorantur cum laude à Donato, Auguſtiniano, parte 1. Scenæ Litterariæ, fol. 80. Floruit anno 1623.

BERNARDINUS OBICINUS AB ORTA, Novarienſis Diœceſis, Provinciæ Brixienſis Regul. Obſerv. Miniſter, Vir in ſcribendo diſertus, & in regendo prudens, ſcripſit Italicè:

Tractatum de quatuor Noviſsimis; de Aſſumptione, & Nativitate B. Virginis. Bergomi apud Cominum Venturum anno 1601. & 1610. in 8.

Coronam B. Virginis Mariæ cum diverſis meditationibus, & exercitijs ſpiritualibus. Mediolani 1612. Bergomi 1603.

Regnum Chriſtianum, in quo pierique continentur tractatus fructuoſiſsimi. Brixiæ 1610.

Ædificationem ſpiritualem. Mediolani 1611.

Seraphicas devotiones, extractas ex Theſauro Ordinis S. Franciſci. Brixiæ 1619.

Speculum Confeſsionis. Bergomi anno 1604.

Evan-

Evangelium Jeſu Chriſti, ſcilicèt, homilias ſuper Evangelia per totam Quadrageſſimam, in duas partes diviſſas. Brixiæ per Joannem Baptiſtam Bozzolam ann. 1616.

Diſcurſus Morales ſuper Evangelia Dominicarum totius anni; in duas partes diviſos. Mediolani, & Brixiæ per eundem, anno 1612.

Sermones breves pro ſingulis diebus totius Quadrageſtima. Brixiæ 1618.

Paradiſum gloriæ Sanctorum, ſivè Sermones pro diebus feſtivis Sanctorum totius anni, & pro communi Sanctorum in duas partes diviſſos. Brixiæ anno 1626.

Oracula Cæleſtia, ſivè lectiones morales ſuper ſeptem Pſalmos.

Dictionarium Divini eloquij ex ſententijs SS. PP. vol. 2. Inſupèr Italicè ſcripſit:

Templum Sacrum in quo celebrantur feſta Beatiſsimę Virginis Marię, ſeu Sermones communes pro Deipara feſtivitatibus. Venet. typis Jacobi Sarzinæ, 1621. in 4. Vidi. Pertractant de ipſo Marracius in ſua Bibliotheca Mariana, Uvadingus, ac noſter Alva, col. 184. ſuæ Militiæ. Floruit circa annum 1630. teſte Ludovico Dupin, ſæculo 17.

BERNARDINUS DE OLIVARES, Minorita, Hiſpanus, teſte Nicolao Antonio, tom. 1. pag. 170. ex Fr. Ludovico Rebolledo *in Catalogo Scriptorum Franciſcanorum*, patrio ſermone ſcripſit:

Compendium Indulgentiarum.

BERNARDINUS PALLADIUS, ASTENSIS, Inſuber (quem Poſſevinus uno loco Benedictum vocat, & altero Bernardum Lignrem, vti, & Uvillotus) Vit doctus, & pius, qui poſtquàm officia lectionis Theologiæ, Miniſtri Provinciæ Romanæ, & Procuratoris Generalis Ord. Regul. Obſerv. ſumma cum laude ſubierat, ſtrictioris vitæ cupidus anno 1534. tranſivit ad Capuccinos, à quibus communi omnium conſenſu anno ſequenti electus eſt bis, repetitis, ſcilicèt, coràm Cardinale Frannenſi, ob quaſdam cauſas ſuffragijs, Miniſter Generalis. Ejus virtuti, prudentiæ, vitæ ſanctimoniæ, impigro, & conſtanti animi ſtudio plura tribuit Annaliſta Zacharias Boverius. Scripſiſſe teſtantur Uvadingus, Toſignianus, ac Genuenſis, Italicè:

Volumen unicum Orationum ſpiritualium. Mediolani apud Antonium Caſtilioneum 1535. & Genuæ typis Antonij Belloni 1557.

Epiſtolam circularem ad ſuos Minores Capuccinos, unà cum alio tractatu ab eodem conſcripto;

De uſu Minoritani Pallij. Obijt ann. natos 69. quarto Idus Maji, anno ſalutis 1554. De eo cum laude agunt plures apud Arturum ad diem 12. Maji Martyrologij Franciſcani. Ipſum appellat *Virum omni virtutum genere exornatum* Gravina in voce Turturis, part. 2. fol. 245.

BERNARDINUS PANORMITANUS, Regul. Obſerv. qui claruit anno 1600. edidit:

Arborem Beatorum Siciliæ à nonnullis citatum, uti aſſerit Antonius Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ.

BERNARDINUS PARISIENSIS, Gallus, Provinciæ Pariſienſis Minorum Capuccinorum alumnus, Verbi Dei Declamator ſatis notus, Magiſter Novitiorum, ac Monialium Capuccinarum in eadem Urbe Confeſſarius, & Director: Vir devotus, ac religioſis moribus nitens: orationi aſsiduus, atque in evolvendis libris ſacris intentus, plura ſcripſit opuſcula Religioſis omnibus utilia, præſertim Capuccinis, illaque idiomate Gallico evulgavit, & ſunt apud Genuenſem, pag. 60. & Ludovicum Dupin, ſæculo 17.

Spiritus S. Franciſci ad Imaginem Jeſu Chriſti, & Inſtructionem ſuorum Filiorum. Pariſ. apud Dionyſ. Thierry, 1660. in 4.

Religioſus interior tripartitus. Ibidem eiſdem typis 1661. in 12.

Diarium interius religioſi. Ibidem apud eundem 1660. in 12.

Spiritus mendicitatis Evangelicę domeſtici S. Franciſci, cui acceſſit tractatus de Confeſsione, & Communione. Ibidem anno 1662. in 8.

Communio Deiparæ ſemper Virginis in Cœnaculo. Prodijt ex eadem typographia 1662. in 8. Scripſit etiam Latinè:

Tractatum de Communione Chriſti Jeſu in Cœnaculo, in quo probat, Chriſtum Corpus ſuum proprium in Sacramento ſumpſiſſe, ut daret regulam præparationis ad Euchariſtiam, in 8. Ibidem apud eundem Thierry 1658.

De cœleſti amore Beatiſsimæ Virginis Mariæ, dùm in terris viveret, in 8. Ibidem 1659.

De Sanctitate Sacerdotum, in 8. Ibid. 1675.

De Vita interiori Filiorum S. Franciſci, in 8. Ibidem 1677.

Inſtructiones pro Miſsionarijs, in 8. Ibidem 1677.

Regula interiores. Ibidem in 8. 1677.

Moniales in ſuo clauſtro, in 8. Ibid. 1677.

Vita

Vita pœnitens Domini noſtri Jeſu Chriſti, 1679. in 8. & alia plura, quæ adhuc me latent.

BERNARDINUS DE PASSARIS A PHOCECHIO, Italus, Provinciæ Tuſciæ Regul. Obſerv. Lector Jubilatus, eruditè ſcripſit libellum in tractatus 8. diſtributum:

De jure Principis in ſibi ſubditos. Extabat M. S. penès Fr. Antonium Terrinca, part. 3. Theatri Provinciæ Tuſciæ, tit. 1. Eodem mihi Authore ſcripſit prætereà ſermone patrio:

De Monarchia Hiſpanica fundamentis Religione, Pietate, Juſtitia, ac vera Prudentia. Item vernaculè:

Centuriam Cautionum; ſed horum vix tituli, & quædam fragmenta poſt obitum ejus anno 1662. hinc indè diſperſa inveniuntur.

BERNARDINUS PEREZ DE MEGA, Hiſpanus, ex Diſcalceatis Provinciæ Sancti Joaonis Baptiſtæ, Commiſſarius Hieroſolymitaous in ditione Genuenſi, edidit:

Exercitia conformitatis, & unionis cum Deo, mediantibus Maria, & Joſepho. Addito etiam facillimo modo meditandi inter externas occupationes. Prodijt Genuæ ex officina Petri Calenzani 1638. in 16. an Latinè neſcio. Ipſius memoriam faciunt Lucas Uvadingus, Nicolaus Antonius, ac Balthaſar de Medina apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum.

BERNARDINUS A S. PETRO, in Balneo in Æmilia Prov. Tuſciæ alumnus, Vir ſimplex, rectus, ac timens Deum ab adoleſcentia ſua, canendi, ſcribendique cum notis, peritia inſignis, laudatur à Fr. Antonio Terrinca, part. 3. Theatri Provinciæ Tuſciæ, pag. 194. *Plura hujus artis reliquit monumenta* pulchro apice, ac penicillo delineata, alia quidem exemplata, alia ex cogitata.

BERNARDINUS PICONIUS, Gallus, Sacræ Theologiæ Lector, ac Provinciæ Pariſienſis, Capuccinorum Provincialis Miniſter, Vir in Divinis Scripturis ſtudioſus, & eruditus, in lucem dedit duo præclara volumina ſub titulo:

In Epiſtolas D. Pauli triplex expoſitio, nempè Annalytica, Paraphraſtica, Litteralis. Pariſijs apud Joannem Aniſſon anno 1703. in fol. magno. Vidi. Idiomate autem Gallico editum extat:

Compendium prædictæ expoſitionis. Pariſ. 3. volum. in 12. anno 1706. & ibidem 1714. vol. 4. in 12. Vidi. Scripſit prætereà:

Evangeliorum tripartitam expoſitionem. Ex Memorijs Trevoltiannis anno 1710. art. 56. Claruit 1609. De eo pertractat Jacobus Le-Long in Supplemento Biblioth. Gallicæ. fol. 635.

BERNARDINUS PICTAVIENSIS, Capuccinus, Gallus, Provinciæ Turoniæ Concionator, & Miſſionarius Apoſtolicus; Vir in Divinis Litteris, ac in Fidei controverſijs inſignitèr verſatus, ſæpiùs prodomo Dei ſe murum obiiciens, multa opportunè ſcripſit *contra Novatores*, eoſque fortitèr, & variè exagitavit. Edidit Gallico idiomate:

Concluſiones Regales ad Dominos Religionis Reformatæ. Pictavij apud Joannem Fleuriau 1660. Ex Genuenſi, pag. 61.

BERNARDINUS RHEGINUS, Italus, cognomento *Georgius Calaber*, Regul. Obſerv. primum Brixiæ ſub Franciſco Lichero, deindè Pariſijs Theologiæ operam dedit. Græcas litteras tam brevi tempore, ac perfectè didicit, vt Græcus ortu videretur. In Scoti doctrina egregiè verſatus, ſcripſit:

Commentarios in librum primum ſcripti Oxonienſis, aliaſque elucubrationes, quæ temporum injuria perierunt. Profectus ad Patres Capuccinos anno 1532. inter eos vixit annos fermè quatuor. Obijt in Patria anno 1536. ætatis ſexageſſimo nono, cum Vicarij Provincialis Calabriæ munere eſſet perfunctus. Hæc Uvadingus ex quo Genuenſis, Sanning, & Nicolaus Toppi in ſua Biblioth. Neapolitana.

BERNARDINUS ROCHUS, Italus, Bidinenſis, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Magiſter, patrio ſermone, Italico nempè, edidit:

Vitam, ac miracula S. Antonij Patavini. Panormi apud Petrum de Iſola 1654. in 4.

Meditationes, vti affirmat Joannis Franciſchinus in Bibliosophia Minorum Conventualium, & Philippus Cagliola in Manif. Provinciæ Siciliæ Minorum Conventualium, apud Antonium Mongitore de Scriptoribus Siculis, tom. 1. quo teſte, M. S. reliquit:

Artem devotionis erga Dominicam Paſſionem, ac Reginam Sanctorum omnium. Extat in Biblioth. Collegij Panormitani, Societ. Jeſu. Clarebat anno 1654.

BERNARDINUS A RUPE, natione Italus, ex nobiliſſima Urſinorum familia, militiæ tædio affectus, Minoritis Capuccinis Provinciæ Picenæ nomine dato, vt perfecti, & illibati Seraphicæ Regu-

gulæ ſectatoris in ſe ipſo typum exprimeret, ſingulari affectu Sacratiſsimam Cœlorum Reginam eſt proſecutus, nec vnquam, quoad vixit, à pijs ejus obſequijs ſeſe detraxit. In ipſius honorem ſcripſit opuſculum valdè pium, in quo agit,

De Patrocinio ejuſdem Beatiſsimæ Virginis, additis varijs precationibus devotiſsimis, ſuaviq; erga Deiparam affectu repletis. Fuit impreſſum Maceratæ, & pluries Venetijs ſuppreſſo ejus nomine. Obijt Maceratæ anno 1621. ætatis ſuæ 63. Ejus vita deſcribitur à Matiſconenſi apud Genuenſem in ſua Bibliotheca, pag. 62.

BERNARDINUS SAHAGUNTINUS, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Cantabricæ Prov. filius, ad Indias Occidentales Imperij Mexicani profectus, totum ſe impendit addiſcendis linguis illius regionis, vt faciliùs poſſet populum illum vaſtiſsimum docere, & inſtruere. Eas tandem ita perfectè calluit, vt erectis Scholis, & Academijs plurimos erudierit ad fidem capeſſendam, alijſque tradendam: multos inſupèt libros Indicis linguis ſcripſit, qui Prædicatoribus, & gentis hujus Magiſtris magno ſemper fuerunt adjutorio, videlicèt:

Artem, ſeù Grammaticam linguæ Mexicanæ addiſcendæ.

Dictionarium copioſiſsimum (quod aliqui trito vocabulo Calepinum vocant) *duodecim magnis voluminibus diſtinctum*, in quo formas omnes, varia, genera linguarum Mexicani Imperij, proprietates, emphaſim, & accentum verborum omnium, dilucidè examinavit, ita vt doctum, & vulgare idioma appoſuerit, & formulas omnes loquendi, quibus illius regionis homines vtuntur, ſivè in Religionis cultu, ſivè in rerum commercio, ſivè in familiari converſatione. Huic Dictionario valdè debitorem eſſe in ſua celebri Hiſtoria D. Anton. Herrera teſtatur Fr. Auguſtinus Ventancurt in ſuis Chronicis Prov. S. Evangelij, & ſuppreſſo nomine noſter Torquemada, tom. 3. lib. 19. cap. 33.

Hiſtoriam Univerſalem Novæ Hiſpaniæ in 12. libros diſtributam. Manuſcripta aſſervatur in Toloſano Conventu Cantabricæ Provinciæ, tomis 4.

Vocabularium trilingue, Latini, ſcilicèt, *idiomatis, Hiſpanici, & Mexicani*, Penès ſe habebat Torquem.

Pſalmodiam, *varios*, ſcilicèt, *cantus, & carmina ſpiritualia, de Chriſti Domini, Mariæ Matris, aliorumque Sanctorum geſtis, quibus Indi in ſuis Choreis, nuptijs, Hymenæis, & jocis vterentur, & profanis vocibus, inſaniſque Deorum inanium ritibus deſueſcerent.*

Sermones varios pro totius anni curriculo, quoſdam breviores, alios copioſiores, juxtà argumenti, & feſtorum differentiam.

Poſtillam ſuper omnia Evangelia Dominicalia.

Vitam S. Bernardini Senenſis, ex Chronicis Franciſcanis in Mexicanam linguam tranſtulit, ita rogantibus Indis Xuchimilcanis, qui Divum hunc tanquam Patronum venerantur, & Eccleſiæ ſuæ titularem. Scripſit inſupèt, teſte eodem Torquemada ibidem, lib. 20. cap. 46.

Expoſitionem Paraphraſticam ſuper ſymbolum quicumque vult.

Aliam hujus ſymboli expoſitionem, Dialogetica Methodo.

Doctrinas medicis valdè vtiles.

Collationes ſeptem morales.

Speculum ſpirituale.

Pleroſque inſupèr alios tractatus ſpirituales, vt rectè Uvadingus ait, qui temporum injuria exciderunt. Florebat anno 1580. Eſt hujuſce mentio apud Moreri in ſuo Dictionario, ac Marracium, ex quo noſter Alva, col. 185. ſuæ Militiæ ſcripſiſſe affirmat:

Sermones prò Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Vide Arturum ad diem 23. Octobris Martyrologij Franciſcani, §. 24.

BERNARDINUS SICULUS A PATRIA dictus, doctus Minorita, Italico ſtylo, cæteris omnibus copioſius:

S. Jannarij Epiſcopi Beneventani acta, & miracula deſcripſit. Clarebat anno Domini 1497. Ex Haroldo ad eundem annum, §. 4.

BERNARDINUS SURIUS, Germanus, Provinciæ Recollectorum Germaniæ inferioris devotus alumnus, edidit non minùs curiosè, quam devotè:

Peregrinationem in Terram Sanctam; Item ſcripſit:

Vitam S. Mariæ Magdalenæ. De eo perpectractat Fr. Carolus de Coadhenove in compilatione Chronologica prædictæ Provinciæ M. S. apud Matritenſe Archivium Ordinis, part. 1. pag. 15. & cap. 7. part. 2. Legi.

BERNARDINUS TAMBURACIUS, Italus, Florentinus, Lector Jubilatus, Concionator generalis, ac Diffinitor Provinciæ Tuſciæ, Fr. Antonio Terrinca teſte part. 3. ſui Theatri Genealogici, pag. 394. ſtylo ſignavit:

Poe-

Poemata; ac elogia inclytæ domus Cybo. Edidit quoque:

Epitome Sereniſſimæ Familiæ Cybo.

BERNARDINUS TURAMINUS, Italus, Senenſis, Regul. Obſerv. inſignis Concionator, Provinciæ Romanæ Miniſter, edidit Italicè, Uvadingo teſte opus prænotatum:

Infœcunditas fœcunda S. Annæ Matris Dei Genitricis. Romæ apud Guillelmum Facciotum 1628. in 12. Et inſcripta:

Agnes victrix. Tragiſacroſcena. Viterbij apud Bernardum Diotallevium 1632. in 12.

Agatha conſtans. Ibidem apud eundem eodem anno in 12.

Lachrymæ ſacræ amorem exponentes. Ibidem apud eundem. Hæc omnia, poſtremò opere dempto, extant apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 482.

BERNARDINUS VALLISOLETANUS, Hiſpanus, Regul. Obſerv. in Prov. Jucatam Eccleſiaſtes inſignis, Dioſcoridem vertens idiomate proprio illius regionis, ea:

De ſimplicibus ſcripſit, de quibus agit Fr. Didacus Lopez, lib. 12. Hiſtoriæ laudatæ Provinciæ, cap. 24. Devixit in Conventu Emeritenſi, anno 1652. ætatis ſuæ 35. ne malitia mutaret intellectum ejus.

BERNARDINUS VETUVIS, Germanus, Marcoduranus, Provinciæ Coloniæ, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, aliquoties Guardianus, ſemèl Cuſtos, & ſecundò Miniſter, Commiſſarius, ac Viſitator Apoſtolicus Provinciæ S. Andreæ, ſcripſit:

Compendium controverſiarum fidei hujus temporis, ad ſeductarum animarum reductionem, necnon ad Parochorum, & Concionatorum inſtructionem perutile. Coloniæ apud Hæredes Joannis Chrythij, anno 1640.

Vitam B. Jacobi de Marchia Germanicè conſcriptam in Latinum tranſtulit. Ibidem apud Bertramum Geildem, anno 1625.

Libellum, cui titulus: *Deſcriptio trium florum ex Tertio Ordine S. Franciſci, videlicèt S. Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ, Beati Conradi, ac Margaritæ de Cortona.* Cui opuſculo præmittitur *Informatio circa inſtitutionem, regulam, alioſque Sanctos, ac Beatos ejuſdem Ordinis.* Ibidem apud Servatium Erfours 1627. Hæc Uvadingus. Scripſit inſupèr 12. libris.

Speculum veræ Eccleſiæ Chriſti, ac falſarum Eccleſiarum. Prodijt Coloniæ ... ex officina Joannis Buſæi, anno 1664. in fol. Vidi. Eſt hujuſce mentio apud Lequile in de Scriptoribus, qui pro Fide Catholica dimicarunt, & Ludovicum Dupin, ſæculo 17. Floruit circa 1640.

BERNARDINUS URSATUS, Clemonenſis, Minorita, in Aſtrologia peritiſſimus, ſcripſit hujus ſcientiæ.

Tractatus varios, teſtibus Uvadingo, hìc, Sannig in Synopſi, & Toſigniano.

BERNARDUS ÆMILIANUS, natione Italus, Patria Piſaurienſis, Provinciæ Picenæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir affabilis, benignus, candidus moribus, egregiè doctus, eloquentia magna prædiitus, Divini Verbi declamatione per totam Italiam ſatis famoſus, edidit, Genuenſi teſte, pag. 63.

Concionem de laudibus S. Geminiani Epiſcopi, Protectoris Civitatis Mutinæ, ab ipſo habitam in Eccleſia Cathedrali ejuſdem Urbis in ejus die feſto. Mutinæ apud Impreſſores Ducales, anno 1671.

BERNARDUS AUXIMIENSIS, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Marchiæ alumnus, Vir ob præclaram vitæ ſanctimoniam venerabilis, & ob eximiam ejus prudentiam, doctrinam, ſeveram Regularis diſciplinæ Obſervantiam, ac ingentes animi ſui dotes; non ſolùm apud gregarios homines, verùm apud Reges ipſos admirabilis: ſcripſiſſe dicitur apud Bibliothecam Scriptorum Capuccinorum, pag. 63.

Tractatum de Paſſione Domini in varias meditationes per hebdomadam diſtributum, impreſſum Venetijs 1589. ſub nomine cujuſdam Servi Dei. Devixit anno 1591. Conſule Arturum ad diem 28. Maji in Martyrologio Franciſcano.

BERNARDUS DE BESSA, Provinciæ Aquitaniæ, & Cuſtodiæ Cadurcenſis (quem perperàm Uvillotus, & Poſſevinus Bernardinum appellant) S. Bonaventuræ ſocius, & à ſecretis, dùm eſſet Miniſter Generalis; Bertrandi de Turre Cardinalis Minoritæ in Tyrocinio Magiſter, ſtylo ſignavit:

Libellum de triplici Statu Religionis Minorum, quorum in primo, compegit vitam S. Franciſci, adjectis multis ejuſdem Franciſci miraculis. In ſecundo, Chronica generalium Miniſtrorum, uſque ad Fratrem Bonagratiam, in ea ſeriè decimum, laudata à Franciſco Auguſtino, fol. 17. Hiſtoriæ Pedemontanæ Eccleſiæ. In tertio, miracula, & atteſtationes divinas, pro approbatione triplicis

Sta-

Status, ſeù Ordinis à S. Franciſco inſtituti, videlicèt Minorum, Clariſſarum, & Pœnitentum collegit.

Libellum alterum Apologeticum de propoſito, & fine Regulæ Minorum ad confutandos amulos, & Fratres in ſuo ſtatu confirmandos.

Legendam Sancti Franciſci à Thoma de Celano diffuſiùs ſcriptam ad compendium reduxit, & cultiori ſtylo repurgavit. Incipit Prologus: *Plenam virtutibus.* Opus ipſum: *Quaſi Sol oriens.*

Vitam, ſeù legendam B. Chriſtophori de Romandiola. Tractatum inſignem S. Bonaventuræ intitulatum:

Speculum diſciplinæ ad Novitios, prout ab ejus ore excepit, & informem Vir ſanctus reliquit, perpolivit, & in illam formam, quæ inter reliqua opuſcula S. Doctoris conſpicitur, redegit. Floruit ſub annum 1278. Uvadingo teſte, poſt Uvillot.

BERNARDUS LE COQ, Gallus, Provinciæ Franciæ Pariſienſis Miniſter, edidit:

Exercitium bonæ Monialis, quod olim, uti Uvadingus narrat, compoſuit pia quædam Monialis Monaſterij Ave Mariani Pariſijs, ſed meliori ordine concinnavit, eique adjunxit:

Inſtructionem pro mentali oratione faciendâ.

Meditationes ſeptem pro ſeptem diebus Hebdomadæ:

Praxim benè moriendi:

Examen conſcientiæ.

BERNARDUS CUNEUS, Hibernus, Miniſter Provinciæ Hiberniæ, tranſtulit in linguam Hibernicam.

Regulam Tertiariorum. Hæc Uvadingus.

BERNARDUS A FIGUEROA, Hiſpanus, Lector Theologus ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, cultoribus Deiparæ ſemper Virginis donavit volumen in 4. ſub titulo:

Litterarium vexillum. Incipit: Et in capite ejus. Impreſſum vidi anno 1682. ſed abſque loco. Communem quoque fecit à ſe habitam:

Panegyrim de laudibus S. P. N. Franciſci. Ulyſsipone apud Joannem Acoſta, 1675. in 4. Vidi.

BERNARDUS FRESNEDA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Burgenſis, ex Diffinitore Generali Ordinis, à confeſsionibus Philippi II. Regis Catholici, Vir profectò Acatholicorum acerrimus hoſtis, ob eximia morum; doctrinæ merita ad Cordubenſe Epiſcopatum aſſumptus, deindè Toletanus, demumque Archiepiſcopus Cæſaraugustanus deſignatus, & cujus ſolicitudine Sacroſanctum Concilium Tridentinum abſolutum fuit; poſteritati legavit:

Concionum variarum, tom. 1.

Annotationum in Tridentinum, tom. 1.

Inſtructionum Regalium, Alphabetica methodo, tom. 1.

De Promiſsis Religioſorum, tom. 1.

Hæc omnia Authoris manu exarata, aſſervantur in laudata Prov. in Bibliotheca Collegij S. Bonaventuræ in Urbe S. Dominici Calciatenſis. Ejus

Inſtructionem lectione dignam habes apud Chronica Provinciæ Burgenſis, lib. 3. à pag. 236. Ejuſdem ſunt:

Synodales Conſtitutiones Cordubenſis Eccleſiæ, quæ M.S. in eadem Eccceleſia aſſervantur. Ad Cœlum migravit anno 1577. in Conventu S. Dominici Calciatenſis, apud Sacellum ab ipſo erectum ſepultus, in quo ad Epiſtolæ latus, ita legitur:

Qui ſacros cenſus, ſacros conſumpſit in uſus,
Dùm triplex cinxit nobile mithra caput,
Hoc ſuperis templum ſtruxit, Muſiſque Liceum,
Bernardus toto clarus in Orbe Pater.

Plura de eo Arturus in Martyrolog. Franciſcano ad diem 18. Octob. §. 2. Conſule Orationem Dedicatoriam operis Doctoris Illeſcas, Fr. Ludovici à Cruce, ad Illuſtriſ. D. Joannis Diaz de Luco.

BERNARDUS GANZEDO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Immaculatæ Conceptionis, Eccleſiaſtes Arevalenſis Conventus S. Franciſci, ſcripſit vernaculè, non autem edidit:

Vitam V. Matris Helenæ Prieto Tertiariæ Regularis, quæ Arevali claruit exemplaritatis nota inſignita in Conventu S. Mariæ à Jeſu, anno 1694. Eſt opus in 4. M. S. aſſervatum in hoc Monaſterio. Vidi, ac legi.

BERNARDUS A S. JOANNE EVANGELISTA, Luſitanus, ex Tertiarijs Regularibus, Superiori ſuo obtemperans concinnatum habet patrio idiomate, ad prælumque maturum hoc anno 1730.

Epitome Cæremoniarum ad uſum Fratrum ſuæ Provinciæ.

BERNARDUS, Italus, Reg. O[illegible] Prov. Principatus ſcripſit ocula[illegible]

Deſcriptionem Terræ Sanctæ, ac Montis Sion. Impreſſum vidi in 8. ſed abſque loco, & anno, in Bibliotheca Segovienſis Conventus S. Gabrielis.

BERNARDUS LANTERIUS, Italus, à Portu Mauritio, olim in utroque Jure Doctoratus laurea inſignitus, Capuccinorum Provinciæ Genuenſi adſcriptus, ex munere Novitiorum Moderator, & Apoſtolicus Miſsionarius, ac virtutibus clarus; aliqua ſcripſit opuſcula, uti Genuenſis narrat pag. 63. Extant:

Expoſitio devotiſsima ſuper Pſalmum 44. Eructavit cor meum, quæ habetur M. S. in Bibliotheca Portus Mauritij Minorum Capuccinorum.

Conſtitutiones, Regulæ, & Canones pro bono regimine cujuſdam Congregationis ab illo erecta, & inſtituta contra Hæreticos in Oppido Cadralio, quæ ad hanc uſque diem, non ſine magno animarum fructu, & Eccleſiæ Catholicæ honore perſeverat. Alia hujus geſta, & labores in Miſsionibus, latè deſcribuntur à P. Mathia à Caballo-Majori in ſuo Rationario Chronographico Miſsionis Evangelicæ, tom. 2. Obijt Genuæ in Conventu Immaculatæ Conceptionis, anno 1614. ætatis ſuæ 58. magno ſui deſiderio omnibus relicto.

BERNARDUS LAVINETA, Gallus, Minorita doctus:

Artem magnam Raymundi Lullij interpretatus eſt, Lugduni editam anno 1517. in 4. Alia non vidi; cæterùm apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 603. ita de eo legitur: *Bernardus de Lavineta: Opera omnia*, Coloniæ anno 1612. in 8.

BERNARDUS LAUGAR, Gallus, Prov. Aquitaniæ Regul. Obſervant. filius, Gallicè reddidit:

Meditationes Myſteriorum noſtræ Sanctæ Fidei cum praxi Orationis Mentalis, Hiſpanicè olim vulgatas à R. P. Ludovico de la Puente, Societatis Jeſu celebri alumno. Pariſijs typis Rivaldi Chaudiere anno 1614. in 12. Conſule Nicolaum Antonium, verbo *Ludovicus de la Puente.*

BERNARDUS LIZANA, Hiſpanus, Ocanienſis, Provinciæ Caſtellanæ Regul. Obſervant. filius, in Provinciam *Jucatam* in America Septemtrionali tranſlatus, ſcripſit:

Hiſtoriam Provinciæ Jucatam, ac ejus ſpiritualem expugnationem, unà cum Devotionario Dominæ noſtræ de Izmal. Valliſoleti anno 1633. in 8. Vidi. Agunt de eo Nicolaus Antonius, Uvadingus, Coronelli, tom. 4. Bibliothecæ Univerſalis, num. 3763. ac noſter Alva, col. 196. ſuæ Militiæ.

BERNARDUS MARIA GIOFFIUS, Neapolitanus, in diſciplinis Philoſophicis, atque Theologicis optimè excultus, Concionatoris ferventioris ſpiritus nomen ſortitus, Miſsionarij Apoſtolici in Georgia per plures annos munus obivit, & aliquandò ſuæ Neapolitanæ Prov. Minorum Capuccinor. regimini admotus, domeſticis præfuit, & exteris profuit. Scripſit Italicè, teſte Nicolao Toppio:

Narrationem ſui Itineris in regionem Georgiæ, in 4.

BERNARDUS MONTERDE, in Oppido de Xea Diœceſis, & Communitatis Albarratinenſis natus, Aragonenſis Provinciæ Lector, Theologus, Ex-Cuſtos, ac Ex-Provincialis Miniſter, Regius Concionator, Cæſaraugustani Archiepiſcopatus Synodalis Examinator, Provinciarum Cathaluniæ, & Majoricarum Pater, S. Supremæ Inquiſitionis Fidei Cenſor, ac impræſentiarum generalis in Curia Romana Procurator. Vir ſcientia clarus, & in Jure Regulari egregiè doctus, ad notitiam poſteritatis, vernaculè tranſmiſit in lucem librum in 8. cui titulus:

Index Chronologicus libri notabilitatis, vitæ, virtutum, miraculorumque B. Hiacynthę Mariſcoti ex proceſſu Canonizationis deductus. Cæſaraugustæ per Petrum Ximenez, anno 1727. Vidi.

Dubia Regularia Seraphica, propoſita, ſoluta, expoſitaque ad venerabiles pedes Sanctiſsimi Domini noſtri Benedicti XIII. Pont. Max. Ibidem, ac eiſdem typis anno 1729. Communem quoque fecit vernaculè:

Orationem funebrem in Exequijs Excell. Ducisæ de Aveyro D. Mariæ de Guadalupe. Ibidem apud Didacum de Larumbe, anno 1718. in 4. Vidi.

BERNARDUS NANETENSIS, Capuccinus, Provinciæ Britanniæ Concionator, ac novi Orbis antiquo apud Indos Miſsionarius, Luſitano, & Indico idiomate compoſuit, ac edidit:

Catechiſmum in gratiam Braſilienſium Indarum de Kariris. Ulyſsipon. apud Valentinum de Coſta, ann. 1709. in 8. Vidi.

Adjecit lingua paritèr Katiris, & Luſitana:

Conciones octo. Habentur à fol. 168. vſque ad finem.

BERNARDUS PARISINUS, Gallus, Pariſienſis Provinciæ filius, Vir apprimè doctus, in Sacris Scripturis, SS.que PP. lectione abundè verſatus, & aſsiduus, qui Miſsionatij Apoſtolici munus Alepij, Conſtantinopoli, & Paleſtinæ, per plures annos exercuit, non ſine magno, ac vberrimo animarum lucro, elaboravit, ac imprimi fecit volumen in 4. ſub titulo:

Vocabularium Italicum, & Arabicum pro vſu Miſsionariorum. Romæ ex typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, anno 1665.

BERNARDUS REYNO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Caſtellanæ Provinciæ Lector Jubilatus, Guardianum agens Conventus Toletani S. Joannis Regum, foràs emiſsit:

Concionem de Solitudinibus Beatiſsimæ Virginis Mariæ. Compluti ex typographia Univerſitatis, anno 1677. in 4. Vidi.

Panegyrim de laudibus trium Sanctorum Regum ad Magiſtralem Complutenſem. Ibidem typis Franciſci Garcia Fernandez 1671. in 4. Vidi.

BERNARDUS ROBERTI, Capuccinus, natione Italus, Patria à Cripta-Minervæ in Regno Neapolitano, Vir probus, providus, ac prudens, in Theologica ſcientia admodùm eruditus, Concionator diſſertus, ac ſatis famoſus, qui etiam ad ſuæ Provinciæ Neapolitanæ Miniſterium evectus, non vulgarem de ſe optimi, ac piiſsimi Præſulis famam reliquit. Suum erga Beatiſsimam Virginem Mariam Dei-Genitricem affectum, & obſervantiam ſingularem, debita pietate, tàm apud vivos, quàm apud poſteros, teſtatam reliquit, ſcribendo, ac typis mandando opus devotiſsimum in ejus honorem ſub Epigraphe:

Itinerarium animæ ad Palmam in Virginem continens ſeptuaginta duos ramuſculus juxtà numerum annorum ejuſdem Sacratiſsimæ Virginis Mariæ. Neapoli apud Octavium Beltramum 1647. in fol. Vidi. Eſt hujuſce mentio apud Nicolaum Toppi, Marracium, Uvadingum, Genuenſem. R. P. Petrus Alois, Societatis Jeſu, ejus in laudem cecinit:

Ne Palmas Eoa ſua Phœnicia jactet;
Palma nec vnigenam ſoſpita jactet autem!
Quid Palmæ fœcunda rogo ſua funera Phœnix
Effecerat; hinc vitæ quod nova ſecla trahat?
Cœlite: quæ fretu ſurgit generoſa, perennes
Vivet Roberti robore Palma dies.

BERNARDUS SABIA, Panormitanus, Tertij Ordinis Regularis Provinciæ Siculæ ornamentum, per longa annorum ſpatia totius Ordinis ſui Procurator Generalis, ac ſuæ Provinciæ Moderator, ac Diffinitor, Cœnobiorum Alcami, & Catanæ Fundator, (cujus laudes invenies apud Bordon. in Chronic. Tertij Ordinis, cap. 13. num. 52. & cap. 25. num. 15.) Italicè edidit diſcurſum, cui titulus:

Logica diligentèr obſervata RR. P. Magiſtri Gio Antonio Brandi Siciliano de Salemi in ſuo libro Roſarij intitulato. Romæ typis Caroli Uvilleti anno 1601. in 16. cum eodem Roſario. Obijt Meſſanæ 13. Januarij anno 1623. Ex Chronic. M. S. Provinciæ Siciliæ Tertij Ordinis, ſcripta à Joanne Alberghino.

BERNARDUS SALAZAR, Hiſpanus, ex Oppido Caſa-Rubios, Toletanæ Diœceſis, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſervantiæ Theologus, & à confeſsionibus D. Georgij Naxera, & Maqueda Ducis, dùm Catalanis pro Rege jus diceret, ſtylo ſignavit, non autem edidit:

In Eccleſiaſticum Commentaria.

Tractatus varios Theologicos. Ex Salazario, Nicolao Antonio, & Fr. Didaco Hurtado in Chronicis M. S. laudatæ Provinciæ, fol. 557.

BER-

BERNARDUS A SANCTIS, Luſitanus, ex Oppido Samois Bracharenſis Archiepiſcopatus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum in Provincia S. Gabrielis fideliſſimus Sectator, celebris Eccleſiaſtes, Vir profectò virtutibus, ac ſignis clarus, perutile opuſculum conſcripſit vernaculè, ſub titulo:

Regimen ſpirituale publici juris factum à Fr. Antonio Truxillo, tom. 2. Chron. laudatæ Prov. lib. 2. cap. 18. Ibidem cap. 3. habes Acta hujus Bernardi.

BERNARDUS SANNIG, Bohemus, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum, Theologus Jubilatus, Sacrorum Canonum in generali ſtudio Pragenſis Conventus S. Mariæ ad Nives primarius Profeſſor, almæ Provinciæ Bohemiæ ex Miniſter Provincialis, utriuſque Obſervantiæ Provinciarum Poloniæ, Ruſsiæ, Hungariæ, Sclavoniæ, atque Bavariæ, haud ſine laude, Viſitatoris munere functus, ac demùm totius Ordinis Seraphici generalis Diffinitor, Vir, quem eloquio ſcholaſticum, diſputatorem acutum, ac in Jure Canonico egregiè doctum, inſignia ejus opera dilucidè proclamant, poſteris ea tradidit, quorum inſcriptiones:

Schola Philoſophica Scotiſtarum in folio, tribus tomis. Tomus primus continet:

Prologum in univerſam Philoſophiam Dialecticam.

Tractatum de Proemialibus Logicæ.

Tractatum de Ente rationis.

Tractatum de Diſtinctionibus.

Tractatum de Univerſalibus.

Tractatum de Prædicamentis.

Tractatum in libros Peribermenias.

Tractatum in libros Priorum.

Tractatum in libros Poſteriorum.

Tractatum in libros Topicorum.

Tractatum de Ethica. Vetero Pragæ typis Catharinæ Zernochianæ Viduæ, anno 1684. Vidi. Tomus ſecundus amplectitur:

Tractatum in octo libros Phyſicorum.

Tractatum de Fabrica Mundi, & Cæli.

Tractatum de Elementis.

Tractatum de Generatione, & Corruptione abſque motibus. Neopragæ apud Nicolaum Hampellij 1685. Vidi. Tomus tertius continet:

Tractatum in libros de Anima.

Tractatum in univerſam Metaphyſicam.

Tractatum de Metheoris.

Tractatum de Geographia.

Tractatum de Phyſionomia.

Tractatum de Horographia, ſeu Horologijs. Neopragæ typis Joannis Nicolai Hampellij anno 1685. Vidi. Ejuſdem extat:

Schola Theologica Scotiſtarum tomis 4. in fol. Continentur in primo tomo:

Prologus in univerſam Theologiam.

Tractatus de Deo in ſe ſubſiſtente.

Tractatus de Deo eſſentialitèr operante per intellectum, & voluntatem.

Tractatus de Deo notionalitèr operante, ſeu de Trinitate, & de Angelis. Vetero-Pragæ typis Danielis Michaelek 1679. Vidi. In ſecundo tomo.

Tractatus de incarnatione Verbi Divini.

Tractatus de Plaſmatione Mundi corporalis.

Tractatus de Plaſmatione primi hominis, ejuſque præcellentijs, & vario ſtatu.

Tractatus de Gratia habituali, & juſtificatione.

Tractatus de Gratia actuali.

Tractatus de Merito.

Tractatus de Actibus humanis.

Tractatus de Peccatis.

Tractatus de Beatitudine, Purgatorio, Inferno, Reſurrectione, & Judicio univerſale hominum. Neopragæ typis Archiepiſc. in Emaus per Joannem Martis Factorem, 1681. Vidi. Tomus 3. continet Moralem Theologiam.

De Sacramentis in genere.

De Baptiſmo, & Confirmatione.

De Euchariſtia.

De Sacrificio Miſſæ.

De Pœnitentia ut virtute, & ut Sacramento.

De Indulgentijs.

De Ordine, & Extrema-Unctione.

De Matrimonio, ejuſque impedimentis.

De Legibus.

De Diſpenſationibus.

De Privilegijs Regularium.

De Cenſuris in genere, & in ſpecie. Vetero-Pragæ typis Urbani Balthaſaris Goliaſch. 1675. Vidi. Amplectitur tomus 4. hoſce tractatus:

De Fide, Eccleſia, Pontifice, & Concilijs.

De Spe, & Charitate Theologica.

De Virtutibus in communi.

De Prudentia, Temperantia, & Fortitudine.

De Jure, ejuſque ſpeciebus.

De Juſtitia, varijſque Injuſtitijs.
De Contractibus varijs.
De Judicijs.
De Gabellis, Beneficijs, & Officijs Publicis.
De Religione.
De Horis Canonicis.
De Feſtis, Decimis, Aſylo, &c.
De Voto, & Juramento.
De Statu Religioſo. Ibidem, ac eiſdem typis. Scripſit præterea volumina duo in fol. inſcripta:

Schola Canonica, ſeù univerſum Jus Canonicum nova methodo digeſtum. Neopragæ litteris Nicolai Hampellij, anno Virginei partus 1686. ac 1687. Vidi. Continet tomus 1.

Prologum in Jus Canonicum.
Librum primum Decretalium.
Librum ſecundum Decretalium. Tomus autem 2. amplectitur.
Librum tertium Decretalium.
Librum quartum Decretalium.
Librum quintum Decretalium. Vulgavit quoque ibidem, eiſdemque typis, anno 1688. volumina duo in fol. ſub titulo:

Schola Controverſiſtica, ſeù *controverſiæ univerſæ adverſus Hæreticos omnes veteres, & novos.*

In Prologo tomi 1. quem vidi, agit *de omnibus ſectis* uſque ad ſuum tempus. In libro 1. continentur *Controverſiæ: De Deo.*

De Sanctiſſima Trinitate in ſe.

De Patre, de Filio Dei, & Chriſto, & Spiritu Sancto. In 2. libro *De Eccleſia vera Dei, & Chriſti, ejuſque verò Capite, Concilijs, Vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ vera, eorumque cœlibatu, & votis, ac Immunitate Eccleſiæ.* In 3. libro *De Scriptura, Traditionibus, Fide, Gratia, Sacramentis in genere, ac Sacramentalibus, Ceremonijs, ac Exorciſmis.* Secundum tomum Controverſiarum non vidi. Ipſo verò, alijſque ſuis lucubrationibus, vnà cum

Parte 5. & 6. Chronicorum Ordinis ejus effigies adornatur, tom. 1. ſuæ Canonicæ Scholæ. Tandem, ex Catalogo librorum excuſo Genuæ apud Gabrielem de Torneus, anno 1725. ſcripſit etiam:

Rituale Eccleſiaſticum, impreſſum Coloniæ 1698. in 8. litteris Servatij Noethen. Vidi. Germanicè quoque ſcripſit:

Vitam S. Joannis Capiſtrani, teſte Hermanno in Proloquijs ſui tomi prænotati *Capiſtranus triumphans.* Extat tanti Authoris honorifica mentio, apud librum ſeptimum, tomi 2. Orbis Seraphici, cap. 9. num. 359.

BERNARDUS SCOTUS, natione Italus, profeſsione Capuccinus, teſte Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. Gallicè ſcripſit volumina duo prænotata:

De Conſilijs Paparum.
De Authoritate Epiſcoporum. Devixit anno 1568.

BERNARDUS SOMMA, Neapolitanus, Regul. Obſerv. alumnus, ac Concionator, Italicè communem fecit:

Panegyrim de laudibus S. Nicolai Epiſcopi in ejus Tranſlatione. Prodijt Neapoli anno 1595. in 4. teſte Nicolao Toppi de Scriptoribus Neapolitanis, littera B.

BERNARDUS DE VALDIVIA, Hiſpanus, Concionator præcipuus Conventus S. P. N. Franciſci Civitatis Angelorum, Concionem minimè pœnitendam edidit:

De Myſterijs Bullæ Cruciatæ. Prodijt in Urbe Angelopolitana ex officina Didaci Fernandez de Leon, anno 1692. in 4. Vidi.

BERNARDUS VERGER, Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Minorum Recollectorum alumnus, ſcripſit, ac edidit:

Librum Controverſiarum adverſus Rivetum Hæreticum Miniſtrum, vti narrat Fr. Bernardus Sannig in Synopſi Hiſtorica Scriptorum ex Ordine Minorum, litt. B. In lucem prodijt anno 1611. teſte Ludovico Dupin, ſæculo 17. Floruit 1610.

BERTHOLDUS RATISPONENSIS, natione Germanus, quem Bzovius in ſuis Annalibus, ad annum 1253. num. 11. ſuis accenſuit Dominicanis, & ibidem ex S. Antonino, & ſub annum 1260. num. 20. Minoritis reddens, ita de eo ſcribit: *Eodem anno vixit Bertoldus Ratiſponenſis, Franciſcani inſtituti. Is cum à teneris annis, litteris operam dediſſet, & magnam eruditionis laudem adeptus eſſet, pietatis amore Franciſcanis ſeſe adjunxit, atque paſſim in magna authoritate fuit. Erat enim integritate vitæ, ac facundia ſingulari nulli ſecundus. Itaque ſuis temporibus Populum ad virtutes excitavit, ac vitia quantum potuit extirpavit. Tantus verò hominum concurſus erat, cum concio habenda eſſet, vt ſeſe mutuò vi Templo extruderent, atque per aliquot horas adventus ejus expectarent. Itaque Aventinus, lib. 7. Annalium Bojorum, prodidit, ſexaginta ampliùs millia hominum eius conciones frequentaſſe.* Hæc Abraham Bzovius, cui conſonat Spondanus ad annum 1250. num. 27. Hic ergo

ergò Bertholdus Provinciæ Alemaniæ Superioris, ſivè Argentinæ Cuſtodiæ Bavariæ celeberrimus alumnus, ſcripſit:

De Inſtitutione vitæ religioſæ; *librum unum*, ſtylo gravi, & ſalutaribus ſententijs refertum. Incipit: *Tria debet conſiderare*. Hoc de iſto libro profert Marianus, apud Uvadingum, judicium: In eo quidquid ad perfectionem vitæ ſpiritualis pertinere dignoſcitur, ſub compendio in vniverſum collegit. Hunc ſi quis Religioſus percurrat, benè vivendi normam, & morum doctrinam perdiſcet, & ſine gravi aliorum librorum ſarcina omnium virtutum ornatum facilè conquiret.

Sermones de Tempore. Extant M.S. in Bibliotheca Paulina Lipſienſi, teſte Catalogo M.S. hujus Bibliothecæ, pag. 150. & 172. impreſſo Lipſiæ anno 1686.

Sermones de Sanctis. Ibidem, & in Bibliotheca Janenſi, juxtà ejus editionem Jenæ factam anno 1706. in 8. Obijt in Patria anno 1272. ſanctitatis opinione inſignis, quare & meritò ab illuſtribus Germaniæ Scriptoribus commendatur. Lege Caniſium, tom. 1. Antiquæ lectionis, ad annum 1253. S. Antoninum 3. part. Summæ Hiſtorialis, tit. 24. cap. 9. §. 2. ac Ludovicum Bail, part. 2. Biblioth. Concionatoriæ, cap. 34.

BERTRANDUS BAYONA (non rectè Barpona apud Uvadingum) Gallus, ſubtiliſsimus Theologus, & acerrimus Diſputator, ſcripſit:

De Paupertate Chriſti, & Apoſtolorum. Florebat anno 1257. Hic eſt ille Bertrandus, vti narrat Haroldus ad annum Chriſti 1257. num. 2. qui Anagniam cum alijs vocatus pro confutatione libelli Guilielmi de S. Amore, ita expeditè, & ſubtilitèr hujus argumenta diſſolvit, vt hic obſtupeſcens, cum hominem non agnoſceret, exclamarit: *Vel tu es Angelus è Cœlo, vel dæmon ex Inferno, vel Strabo de Bajona*. Cui ille reſpondit: *Neque Angelus, neque dæmon, ſed Strabo de Bajona*: quod verùm erat, nàm Strabo vocabatur, & ſub hac appellatione celebris erat, antequam eſſet Franciſcanus.

BERTRANDUS LAGERIUS DE FIGIACO, Gallus, quem perperàm Petrus Frizon, *Petrum* appellat, ex Minorita à Clemente VI. creatus Antiſtes Adjacenſis in Corſica, atque indè ab eodem translatus ad Aſsiſiatem, mox ab Urbano V. factus Epiſcopus Glandatenſis ſub Archiepiſcopo Ebrodunenſi in Gallia, à Gregorio XI. anno 1371. promotus eſt ad Cardinalatum Tituli S. Priſcæ, miſſuſque Legatus à latere in Hiſpaniam. Scripſit:

Contra Hæreſes ſui temporis. Obijt Avenione anno 1392. ad 6. Id. Novembris, ſepultus apud ſuos Conſodales. De eo quidam Minorita:

Hìc Aquitaniæ eſt Bertrandus gloria gentis
Muricè tectorum, luxque, decuſque Patrum.

Bertrandum hunc, à Ludovico Cataneo in de Scriptoribus Cardinalibus laudatum, cum alio Bertrando Cardinali, de quo immediatè, confundit Rodulphus, vt rectè Lectorem monuit Uvadingus ad ann. Chriſti 1371. num. 11.

BERTRANDUS DE TURRE, ex Camboſico, Cadurcenſis Diœceſis, Aquitanus, Vir doctiſsimus, qui pro illorum temporum conſuetudine, *Doctor famoſus* audiebat, ex Miniſtro Provinciæ Aquitaniæ aſſumptus eſt anno 1319. ad Archiepiſcopatum Salernitanum, & ſequenti ad Cardinalatum, demùm ad Epiſcopatum Tuſculanum Cardinalitium. Multas ante, & poſt Cardinalatum obivit legationes in Italia circa res Fidei ſtabiliendas, & Principes pacificandos, quarum inſtrumenta Vaticana ad annum 1317. 1319. 1320. ac 1328. Uvadingus noſter produxit. Superſunt igitur ejus ingenij, & pietatis monumenta:

Sermones de Tempore ab Adventu uſque ad Paſcha, M.S. in Bibliotheca Vaticana, Uvadingo teſte. Hiſpali in Bibliotheca Cathedralis Eccleſiæ, vidi *Partem æſtivalem Sermonum de Tempore*, impreſſam Argentinæ anno 1501. in 4.

Quadrageſsimale Epiſtolare. Ibidem editum eodem anno in 4. Vidi.

Sermones de Sanctis, Dominicales, & Feriales, duplici Codice in Bibliotheca Vaticana, vti Uvadingus teſtatur. Sanè *Sermones Epiſtolares de Sanctis*, prodierunt Argentinæ 1502. in 4. Vidi in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ. Prodierunt omnes ejus Conciones 4. tomis in 4. Argentinæ anno 1621.

Conciones de quatuor noviſſimis. Extant in Biblioth. Scorialis IV. D.19. Incipiunt: Quis te faſcinavit, &c.

Commentaria in 4. libros Sententiarum laudata à Henrico Ludovico Cataneo in de Scriptoribus Cardinalibus, Uvadingo, & alijs.

In Evangelia, & Epiſtolas, quæ per anni circulum recitantur, Explicationes. Extant M.S. in Bibliotheca Vaticana, in Hailsbergenſi in Boruſsia Poloniæ, & in Bibliotheca Minorum Toletana in duas partes diviſæ; ſignantur littera Y. num.49. ac in Toloſana in vltimo ſcamno ſatis accuratè conſervatæ:

Sermones quadrageſimales, quorum infinitum extitiſſe numerum teſtatur Eyſengrenius. Habentur M.S. in Biblioth. Vaticana, & Toloſæ in ſupradicto ſcamno, Uvadingo teſte.

Collationes Theologicas, tractatus de Paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, & alia ei attributa deſidero. Obijt Avenione circa ann. 1334. De eo pluribus, & plura habes apud Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 30. Julij, §.2. & ſequentibus. Ejus in laudem accinebat Minorita quidam:

Caſtrorum, templique Dei fortiſſima Turris
Magnus Bertrandus nomine, reque fuit.

BIGA SALUTIS, quære inferiùs verbo *Quidam.*

BINDUS DE SENIS, Italus, ex Prov. Tuſciæ, Vir ſcientia, & virtute præclarus, ac Concionator egregius, recenſentibus Poſſevino, Gonzaga, & Uvilloto, ſcripſit:

Sermones de Sanctis.

Sermones de Tempore. Inſupèr Authore mihi Fr. Raphaele de Pornaſio, ſcripſit:

Quadrageſimale, cujus initium: *Tu autem cum jejunas.* Floruit anno 1300. vti ex Uvadingo exſcribit Fr. Antonius Terrinca, part.3. Theatri Tuſciæ, fol.194.

BLASIUS ANTONIUS ALVAREZ, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ, Lector Jubilatus, Diffinitor Provinciæ Bæticæ, nonnulla exaravit ex quibus ad manus meas devenere:

Oratio de Dedicatione Hiſpalenſis Eccleſiæ, ibidem habita, & excuſa typis Joannis Franciſci de Blas 1703. in 4.

Oratio in Exequijs Ludovici XIV. Galliarum Regis. Ibidem, ac eiſdem formis 1715. in 4.

BLASIUS ANTONIUS DE ZEVALLOS, Hiſpanus, ex Tertiarijs Sæcularibus Provinciæ Caſtellæ Regul. Obſerv. communem fecit ſermone patrio:

Librum Hiſtoricum, & Moralem ſuper originem, excellentiaſque nobiliſſimæ artis legendi, ſcribendi, ac computandi, & ſuum Magiſterium. Matriti typis Antonij Gonzalez 1692. in 8. Vidi. Stylo quoque ſignavit vernaculè:

Vitam S. Antonij Abbatis. Ibidem, ex typographia Laurentij Franciſci Mojados, anno 1719. in 4. Vidi. Eſt tertia editio.

BLASIUS A BENJUMEA, Hiſpanus, Lector Jubilatus, pro rebus fidei in almo Inquiſitionis Senatu Cenſor, Ex-Diffinitor Generalis, ſuæ Bæticæ Provinciæ Regul. Obſerv. ac totius Ordinis Pater, litteris commendavit:

Opera Theologica, complectentia tractatus de Charitate, Gratia, Scientia, Legibus, ac ſelectas quaſdam quæſtiones quodlibeticas juxtà Subtilis Doctoris mentem. Lugduni Batavorum apud Thomam Lopez de Haro 1677. in fol. Vidi.

Commentaria in 8. Libros Phyſicorum ad mentem Doctoris Subtilis. Ibidem eiſdemque formis in 4. Vidi.

BLASIUS BUYZA, Hiſpanus, Prov. S. Jacobi Regul. Obſerv. Concionator, in Curia Romana à Secretis Ordinis, & Locorum Terræ Sanctæ Commiſſarius ad quam bis numeroſum ſubſidium pecuniarum in Hiſpania collectarum aſportavit, edidit Hiſpanicè:

Relationem, ſivè Hiſtoriam novam veram copioſam Sacrorum Locorum, quę Jeroſolymis, & in Terra Sancta conſpiciuntur; necnon miſericordia Divinæ, quę ijs in locis reſplendet, laborum inſupèr, & afflictionum, quę pro his conſervandis in obſequium pietatis Chriſtianæ patiuntur Viri religioſi Ordinis S. Franciſci, qui in eiſdem inhabitant, & demùm intolerabilium expenſarum, quæ fiunt pro tributis Turcarum Imperatori pendendis. Prodijt Matriti apud Viduam Alphonſi Martinez, anno 1622. & Salmanticæ 1624. in 8. Vidi. Hujus meminit Nicolaus Antonius, ac Coronelli, tom. 6. Biblioth. Univ. num. 20. alijs miſsis.

BLASIUS DE CASTRO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Granatenſis Diffinitor, ac Vicarius Provincialis, necnon à cenſuris propoſitionum ad S.Tribunal Inquiſitionis attinentium, typis dedit:

Pa-

Panegyrim de Immaculatâ Conceptione Virginis, habitam in Granatenſi Collegio Societatis Jeſu. Prodijt Granatæ 1651. in 4. Vidi.

BLASIUS CORREA, Hiſpanus, Minorita ineditum reliquit tractatum in folio:

De vtilitate Franciſcanorum ad ſpiritualem expugnationem Californiæ in Occidentalibus Indijs. Aſſervabat Matriti in ſua Bibliotheca D. Andreas de Barcia, Regi à Conſilijs.

BLASIUS FRANCISCUS SALAMANCA, Hiſpanus, in Oppido Caceres Extremaduræ natus, Prov. S. Michaelis, Regul. Obſerv. alumnus, Prædicator Apoſtolicus, ac Diffinitor, olim Damaſci, ac Jeroſolymis Parochus, Arabum linguæ Lector, necnon ad Chriſti Vicarium Clementem XI. à Patriarcha Antiocheno miſſus, Terræ Sanctæ non oblitus; vernacule vulgavit:

Viam Sacram, & ad Cœlum ſemitam. Matriti anno 1728. in 8. Vidi. Scripſit quoque anno 1704. tom. in 4. prænotatum:

Grammatica Hiſpano-Arabica, vnà cum Dictionario Hiſpano-Arabico. Præ manibus habui Extremaduræ in Zafrenſi Conventu S. Claræ, cujus Vicarium agebat Author anno 1730.

BLASIUS A S. GREGORIO, Italus, Provinciæ Principatus alumnus, teſte noſtro Alva, col. 201. ſuæ Militiæ, ſcripſit:

Arborem, ac deſcriptionem Provinciæ Principatus. Eam vidi M. S. in fol. repoſitam Matriti in generali Ordinis Archivio.

BLASIUS LAGHINIA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. alumnus, ex Arturo in Gymnecæo 22. Martij, §. 2. & in Martyrologio Franciſcano ad diem 3. Januarij, ſcripſit:

Memoriale Seraphicum Provinciæ Carthaginenſis, adhùc mihi ignotum.

BLASIUS A MATRE DEI, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum in Philippinis Inſulis Filius, & Pater, vero zelo ductus, ſcripſit ad Manilenſem Gubernatorem Hiſpanè: *Apologeticum* quoddam ſuæ Provinciæ. Habetur in Chronicis laudatæ Provinciæ elaboratis à Fr. Antonio de la Llave, trienn. 11. cap. 2. Exaravit etiam

Chronica Provinciæ S. Gregorij, vti teſtatur Fr. Paulus King, pag. 43. ſuæ Ideæ Coſmographiæ Seraphicæ, dicens: *Habeo Chronologiam M. S. Provinciæ S. Gregorij Philippinarum, opus R. P. Blaſij à Matre Dei.*

BLASIUS PALOMINO, Hiſpanus, ex Oppido Higuera Giennenſis Diœceſis, Prov. Granatenſis Regul. Obſerv. filius, ſed Provinciæ Diſcalceatorum Philippinarum, jure habitationis acquiſitus, cum Gentium converſionem zelaret, ad Moluccas mittitur, vbi poſt graves pœnas pro Deo toleratas, tandem anno Domini 1614. die 6. Januarij ab Idolatris occiſſus in gaudium intravit Domini ſui. Scripſerat ſuo dignas ſpiritu

Epiſtolas graves, ex quibus vnicam idiomate Hiſpano publicavit Fr. Alphonſus de Torres in Chronicis Prov. Granatenſis, tract. 3. cap. 10. De ejus agitur Canonizatione. Conſule Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 6. Januarij.

BLASIUS A S. RAPHAELE, Hiſpanus, Deo ligatus in Provincia Diſcalceatorum S. Didaci in Bætica, Guardianum agens ſui Gaditani Conventus, edidit libellum cujus titulus:

Debellatio, & pugna ſpiritualis animæ. Hiſpali apud Andream Grande 1636. in 4. Vidi.

Speculum diſciplinę regularis S. Bonaventuræ. Ibidem, & apud eundem, eadem tempeſtate, etiam in 4. Inſupèr edidit Hiſpali typis Andreæ Grande 1636. in 4.

Expoſitionem Regulæ Seraphicæ. Vidi. Agunt de ipſo Nicolaus Antonius, Balthaſar de Medina, ac Franciſcus de Jeſu Maria, tom. 1. Chronicor. laudatæ Provinciæ, fol. 366. num. 124.

BONAGRATIA HABSENSIS, Capuccinus, natione Alſata, Provinciæ anterioris Auſtriæ alumnus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ſuæ Provinciæ Diffinitor, ac in Divinis Litteris eruditus, longaque temporis exercitatione peritus: qui ſermonum Declamator fervidus, etiam in Miſſionibus in partibus Hæreticorum pro Fide Catholica ſtabilienda, ac propaganda plurimum inſudavit; & quod erat Evangelici ſui muneris ſedulò præſtare ſtuduit. Elaboravit, ac typis ſubmiſſit Latinè:

Summam ſelectarum quæſtionum Regularium in ſpecialem Fr. Fr. Minor. Capuccinorum vſum. Friburgi in Briſigovia anno 1665. in 8. Quæ poſteà ab eodem Authore locupletata impreſſa eſt Coloniæ, apud Joannem Buſæum anno 1667. & Lugduni apud Arnaud, & Borbordè anno 1671. Vidi. Evulgavit etiam, & imprimi fecit

in

in 16. Compendiolum earundem quæſtionum, cui hunc appoſuit titulum:

Breviculus ſelectarum quæſtionum Regularium. Coloniæ anno 1668. Compoſuit inſuper, ac typis dedit:

Elucidationem quarundam quæſtionum, & locorum Theologicorum de Sacramentis, in quibus S. Bonaventura Doctor Seraphicus illuſtratur. Coloniæ 1669. in 8.

Diſceptationem de Matrimonijs Hæreticorum. Ibidem 1669.

Libros duos quæſtionum, in quibus quæritur cauſa: cur hodie multi Religioſi à Religione Catholica deficiant? Coloniæ 1660. in 8. Ex Genuenſi, pag. 64. & Dupin, ſæculo 17.

BONAGRATIA A S. JOANNE, in Perſeceto Provinciæ Bononienſis Hieronymo Aſculano in Apoſtolica legatione pro Græcorum vnione fideliſsimus Collega, ac X. Miniſter Generalis Ordinis, ſingulari gratia præſtans apud omnes,& doctrina ſuper plurimos eminens, Nicolao III. Pontifici Maximo aſsiſtit ad

Expoſitionem Regulæ Seraphicæ, quam ad omnes Provincias mittens, *ejus vſum explicavit*, vti videri eſt apud Uvadingum ad annum Chriſti 1279. Avenione anno 1283. ad gaudia Beatorum, vt piè credere poſſumus, evolavit, *cujus in obitu* narrat Fr. Dominicus Gubernatis, tom. 1. Orbis Seraphici, pag. 138. Majorem Cœnobij campanam, nullo trahente, perſonaſſe. Habetur communitèr inter Ordinis Scriptores. Secundum nomen ſuum, ita & laudem obtinuiſſe optimi Viri, & Deo grati concordant Authores.

BONAGRATIA ITALUS, qui tempore Joannis XXII. Pont. Max. vivebat, nonnulla ſcripſit, ex quibus in M. S. Biblioth. Colbertinæ, codic. 290. extat

Libellus de paupertate Chriſti. Incipit: *In quæſtione qua quæritur.* Paritèr in Biblioth. Collegij S. Benedicti Cantabrigiæ habetur codex 290. num. 3. ſub hoc titulo: *Tractatus Fr. de Bonagratia.* Initium: *Religioſi.*

BONAGRATIA ROMANUS, Provinc. Romanæ Reformatæ Theologus, ac Provincialis Miniſter, *additionibus illuſtravit Morales Commentarios in ſtatuta Ordin. Seraph. R. P. Fr. Sanctori de Melphio.* Venetijs apud Bertanos 1664. in 4. Vidi.

BONAGRATIA A VARENA, ſtrictioris Obſerv. Prov. Mediolanenſis, contexuit:

Vitam Franciſci Panigarolæ, de quo inferiùs. Mediolani apud Bidellum anno 1617.

Chronica Reformationum Italiæ, imperfecta reliquit.

BONAL. (nullo alio nomine eum diſtinguit Uvadingus, pag. 61.) Regul. Obſerv. Concionator egregius, edidit Gallicè:

Panegyricum Ducis Aurelianenſis. Pariſ. in 4. anno 1644.

BONAVENTURA ÆSINUS, Italus, recenſentibus Toſigniano, & Uvadingo, compilavit:

Sermones in ſingulas anni Dominicas; qui extant Patavij M. S. in Biblioth. Cœnobij S. Antonij.

BONAVENTURA ALVAREZ, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Prov. S. Joannis Baptiſtæ in Valentino Regno Diffinitor, ad prælum maturum reliquit eruditum volumen:

De miraculis Immaculatæ Virginis, ac prærogativis funiculi Franciſcani, teſte Fr. Joſeph Chatino ejuſdem Provinciæ alumno, fol. 910. Chronicorum Prov. S. Joannis M. S. in 4. apud Archivium Conventus Valentini S. Joannis à Ripa. Clarebat anno 1626.

BONAVENTURA ANGEL, Siculus, Commiſſarius Generalis Minorum Conventualium, ac Theologus inſignis vernaculè emiſsit opus inſcriptum:

Princeps Melchiſedech, ſivè ſomnium Principis de regimine mentis animæ, & corporis. Pars prima, quam vidi, prodijt Matriti, ex officina Mariannæ del Valle, anno 1692. in 8. Vidi.

BONAVENTURA ANGILERIUS MARSALENSIS, Min. Convent. Vir à doctrinæ profunditate clariſsimus, Theologus fuit Marci Antonij Juſtiniani Reipublic. Venetiar. magni Ducis, mox Generalis Vicarius conſtitutus: exindè ad PP. Obſervantes tranſiens, vivebat ann. 1708. Quæ autem ſcripſit, juxtà Antonium Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ, prænotata ſunt:

Lux Magica Phyſica Cœleſtium, Terreſtrium, & Inferorum origo, ordo, & ſubordinatio cunctorum, quoad eſſe, fieri, & operari, viginti quatuor voluminibus diviſa. Pars prima de Imaginibus totius mundi, primordijs cunctarum rerum, præcisè verò de re metallica, tùm theoricè, tùm mechanicè. Venetijs ſumptibus Pontij Bernardini anno 1686. in 4. ſub nomine Lylij Betani.

Lux Magica Academica. Pars ſecunda, *Pri-*

Primordia rerum naturalium, ſanabilium, infirmarum, & incurabilium, continens, ac inſupèr de Lapide Phyſico, Mercurio novo. Ibidem typis Joannis Baptiſtæ Tramontini 1687. in 4. Alia paravit vſque ad numerum 24. voluminum. Hæc Mongitori, apud quem, Bonaventuram iſtum laudant Franciſchinus in Biblioſophia, & Coronelli, tom. 3. Biblioth. num. 2984.

BONAVENTURA DE ANTEQUERA, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Bæricæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Diffinitor, Vir, Genuenſi teſte pag. 65. doctrina, ac concionandi munere illuſtris, imprimi permiſsit idiomate patrio:

Panegyrim de laudibus S. P. N. Franciſci ad Capitulum Provinciale ſuæ Provinciæ. Prodijt Secalæ de Luz apud Matthæum Lopez 1670. in 4.

BONAVENTURA ARAGONIUS, Capuc. Neapolitanus, ex præclariſsima Aragoniæ, & Ajarbe familia, ejuſdem Prov. Concionator, profundæ doctrinæ Theologus, prælis ſubmiſsit Italicè:

Orationem Eucbariſticam pro victoria quadam de Turcis reportata à D. Fabritio Caraffa, anno 1594. Prodijt Neapoli ex typographia Jacobi Carlini 1596. in 4. Ex Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, & Fr. Dionyſio Genuenſi, pag. 65.

BONAVENTURA ARMANGUEL, Hiſpanus, Majoricenſis, Regul. Obſerv. ſcripſit:

Arcbielogium vitæ, martyrij, & doctrinæ Doctoris illuminati Raymundi Lullij, quod typis mandatum eſt vnà cum ejuſdem *Raymundi Arte generali*, edita à Franciſco Marzal ſimilitèr Franciſcano, & Majoricenſi. Palmæ Balearium, apud Hæredes Gabrielis Guaſp. 1645. in 4. Vidi.

Epitome Hiſtoriæ Balearica, tom. 2. in fol.

Vitam S. Severi. Sed hæc, Authore veniente de Inſula Minorica, mare abſorbuit, vti narrat Fr. Andreas Noguera in Memoriali M. S. Prov. Majoricarum, fol. 83.

BONAVENTURA BARONIUS, Hibernus, Colonmelienſis, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, olim Cuſtos, & Commiſſarius nativæ Provinciæ, Academicus Apatiſta, Florentinus Sereniſ. Magni Ducis Hetruriæ Hiſtoricus, Vir omnigenæ eruditionis, de Religione, ac re Scholaſtica optimè meritus in Collegio Romano S. Iſidori, poſteris reliquit lucubrationes varias; nempè:

Orationes Panegyricas ſacro-profanas decem. Prima, quæ eſt de venuſtate Virginis Mariæ, incipit: Semper cenſui eorum perſtringendam temeritatem. Prodijt Romæ apud Ludovicum Grignanum, anno 1643. Lugduni 1650. Vidi.

Metra miſcellanea, quorum primus liber eſt *Epigrammatum*; alter *Silvulæ variorum*, quibus acceſſerunt *Elogia aliquot illuſtrium Heroum.* Incipit opus ab Epigrammate de Chriſti æterna generatione, cujus exordium eſt *ſolvit inauditum paritura ſilentia verbum.* Prodijt apud eundem typographum. Extant ejuſdem:

Boetius abſolutus, ſivè de Conſolatione Theologiæ, lib. 4. Romæ 1653. in 12.

Prolu ſiones Phyloſophicæ. Ibidem 1651. in 12. tomis duobus.

Harpocrates Quinqueludius. Ibid. in 12.

Panegyrici Sacro Profani. Romæ 1643. in 12. Hæc apud tomum 1. Biblioth. Barberinæ, pag. 114.

Reſolutiones Academicę in potiores Sacrę Theologiæ materias, cum dictandæ, aut diſputandæ offeruntur. Romæ typis Maſcardi 1651. in 12. Vidi.

Scotus per univerſam Philoſophiam, Logicam, Phyſicam, & Metaphyſicam defenſus. Coloniæ 3. volum. in fol. apud Joannem Buſæum anno 1664. Vidi.

Doctor Subtilis in materia de Trinitate contra adverſantes defenſus. Lugduni, 1666. in fol. Vidi.

Doctor Subtilis de Deo Uno defenſus. Lugduni ſumptibus Matthæi Liberal, anno 1670. in fol. Vidi.

Joannes Duns Scotus de Angelis defenſus. Florentiæ in typographia Ducali, 1676. in fol. Vidi. Eodem anno, vnà cum his prodiere *alij tres tomi Theologici* ejuſdem Authoris Lugduni in fol. teſte Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. Scripſit inſupèr:

Elegiam de Immaculata Conceptione B. Virginis Mariæ. Romæ 1642. in 12. apud noſtrum Alva, col. 206. ſuæ Militiæ.

Annales Ordinis Sanctiſsimę Trinitatis Redemptionis Captivorum, ab anno 1198. *ad vſque* 1297. Romæ typis Angeli Barnaba 1684. in fol. Vidi.

Vita SS. Felicis de Valois, & Joannis de Matha Fundatorum Ordinis SS. Trinitatis, extant in 4. & 5. parte Apparatus ad prædictos Annales. Laudatur à Tiſſerio, tom. 2. ſui Catalogi edito Genuæ 1705. in 4. fol. 30.

Opuſ-

Opuſcula varia, proſſa, & metro, tribus tomis in folio miſsis. Seorſim edita, extant tom. 2. juxtà editionem Lugduni factam, anno 1669. ſumptibus Matthæi Liberal opuſcula ſequentia:

Artis miracula.

Quodlibeta ſacro prophana X.

Carminum libri 5.

Portenta.

Stragemmata ſacro prophana, in ſex Decades diffuſſa. Vidi. Tomo autem tertio, præter ſeorſim edita, habes;

Gratię miracula.

Carminum libros 4.

Epiſtolas VIII.

Notas in Breviarium, & Miſſale Romanum.

Hymnodiam Seraphicam.

Vitas IV. veneratione dignorum:

Elogia XII. Illuſtrium Heroum.

Proluſiones 3.

Poemata 4.

Quodlibeta V.

Controverſias 6. Hæc juxtà editionem Lugduni factam anno 1671. in fol. typis Liberal. Vidi. Scripſit inſupèr tomum quartum, & quintum Opuſculorum. Sanè in Regia Bibliotheca Matritenſi ineditum vidi volumen in 4. in quo continentur:

Diſſertatio de Viſione Beata, in Appendice tomi 4.

De Proceſſionibus Divinis, in Appendice tomi 5.

Diſſertatio Theologica vtrùm Chriſtus dici poſsit Filius Spiritu Sanctiſ

Hiſtoria Vitæ S. Franciſci Solani.

Miracula divinitùs patrata ad faciendam fidem Deiparæ Mariæ Immaculatę Conceptę.

Poemata plura. Edidit prætereà.

Declarationes Rethoricas in vtramque partem controverſas. Lugduni ſumptibus Antonij Huguetan 1661. & tom. 2. Opuſculorum. Vidi. Opuſculum grave inſcriptum:

Obſidio, & expugnatio propugnaculi Dum-Kanon Catholicis copijs fœderatorum Ordinum Hyberniæ. Lugduni eodem anno. Vidi. Ad prælum paratam habebat anno 1646.

Centurias Epiſtolarum ſelectarum, vt narrat ejus Avunculus Pater Uvadingus. Demùm, Authore mihi Fr. Antonio Terrinca, part. 3. Theatri Genealogici Provinciæ Tuſciæ, in publicum miſsit Tuſciæ moram trahens, opera inſcripta:

Orbis Mediteus.

Trias Tuſca.

Chaos Carminum.

De Divino Officio, vel Examcron, eſtque tomus X. in fol. Scoti defenſi.

Canones Canonicorum: *Hiſtoria Regia.*

De Hauſtu frigido.

Sermones Quadrageſsimales pro Ferijs & Feſtis. Baronium noſtrum commendant Joannes Baptiſta de Lezana, tom. 3. Annal. Carmelit. ad ann. Chriſti 403. Didacus de Lequile, Bruno Neuſler, & alij.

BONAVENTURA BASLEAN, Minorita Capuccinus, à Genuenſi illaudatus; communem fecit opus prænotatum:

Theophilus Parochialis, ſeù de quadruplici debito in propria Parochia perſolvendo, Concionis, Miſſæ, Confeſsionis Paſchalis, & Communionis Paſchalis. Antuerpiæ formis Joannis Belleri 1635. in 8. Vidi. Et Pariſ. per Sebaſtianum Hure 1657. in 12. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 94.

BONAVENTURA BATALLEA, Ciminenſis, Tertij Ordin. Regul. Theolog. Magiſt. & anno 1616. Ordinis ſui Diffinitor Generalis, teſte Bordonio in Chronic. Tertij Ordin. S. P. N. Franciſci, cap. 13. num. 52. pag. 317. non minùs gravioribus diſciplinis, quam à mœnioribus inſignitèr excultus, ſtylo ſignavit Italicè:

Diſcurſum Artis Metricę diligentèr obſervatum à R.P.M. Joann. Antonij Brandi Siculi de Salemi in ſuo libro Roſarij. Romæ typis Caroli Uvilleit 1601. in 16. cum eodem Roſario. Hæc apud Biblioth. Siculam, tom. 1. littera B.

BONAVENTURA BELLOMONTANUS, Capuccinus, Provinciæ Gallo-Belgicæ, ſivè Valloniæ, Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Diffinitor; Vir fœcundi ingenij, ac in Poetica facultate verſatus: in quo cum præclaris naturæ dotibus religioſæ virtutes emicarunt; deſcripſit, Fr. Dionyſio Genuenſi teſte, pag. 65. carmine heroico in duodecim libros diſtributo:

Vitam Domini noſtri Jeſu Chriſti.

BONAVENTURA BELLUTUS, Minorita Conventualis, Vir celeberrimus, Philoſophus, ac Theologus, poſt humaniores litteras, & Juriſprudentiam, Religioſus factus, vnà cum P. Bartholomæo Maſtrio in Collegio Romano S. Bonaventuræ gravioribus diſciplinis operam dedit. Hi duo tanquam ſi vno calamo, & vna lingua dictantent, non ſine laude typis dedere ad Scholaſticorum vtilitatem ea, quæ ſequuntur;

Logica parva in 8.

Diſputationes in Organum Ariſtotelis, quibus ab adverſantibus, tùm veterum, tùm recentiorum jaculis Scoti Logica vindicatur. Venetijs 1639. in 4. Ibidem apud Ginamum 1646. in 4. & Neapoli typis Novelli de Bonis 1660. in 4.

Diſputationes in octo libros Phyſicorum. Romæ typis Ludovici Grignani 1637. in 4. Venet. quater, & Neapoli.

Diſputationes de Generatione, & Corruptione. Venet. per Ginamum 1640. in 4.

Diſputationes in libros de Cœlo, & Mundo, & Metheoris. Ibidem apud eundem 1640. in 4.

Diſputationes in libros de Anima. Ibid. apud eundem 1643. in 4.

Poſt repetitas editiones tandem prodiere hæ omnes diſputationes quinque tomis comprehenſæ, cum hac inſcriptione: *Philoſophia ad mentem Scoti Curſus Integer.* Venet. apud Nicolaum Pezzana 1688. in fol. Et ibidem poſt alias editiones 1727. Portò Bellutus Provincialatus munere functus, ac S. Inquiſitionis Siciliæ Conſultor, & Cenſor, ſeorſim ſine Maſtrij opera, opera edidit:

De Incarnatione Verbi Dei. Catanæ typis Joann. Rubeis 1645. in fol.

Moralium opuſculorum miſcellaneo apparatu, atque reſolutionum librum poſthumum. Ibidem typis Biſagni 1679. in fol. Ineditum, ſed maturum ad prælum reliquit volumen aliud:

De Sacramento Eucharistia, teſte Fr. Bonaventura Theul apud tom. 1. Biblioth. Siculæ. Obijt Catanæ 18. Maji, anno 1676.

BONAVENTURA BLANCHUS, è Cotiniola Æmiliæ, ſivè Romandiolæ Oppido, Regul. Obſerv. Prov. Bononiæ, edidit:

Quadrageſimale. Bononiæ anno 1534.

Sermones Dominicales.

Homilias per annum.

De illuſtribus Viris novi, & veteris Teſtamenti. Prodierunt Bononiæ, anno 1534. apud Baptiſtam Faellum, ex Toſigniano, Uvadingo, & Couvæo in Elencho in S. Scripturam, pag. 85.

BONAVENTURA BONTEMPIUS DE JANO, Umber, Minorita Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, Vir in Divinis Litteris, atque Juris Canonici lectione exercitatus, ac nemini Theologorum Viterbij, & Paduæ poſtponendus, communis juris fecit opus prænotatum:

Faſciculus florum moralium ex nobili viridario juris utriuſque præſertim Pontificij, Seniorumque doctrina fideliter excerptus: Dicatus Excellentiſſimo, & Reverendiſſimo Principi Fr. Laurentio Brancato de Laurea titulo Baſilicæ SS. XII. Apoſtolorum S. R. Eccleſiæ Presbytero Cardinali. Romæ ex typographia Hæred. Carbelleti 1688. in fol. Vidi. Tractatus contenti ſunt:

De conſcientia regula interna humanorum actuum.

De Juſtitia, & Jure.

De Contractibus in genere, & in ſpecie.

De Contractibus oneroſis.

De Judicijs.

De Immunitate Eccleſiaſtica.

De Præceptis Decalogi.

De Peccatis.

De Sacramentis in genere, & in ſpecie. Ineditum reliquit tomum alium.

De Cenſuris, teſte Coronelli, tom. 6. ſuæ Biblioth. num. 4422. Ad ſupernæ vocationis bravium ſublatus eſt Romæ circa ann. 1700.

BONAVENTURA BOSSELI A SESTOLA, ab alijs Malvaſia dictus, Bononienſis, Ordin. Minor. Conventualium Doctor Theologus, & in Sacra Congregatione de Propaganda Fide Qualificator, à confeſſionibus quoque Principis Ludovici, litterarum monumentis conſignavit:

Dilucidationem ſpeculi verum monſtrantis, in qua inſtruitur in Fide Chriſtiana Hamet filius Zin Elabedin in Regno Perſarum Princeps, & refellitur liber à Doctoribus Perſis editus ſub titulo: *Politor ſpeculi verum monſtrantis.* Romæ ex typis ſupradictæ Congregationis anno 1628. in 4. Præter hoc opus à N. Uvadingo laudatum latinè edidit opera (apud P. Labe in ſua Bibliotheca, & Coronelli in ſua Biblioth. Univerſ. tom. 6. num. 2286.) prænotata:

Vindiciæ veri Iſidori pro Epiſtolis priſcorum Pontificum à Clemente ad Siricum; & Gregorium adverſus Davidem Blandellum Catalaunenſem. Tomis 2. Romæ apud Maſcardum 1658. in 4. Vidi.

Nuntius veritatis ad David Blundello Catalaunenſem miſſus.

Catalogus Hæreſum, & Hæreticorum. Romæ apud Maſcardum 1661. in 4. Vidi.

Catalogus Conciliorum Catholicorum, & Etherodoxorum à Calviniſtis, & Lutheranis celebratorum.

Trac-

Digitized by Google

Tractatus de plenitudine poteſtatis Romani Pontificis.

Reſponſio Apologetica ad P. Ruberderium Societ. Jeſu. Italicè:

Compendium Hiſtoricum Baſilicę SS. Apoſtolorum. Romæ typis Ignatij Lazari 1665. in 8. Suum tandem erga Deiparam ſemper Virginem, S.que Antonium Patavinum amatorem teſtatus eſt, ſcribendo vernaculè:

Orationes devotas ad Puriſſimam Virginem, S.que Antonium de Padua. Senex deceſsit è vita Romæ die 1. Auguſti, anno 1666.

BONAVENTURA BRIXIANUS, Minorita, laudatus à Toſigniano, & Uvadingo, edidit:

Normam cantus plani, ſivè Gregoriani, commendatam à Fr. Antonio Blanch. in limine *Artis Muſicalis* juxtà editionem Matritenſem anni 1704. in 4. Legi.

BONAVENTURA BROCHARTI, Normandus, Vir egregius, conſtantiſsimus Hæreticorum impugnator, labores plurimos per vniverſam Galliam pro Fidei Romanæ contra Novatores defenſione perpeſſus, peragratis Paleſtinæ, & Arabiæ regionibus, amplam edidit:

Chronographiam Siriæ, & vtriuſque Arabiæ. Hæc Uvadingus hic, pag.82.

BONAVENTURA A BRUNDUSSIO, Regul. Obſerv. bis Provinciæ S. Nicolai Miniſter, Viſitator Provinc. Baſilicatæ, in Capitulo Salmanticenſi, anno 1618. celebrato in Diffinitorem Generalem electus, Authore mihi Fr. Bonaventura à Faſſano, part. 2. *memorabilium Prov. S. Nicolai*, cap. 3. §. 10. luculentèr ſcripſit tomis 3. in fol.

Summarium de caſibus conſcientiæ. Aſſervantur M. S. in Biblioth. Barolitana Conventus S. Andreæ, quorum tituli ſunt:

Pars Sacramentalis.

Pars cenſuralis.

Pars caſualis. Pars Sacramentalis dividitur in novem libros, & quæſtiones. In 1.

De Sacramentis in genere. In ſeptem ſequentibus:

De Sacramentis ſingulis ſecundum eorum ordinem, & in vltimo libro:

De Indulgentijs, & Purgatorio. Pars cenſuralis dividitur in tractatus, & capita, vbi de Cenſuris in communi, & in particulari. In primo tractatu,

De Cenſuris in communi, & Suſpenſione. In ſecundo,

De Interdicto. In tertio,

De Ceſſatione à Divinis. In quarto,

De Irregularitate. In quinto,

De Excommunicatione, etiam in Bulla Cœnæ. Pars Caſualis dividitur in decem tractat. In primo,

De Actibus humanis, & de Peccato. In ſecundo,

De regulis humanorum actuum, videlicèt, *de Conſcientia, & Lege.* In reliquis tractatibus:

De decem Præceptis Decalogi. At in nono tractatu, dùm agit de Præcepto ſeptimo, & nono, aliquantulum ſe diffundit, & agit ibi de *furto in genere*, & de *acceptione Perſonarum.*

De Simonia temporali, & ſpirituali,

De mutuo, & accommodato,

Depoſito.

Pignorato.

Monte Pietatis.

Et de tota vſurarum materia;

Et reſtitutione.

De Perſcriptione.

Et vſucupatione.

De Emptione, & Venditione, & Cenſibus.

De Contractu Societatis, negotiationis.

De Cambijs.

Et de Reſtitutione. Compoſuit etiam *Quadrageſimale integrum.* Italico idiomate, cujus titulus eſt:

Quadrageſimale Brunduſinum. Quod etiam M. S. in dicta Biblioth. aſſervatur. Obijt in Convent. Baruli 1628. In cujus ſepulchro hoc elogium eſt inciſum.

Mutus iſte lapis ſine voce vocalis eſt
ſic clamat, licèt ſileat.
Ego
Oſſa tantum, & cineres
Incliti Viri memorandæ memoriæ
P. A. R. Bonaventuræ à Brúnduſio

Con-

Concionatoris admirabilis
Tego;
Suas tamen virtutes claudere minimè potui
Ardentem in Deum pietatem, profuſſam in Fratres
charitatem
Qui
Sivè à Secretis in Romana Curia eſſet,
Sivè Legationes varias obiret,
Sivè Diffinitoriatus, & Cuſtodis,
Sivè Miniſtri Provincialis, & Diffinitoris
Generalis fungeretur Officio,
Ita ſuo ſemper reſpondit muneri,
Ut ni fata invidiſſent, communi PP. fama,
In Superiorem Generalem eſſet cooptatus.
Quos doctos ſcripſit libros, hìc in Archivio
aſſervantur,
Inſigniaque alia,
Efferre omnes, referre pauci poſſunt.
Nec doleas, ò Lector! quod hinc abierit;
Sed gaude, quod Cœlum ſubierit.
Tanto Viro
Cum nullus juſtè juſta ſolveret
A. R. P. Fr. Jacobus Aquaviva Miniſter Provincialis
mærens mærenti poſ. ann. Domin. 1653. Obijt
ann. Domin. 1628. Kal. Maji.

BONAVENTURA BURATO, Mediolanenſis, Minorita Conventualis, cujus meminit P. Coronelli, tom. 6. ſuæ Biblioth. Univerſ. num. 4467. edidit Italicè:

Fundamenta omnium principiorum Grammaticalium novo ordine explicata. Mediolani 1608. in 8.

BONAVENTURA A CAIRO DE AGRIPILIANO, Mediolanenſis, Conventualis Minorita, Eccleſiæ Neapolitanæ S. Laurentij Annaliſta, Vir pius, ac devotus Concionator opuſculum evulgavit Italicè ſub titulo;

Inſtructio univerſalis ad confeſsionem generalem, & particularem faciendam, quodlibetque ſcrupulum auferendum. Neapoli apud Lazarum Scorigium 1630. in 4. Ex Vincent. Coronelli, tom. 7. Biblioth. Univerſalis, col. 195.

BONAVENTURA A CALASIO, devotus Minorita, ſcripſit luculentèr:

Vitam S. Joannis de Capiſtrano, qua utitur Fr. Patritius Duffius, fol. 93. vitæ B. Alberti à Sattiano, juxtà ejus editionem Romæ factam in fol. anno 1688.

BONAVENTURA DE CALATA-

GYRONE, Secuſius Italus, LVIII. Ordinis Miniſter Generalis, Catholico Hiſpaniarum Rege nominante ad Epiſcopatum primò Cephadulenſem, ſecundò ad Archiepiſcopatum Meſſanenſem, vltimò ad prædivitem S. Agathæ, ſeù Cataniæ Eccleſiam abſque vllo mediatore, vel interceſſore promotus, magno pietatis exemplo vbique converſatus, compilatis antiquis Ordinis Conſtitutionibus pro Ciſmontanis, evulgavit:

Statuta Valliſoletana, edita Venet. anno 1558. in 4. Extant quoque apud Michaelem Angelum de Neapoli in Chronologia Ordinis à pag. 262. Scripſit inſupèr ex Groſſo in Catana Sacra, pag. 278.

Conſtitutiones Synodales Eccleſiæ Catanenſis, quæ habentur in Regeſtis Curiæ Epiſcopalis Catanæ.

Pacis initæ inter Philippum II. Hiſpaniarum, & Henricum IV. Galliarum Reges Hiſtoriam, vti ex Uvadingo recenſet Mongitori, tom. 1. Biblioth. Siculæ, quam conſulas. Obijt Catanæ die 29. Martij, anno 1618. Sepultus in ſua Eccleſia cum hoc Epitaphio:

D. O. M.
Illuſtriſsimo, ac Reverendiſsimo Domino
Fr. Bonaventuræ Secuſio Calatageronenſi,
Viro non minùs generis, quam virtutum
Splendore percelebri, Franciſcanæ Familiæ
Generali Miniſtro,
Sanctiſs. Dom. Noſtri Clementis VIII. Pont.
Nuncio, Pacis inter Philippum II. Hiſpaniæ,
Et Henricum IV. Galliæ Reges, alioſque Duces
Mediatori,
Patriarchæ Conſtantinopolitano,
Pactarum Epiſcopo, Archiep. Meſſan. ac demùm
Catanenſis Eccleſiæ Præſuli digniſ.
Hoc immortalitatis Trophæum in mortalibus
Statuerunt, ne vitæ oblivioni victor
Unquam ſine laude ſuccumberet.
Obijt Catanæ die XXIX. Martij MDC.XVIII.
Ætatis ſuæ LX.

BONAVENTURA A CALENO, Italus, Reg. Obſerv. ac Cœnobij S. Bernardini Aquilani alumnus, Italicè reddidit:

Vitam S. Joannis Capiſtrani, Latinè conſcriptam à Fr. Nicolao de Fara ejuſdem inſtituti typiſque paravit, & Senatui populoque Aquilano nuncupavit, 1599. Eum M.S. habuit penès ſe Uvadingus, ipſomet atteſtante in Syllabo, verbo *Nicolaus Fara*.

BONAVENTURA A CALLIO, Minorita, Italus, Prov. Marchiæ Regul. Obſerv. alumnus, ineditos reliquit Uvadingo teſte hìc pag. 82. ex Rodulpho:

Tractatus nonnullos variarum rerum; qui in Biblioth. Franciſcanorum Bononiæ aſſervantur.

BONAVENTURA CAMUS, Gallus, Provinciæ Franciæ Pariſienſis Diffinitor, ſcripſit:

Sermones de Euchariſtia.

BONAVENTURA CARPENTORATENSIS, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici Minor. Capuccinor. Concionator, qui pluries Theologicas facultates ma-

maxima cum ingenij laude expoſuit, ac religioſi homi s virtutes, cum ſumma eruditione cor nxir, confecit, ac typis commiſsir, vti Genuenſis narrat:

Compendium Controverſiarum Cardinalis Bellarmini, tom. 1. in 4. Arelate apud Franciſcum Sminer, anno 1653.

BONAVENTURA A CASTRO ALPHERIO, Aſtenſis Diœceſiſ-Pago, Prov. D. Thomæ alumnus, Authore mihi Illuſtriſsimo Britio Epiſcopo Albanenſi in monumentis Subalpinæ Provinciæ D. Thomæ, lib. 3. fol. 287. librum edidit, in quo mutuis interrogationibus, & reſponſionibus eruditè diſceptatur:

De Conſcientię caſibus.

BONAVENTURA CALVI, Genuenſis, Regul. Obſerv. Concionator eruditus, ac Diffinitor, cujus, nulla mihi aliundè notitia, quam ex P. Cotonelli, ſcripſit opus Hiſtoricum ſub titulo:

Genealogia Seraphica Provinciæ Genuenſis, quæ M. S. aſſervatur in Aracœlitano Cœnobio. Item M. S. reliquit:

Relationem Fr. Scriptorum Ordin. Minor. Prov. Genuenſis, hactenùs mihi ignotam.

BONAVENTURA CASSALENSIS, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Genuenſis Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Miniſter Provincialis, Vir ſapientiæ, ac pietatis laude conſpicuus, Obſervantiæ Regularis propagandæ, atque tuendæ zelo fervidus, ſalutis animarum ſtudio deditus, adeò vt in declamandis ad populum concionibus feliciſsimum habuerit nomen, & omen: plura ſcripſit ad vſum Concionatorum, eaque valdè vtilia, & ſunt:

Conceptus prædicabiles pro tempore Quadrageſsimali. Tom.8. in 4.

Sylva Conceptuum prędicabilium pro Dominicis totius anni. Tom.6. in 4.

Sylva Conceptuum prædicabilium pro feſtivitatibus Sanctorum per annum occurrentibus. Tom. 5. in 4. Habentur M.S. in Biblioth. Genuenſi PP. Capuccinorum. Bonis operibus dives, ac plenus deceſsit Genuæ anno ſalutis 1641. ex Fr. Dionyſio Genuenſi, pag.66.

BONAVENTURA DE CATANZARO, Civitate Calabriæ, ex nobiliſsima familia Aragoniæ, & Ajerbæ Provinciæ Rhegij Minorum Capuccinorum Miniſter Provincialis, ac in varijs Provincijs Italiæ, Hiſpaniæ, & Galliæ Commiſſarius Generalis, qui in rebus agendis ſapientiæ, ac prudentiæ lumine clarus, multiplici etiam eruditione, & pietate magnam ſibi laudem apud omnes comparavit. Multa ſcripſit *Theologica*, & *Poſitiva*, inquit Genuenſis, pag. 66. ex Gualterio, ſed typis mandata non vidi.

BONAVENTURA CAVALLO DE AMANTEA, Neapolitanus, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum Provinciæ Terræ-Laboris, Vir in Philoſophicis, ac Theologicis diſciplinis admodùm excultus, & poſt omnia, etiam Miniſteriatus munia glorioſè exercita; vbique fama clarus, in Commiſſarium Generalem electus, ac tandem à Clemente IX. ſanctè memoriæ ad Caſertanam Eccleſiam promotus, evulgavit Italicè:

Vitam B. Nicolai Albergati Cardinalis à S. Cruce: Romæ apud Vitalem Maſcardum 1654. in 4. magno. Vidi. Communem quoque fecit vernaculè ex Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, littera B.

Orationem funebrem in laudem Ludovici Roderici exercitus ſummi Ducis. Neapoli editam typis Rocangliolo, anno 1674. in 4. Ejus cum laude meminit Gubernatis, tom. 1. Orbis Seraphici, pag. 283.

BONAVENTURA CELANO, Italus, Provinciæ S. Bernardini, Regul. Obſerv. alumnus, ſcripſit, vti teſtantur Toſignianus, & Uvadingus:

Sermones de Tempore.

BONAVENTURA CHEUROLIER, Gallus, Pater Prov. S. Magdalenæ Recollectorum, Gallicæ veritati reddidit:

Vitam V. Diſcalceatæ Annæ Mariæ à S. Joſepho, Hiſpanè editam à P. Joannetino Niño. Hæc Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 14. Maji, §. 6.

BONAVENTURA E CINERIBUS, Italus, Regul. Obſerv. ſcripſit:

Epitomen operum S. Bonaventuræ.

Tabulam item vberrimam in omnia opera ejuſdem. Ex Toſigniano, & Uvadingo.

BONAVENTURA CLAVERUS DE VIGILIJS, Minor. Conventualium lucidiſsimum jubar, natione Italus, patria Neapolitanus, Eminentiſsimi Principis S. R. E. Cardinalis Montalti olim à ſacris conſultationibus, Vir excelſæ mentis acumine, & præſtantiſsimis animi dotibus ornatus, qui intuitu magnarum virtutum, & doctrinæ ſingularis, ex Seraphici Collegij S. Bonaventuræ in Urbe Regente, ac Rectore, Philippi IV. Hiſpaniæ

niarum Regis poſtulatione ab Innocentio X. Pont. Max. factus eſt Epiſcopus Potentiæ in Regno Neapolitano, ſcripſit ſcholaſtico more:

De Immaculata Conceptione Deiparæ Virginis opuſcula. Vivebat non minùs gradu, quam virtute eminens, teſte Marracio in ſua Mariana Bibiioth. anno 1646.

BONAVENTURA COLUMBUS, Gallus, Nicienſis, ex Minor. Conventualibus Provinciæ S. Bonaventuræ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, edidit:

Epitomen Dialecticam, & novos curſus Philoſophicos Scotiſtarum.

Seraphicam Apologiam adverſus opinantes Sanctum Franciſcum Minorum inſtitutorem Religionem Eremitarum S. Auguſtini fuiſſe profeſſum. Cui addidit brevem,

Tractatulum de forma Caputij ejuſdem S. Inſtitutoris. Aquis Sextijs apud Stephanum David, anno 1638. Hæc Uvadingus. Bonaventuræ Columbi Nicienſis, Prov. S. Ludovici Minor. Convent. Doctoris Theologi vidi volumen in folio prænotatum:

Novus Curſus Philoſophicus Scotiſtarum complectens univerſam Philoſophiam Rationalem, Naturalem, Moralem, & Tranſnaturalem. Lugduni apud Arnaud, & Bordè 1669.

BONAVENTURA CURCURENS, Minorita, hactenùs mihi ignotus, compoſuit, Authore mihi Uvadingo:

Officium de gratia à Deo collata S. Franciſco.

Ad Matutinum, *de Conformitate natiuitatis ejus ad Nativitatem Chriſti.*

Ad Primam, *de Vocatione, & Converſione B. Franciſci pro ſalute mundi.*

Ad Tertiam, *de Inſtitutione Ordin. & Regula B. Franciſci.*

Ad Sextam, *de Studio orationis Beati Franciſci, & ſpiritu prophetia.*

Ad Nonam, *de Obedientia creaturarum ad B. Franciſcum.*

Ad Veſperas, *de Impreſſione ſacrorum ſtigmatum.*

A Completorium, *de Tranſitu S. Franciſci ad Cœlum.*

BONAVENTURA DERNOYE, ... codij Eburonum honeſtis parentibus natus, guſtatis Coloniæ Agrippinæ Philoſophiæ principijs, ſtrictiorem Obſervantiam Recollectorum Provinciæ Flandriæ, in Conventu S. Franciſci ad Sambram ingreſſus, ibidemque ſacra profeſsione emiſſa anno 1600. in reformatione hominis interioris, inter cæteras pietatis, paupertatis, diſciplinæ rigidioris virtutes, non modica ſpecimina prætulit. In Gandenſi Conventu, & alibi vtiliſsimam poſuit operam in directione Novitiorum, neque dumtaxàt in Guardianatus munere diverſis in locis commiſſus Flandriæ laudabilitèr præfuit, ſed in Diffinitorem electus, ſemelque atque iterùm ad Miniſteriatum S. Joſephi Provinciæ aſſumptus. Dùm in eo deſudaret officio, ſeptuagenario major, pluribuſque vehementibus doloribus probatus, feria ſexta Paraſceve, judicio plenus, pietatis affectibus, quaſi ſub ipſius Crucifixi complexibus, emiſsit ſpiritum anno 1653. Ejus vitam deſcripſit Fr. Henricus Jonghem laudatæ Provinciæ alumnus, ac Jubilatus Lector, recenſens ſimùl ſui ingenij monumenta, quorum Catalogus hic eſt:

Praxis Juſtitiæ Chriſtianæ, latinè impreſſa Coloniæ 1630.

Recollectiones de B. Virgine. Gallicè impreſſa Brugis 1637. in 8.

Domus Dei in 4. partes.

Breviarum Recollectionum pro ſingulis diebus anni in 4. partes.

Praxis Reformationum.

Redde quod debes.

Cave pro Superioribus.

Magiſtri Novitiorum informatio, cum exercitijs Candidatorum.

Concilium malignantium, ſivè dæmonum contra reformationem.

Apotheca eorum, qui deputati ſunt conſolationi infirmorum.

De tribus devotionibus B. Virginis.

Corrector errantium, & deceptorum in fide.

Memoria mirabilium Euchariſticorum.

Victoria Divinæ bonitatis.

Correctorium Capitulum Regulare, ſummi Abbatis Dei.

Receſſus ſolitarius cum exercitijs pro Fr. Fr. Minoribus Recollectis.

Formula reformationum.

Conſiderationes ad Horas Laicales ſuper Pater N. Flandricè.

Medulla S. Evangelij per Chriſtum dictata S. Franciſco in ſua Seraphica Regula expoſita moralitèr. Eſt opus in fol. cujus editionem Antuerpianam typis Petri Belleri, anno 1657. vidi illuſtrationibus locupletatam ſtudio, & labore laudati Henrici Jonghem.

BONAVENTURA A DREPANO, Italus, Provinciæ Vallis Mazariæ Regul. Ob-

Obſerv. alumnus, Lector Jubilatus, & S. Inquiſitionis Qualificator, ſcripſit:

In 1. & 2. Sententiarum S. Bonaventuræ, quæ morte præventus non potuit imprimere, & injuria temporis extant corroſa in Bibliotheca Panormitana. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

BONAVENTURA A S. ELIA, Panormitanus, Tertiarius Regularis in Collegio Siculo S. Pauli de Arenula Sacræ Theologiæ Magiſter, Vir tam præſtantiſsimi ingenij, vt vix Diaconi caractere inſignitus, jam Theologica Magiſtri Laurea cohoneſtatus erat; ſapientioribus illius ævi gratiſsimus ob magnam ſui ingenij profunditatem; obque raram prudentiam, amabilitatem, & œconomiam in Procuratorem ſui Ordinis generalem electus, ſcripſit ad vtilitatem eorum, qui rebus Eccleſiaſticis vacant, non ſpernendæ authoritatis opus, cui titulus:

Synopſis Oecumenicorum Orientalium Conciliorum, in qua præter hiſtoriarum notitiam, hæreſum proſcriptionem, Canonumque brevicnlum, propoſitiones aliquot in Conciliorum, & Apoſtolicæ Sedis favorem defenduntur adverſus Recentiores. Partem priorem (quam vidi) Eminentiſsimo Presbytero Cardinali Coloredo dicatam publicavit Romæ Angelus Bernabo, anno 1687. in 12. Ex Antonio Mongitore, tom. 1. Biblioth. Siculæ, Tabulam Conciliorum à P. Antonio Celeſtri editam, multis additionibus locupletavit, & in duas partem diſſectam recudere ſtuduit, hoc adjecto titulo:

Conciliorum Oecumenicorum Schema in duas partes diſtributum, quarum prior, quæ in Oriente, poſterior quæ in Occidente ſunt celebrata, complectitur. Romæ typis Angeli Bernabo 1700. Expurgavit Sacræ Congreg. Indicis juſſu, locupletavit, ac indicibus illuſtravit opus inſcriptum:

Proſpectus Chronologiæ. Ibidem apud Franciſcum Buagnum 1645. in 4. Multas Dogmaticæ Theologiæ lucubrationes in Orbis litterarij beneficium, & Catholicæ Fidei obſequium, ab ipſo in lucem emittendas ſperabant omnes anno 1708. quo vivebat, præſertim:

De Infallibilitate Summi Pontificis ſuprà, & extrà Concilium in materia morum, & fidei.

De Sufficientia vera attritionis in Sacramento Pœnitentiæ ad gratiam juſtificationis.

De Oecumenicis Concilijs Occidentalibus. Synodum Orvietanam.

Tom.I.

BONAVENTURA A FASANO, Italus, Sacræ Theologiæ Lector, Prov. S. Nicolai de Bari Provincialis, poſteritati dedit:

Memorabilia Minoriticæ Provinciæ S. Nicolai Ordin. Minor. Regul. Obſerv. ab anno 1222. vſque ad annum 1655. In duas partes dividitur. Prima continet ſitum, & originem, fundationes, & numerum Conventuum, & Fratrum. Secunda progreſſus particularium perſonarum, quæ in officijs, dignitate, doctrina, ac ſanctitate floruere. Barij in 8. apud Zannettum & Valerium 1656. Vidi, & M. S. in Matritenſi Ordinis Archivio. Incipit exordium: Sterilis omninò.

BONAVENTURA GENSABELLA, Siculus Agyrenſis Tertiarius Regularis, compoſuit:

Lectiones ſecundi nocturni proprias S. Philippi Confeſſoris Agyrenſis. Ex nomine ejuſdem Civitatis Agyrenſis, vulgò nuncupatæ *à S. Philippo*, obtinuit celebrationem ejuſdem Sancti, & Officium cum dictis lectionibus, vti narrat P. Bordonus in ſuo Chronologio, cap. 25.

BONAVENTURA GENUENSIS, Drepanitanus, Tertij Ordin. Vir in Theologia, & Sacris Canonibus verſatiſsimus, Orator eximius, zelo reformationis ſuæ Tertij Ordinis Regularis Familiæ infatigabilis, cujus in munere ſibi ablegato à Pompeo de Aragonia S. R. E. Cardin. Ord. Protectore, & ab Henrico IV. Galliarum Rege confirmato, valdè deſudavit; poſtquam verò diſciplinam elapſam ſuo primitivo ſtatui reſtituerat, & auxerat, mortem pretioſam opetijt, quo autem loco, & anno penitùs latet. Edidit:

Compendium Privilegiorum Tertij Ordinis B. Franciſci Regul. Obſerv. Toloſæ ex typographia Viduæ Joannis Colomberij ſub ſigno nominis Jeſu 1607. in 8. De eo Elzearius Dumbarienſis in not. Prov. Galliæ Tertij Ordin. S.Franciſci. Bordon. in Chron. Tertij Ordin. S.Franciſci, cap. 23. num. 41. Joannes Vernonenſis in Annal. Tertij Ordin. part. 1. art. 20. Gubernatis in Orbe Seraphico, tom. 2. lib. 12. cap. 20. n. 203. Et Fulgentius Poſſevinus in deſcriptione M. S. Cœnobiorum Tertij Ordinis in Urbe Drepani, apud Biblioth. Siculam, tom. 2. in Appendice ad tom. 1. litt. B.

BONAVENTURA GOFFA, ex Recollectis Galliæ, Theologus Jubilatus, Guardianum agens Conventus Moguntini, latinitati donavit:

Conſiderationes, ſeù Sermones prædicabiles ſuper principales vitæ Chriſtianæ veritates, Gallicè editas à R. D. Matthæo Beucler, Presbytero Seminarij Archiepiſcopalis Pariſienſis, duobuſque tomis in 4. in publicum miſſas. Tom. 1. prodijt Moguntiæ ſumptibus Joannis Baptiſtæ 1669. Vidi. Pariter tomum vnum inſcriptum:

Conſiderationes prædicabiles de Statu, & Vita Eccleſiaſtica deſumpta ex Archetypo Chriſto Jeſu Summo Sacerdote. Ibidem ſumptibus Joannis Petri Zubrod. 1673. in 4. Vidi.

BONAVENTURA GONZAGA, inſignis Theologus, & Poeta verè pius, natione Italus, Patria Mantuanus, Vir rara probitate, excellentique ſapientia ornatiſsimus, qui à ſecretis Ordinis fuit, edidit recenſentibus Toſigniano, Uvadingo, ac Fabiano Juſtiniano in Elencho AA.

Commentaria in Canticum B. Virginis. Magnificat anima mea Dominum.

In Prædicamenta Ariſtotelis.

Carmina quædam ſpiritualia lingua Etruſca. Inſupèr, Marracio teſte in ſua Biblioth. Mariana, communis juris fecit opus prænotatum:

Viva flamma Matris Virginis cum aliquibus contemplationibus ſuper 7. verba Mariæ Virginis. Neapoli anno 1569. Hæc Marracius. Agit quoque de ipſo Uvillot, & Poſſevinus. Vivebat anno 1576.

BONAVENTURA GONZAGA A REGIO, Italus, ex Minoritis Conventualibus, patrio idiomate ſcripſit, publicique juris fecit volumen inſcriptum:

Super ſeptem Pſalmos Pœnitentiales Paraphraſis vnà cum tractatu de ſeptem peccatis mortalibus, totidemque Concionibus. Venetijs apud Gabrielem Giolito 1567. in 4. Vidi.

BONAVENTURA OSSÆUS, Hybernus Ultonienſis, Sac. Theologiæ Lector in Collegio Lovanienſi Minorum Hybernorum, Vir inſigni, magnoque in pretio habitus apud Hybernos propter ſingularem illius idiomatis, reique Hybernicæ peritiam; ſcripſit Hybernicè:

Catechiſmum Hybernicum, brevem quidem, ſed magna claritate, & doctrina, illi genti commendatiſsimum. Prodijt caracteribus Hybernis Lovanij in prædicto Collegio anno 1608. Vivebat Author 1610. Hæc Uvadingus.

BONAVENTURA HOCQUARDUS, ſtrictioris Obſerv. in Prov. Genuæ, vbi Habitum ſuſcepit, & nepos inſignis Theologi Patris Theodori Hocquardi, qui haud paucos illuſtres Diſcipulos Papiæ, vbi Theologiam pluribus annis legit apud noſtros Reformatos, peperit in Ordine, ſcripſit adverſus recentiores Lutheranos præcipuum opus cui titulus:

Perſpectivum adeò ad praxim, juxtà eorum rudimenta, mores, ſcholas, ritus, & id ſimilia conſultò redactum, vt vim argumentorum ob quam tale opus blaſphemant, adverſarij, minimè aufugere poſsint. Diſſectum eſt in duobus tomis in 8. Ex Fr. Didaco Lequile, tom. 2. *Terlegiſiat.* tract. 6. lib. 11. fol. 266.

BONAVENTURA HOPBURNUS, natione Scotus, profeſsione Minorita, ex Ciſtercienſi Imbonato in ſua Bibliotheca Latino-Hæbraica in publicum miſsit:

Lexicon linguæ ſanctæ ſuccinctum, excuſ. in 12. in quo deſcriptis duabus primis radicalibus litteris majuſculis, in medio, ſeù fronte libelli, & tertia in margine, ſeù principio verſus, ſtatim affert interpretationem latinam.

BONAVENTURA HOSIUS, natione Anglus, ejuſdem Provinciæ ſtrictioris Obſervantiæ, Lector emeritus, ac Vir excellentèr doctus, compilavit:

Catechiſmum Hybernicum Miſsionarijs perutilem. Concinnavit præterea:

Hybernicum Carmen valdè luculentum, quo Eccleſiam Catholicam Romanam ſolam eſſe veram limpidè, ac ſuccintè evincit. Ho carmine Pſeudo-Archiepiſcopum Caſſelenſem Magrath (olim Minoritam) ad Fidem Catholicam reduxit. Claruit anno 1620. Ex relatu Fr. Bonaventuræ à Donett ejuſdem Prov. alumni, Lectoris Jubilati, & Notarij Apoſtolici.

BONAVENTURA JASCENIUS, reſtauratæ Provinciæ Anglicanæ primus Diffinitor, & Guardianus Collegij Anglorum Duaceni multa pro Fide Catholica perpeſſus, ſcripſit librum, cujus inſcriptio:

Manuductio ad Palatium veritatis, vbi doctè, ac clarè errantes in viam veritatis reducit. Mechliniæ anno 1616. & Mediolani eodem anno, teſtibus Dupin, ſæculo 17. Uvadingo in Appendice, & Lequile in de Scriptoribus, qui ſcriptis pro Fide Catholica dimicarunt, fol. 266.

BONAVENTURA IBAÑEZ, Hiſpanus, Diſcalceatæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ verè filius, ad negotium animarum peragendum, primo in Provinciam Diſcalceatorum S. Gregorij in Philippinis, ibique per aliquot annos Manilæ commoratus eſt. Anno autem 1649. (Fr.

Pe-

Petrum de la Piñuela excipio in Catalogo Religioſorum, qui Sinarum Imperium ad Jeſu Chriſti Evangelium prædicandum ingreſsi ſunt edito in lucem anno 1700.) Sinas ingreſſus, ac in Provinciam Xantung profectus, P. Fr. Antonio à S. Maria adauctus eſt, à quo ad ſtabiliendam, & propagandam Miſsionem, Romam miſſus, indè in Hiſpaniam venit; vbi à Regina Matre, & à Catholico Hiſpaniarum Rege ſocijs impetratis, in Sinas redijt, vbi ejus cura, & ſolicitudine variæ ſunt erectæ Eccleſiæ, ac ſenio confectus octogenario major in Metropoli Kan tung mortuus, & ſepultus eſt in Cæmeterio Miſsionis noſtræ. Librum edidit:

De neceſſaria doctrina Dei. Agunt de ipſo Fr. Thomas Montalvo, Generalis Diffinitor, tom. 1. Chron. ſuæ S. Petr. de Alcantar. Prov. lib. 3. cap. 9. num. 4. Et quotquot memores ſunt Apoſtolici Viri, & Præfecti Sinenſium Miſsionum V. Fr. Antonij à Sancta Maria, Diſcalceati Prov. S. Pauli filij. Scripſit quoque:

De Prædicatione Evangelij in Regno Sinarum, vbi Præfectus Apoſtolicus, & opere, & ſermone Sinenſibus eluxit. Coloniæ anno 1700. Legi.

BONAVENTURA JESI, Italus, Minorita Conventualis, celebris Concionator, necnon Apoſtolicorum Miſsionariorum Præfectus, ſcripſit eruditè, ac Italicè edidit:

Sermones ſuper Dominicas totius anni, teſte P. Coronelli tom. 6. Biblioth. Univerſ. num. 4297.

BONAVENTURA A LAURENZANA, Italus, ex Reformatis Provinciæ Baſilicatæ, Theologus, cujus mentionem facit Nicolaus Toppi de Scriptorib. Neapolitanis, litt. B. ſtylo ſignavit:

Vitam B. Ægidij à Laurenzana, Regul. Obſerv. Neapoli per Hiacynthum Paſſaro anno 1674. in 8.

BONAVENTURA LINGONIENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Lugdunenſis alumnus, Vir doctus, ac perſpicacioris intellectus ſubtilitate pollens: qui Theologicas diſciplinas per plures annos in ſua Provincia ſecundum mentem D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici feliciſsimè expoſuit, & expeditiori ſermocinatione excellens, ardens, & efficax in concionando, vehemens pariter fuit in ſuadendo, & diſputando; magno ſtudio confecit integrum Curſum Theologicum in tres tomos in fol. diſtributum, ſub hoc titulo:

Bonaventura Bonaventuræ, ſcilicèt, Bonaventura, & Thomas, ſivè Summa Theologica ex omnibus ferè Sanctorum Thomæ, & Bonaventuræ placitis concinnata, inter quos, ſi aliquandò videatur eſſe diſſenſio, aut benigna explicatione componitur, aut problematica diſputatione ventilatur, difficultateſque omnes in ſcholis, vt plurimum agitari ſolitæ, de mente illorum Sanctorum reſolvuntur. Prodijt Lugduni ſumptibus Laurentij Aniſſon anno 1653. ac 1655. Vidi. Scripſit etiam,

Integrum Curſum Philoſophicum ſecundum mentem ejuſdem Doctoris Seraphici. Idemmet Author teſtatur in fine diviſionis, quam porrigit de Sacra Theologia in primo tomo.

BONAVENTURA LINGONIENSIS, alter, Gallus, Provinciæ Campaniæ Minorum Capuccinorum Concionator, Vir in Divinis Litteris eruditus, in declamandis Concionibus ſpectabilis, necnon vita, & converſatione laudabilis, poſteris tranſmiſit volumen Concionum ſub titulo:

Paradiſus temporis, vti aſſerit Fr. Dionyſius Genuenſis, pag. 66.

BONAVENTURA MACHADO, Luſitanus, ac Seraphicæ Familiæ alumnus, fidem ſi facias Nicolao Antonio, tom. 1. pag. 180. ex Cardoſo, vernaculè publicavit:

Vitam P. Petri Diaz, ac Sociorum ejus. Barcinone anno 1632. in 4.

BONAVENTURA MANENTI, Italus, Brixienſis ex Minoritis Conventualibus, in Patavino Gymnaſio publicus Theologiæ Profeſſor, exaravit:

Varias Obſervationes in Tartaretum, vt videre eſt in libro Venetijs impreſſo anno 1583. in fol. typis Evangeliſtæ Deuchini. Vidi, & 1607.

In 1. librum Sententiarum, & Quodlibeta Scoti. Venetijs 1583. in fol. typis Hæredum Simonis Calignani. Vidi.

In 2. Sententiarum Scoti, adjecto Indice locorum, tùm Sacræ Scripturæ, tùm SS. PP. Ibidem. Vidi.

BONAVENTURA MANRRESA, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Laletanæ Provinciæ, Guardianum agens Conventus S. Eulaliæ, opus perutile ſcripſit patrio idiomate, ac publici juris fecit, ſub titulo:

Practica vita ſpiritualis juxtà mentem SS. PP. ac Doctorum. Barcinone excudit Martinus Gelabert anno 1693. in 16. Vidi.

BONAVENTURA A SANCTO MATTHÆO, Capuccinus, Hiſpanus, Theologus inſignis, vtriuſque Majeſtatis Cæſareæ, ac Catholicæ à Concionibus, poſtque Miniſteriatum Provinciæ Sanguinis Chriſti prudentèr exercitum, Diffinitor Generalis, communem fecit vernaculè:

Orationem in Exequijs D. Mariæ Auſtriacę Imperatricis, Viennæ habitam, ac impreſſam litteris Gregorij Gelbaar, anno 1646. in 4. De ea in Bibliotheca Valentina, pag. 91.

BONAVENTURA MONCADA, Capuccinus, Hiſpanus, Provinciæ Valentinæ alumnus, Vir virtutis emeritæ, ac præclaris naturæ, & gratiæ dotibus exornatus, magna ingenij felicitate præditus Theologus eruditus, qui ad Diffinitoriatus, ac Provincialatus munus omnium calculis aſſumptum, in omnibus ita ſe geſsit, vt exemplo, & doctrina plures ad ſcientiæ apicem evexerit, & ad cultum inclitæ pietatis inſtruxerit, ſcripſit, & edidit

Sermonem de B. Tereſia Virgine. Valentiæ anno 1623.

Sermonem alterum de B. Iſidoro Agricola. Ibidem 1623. Claruit exemplaritatis nota Murciæ anno 1627. ætatis ſuæ 46. Eſt hujuſce honorifica mentio apud Biblioth. Valentinam, pag. 92. ex Genuenſi, pag. 67.

BONAVENTURA A MONTE-FLORIDO, Gallus, Regul. Obſervant. Theologus, ſcripſit:

Illuſtrationes Myſticas, & Litterales in Regulam, & Inſtitutum Sancti Franciſci. Rueſsij apud Stephanum Andream anno 1625. in 4. Hæc Uvadingus.

BONAVENTURA A MONTE-REGALI, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Sancti Franciſci Concionator, Theologus, ac Miniſter, ſæpè Viſitatoris generalis, ac tandem Procuratoris in Romana Curia munere functus, Vir omnigena prudentiæ, doctrinæ, ac virtutum mercę inſtructus, ſcripſit:

Commentaria Paraphraſtica in Pſalmos. Aſſervatur Authographum in Bibliothec. Conventus Fulginij, teſtibus Le-Long, pagina 644. & Genuenſi, pag. 67. Obijt ſancto fine in eodem Cœnobio ann. 1604. & de eo meminit Boverius, tom. 2. Annalium Capuccinorum, pag. 750. & §. 59.

BONAVENTURA MORONUS, Italus, Tarantinus, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum alumnus, Vir Latinè, Græcè, ac Hæbraicè peritus, Poeta, Orator, Theologuſque celebris, ſcripſit carmine Italico, & Latino:

Carmina Sacra ſuper Salutationem Angelicam, & ſuper Antiphonam majorem Salve Regina. Venetijs apud Sanctum Grillum anno 1621. in 12. apud Marracium in Bibliotheca Mariana.

Exequiarum Chriſti Tragædiam ſpiritualem. Venetijs anno 1629.

Rhythmos Sacros. Ibidem 1622.

Cataldiados, ſivè Vita S. Cataldi libros ſex, docto quidem; & gravi carmine Latino. Romæ anno 1614. Inſupèr:

Mirandum Panegyricum ſuper linguam S. Cataldi, quæ adhuc in Sacrario Archiepiſcopali Tarentino incorrupta aſſervatur. *Deceſsit*, verbis vtor Fr. Didaci Lequile, tom. 2. Hierarch. Franciſc. fol. 278. *in Patria ſua ſub Gregor. XV. magno omnium luctu. Perdidit alterum ſuum Italia Tullium, Græcia Demoſthen, Eccleſia Hieronymum.*

BONAVENTURA DE MYRICA, Lovanienſis, devotus Minorita, qui Hieroſolymæ anno 1538. & 1540. continuò habitavit, & poſteà ſecundò, & tertiò eo profectus eſt, concinnavit:

Deſcriptionem Hieruſalem, & Sanctorum ejus Locorum, vti teſtatur Andricomius, qui etiam ex ejus ore multa excepit.

BONAVENTURA M. Patavinus, Minorita, Italicè vulgavit opuſculum, cui titulus:

Veritas detecta. Prodijt 2. Venetijs ex officina Stephani Curti anno 1696. in 32. Vidi.

BONAVENTURA A NEAPOLI, Minorita, patrio idiomate, Italico, nempè, communem fecit:

Vitam, ac Martyrium B. Martyrum Gorcomienſium. Romæ apud Mancinum anno 1676. in 8. Vidi.

BONAVENTURA NEPOS, Guardianus Metenſis, Commiſſarius Ultramontanus, ſcripſit:

Defenſionem Fratrum Minorum Regul. Obſervant. Pariſijs editam anno 1517. in 8. teſte Auberto de Scriptor. ſæculo 16. cap. 24.

BONAVENTURA AB OCCIMIANO, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Genuenſis Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac pluries Diffinitor, Vir æquè doctus, & prudens, necnon regularis diſciplinæ integerrimus zelator; qui pietatis operibus ſemper inhærendo, ſe ipſum bonorum operum exemplar, iam Fra-

Fratribus, quàm Sæcularibus exhibuit, varia ſcripſit opuſcula, quæ tamen M. S. reliquit. Ea ſunt:

Tractatus de Portione Canonica, & Quarta funerali.

Reſponſiones ad nonnulla quæſita propoſita occaſione ſepulturæ electæ in Eccleſia Regularium.

Reſolutiones aliquarum quæſtionum, ſeù difficultatum circà munera, & largitiones, quæ à Regularibus fiunt, tàm Sæcularibus, quàm inter ipſos Regulares, non ſervatis Conſtitutionum conditionibus Clementis VIII. & Urbani paritèr VIII. De largitione munerum. Habentur in Biblioth. Conventus Genuenſis Immaculatæ Conceptionis, vbi diem clauſit extremum anno 1675. ætatis ſuæ 89. teſte Fr. Dionyſio Genuenſi, pag. 67. ſuæ Bibliothecæ.

BONAVENTURA OLDENZEEL, in Prov. Tranſiſalana Recollectorum, doctrina, vita, concionibus non Trajecti ad Moſam, ſed Ultrajecti ad Aulenm Rheni veterem, adeò inclaruit, vt ab Epiſcopo Ultrajectenſi Georgio ab Egmont, æterna memoria digno Viro, conſecratus fuerit Epiſcopus Hebronenſis, futurus ejus ſuffraganeus. Scripſit:

Sermones multos, quorum bona pars M. S. in Biblioth. Minor. Lovanij aſſervatur. Obdormivit in Domino Ultrajecti, anno 1539. Ex Uvadingo.

BONAVENTURA OLGIATUS, Italus, Inſuber, Comenſis, Regul. Obſervant. exaravit:

Vitam Merandi Martyris.

Hiſtoriam celeberrimi Templi, dicti, Eremus B. Mariæ Virginis Urbis Suitenſis in Heluetia. Germanicè tranſtulit in linguam Italicam anno 1605. De eo Marracius, part. 1. Bibliothecæ Marianæ.

BONAVENTURA PARAVICINUS, Provinciæ Mediolanenſis, ſcripſit:

Lectiones 37. ſuper quatuor Virtutes Cardinales, ann. 1626. M. S. Uvadingo teſte.

BONAVENTURA PASSERUS, Nolæ ex patre Neapolitano, matre Nolana natus, anno quintodecimo. ætatis Ordinem Minorum Conventualium in Patria ingreſſus, ingenij felicitate, ſtudiorumque aſsiduitate eos fecit progreſſus, vt anno 1588. Doctoratus lauream acceperit, & Gymnaſia Salernitanum, Mediolanenſe, Bononienſe, Neapolitanum, ſumma cum laude ſit moderatus, & ter miſſus ſit ad viſitandum, & reformandum omnia Regni Neapolitani Gymnaſia. Colonienſis Provinciæ factus eſt Miniſter, Bononiæ, & Mediolani, fuit Conſultor S. Officij, & in Urbe Senarum Inquiſitor. Bononiæ ære publico Metaphyſicam prælegit; Neapoli fuit Collegij Theologorum Decanus, Vicecancellarius, & Librorum Corrector; Romæ, demùm in Collegio S. Bonaventuræ Regens, factus eſt Congregationis Indicis Librorum Conſultor. Plura, & luculentèr ſtylo ſignavit. Extant:

Sermones varij lingua Etruſca, impreſsi Neapoli litteris Tarquinij Longi, anno 1603. in 4. apud Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana.

Sermo latiſsimus de Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis, editus Neapoli anno 1605. in 4.

Super Magnificat. Romæ anno 1618. in 4. typis Joannis Baptiſtæ Valentin, vnà cum Officio *Glorioſæ Virginis Mariæ.*

Stemma Gentilitium pro Immaculata Virginis Conceptione. Romæ anno 1623. in Charta expanſa. Lege noſtrum Alva, col. 207. ſuæ Militiæ.

De Seraphico S. P. N. Franciſco, ſcripſiſſe Italicè teſtantur Fabianus Juſtinianus in Indice Univerſali, & P. Garcia, tom. 2. Concionatoris Evangelici. Demùm ſub titulo *Pinacboteca*, publici juris fecit:

De Scientia Dei, volumen in 4. magno. Romæ apud Jacobum Maſchardium anno 1621. Ipſi Fr. Mauritius Cardinus, Minorita:

Paulus adhùc vivens excelſa ad ſydera raptus,
Arcana audivit non retegenda Viro,
Solivagus Paſſer, cui Doctor nexuit alas
Seraphicus, Scoti, & ſtruxit amica manus,
Hoc tibi conceſſum facili petis æra pœna,
Conſiliumque alti Numinis ore canis.

BONAVENTURA PIUS à Coſtaciario, Miniſter Generalis Conventualium electus Anconæ 1543. deindè Epiſcopus Aquenſis, ſcripſit:

Opuſcula quædam in Scoti doctrinam, vt ex Uvadingo, & Sanning accepi.

BONAVENTURA PISANUS, Drepanitanus, Regul. Obſerv. Sacræ Theologiæ Lector, ſuæ Siculæ Mazarienſis Provinciæ à Secretis, & ſemèl, & iterùm Definitoris munere fungebatur ann. 1714. lingua Italica ediderat:

Relationem triumphi, & Octavarij celebrati in Eccleſia S. Mariæ ab Angelo in Ca-

Canonizatione S. Catharinæ Bononienſis. Panormi ex typographia Gaſparis Bajona, anno 1713. in 4. Hæc Antonius Mongitori, tom. 2. Biblioth. Siculæ in Appendice ad tom. 1. littera B.

BONAVENTURA A PLAGIS, Luſitanus, ex Diſcalceatis Provinc. Matris Dei in Orientalibus Indijs, ſcripſit:

Super Regulam Seraphicam, teſte Fr. Hiacyntho à Deo, ejuſdem Prov. alumno, fol. 48. ſui tomi inſcripti: *Via Fratrum Minorum in vitam æternam*, juxtà Conimbricenſem editionem anno 1642. in 4. quam vidi.

BONAVENTURA POLITIUS DE AGNONE, Italus, ex Minoritis Conventualibus Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Regens Studiorum Panormitani Conventus, ex Nicolao Toppi de Scriptor. Neapolitanis, littera B. in publicum miſsit:

Morales effectus varios in libros duos, alterum per proſſam, per perſonomaſiam alterum, diviſos, promotore P. Fr. Franciſco Antonio Colella de Bario in Conventu S. Franciſci Meſſanæ Studiorum Magiſtro. Panormi typis Petri de Inſula anno 1665. in 12.

BONAVENTURA RAPPICCIA, è Caſtro Alferi Diœceſis Aſtenſis Vico in Pedemontio Regul. Obſerv. ſtylo ſignavit:

Dialogum de Rubricis Breviarij, & Miſſalis, adjunctis aliquot obſervationibus Cantus Gregoriani. Vercellis apud Franciſcum Bonatum, anno 1592.

Librum de Caſibus Conſcientiæ per modum Dialogi.

BONAVENTURA A RECINETO, Italus, Picenæ Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, in Romana Curia Procurator Generalis, & Diffinitor, Vir ob inculpatæ vitæ innocentiam, vti Genuenſis narrat pag. 68. inſignem doctrinam, religioſam prudentiam, plenaque decoris, ac candoris conſilia non modò S. R. E. Prælatis, ac purpuratis Patribus charus, ſed etiam ipſiſmet Summis Pontificibus, præſertim Clementi X. admodùm familiaris; à quo Sacri Palatij Apoſtolici Concionator anno 1673. inſtitutus, & in hoc munere ſub Innocentio XI. adhùc perſeverans, adeò in perorando, ac dicendi genere excelluit, vt vulgare ſit apud Auditores illum Prophetæ, & Apoſtoli nomine Virum efficaciſsimum appellare. Prælo ſubjiciendas dedit:

Conciones Adventus, & Quadrageſimæ, quas per 16. annorum decurſum habuit in Palatio Apoſtolico coram Summo Pontifice, & Sacro Cardinalium Collegio. Prodierunt Venetijs ex officina Pauli Baglioni, anno 1693. volum. duobus in fol. Vidi.

BONAVENTURA REUL. ex Aſtenat. Limburgus, Provinciæ Coloniæ, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, aliquoties Guardianus, & tandem Miniſter, ſcripſit:

Synopſim Obligationum Regulæ S. Franciſci. Coloniæ anno 1644. Hæc Uvadingus.

BONAVENTURA A RHEGIO, Civitate Calabriæ primitus Minorita Conventualis, deindè Picenæ Prov. Minorum Capuccinor. Vicarius Provincialis, ac in Romana Curia Generalis Procurator, Vir ſanè virtutibus clarus, ac Verbi Dei declamator inſignis, qui plurimas, per nobiliores Italiæ Civitates, Sodalitates inſtituit, Confraternitates erexit, Orationemque 40. Horarum jam à P. Joſepho Fernenſi inſtitutam plurimum ſua prædicatione illuſtravit, poſteris reliquit opuſculum, ſub titulo:

Methodus celebrandi cum fructu Orationem 40. Horarum, præſertim tempore Quadrageſimæ. Deſcripſit etiam,

Vitam Fr. Bonaventuræ Rhegini Viri maximæ ſanctitatis.

Monumenta Theologica plura M. S. reliquit vti ex Paulo Gualteri in Hiſtoria Calabria exſcripſit Genuenſis, pag. 69. Conſule Arturum ad diem 7. Septembris in Martyrologio Franciſcano. Obijt anno 1572.

BONAVENTURA ROSA A CAVA, Italus, ex Minoritis Conventualibus, humanis litteris excultus, foràs emiſit:

Poema Sacrum cogitationis bonæ. Neapoli per Joannem Dominicum Roncagliolo, anno 1609. in 8. Extat hujuſce mentio in Bibliotheca Neapolitana, littera B.

BONAVENTURA DE ROTA, Italus, Civitatis Cavæ in Neapolitano Regno, Provinciæ Principatus Regul. Obſervant. alumnus, vulgavit:

Poema Sacrum, laudatum à P. Franciſco à Monte Aureo, apud Fr. Blaſium à S. Gregorio in Relatione M. S. laudatæ Provinciæ, in Matritenſi Ordinis Archivio aſſervata. Legi.

BONAVENTURA DE SALINAS ET CORDUBA, Limenſis, Prov. Regul. Obſerv. Lector Jubilatus, à Cenſuris S. Officij, in Provincijs Indiarum Vicarius Generalis, ac in Romana Curia

pro

pro Canonizatione Sancti Franciſci Solani Procurator, edidit in fol.

Breve compendium, ſeù Memoriale magnalium, & dignitatum Imperij Peruviani, ad Philippum IV. Hiſpan. Regem. Matriti 1639. in 4. & Limæ 1630. in 4. Vidi.

Concionem in Exequijs D. Balthaſaris Caroli Auſtriaci Hiſpaniarum Principis. Mexici anno 1647. in 4. Vidi.

Panegyrim de laudibus S. P. N. Franciſci, Limæ anno 1646. in 4. Vidi.

Sermones varios, teſte Fr. Didaco Cordova, lib. 6. Chronic. Prov. Limenſis XII. Apoſtolorum, cap. 7.

Curſum integrum Artium ad prælum paratum habebat Romæ, ait Uvadingus. Præ manibus habuit noſter Sanning, vt ipſe teſtatur in ſua Synopſi. Subdit noſter Alva, col. 208. ſuæ Militiæ approbaſſe librum, ſeù Epiſtolam D. D. Petri Ariquipenſis, *pro certitudine præſervationis Virginis à peccato originali*, vbi ex ſuo adducit *plura pro eodem Myſterio.*

BONAVENTURA SCHIERO, Italus, Regul. Obſerv. Theologus, typis mandavit,

Quæſtiones de Deo Uno, & Trino, Licij anno 1646. in 4. Ex Bibliographia Aniſſoniana juxtà editionem Lugduni factam 1724. pagina 150. Extat hujuſce mentio apud Biblioth. Neapolitanam, litt. B.

BONAVENTURA SECUSIUS. Vide ſuperiùs *Bonaventura Calatagirona.*

BONAVENTURA A SORIA, Luſitanus, Minorita, in Gallia factus, Gallicè edidit:

Compendium Vitæ D. Mariæ Tereſiæ Auſtriacæ, Pariſijs anno 1683. in 12. teſte Jacobo Le-Long, lib. 3. Biblioth. Gallicæ.

BONAVENTURA SPECHAERT, Capuccinus, natione Belga, Patria Bruxellenſis, Provinciæ Flandriæ Concionator, Vir admodùm devotus, religioſa pietate venerabilis, ſcripſit idiomate Belgico opuſculum mira eruditione refertum, ſub titulo:

Speculum patientię Domini noſtri Jeſu-Chriſti, Antuerpiæ apud Joannem Cabaert anno 1632. in 8. De eo agunt Dupin, Uvadingus, ac Genuenſis.

BONAVENTURA STABILIS, Italus, Drepanitanus, ex Minoritis Conventualibus, Sac. Theologiæ Magiſter, Poeſi, & eruditione clarus, tàm a Politioribus Litteris, quàm à Sacris ſtudiis inſignis, integritate, magnaque cum authoritate apud ſuos eminens, edidit, ad Verbi Dei Declamatorum, & Poetarum oblectamentum:

Viridarium Seraphicum miſcelaneorum Divinæ Agiographię. Panormi apud Petrum de Iſola 1648. in 8. Scripſit etiam,

Davidis geſta heroico carmine.

De opere ſex dierum. Floruit ann. 1648. Ipſum laudat Jacobus Le-Long, pag. 971. ac pluribus Antonius Mongitori, tom. 1. Biblioth. Siculæ, litt. B.

BONAVENTURA DE STRONCONIO, Italus, Regul. Obſerv. apud noſtrum Alva, col. 208. ſuæ Militiæ laudatur, ceù Author:

Relationis Provinciæ S. Franciſci, hactenùs mihi ignotæ.

BONAVENTURA TATTI, Genuenſis, Regul. Obſerv. Concionator eloquens, Noviorum Magiſter, in Hiſtoria Sacra, prophanaque verſatus, exaravit:

Relationem Scriptorum Ligurum ex Franciſcana Familia, quam M.S. apud ſe habere fatetur Michael Juſtinianus in ſuo Elencho.

Genealogiam Seraphicam Provinciæ Genuenſis, quæ inter M. S. aſſervatur Romæ in Aracœlitano Cœnobio, ex Auguſtino Oldoino in Athenæo Liguſtico, fol. 117. Antonio Teiſſerio in ſuo Catalogo, edito Genuæ anno 1686. & noſtro Alva, col. 208. ſuæ Militiæ.

BONAVENTURA TELLADO, Hiſpanus, ex Oppido S. Michaelis de Rio Frio, Tudenſis Diœceſis in Galleciæ Regno, Regul. Obſerv. Compoſtellanæ Provinciæ alumnus, Theologiæ Sacræ Profeſſor in Salmantino Cœnobio, foràs emiſit vernaculè:

Promptuarium Tertiariorum S. P. N. Franciſci. Editio auctior, qua vtor, facta eſt Salmanticæ in typographia S. Crucis, anno 1730. in 8. Inſupèr evulgavit opus profectò omnibus Chriſticolis perutile, cujus inſcriptio:

Recens Faſciculus florum. Prodijt ſecundò, & locupletior, Salmanticæ ex officina Antonij Joſephi Villagordo, anno 1732. in 12. Vidi. Sub Florum metaphora, (ſed ſunt flores ejus fructus honoris, & honeſtatis) curioſa eruditione agit in prima parte:

De Doctrina Chriſtiana.
De Confeſſione.
De Communione.
De Oratione, ac ſpiritualibus exercitijs.
De Via Sacra.
De Corona, & Roſario Admirabilis Matris. Amplectitur etiam;

Stationes quinque ad S. Franciſcum P. N. S. Claram, S. Antonium Patavinum, S. Bonaventuram, ac S. Roſam Viterbienſem.

Lautitiam Sacram, ac Rationalem.

Tractatulum de Statu Matrimonij. In parte 2. ad Eccleſiaſticos ſpectante, adducit in medium:

Inſtructionem Ordinandorum, adjecta *methodo concinnandi Bibliothecas.*

Myſteria Divini Officij.

Myſteria Miſſæ.

Spiritualia remedia in gratiam infirmorum.

Multiplices Abjurationes.

Tractatulum pro ſolatio animam agentium. Amplectitur pars tertia pleraque *ſpectantia ad Regularium Viſitationes, Abſolutiones, Benedictiones, Tertiariorum inveſtitiones*, & alia minimè pœnitenda. Vitam agit.

BONAVENTURA THAMAR DE ISTRIA, Minorita devotus, edidit, Uvadingo teſte,

Artem Theoricam benè inſerviendi Deo.

BONAVENTURA THEULUS DE VELITRIS, Italus, Provinciæ Romanæ Minoritarum Conventualium perpetuus Diffinitor, ac Terræ Sanctæ Provincialis Miniſter, Theologiæ, quæ ad mores ſpectat traditus, Latinè ſcripſit, ac publici juris fecit inſtructum volumen, cui nomen factum:

Scotus Moralis pro Confeſſarijs, in quo ea, quæ Subtilis Doctor in quatuor Sent. & Quodlibet. ſparſim docuit, interrogatorij forma inſpiciuntur. Venet. anno 1652. typis Matthæi Leni in 8. Vidi. Et ibidem apud Paulum Baleonium, anno 1661. quo Author ſocius erat, & aſsiſtens ſui Generalis. Ejuſdem apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 534. extat opus prænotatum:

Triumphus Seraphicus Collegij S. Bonaventuræ. Velitris anno 1655. in 4. Scripſit Italicè:

Theatrum Hiſtoricum Velitrarum. Veliterij apud Alphonſum de Inſula ann. 1644. in 4. Vidi.

Apparatum Hiſtoricum Provinciæ Romanæ. Ex Uvadingo, pagina 8. In lucem quoque edidit:

Philoſophiam naturalem Guilielmi Ocham. Romæ typis Joannis Baptiſtæ Robletti, anno 1637. in 4. Vidi. Aſſumptus tandem in Vicariatum Apoſtolicum Conſtantinopolitani Archiepiſcopatus, in lucem dedit:

Decachordum Scoticum, ſivè methodum probativam puritatis Sanctiſsimæ Mariæ Dei-Genitricis. Venetijs ex typographia Petri Guilielmi Caſaſsi, anno 1673. in 4. Vidi.

BONAVENTURA TRAPANS, Diffinitor Provincialis Regul. Obſervant. Provinciæ Siciliæ Vallis de Mazata, Italicè exaravit:

Relationem Solemnitatis B. Catharinæ Bononienſis Panormi factam. Panormi apud Gaſparem Bayona anno 1713. in 4. Vidi.

BONAVENTURA A VERA-CRUCE DE AQUAVIVA, Italus, Regul. Obſerv. Provinciæ S. Nicolai, Theologus, Provincialis Miniſter, ac totius Ordinis Diffinitor Generalis, Vir probatæ vitæ, cujus fama, (uti narrat Fr. Bonaventura Faſſano in Memoriali prædictæ Provinciæ, apud Bibliothecam Neapolitanam, littera B.) per Orbem diffuſa eſt, prælo dedit ſtylo tragico, & carmine Italico, volumen inſcriptum:

Triumphus B. Mariæ Virginis, Eminentiſ. Cardin. Barberino dicatum. Continet 5. Actus, quilibetque Actus in 5. Scenas dividitur cum Sacris Allegorijs, ac SS. PP. ſententijs. Prodijt Lecciæ ex officina Petri Michaelis, anno 1642. in 8. Vidi.

Sermones Euchariſticos 72. diſcurſibus locupletatos, qui ſub prælo erant anno 1653. teſte laudato Faſſano, pag. 55. Curſum conſummavit in Conventu Aquævivæ Panormitanæ Provinciæ, anno 1652. in cujus ſepulchrali lapide hæc carmina ſunt inciſſa:

Vir pius, excellens, doctus, venerandus, honeſtus;
Viva ſi flammis mortis obeſſet aqua.
Hæc Bonaventuræ cineres non clauderet urna;
Urnaque, nec gemitus pectora cuncta forent.
Quis tamen, heù, Lector mortis cita fulgura vitet?
Hæc ſua jura petit, nos ſua jura damus,

Spi-

Spiritus ad Cælos, celeberrima fama per Orbem
Advolat, & cineres hic Aquaviva tenet.
Omne per actum quæ dedit vnuſquiſque reſumit;
Quæ Cæſar; Cæſar, quæ Deus, ipſe Deus.

BONAVENTURA DE VINCENTIA, Tertij Ordinis Viſitator Generalis, collegit:

Omnia decreta generalia illius Inſtituti, & in vnum corpus ad normam regulæ redegit, quam à Rodulpho Cardinali Carpenſi Ordinis Protectore approbari; fratribuſque obſervandam proponi curavit. Illam typis evulgavit anno 1551. ad quam varias collationes, & adnotationes adhibuit Antonius de Sillis, Uvadingo teſte, pag.84.

BONAVENTURA VOLATERRANUS, Minorita, edidit:

Muſicalia laudata à Fr.Antonio Blanch, in *capite Artis Cantus plani*, juxtà Matritenſem editionem anni 1704. in 4. Legi.

BONAVENTURA URBEVETANUS, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Romanæ alumnus, Caroli Cartarij Advocatorum Conſiſtorialium in Urbe Decani patruus, Juris vtriuſque Doctor; ſub nomine Rutilij Cartarij, quo audiebat in ſæculo, edidit:

Conſilia varia Legalia, & in Jure Canonico. Genuenſis ex Biblioth. Aproſiana.

BONAVENTURA ZAMPIZONUS, Italus, de Parma dictus, Bononienſis Provinciæ Minorum Capuccinorum Concionator, ac Novitiorum Magiſter, Vir devotiſsimus, ſed potiſsimum *ergà Matrem admirabilem* pietate celebris, ſermone patrio ſcripſit, ac edidit:

Conſiderationes centum triginta quinque ex ſacris litteris collectas. Parmæ apud Marium Vignam anno 1650. in 4. Ex Genuenſi:

Hiſtoriam de vita, & geſtis SS. Virginum, & Martyrum Catharinæ, Ceciliæ, & Margaritæ. Ibidem apud eundem anno 1650. in 4. Ex eodem:

De Converſione, & Pœnitentia David Prophetæ, & Regis, in 4. Mutinæ apud Bartholomæum Solianum 1647. Vidi. Obijt Parmæ, anno reparatæ ſalutis 1658. ætatis ſuæ 72. haùd abſque ſanctitatis opinione. Agit inſupèr de eo Dupin in Supplemento.

BONETUS N. Minorita inſignis, quem Virum tùm doctrina, tùm pietate ſuo tempore maximè illuſtrem appellat Marracius, tom.1. Biblioth. Marianæ, ſtylo ſignavit ex Toſigniano, ac Uvadingo:

Formalitates in via Scoti. Extremaduræ in Biblioth. Emeritenſis Conventus Regul. Obſerv. ſub C. num. 90. vidi. hujuſce operis editionem antiquam in fol. ſed abſque anno, & loco. De hoc noſter Alva, col. 208. ſuæ Militiæ. *Scripſit*, inquit, *tractatum pro Immaculata Virginis Conceptione, interrupto dialogo juſſu Clementis V. Ita Henricus Uvillotus in ſuis Athenis, Leon, claſſe 6. Piſtoja, fol.158. Hunc exiſtimò fuiſſe diverſum ab Antonio Boneto, Epiſcopo Acernenſi: quia iſte non ſcripſit per modum Dialogi, nec tempore Clementis V. qui regnavit ad annum 1305. ſed tempore Julij II. circà ann. 1500.*

BONIFACIUS AGOSTINI, Italus, de Monte Olmo, ex Minoritis Conventualibus, S.Theologiæ Magiſter Ceſenæ, Viterbij, Florentiæ, ac tandem in Collegio Romano S. Bonaventuræ, Provinciæ Marchiæ Provincialis Miniſter, Vir doctrina, ac moribus conſpicuus, in publicum miſsit:

In 1. Sententiarum juxtà mentem S. Bonaventuræ, tom. 1. in folio. Morte præventus anno 1698. ineditos reliquit in 1. 2. 3. & 4. Sententiarum aliquos tomos, teſte Vincentio Coronelli, tom.2. Biblioth. Univerſalis, num.1593.

BONIFACIUS, dictus BONICELUS, Italus, à Sabia oriundus in Brixia, profeſsione Laicus, ac ſtrictioris Obſerv. alumnus, ſcripſit Italicè:

Chronica de principijs, & progreſsibus Reformationis in Romana Provincia, laudata ab Arturo ad diem 16. Januarij, §. 4. & in 2. editione, §. 6.

Vitam, & geſta piiſsimi, & doctiſsimi Viri Angeli de Pas. P. Vincentius Coronelli, tom.6. Biblioth. Univ. num. 1778. ex P. Cozzando Servita, part.2. cap.238.

BONIFACIUS DE CEVA, Ligur. Marchionum de Ceva filius, Saxoniæ Ducum conſanguineus, I. V. Doctor in ſæculo, habitum ſuſcepit in Conventu Rubei Montis Provinciæ S. Bonaventuræ. Cùm verò probatæ eſſet virtutis, & ſingularis in rebus agendis dexteritatis, factus eſt non ſemel pacis ſequeſter inter Galliæ Prin-

Principes tumultuantes, necnon Provinciæ Franciæ Miniſter, & Commiſſarius Reformator Provinciarum Turoniæ, & S. Bonaventuræ, ac magni Conventus Pariſienſis, qui legibus à ſe conditis omnes ad ſaniorem vitæ rationem revocavit, quos poſteà Leo X. Fratribus Regul. Obſerv. vnivit. Edidit autem Bonifacius:

Harum Conſtitutionum leges, quibus præfatas Provincias compoſuerat, quaſque velut teſtamento illis legavit:

Opus curioſum, quod inſcripſerat *Viaticæ excurſiones, de varijs hominum vitijs ad Joannem Epiſcopum Taurinenſem*. Pariſijs per Joannem Parvum, anno 1518. & 1525. in 4. Vidi. Scripſit inſuper ex Uvadingo:

Reſponſionem ad quandam Apologiam contra ſe factam.

De perfectione Chriſtianâ cum præclaris imaginibus ad Leonem X. Pariſijs per Magiſtrum Bertholdum Rembolt, 1517. die 6. Aprilis. Opus à multis valdè commendatum. Vidi.

Quadrageſimale, & Sermones Paſchales. Ibid. eiſdem typis, ac eodem anno Uvadingo teſte:

Tractatum de Scientia, & arte benè moriendi.

Adventuale. Pariſ. 1512. & 1518. in 4. apud N. Alva, col. 209. ſuæ Militr. Pariſ. naturæ tributum perſolvit, cujus merita ſequens Epitaphium, quod tumulo inciſum aſpicitur, abundè teſtatur:

Fratris Bonifacij de Ceva,
Clariſsimis natalibus orti
Omnique diſciplinarum gloria
Eminentiſsimi,
Ac Provinciæ Franciæ Ordinis Minorum
Miniſtri Præſtantiſsimi
Hìc ſita ſunt oſſa. Anno
MD.VII. Aprilis XII.

Extat hujuſce honorifica mentio apud Toſignianum, Epiſcopum Albenſem, lib. 3. de Scriptoribus Subalpinæ Provinciæ, ſed potiſsimum apud Blaſium de Varda in Epiſtola præliminari laudati Quadrageſimalis.

BONIFACIUS FAUSTUS DE MONTE ULMO, Picenus, Sacrarum Concionum per vniverſam Italiam declamator celeberrimus, varias edidit Conciones:

De S. Carolo, de S. Ignatio, de B. Aloyſio, de S. Sindone, de Clavo Mediolani aſſervato, & alias. Hæc Uvadingus.

BONIFACIUS GALLUS, Provinciæ S. Bernardini Miniſter, Sacræ Theologiæ, ac vtriuſque juris Doctor, edidit anno 1510.

Quadrageſimale, vti teſtatur Illuſtriſſimus Gonzaga in ſuo Catalogo, & Uvadingus.

BONIFACIUS MAES, ex Recollectis Prov. Commitatus Flandriæ S. Joſephi, Lector Jubilatus, Diffinitor, ac ſuper Provincias Germano-Belgicas Commiſſarius Generalis, edidit:

Vocabularium Pſalterij Davidici. Gandavi typis Mauritij Vander 1706. in fol. Vidi.

BONIFACIUS STEPHANUS, Raguſinus, Prædicator Apoſtolicus, & Stagni Epiſcopus, cum à Pio V. Summo Pontifice ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem ablegaretur, circà conſervanda Terræ Sanctæ loca, ſtylo ſignavit:

Librum de perenni cultu Terræ Sanctæ, & de fructuoſa ejus peregrinatione. Prodiit Venetijs ex typographia Guerrea, anno 1573. De eo Uvadingus, Alphonſus Laſſor, fol. 298. ſui *Univerſi calamo delineati*, ac Quareſminus, tom. 1. *Hiſtoriæ Terræ Sanctæ*, fol. 35.

BONITIUS, alijs BONICIUS, S. P. N. Franciſci ſocius in Monte Palumbarum, Vir ſanctitate clarus, ſcripſit:

Legendam S. Franciſci, vti narrat Arturus in Martyrologio Franciſcano, §. 101. in Additionibus ad Decembrem. Refert Illuſtriſ. Gonzaga tempore Clementis VII. Pontif. Max. inventum fuiſſe ejus corpus in Monaſterio Monialium D. Ber-

nardini, quod eſt 6. Provinciæ Bononienſis, cum hoc Epitaphio:

Alter verò Bonicius
Franciſci Patris extitit
Conſors, dùm Verbis Domini
Sacram conſcripſit regulam.

BORELLUS DE APT, Latinè APTA JULIA, cognomen eſt Authoris, cujus nomen mihi hactenùs abſconſum. Natione fuit Gallus, profeſsione Minorita Conventualis, perpetuuſque ſuæ Provinciæ Diffinitor. Materna lingua communis juris fecit:

Vitas SS. Elzearij, ac Delphinæ Tertij Ordin. S. P. N. Franciſci, in 4. teſte Coronelli, tom. 6. Biblioth. Univerſ. num. 2017.

BOUCHER, cognomen eſt cujuſdam Minoritæ Galli, qui patrio idiomate publicavit volumen in 8.

De magnificentijs Divinis Virgini factis in Montana Judeæ. Prodijt Pariſijs, anno 1610. teſte Fr. Petro de Alva, col. 209. ſuæ Militiæ.

BRANDOLINUS SAXO, Minorita, vti Marracius refert ex Fr. Antonio Daza, tract. de Conceptione, cap. 6. fol. 48. librum ſcripſit:

De laudibus Virginis Mariæ. Idem affirmat laudatus Alva, col. 209. ſuæ Militiæ.

BRIDUS (alijs nunc BRINDUS, nunc BUIDUS) Minorita, Sacræ Theologiæ Magiſter, exaravit:

Sermones de Cœna Domini, vti recenſent Uvillotus, Toſignianus, Uvadingus, ac Poſſevinus. Citatur à P. Vincentio Bandello; cap. 24. fol. 48.

BINKELEJUS BINCHIUS, Minorita, vt ex Poſſevino habet Uvadingus, ſcripſit:

Diſtinctiones Theologicas, lib. 1.

Lecturam Sententiarum, lib. 4.

Determinationes, lib. 1.

BRITIUS RHEDONENSIS, Gallus, Britanicæ Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctrina excellens, ac religioſis moribus nitidus, qui, Genuènſi teſte, pag. 70. in Miſsionibus Paleſtinæ, & Ægypti ſuperior deſtinatus, in eo munere per plures annos, non ſolùm laboribus multis, ſudoribus, atque ærumnoſis angoribus infidelium converſioni ſolicitè inſtitit, ſed etiam pro illis ſalvandis vitam propriam prò fundere fervoroſa cordis contentione deſideraverit, ex Latino in Arabicum idioma, in quo fuit egregiè verſatus, tranſtulit non ſine magno labore:

Epitome Annalium Eccleſiaſticorum Cardinalis Baronij. Romæ ex typographia Congregationis de Propaganda Fide, 1653. tomis 2. in 4. Et etiam:

Epitome Annalium veteris Teſtamenti Jacobi Saliani ab Adamo, vſque ad Chriſtum, tom. 2. in 4. Ibidem ex eadem typographia, 1653. & 1655. Vidi.

BRITIUS A RUBROMONTE, Capuccinus, natione Gallus, Pariſienſis Provinciæ alumnus, Vir Regularis Obſervantiæ zelo inſignis, abſtinentia, & carnis maceratione ſingularis, divino amore totus accenſus, & præcipuè erga Sanctiſsimam Crucem Chriſti ita affectus devotione, vt de Cruce omnia ſua texeret eloquia, & ſcripta. Ad hoc, quod Sacratiſsimæ ejuſdem Crucis ſpecies hominum, & maximè Religioſorum mentibus inſideret, confecit:

Opuſculum ad modum meditationum de myſterijs, & virtutibus Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti: quo loco ſit impreſſum, nec ex relationibus habuit laudatus Author Bibliothecæ Scriptorum Capuccinorum, quo teſte pag. 70. obijt Pariſijs inter oſcula, & amplexus S. Crucis, 1627.

BRITO, nullo cognomine addito, Regul. Obſerv. alumnus, Vir, vti ait Toſignianus, ad cantanda Sacra carmina à natura progenitus, ſcripſit, ac edidit:

De Expoſitione Vocabulorum difficilium Sacrorum Bibliorum carmen ſatis cultum, cujus initium:

Difficiles ſtudio partes, quas Biblia geſtant.

Inſupèr

Expoſitiones in omnes Prologos S. Hieronymi, quos Sacræ Scripturæ præpoſuit. Vide inferiùs, verbo *Guilielmus Brito.*

BUCARDUS ZERILLARD, Germanus, qui anno 1666. vivebat, ſcripſit:

Relationem ſuę Provinciæ Auſtriæ, quam M. S. habuiſſe teſtatur noſter Alva, col. 257. ſuæ Militiæ, & alibi.

BRUNO CHASSAING, ex Recollectis Galliæ in Provincia Immaculatæ Conceptionis, ejuſque Miniſter Provincialis, Summorum Pontificum Gregorij XV. & Urbani VIII. in Baſilica Lateranenſi Pœnitentiarius, Vir regulari, ac Theologica diſciplina nulli non impar, poſteris dedit tomum inſcriptum:

Privilegia Regularium, duabus partibus propugnata. Pariſijs apud Edmundum Couteror 1654. in fol. & poſt alias editiones Coloniæ typis Andreæ Brugiotti, anno 1671. in 4. magno. Vidi. Item,

Franciſcanus Rediviuus Regulæ Minor. quam Chriſto dictante conſiderat Interpres, cum quibuſdam ſuper eam adhibitis quæſtionibus. Pariſijs apud Edmundum 1652. in 8. Vidi. Demùm

De Regimine Prælati Regularis. Burdigalæ per Jacobum Mongitonum 1654. in fol. Vidi.

BRUNO NEOSTADIENSIS, Capuccinus, Germanus in Provinciæ Auſtriæ anterioris, cujus fuit alumnus, Concionator magni nominis, ac ſalutis animarum zelo inſignis, edidit patrio idiomate, vti Genuenſis inquit pag. 70.

Conciones per totum anni decurſum, in quinque tomos diſtributas.

BRUNO NEUSSER, Gallus, Lector Jubilatus, ac Cuſtos Recollectæ Provinciæ Colonienſis, Vir in Philoſophicis, ac Theologicis diſciplinis perfectè eruditus, plura luculentèr Latino idiomate ſcripſit, ex quibus ad manus meas devenere:

Polyanthea Theologo-Morali-Canonica, opus egregium, Regularibus, Eccleſiaſticis, Laicis quoque valdè commodum. Moguntiæ annò 1680. in folio magno, ſumptibus Joannis Petri Zubrodt.

Tractatus de Horis Canonicis. Moguntiæ ſumptibus Joannis Baptiſtæ Schon, anno 1669. in 8.

Prodromus velitaris adverſus Hiſtoriam Pelagianam Henrici de Nori. Moguntiæ per Petrum Zubrodt anno 1676. in folio. Latinitati donavit Conciones varias Fr. Petri de Rota, Capuccini, ac ſub titulo:

Hortus floridiſſimus variorum ſelectiorumque diſcurſuum prædicabilium, foràs emiſit quatuor tomis in 4. Moguntiæ, anno 1677. eiſdem typis. Latinum quoque fecit:

Directorium Superiorum Regularium, & Eccleſiaſticorum, Italicè editum à Fr. Evangeliſta Momigno, Minorita. Secundò Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Buſæum, anno 1665. in 4. Vidi. Convertit prætereà ex Italico in Latinum ſermonem, Conciones Fr. Marij Bignoni, Capuccini, tribuſque partibus publici juris fecit ſub hoc titulo:

Encyclopedia, ſeù Scientia univerſalis Concionatorum. Ibidem formis Hermanni Demen, anno 1676. in 4. Iſta eſt correctior editio, quam vidi. Edidit quoque à ſe è Italico verſum in Latinum:

Quadrageſimale, Dominicale, ac Sanctorale, P. Aloyſij Albricij, Socier. Jeſu. Moguntiæ per Joannem Baptiſtam Schenvveiterum, anno 1669. in 4. tomis tribus. Pariter tranſtulit ex Gallica in Latinam linguam:

Sermones per omnes Dominicas totius anni, conſcriptos per Joannem Junium, Presbyterum Oratorij. Moguntiæ litteris Echenvvetteri 1668. in 4. Regali. Inſuper Latinitati donavit:

Aſſumpta prædicabilia ſuper omnia Quadrageſima Evangelia, Italicè conſcripta à Fr. Michaele de Calvo, Tertiario Regulari. Secundò, prodijt Coloniæ Agrippinæ ex officina Joannis Buſæi, anno 1668. in 4. Regali. Vidi. Demùm, ex Fr. Petro de Alva in Militia, col. 255. publici juris fecit Latinè, à ſe conſcriptam:

Summam Prædicabilium Sermonum, duobus volum. in 4. impreſſ. anno 1659.

BRUNO OLOT, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Catalaunienſis, ſcripſit:

De Prærogativis Deiparæ ſemper Virginis, tom. 1. Ex relatione Petri Serra Authoris, libri inſcripti: *Prodigia Sanctorum Angelorum*, Hiſpanicè editi Barcinone 1726. in 8. Legi.

BRUNO PATTENSIS, natione Siculus, Panormitanæ Provinciæ Minorum Capuccinor. Miniſter Provincialis, ac in Provincijs S. Angeli, & Aragoniæ Commiſſarius Generalis; Vir doctrina, prudentia, conſilio, & animi magnitudine præditus, ſcripſit librum:

De Immaculata Virginis Mariæ Conceptione, vti ex Genuenſi, & Fr. Martino Torrecilla exſcribit Mongitori, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

BRUNO RONOVIL, Minorita, Gallus, anno 1696. Latinè ſcripſit opus prænotatum:

Vita Proſſaica admirabilis Servi Dei Fr. Sebaſtiani ab Apparitio. Commemorat hoc opus noſter Fr. Iſidorus à S. Michaele, lib. 4. Vitæ ejuſdem Servi Dei Neapoli editæ in 4. anno 1695. ſubdens operis Authorem Diffinitorem eſſe ſuæ Provinciæ, Provinciam verò reticet.

BRUNO UVIBOT, Belga, Provinciæ S. Andreæ Cuſtos, edidit Gallicè tractatum inſcriptum:

Iter Sanctum animæ. Item,

De Sancta Communione Eucharistica. Hæc Uvadingus.

SANCTA

C

SANCTA CLARA Virgo Aſsiſias, S.P. N.Franciſci clariſsima Diſcipula, cujus hìc Elogium adſcribere placet, è Alexandro IV. (in ſua Bulla, *Clara claris*, edita anno 1255. VI.Kalendas Octobris,
„ anno primo ſui Pontificatus) *Hæc fuit*,
„ inquit, altum ſanctitatis candelabrum,
„ vehementèr in habitaculo Domini ruti-
„ lans, ad cujus ingentem ſplendorem
„ plurimæ properaverunt, & properant,
„ ſuas in illius lumine lampades accen-
„ dentes. Hæc profectò in agro Fidei
„ plantavit, & coluit vineam paupertatis,
„ de qua fructus ſalutis pingues, & divi-
„ tes colliguntur. Hæc in prædio Eccle-
„ ſiaſticæ humilitatis hortum conſtituit,
„ multiplici rerum conſertum inopia, in
„ quo magna virtutum copia reperitur.
„ Hæc in religionis diſtrictu, arcem arctæ
„ abſtinentiæ fabricavit, in qua larga ſpi-
„ ritualis alimoniæ refectio miniſtratur.
„ Hæc fuit pauperum primiceria, Duciſſa
„ humilium, Magiſtra continentium, &
„ pœnitentium Abbatiſſa. Hæc ſuum Mo-
„ naſterium, creditamque in illo ſibi Fa-
„ miliam, ſolicitè, ac prudentèr in timo-
„ re, ac ſervitio Domini, & plena Ordi-
„ nis Obſervantia gubernavit; vigil in cu-
„ ra, in miniſterio ſtudioſa, in exhorta-
„ tione attenta, diligens in admonitione,
„ in correctione moderata, temperata in
„ præceptis, in compaſsione præſtabilis,
„ diſcreta in ſilentio, in ſermone matu-
„ ra, & conſulta in cunctis ad perfectum
„ regimen opportunis, volens magis fa-
„ mulari, quam dominari, & honorare
„ potiùs, quam honore ſuſtolli. Hujus
„ vita erat alijs eruditio, & doctrina. In
„ hoc libro vitæ, cæteræ vivendi Regu-
„ lam didicerunt. Hactenùs Chriſti Vicarius. Scripſit noſtra Virgo prudens:

Teſtamentum, *ſeù Teſtamenti ſui pias Tabulas ad Sorores*. Italicè extat apud tom.1. Chronic. Ordin. Fr.Horatij Diola, Minoritæ, lib.8. cap.25.

Epiſtolas plures ad eaſdem.

Epiſtolas quatuor ad B. Agnetem de Bohemia, Latinitati donatas habes apud Danielem Papebrochium ad diem 6.Martij. Sexaginaria obdormivit in Domino anno 1253. cujus Corpus magna pompa defertur Aſsiſij, ſepeliturque ad S. Gregorium. Nàm quemadmodùm Summus Pontifex Innocentius IV. pauló ante è Peruſio Aſsiſium venerat ad mortem languentem viſitaturus: ſic & audito ejuſdem Virginis obitu, idem Chriſti Vicarius Aſsiſium iterùm repetijt cum Cardinalibus, & copioſo Prælatorum cœtu; illicque ejus Exequias peregit, Cardinali Epiſcopo Hoſtienſi interim concionante, ac Sanctæ Virginis Claræ virtutes commendante. Hinc Alexander IV. poſt duos annos elapſos à glorioſo ipſius tranſitu, ob ingentia miracula ad ejus invocationem divinitùs operata, illam inter Sanctas Virgines cenſuit ſolemnitèr annumerandam anno 1255. apud Agnaniam in Eccleſia Majori. Plura Uvadingus, tom. 1. & 2. Annalium, & pluribus Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 12. Auguſti. Ejus elogium hocce Diſticho perſtrinxit Joannes Bachotus ad 12. Auguſti in Faſtis Chriſt.

Umbria dicebar, potero nunc Claria dici:
Sol mihi Franciſcus, claraque Luna micat.

SANCTA CATHARINA BONONIENSIS, anno Chriſti 1413. die 8. Septembris, Bononiæ claris orta parentibus, Ferrariæ educatur, quæ creſcente ætate, ita crevit virtute, & ſanctitate vitæ, quod annos nata 11. ſuperno impellente ſpiritu, D.Claræ Ordinem ingreſſa apud Monaſterium Corporis Chriſti Ferrariæ, talem vitæ rationem inierit, vt ab eo, qui temporum intervallis ad docendum non habet opus, brevi inſtrueretur: & Divinis viſionibus, quas frequentes habuit, aptaretur. Multas enim revelationes habuit, tùm de Verbi Incarnatione, tùm de B. Deipara, & de Seraphico P. S. Franciſco, alijſque Sanctis, & Angelis. Vidit etiam animam B. Joannis de Toſigniano, Epiſcopi Ferrariæ, in Cœlum inter Angelorum agmina evolantem. Ejus ad venerabile Euchariſtiæ Sacramentum devotio incredibilis omninò fuit: cum integras noctes, eaſque plurimas inſomnes, illius

contemplationi intenta duxerit. Ejus eximias virtutes recenſet Brautius in Martyrologio Poetico, Jacobus Graſſetus Italicè, Uvadingus, tom. 5. & 6. Annalium, & pluribus Arturus in Martyrolog. Franciſcano ad diem 9. Martij. Id tantum dixerim Faſtis Sanctorum adſcriptam eſſe à Chriſti Vicario Clemente XI. anno 1712. die 22. Maji. Superſunt ejus ingenij, ac pietatis præclara monumenta. Scripſit enim propria manu idiomate Latino, quod egregiè callebat:

Roſarium metricum de Myſterijs Paſſionis Chriſti Domini, & de Vita B. Mariæ Virginis. Incipit: *Roſarium antiquum, & devotiſsimum Beatiſsimæ Matris Dei, Virginum Virginis, humillimæ, puriſsimæ, ac digniſsimæ; non minùs hiſtoricum, quam contemplativum, vt penitùs excluſa ſint, & intelligantur, ſi quæ apocripha aliquibus fortaſsè viderentur: à me Catharina, Moniali, ac Serva viliſsima, indigna, & inutili, hic in Conventu Sanctiſsimi Corporis Chriſti Ferrariæ; ad Dei Filij, & Matris gloriam, & honorem, ob ſingulariſsimam, infraſcriptam ibidem, noſtra in Eccleſia à me obtentam; inſpiratè conſcriptum.* Conſtat quinque mille ac 10. ſuprà Seſcena carmina Exametra. Vide Fr. Euſebium Gonzalez, tomo 5. Chron. Ordinis, lib. 4. cap. 1. & cap. 24. Italicè autem:

Libellum de ſeptem armis neceſſarijs ſubeunti Certamen ſpirituale. Incipit: *Con riverenza prego.* Bononiæ per Hieronymum Platonem de Benedictis 1511. in 4. Vidi. Hiſpanicis communem fecerunt Illuſtriſsimus Ulyſsiponenſis, & Fr. Joannetinus Niño in Chronic. Ordinis.

Libellum de Revelationibus ſibi factis. Cujus Authographum apud Sanctimoniales prædicti Monaſterij aſſervatur, & exemplum habent in membranis Sorores Monaſterij de Corpore Chriſti Ferrarienſis, vbi Sacrum ſuſcepit Inſtitutum. Prodijt in lucem primò Bononiæ apud Platonem Benedictum, anno 1511. ſecundò ibidem penès Hæredes Hieronymi Benedicti, anno milleſsimo quingenteſsimo trigeſsimo ſexto. Tertiò Venetijs anno 1583. De hoc Libello ita cenſet Poſſevinus: *Pleraque* dùm libellus hìc contineat, quæ „ altam pietatem, & ſapientiam ſpirent, „ non parum ſibi conſulet, qui eum attentè perlegens ſuo inſcribat cordi, atque „ adeò in rem conferat, quippè in ſexu „ etiam fragili mirabilis eſt Deus, vt animus nemini deſpondendus ſit, qui ſeriò „ imitandæ Sanctorum vitæ ſe *addixerit.* Vidi aliam editionem factam Venetijs per Petrum Deuchinum, anno 1571. in 4. Codex, quo Uvadingus noſter vtebatur, ita habebat Italicè in fine operis: *Scripſi librum hunc mea manu ex Divina inſpiratione in Monaſterio Corporis Chriſti Ferrariæ in cella floreis cooperta, eo tempore, quo Reverenda Mater, & Soror Thadæa, Germana Dom. Marci de Pijs erat Abbatiſſa, circà annum 1438. & dùm vixi, nulli unquam oſtendi.*

Opuſcula varia ligatò, ac ſolutò Sermone, apud Archivium prædicti Monaſterij Bononienſis aſſervata, de quibus laudatus Gonzalez, ibid. fol. 383.

Sermones ad Sacras Virgines, Latinitati donatos à Joanne Antonio Flaminio Foro Cornolienſi, impreſſoſque Bononiæ per Hieronymum de Benedictis, anno 1522. in 4. & ibidem apud Joannem Baptiſtam Ferreni 1653. in 4. Vidi. In Epiſtola nuncupatoria Sacris in Bononienſi Monaſterio Corporis Chriſti Virginibus, his verbis „ dignè commendantur: *Fecit Latinum* „ rogatu veſtro Sacræ Virginis præclarum B. Catharinæ Bononienſis libellum, „ quæ noſtra ætate magna cum laude, ac „ ſanctitatis fama veſtro iſti Monaſterio „ præfuit. Quem quidem libellum vernaculo ſermone à ſe compoſitum propria „ ſcriptum manu reliquit, Divinum ſanè, „ ac tantæ vtilitatis opus, vt, quod ad „ excitandos, ac impellendos ad veræ cultum Religionis animos attinet, nihil „ vehementiùs, ac efficaciùs legerim, eſt „ enim miris adeò refertum præceptis, ac „ documentis, vt parvo quidem corpore „ ingentia æquet Sanctorum, quæ ſimilem materiam complexa ſunt, *volumina.* Otij fallendi gratia: *Breviarium, quod hodie apud Moniales prædicti Monaſterij Bononienſis conſpicitur, ſcripſit, & varijs figuris Chriſti, & B. Mariæ Virginis exornavit.*

Ad Cœlum migravit Bononiæ anno 1463. cujus Sacrum Corpus incorruptum hucuſque perſeverans, ſumma veneratione afficitur. Quod neceſſarijs quibuſdam de cauſis, ab ejus ſeparatione ab anima diverſas ſedes tenere coactum eſt. Nam primò in communi Sororum Sarcophago tumulatum: indè opera Illuſtriſsimi Cardinalis Angeli à Capranica, Tituli S. Crucis, Bononienſis Legati, ad loculum in modum Altaris ſibi erectum, non procùl ab Euchariſtiæ Sacramento, translatum fuit. Undè quoque exigentibus id pijs Bo-

Digitized by Google

Bononienſium deſiderijs, exhumatum, propè cratem ſedens, omnibus proſpiciendum, ſtetit facie, manibus, pedibuſque diſcoopertus, prout ipſe vidi anno 1723. cui & ſequens hæret Epitaphium:

Hoc Corpus quod cernitis incorruptum D. Catharinæ Bononienſis eſt, quæ Monaſterium prima cum paucis ædificari curavit: quod multos annos mirabili ſanctimonia rexit, & gubernavit. Cùm verò ex humanis deceſsiſſet, humi ſepulta fuit, cujus Corpus decimo nono die poſt ipſius Exequias, maximo Populi concurſu, & totius Civitatis admiratione, integrum, (vt nunc cernitis) & odore ſuaviſsimo flagrans, repertum eſt. Multa quoque ſigna ſanctitatem ejus atteſtantia ſubſequuta ſunt. Obijt anno Domini 1463. die nono Martij.

B. COLETA, ex Corbeja, Veromanduorum Oppido, in Diœceſi Ambianenſi, quæ ab infantia virtute omninò adhærens, ac Regulam S. Claræ profeſſa, ſpecialibus gratijs, ac mirandis favoribus à Sponſo ſuo Jeſu Chriſto decorari meruit: præter prophetiæ donum, donumque linguarum, quas eam ars, aut natura non docuit, difficilimos Theologiæ nodos, rogantibus doctis, tàm facilè ſolvebat, vt ipſi teſtarentur, nonniſi cœlitùs illuſtratam id facere poſſe. Hæc ergo Sanctiſsima Virgo, quàm vniverſo in Ordine Seraphico annuo veneramur officio, à Deo ſæpiùs, & mirabilitèr excitata, vt Fratrum Minorum, & Clariſſarum inſtituta ad primævum Seraphici Patriarchæ rigorem reſtauraret, Reformationem ſuam, non ſine ſpeciali Divini Numinis aſsiſtentia, in Burgundia, & Sabaudia, per Gallias vniverſas, & per vtramque Germaniam, tùm reformatis antiquis, tùm plurimis de novo conſtructis Monaſterijs, in immenſum dilatavit. Ut autem ſolidiori firmitate, atque vniformitate in Seraphicæ perfectionis rigore conſervarentur, conſcripſit;

Leges ſuæ arctiſſimæ reformationis, quarum confirmationem obtinuit à Concilio Baſilienſi (dùm adhùc Eugenio Pontifici ſanctè pareret) & publicationem à Miniſtro Generali Gui'ielmo de Caſali. Publici juris fecit Statuta hæc accuratè probata Fr. Dominicus Gubernatis tom. 2. *Orbis Seraphici*, lib. 11. cap. 10. à pag. 731. vſque 749. Ad Sponſum migravit Gandavi die 6. Martij, anno 1447. vbi ingentibus ſignis coruſcat, & magna veneratione colitur. Præclara ejus facinora ſcriptis ſuis commendarunt Uvadingus, Surius, & alij plures apud Arturum in Martyrologio Franciſcano die 6. Martij, §. 9. & Sermone Hiſpano Illuſtriſ. Fr. Damianus Cornejo in Chronic. Ordinis tom. 4. lib. 3. Ejuſdem cum laude meminit Cornelius Alapide in Epiſt. primam D. Petri, cap. 2. & Marracius in ſuis *Lilijs Marianis*, pag. 84. §. 19.

B. CLARA A MONTE FALCONE, Vallis Spoletanæ, quam ſibi variè vindicantes non ignobiles Viri Auguſtinianæ Familiæ, ac Ordinis Minorum, ſuis calamis illuſtrant, S. Auguſtini Regulam per decem & octo annos (ſed veſte Franciſcana Tertij Ordinis, cui primum nomen dedit, retenta) obſervavit propter quod Sacra Cardinalium Congregatio Interpretum S. Concilij Tridentini, orta lite inter Franciſcanos, & Auguſtinianos, decrevit, vt Virginis corpus indueretur Habitu Ordinis S. Auguſtini, necnon picturis, & imaginibus de ea factis aptaretur habitus, & color, qui eidem Ordini conveniant. *Reliqua*, vti inquit Haroldus ad annum Chriſti 1308. num. 17. *Habeant Franciſcani, Tertij Ordinis S. Franciſci vitæ normam per annos ſexdecim, perpetuum ab infantia magiſterium, & educationem, curam pro defuncta, & pro ſolemni ejus apotheſi, perpetuam poſſeſsionem Franciſcanæ veſtis, qua defuncta corpus duobus integris ſæculis, & annis ſeptuaginta indutum fuit, & liberè depictum, ob quæ non temerè viri doctrina, & ſanctitate viſta illuſtres BB. Cherubinus Spoletanus, Bernardinus Feltrenſis, Michael à Carcano Mediolanenſis, & alij recentiores Sacram hanc Virginem Franciſcanis attribuunt.* Sanè quotannis ejus feſtum colitur in toto Orbe Seraphico. Ejus non potui non meminiſſe in hac Bibliotheca; tùm *quia doctrina divinitùs infuſſa falſa Hæreticorum dogmata confutavit, ac Philoſophis quæſtiones altiſsimas proponentibus ſatisfecit*, vti canunt RR. PP. Auguſtiniani in

In ſecunda lectione 2. Nocturni ſui Officij proprij. Tùm quia teſte ex Uvadingo, Haroldo præcitato ibidem, §. 13. *Infuſſa ſcientia, & prophetia dono ita Chriſtus illam illuſtravit, vt reconditos Bibliorum ſenſus facilè reſeraret, pacem ſcriptis litteris inter vicinas Urbes bello commotas reconciliaret, futuros rerum eventus verè prænuntiaret, & latentia cordium ſecreta revelaret.* Placidè ſpiravit, relictâ facie rubicunda, corporeque vegeto, & viventi ſimillimo die 16. Kal. Septembris, anno 1308. Eo præcipuè famoſiſsima facta eſt: quod cum eſſet Sanctiſsimæ Trinitatis devota cultrix, tres globuli magnitudinis nucis avellanæ in ipſius veſicâ fellis reperti ſunt incognitæ materiæ ſibi invicem per omnia ſimillimi, & ita pondere pares, vt nec eorum duo præponderarent tertio, nec omnes tres ſimùl vnicuique ſeorſimi quo ineffabile Myſterium Divinæ Trinitatis mirificè repreſentatur. Nec minùs admirandum eſt, quod cum Chriſti ſui Paſsionem inter meditandum acerbe defleret, Dominus illi Crucem humero bajulans apparuit anno, tùm ætatis Claræ 25. & in ejus corde mirabili ordine, & artificio, quod Uvadingus per partes deſcribit, ex ipſa cordis ſubſtantia, ſui ipſius Crucifixi effigiem muliebri pollicè longiorem, & præcipua Paſsionis inſtrumenta, Coronam ſpineam, tres Clavos, lanceam, ſpongam, flagella, columnam cum ſuis funibus, & ſyndonem ita efformavit, vt licet carnea ſint, colorem tamen, & duritiem præferant earum rerum, quas repreſentant. Eaque omnia in de mortuæ Claræ Viſceribus reperta, poſt publicum examen approbata ſunt, & adhùc hodie pijs advenis in eo Monaſterio monſtrantur cum ipſo corpore S. Virginis adhùc integro, & incorrupto. Ejus acta Hiſpanicè conſcripſit Illuſtriſsimus Fr. Damianus Cornejo in ſuis celebertimis Ordinis Chronicis, tom. 3. poſt Illuſtriſsimum Fr. Marcum Ulyſsiponenſem. Conſule Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 17. Auguſti, & Uvadingum in ſuis Annalibus.

CÆCILIA COPPOLA, Peruſina, Monaſterij Fulginatis S. Luciæ Clariſſa, Græcis, & Latinis litteris inſtructa:

Hiſtoriam Clariſſarum hujus Monaſterij à V. Alexandrina ſua chariſsima Magiſtra inchoatam, vnà cum alijs continuavit vſque ad annum 1500. quo obijt die 2. Januarij. Pertractant de ea Petrus Antonius de Venecia, Benedictus Mazara, Haroldus ad annum Chriſti 1454. num. 4. Ejus vitam ſermone Hiſpano conſcripſit Fr. Euſebius Gonzalez, tom. 7. Chron. Ordinis, lib. 4. cap. 27.

CÆCILIA MESSANENSIS, Monialis Clariſſa in Monaſterio Montis Virginum diſcipula in regulari diſciplina B. Euſtochiæ Abbatiſſæ ejuſdem Monaſterij, ſcripſit Italicè, ex Octavio Cajetano in animad. ad tom. 2. Sanctorum Siculorum & Placido Samperio in Iconolog. lib. 3. cap. 8.

Vitam B. Euſtochiæ Abbatiſſæ Monaſterij Montis Virginum. Aſſervatur M. S. in eodem Monaſterio ex quo ejuſdem Euſtochiæ vitam condidit, ac edidit Franciſcus Maurolicus, eamque, vti obſervat Antonius Mongitore, tom. 2. in Appendice ad tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, editam habes apud Cajetanum citatum in tom. 2. Sanctorum Siculorum, pag. 258. Claruit anno 1490.

CÆCILIA NOBILI DE NOCERIA, in Umbria, nondùm anno ſexto ſupra decimum expleto cinericiam S. Claræ Togam ſibi arrogavit in Monaſterio S. Joanni Sacrato Noceræ Urbis. A Divina ſapientia hæc Sponſa Chriſti edocta in ſcholaque orationis divinitùs illuſtrata, ob obedientiæ præceptum ſcripſit:

Practicam vtiliſsimam finis, intentionis, ac deſiderij omnium actionum, quæ omnium vtilitati lucem aſpexit Romæ, vnà cum ejus vita anno 1660. opera, & labore P. Michaelis Angeli de Nocera Congregationis Oratorij, ſuique Confeſſarij. Iterùm typis liber hic commiſſus fuit pro perſonarum ſpiritualium, & devotarum conſolatione. Pane vitæ ſuſcepto in Cœlum migravit 24. Julij, anno 1655. ætatis annis 25. Religionis 9. Juſſu Noceríenſis Epiſcopi apertum ejus corpus viſæ ſunt duæ ſagittæ triangulari forma, vna quaſi mucronis, altera etiam mucronis plus acuti. Reſeratum igitur cor ingravatæ in interiora ejus erant duæ carneæ diſciplinæ raro artificio retortæ, circum circà aliquibus punctis obſcuri coloris. Extat ejus honorifica mentio apud Fr. Petrum de Venecia, part. 5. tom. 2. Hortuli Seraphici.

CÆSAR LANZA, ſivè LANCEA, Minorita Patavinus, ſcripſit:

Commentarios in Prædicabilia Porphyrij.

Quæſtionem de Reactione.

De Sacrificio Miſſæ. Ex Toſigniano, Uvadingo, & Sannig in Synopſi.

CÆ-

CÆSAR LIPPUS, Mordanus, Epiſcopus Cavæ in Regno Neapolitano, Theologus, & Eccleſiaſtes inſignis, edidit:

De Perfectionibus, & laudibus B. Virginis, lib. 1. Ex Uvadingo.

CÆSARIUS A ROMA, Minorita, Italus, exaravit:

Stellarium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Mariæ. Dicatum D.D. Petro Paulo Creſcentio Cardinali Præneſtino, & Urbevetano in Sacro Immaculatæ Conceptionis typo, &c. ſuper illud: Vas admirabile opus excelſi. Extat cum pulchra imagine Conceptionis ejus elogijs, & dictis aliquorum Sanctorum, ac Fratrum Ordinis Minorum impreſſum in Charta expanſa Neapoli, anno 1626. Conſule Alva, col. 263. ſuæ Militiæ.

CALLIXTUS DE AQUILA, Minorita, Authore mihi Fr. Petro de Alva, tabula 1. operis ſui prænotati *Portentum gratiæ*, conſcripſit:

Catalogum Virorum illuſtrium Ordinis Seraphici. Impreſſum anno 1601.

CALLIXTUS NEAPOLITANUS, Regul. Obſerv. Sacræ Theologiæ Profeſſor, publici juris fecit:

Libellum de triplici ſtatu animæ humanę juxtà principia Theologorum, & Philoſophorum. Romæ apud Joannem Marinellum, anno 1586. & 1588. in 8. De ipſo poſt Toſignianum, & Uvadingum agit Nicolaus Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana.

CALLIXTUS A NEUBERGA, Minorita, Germanus, ſcripſit anno 1546.

Repertorium utriuſque juris aſſervatum M. S. in Conventu Annuntiatæ Variſij, uti Uvadingus teſtatur.

CAMILLUS ANGLERIA, Cremonenſis, ex Tertio Ordine Regulari, recenſente Bordonio in ſuo Chronologio in Syllabo Scriptorum, opus edidit Italico idiomate:

Muſicalium compoſitionum. Mediolani formis Georgij Rollam anno 1622.

CAMILLUS BENE, Italus, Mediolanenſis, Minorita, de Indulgentijs ſcripſit, in publicum mittens opus prænotatum:

Compendium ſpiritualium Theſaurorum Seraphico Ordini conceſſorum. Romæ anno 1558. in 12. apud noſtrum Alva, col. 264. ſuæ Militiæ Univerſalis.

CAMILLUS CÆSAREUS, Eboliſanus, Italicè, teſtibus Toſigniano, ac Uvadingo, ſcripſit:

De Chriſtiana amicitia. Inſupèr, foràs emiſsit:

Sermones varios, uti ex Antonio Daza exſcribit laudatus Alva, col. 264. ſuæ Militiæ.

CANDIDUS BROGNOLO, Bergomenſis, ex Minoritis Reformatis, Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir ſanè eruditus, Latinè ſcripſit, ac emiſsit:

Manuale Exorciſtarum, ac Parochorum. Bergomi apud Marcum Antonium Rubeum 1651. Lugduni 1658. & Venetijs apud Nicolaum Pezzana 1702. in 4. Vidi.

Alexicacon, ſeù de Maleficijs. Venetijs 1714. tomis duobus in 4. uti legitur pag. 30. Bibliographiæ Aniſſonianæ, editæ Lugduni 1724.

Speculum Clericorum, tàm Sæcularium, quàm Regularium, in quo omnia, quæ ad eorum mores, privilegia, obligationes, Sacramentorum, Sacramentaliumvè ſuſceptionem, & adminiſtrationem, ac pœnas Canonicas reſpiciunt, diſtinctis reſolutionibus juxtà priſca, ac nova jura Pontificia dilucidè, ac methodicè conſpiciuntur. Venetijs apud Valvaſenſem 1664. Italicè inſupèr:

Leo victor docens Principem, Clienteſque, modum hoſtes infideles frangendi pugna, & cooperandi exaltationi noſtræ Fidei. Venetijs apud Baba 1653. Authore mihi Donato, part. 2. ſuæ Scenæ Litterariæ, fol. 19.

De Regularibus. Ejus tractatum tertium in medium adducit noſter Caſtel ſuper 2. Sententiarum, fol. 348. quæſt. 8. num. 41.

CANDIDUS RANZUS, ſeù RANZEUS, Vercellenſis Regul. Obſerv. Vir, tàm generis nobilitate, quàm doctrina, præcipuèque pietate inſignis, de quo narrantur, & miracula, grande congeſsit volumen in tres libros diſtinctum, quod prænoravit:

De Statu ſpirituali Mundi. In primò agit de Mundi erroribus: In ſecundò de Hominis miſeria: In tertiò de Relaxatione diſciplinæ Eccleſiaſticæ. Item edidit:

Salutationes ſeptem ad glorioſam Virginem Mariam. In quibus explicantur meditationes recolendæ in Recitatione Coronæ ejuſdem. Obijt 17. Septembris anno 1515. in Oppido S. Georgij Canapicij ad cujus tumulum hoc appoſitum extat Epitaphium:

* * *

D.

D. O. M.
Candidus Ranzus Vercellenſis,
Qui majoratus dignitate Eccleſiæ Vercellenſis
Contempta,
Seraphicam Religionem Minorum intravit,
Hìc fuit tumulatus,
Ubi multis fulget miraculis.

Ejus acta habentur in 4. parte Chronicorum Bartholomæi Cimarelli, lib. 4. cap. 62. De eo ſcribunt Franciſcus Auguſtinus, ab Eccleſia, Marracius, Andreas Roſſotus *in Syllabo Scriptorum Pedemontij*. Britius, lib. 3. Uvadingus, & alij. Hujus V. Viri vitam edidit Franciſcus Ranzus, vt ſuo loco dicemus.

CAROLINUS GRIMALDUS, Genuenſis, Minorita, Author fuit:

Hiſtoria Martyrij V. Monaldi Anconitani, Franciſci, & Antonij, quorum reliquæ apud Armenos maxima cum reverentia aſſervantur. Teſtantur Rodulphus, & Raphael Sopranus, apud Athenæum Liguſticum P. Oldoini. Conſule Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 2. Martij, qui num. 1. illum appellat *Carlinum de Grimaldis*. Floruit circà annum 1290.

CAROLUS ABAVILLÆCIS, Gallus, Provinciæ Pariſienſis Minorum Capuccinorum, Diffinitor, ac Divini Verbi Declamator pijſsimus, Vir, apud Genuenſem, pag. 70. doctrina, animi prudentia, morum compoſitione, ac religioſa pietate ſatis commendatus, ſcripſit, ac prælo dedit Gallico idiomate:

Tractatum de Sacramento Matrimonij, in quo ſunt plurima, ac pijſsima documenta pro perſonis conjugatis, vnà cum exercitijs pietatis erga Beatiſsimam Virginem Mariam, & S. Joſeph, verſibus varijs illuſtratum. Pariſ. apud Dionyſium Thierry anno 1659. Scripſit inſupèr:

Hiſtoriam Chronologicam S. Coletæ, vti Arturus teſtatur in ſuo Gynæceo, die 25. Januarij, §. 8.

CAROLUS ANGELI A SANCTA CONSTANTIA, Diœceſis Fanenſis, Sacræ Theologiæ Magiſter, Provincialis Miniſter Provinciæ Marchiæ Minorum Conventualium, ac Generalis Viſitator, Vir eruditione clarus, communis juris feri-

Prima elementa Pœnitentiæ, Italico idiomate, Franciſco Cherubino Cardinali dicata. Piſauri 1648. in 4. M. S. reliquit Latinè:

De Motu proprio ex Mechanicis. Floruit anno 1670. vt tom. 3. ſuæ Bibliothecæ Univerſalis, num. 2993. refert Fr. Vincentius Coronelli.

CAROLUS DE AREMBERGH, Capuccinus, natione Belga, Patria Bruxellenſis, in ſæculo dictus Antonius, Comes de Senaghen, nobiliſsima ortus progenie (vtpotè filius Principis de Arembergh, & Ducis de Areſcot) Concionator eximius, & eruditus, Sacræ Theologiæ, ac Divinarum Litterarum ſapientiſsimus Interpres, Provinciæ Flandriæ pluries Miniſtrum egit. Nihilominùs, vti Genuenſis narrat pag. 71. ſuæ Bibliothecæ, quamvis propter ſingularem ejus doctrinam, animi conſtantiam, generis nobilitatem, religioſam, & Apoſtolicam vitam in rebus arduis, ac difficillimis pertranctandis prudentia, & dexteritate, præcipuis Europæ Regibus, & Principibus fuerit chariſsimus, & ideò toto ferè Chriſtiano Orbi venerabilis; ab omnibus tamen honoribus, ac dignitatibus extrà Religionem tantum abhorruit, vt ſæpiùs multas oblatas, etiam in Eccleſia Dei primarias, generoſo mentis contemptu omnes deſpexerit. Scripſit Latinè, & evulgavit librum ſub Epigraphe:

Clypeus Seraphicus, ſivè Scutum veritatis in defenſionem Annalium Fratrum Minorum Capuccinorum. Coloniæ apud Munichum 1643. Inſupèr elaboravit, ac ingentibus ſuorum conſanguineorum ſumptibus excudi, & incidi laminis æneis curavit tomos duos in fol. ita inſcriptos:

Flores Seraphici, ſivè Icones, in quibus continentur vitæ, & geſta Virorum illuſtrium Capuccinorum, qui ab anno 1525. vſque ad annum 1612. in eodem Ordine

mi-

miraculis, ac vita ſanctimonia floruerunt. Coloniæ Agrippinæ apud Conſtantinum Munichum anno 1640. & iterùm Antuerpiæ eodem anno, poſtremò Mediolani anno 1648. Vidi. Ad præmium evocatur in Cœnobio Antuerpienſi 1669. ſeptimo Kalendas Septembris. Extat hujus honorifica mentio apud Uvadingum, & laudatum Genuenſem. In operis encomium plura cecinit Fr. Benedictus Leodienſis, ex quibus ſequentia ſubjicio:

Munus Deorum eſt: fama Penatibus
Aptare, Cœlum jungere cum ſolo,
Rurſuſque mortuos Beatis
Germinibus renovare flores.

Munus Deorum eſt: dùm modica manu
Trophea Patrum Seraphici Ordinis
Imagines, vitaſque, & acta
Claudis honoribus æviternis.

CAROLUS AUSTRIACUS, & V. hujus nominis, Romanorum Imperator Auguſtus, Catholicus Hiſpaniarum Rex, virtutibus pace, belloque Regijs præclarus, Tertij Ordinis Franciſcani alumnus, cujus in Ordinem noſtrum, & merita, & beneficia eximia, ac penè immenſa ſunt; Xenophontem, Cæſarem Julium, ac Jacobum Aragonium imitatus, ſcripſit:

Hiſtoriam rerum à ſe geſtarum Gallico idiomate. Valerius Andreas in Bibliotheca Belgica, quo teſte, Idiomate Flandrico exaravit, quæ Latinè circumferuntur, nempè:

Conſtitutiones Politia, & Reip. Imperialis, de judicijs capitalibus, & de pace publica tuenda, Interprete *Juſtino Goblero*. Francofurti 1565. in fol.

Epiſtola ad Clementem VII. Pont. Max. qua ab eo petit generalem Chriſtianorum omnium Congregationem. Baſil. typis Crattandi.

Epiſtola ad Cardinales, de eadem re ibidem excuſa.

Oratio habita in Conventu Ordinum Generalium Bruxellis. Florentiæ 1556. in 4. Mitto ejus *Edicta*, ac ſalubetrimas *Conſtitutiones*, necnon *Apothegmata varia.* In Scriptorum cenſum refertur etiam à D. Nicolao Antonio, tom. 2. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 318. Vide Marracium in Bibliotheca Mariana, & noſtrum Alva, col. 265. *ſua Militię.* Obijt, & pijſsimè, in Monaſterio S. Juſti Sodalium Hieronymianorum, anno 1558.

CAROLUS BELLEUS, Siculus, ex Minoritis Conventualibus, Vir doctrina clariſsimus, Philoſophicis, ac Theologicis ſcientijs inſignitèr excultus, Eccleſiaſtes celeberrimus, Poeta haùd ignobilis, & politioribus litteris ornatiſsimus, Philoſophiam, Theologiamque multis in locis magno cum plauſu docuit; præſertim in Catanæ, & Senarum Academijs, ac Italicè edidit:

Dialogum ſuper Hieroſolymicum opus Torquati Taſsi. Prodijt Venetijs ex officina Aldi, teſte Poſſevino.

Carmina varia. Ex eodem, quo teſte prælo etiam dedit.

Tractatus de multiplici ſenſu Sacrę Scripturæ. Scripſit inſupèr:

De Secundarum Intentionum natura tractatum. Venetijs apud Franciſcum de Franciſcis 1589. in 8. opus poſthumum editum à P. D. Nicolao Oddo Patavino Monacho Olivetano, qui in Epiſtola Nuncupatoria ad Sixtum V. Pont. Max. magnopere Bellei doctrinam, ac ingenij ſubtilitatem extollit, ac aliud opus Bellei imprimendum promittit, cui titulus:

Formalitates. Muneribus plenus obijt Patavij 1580. Pluribus de eo pertractat Antonius Mongitori, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

CAROLUS BERGALLUS, Panormitanus, Minorita Conventualis, Vir in Scholaſticis ſtudijs verſatiſsimus, Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Studiorum Regens Monopolis, Meſſanæ, Neapolis, & Aſsiſij, vbi Philoſophiam, & Theologiam ſumma cum laude docuit, qui Siculæ Provinciæ Provincialis electus, magna prudentia, & dexteritate gubernavit, vti ait teſte Joanne Franchino in ſua Biblioſophia, volumen digeſsit:

De Objecto Philoſophiæ. Peruſiæ 1649. in 4. Scripſit etiam quæ ſequuntur, eorumque cenſura fuit Theologis demandata; an verò typis commiſſerit Franciſchinus neſcit, nec Mongitori vidit. Ea ſunt:

Poeſis Miſcellanea.

Tyrocinium Medicæ facultatis.

Poema Heroicum de Davide, Italico ſermone. Obijt Panormi 17. Novembris 1679.

CAROLUS BERTRANDUS, Minorita, Flander, Sacræ Theologiæ Lector Generalis, tractatum M. S. reliquit, nempè:

Problemata circà Immaculatiſsimam Deiparæ Conceptionem. Sunt Problemata 25. quorum tractatus aſſervantur in Archivio Fr. Minorum Ganden. teſte Fr. Petro de Alva

Alva cuncta Problemata exſcribente, pag. 266. & 267. ſuæ Militiæ.

CAROLUS BORELLUS, Neapolitanus, Minorita, Vir, vti recenſet Erneſtus de Franckenau, fol.71. ſuæ Bibliothecæ Hiſtorico-Genealogicæ, ſtudio Hiſtorico-Genealogico deditiſsimus, non Italicas ſolùm, ſingillatimque Neapolitanas, ſed & Hiſpanicas ſtirpes illuſtrandas ſibi ſumpſit: conſcriptum enim ab eo ſat grande habetur volumen in quo:

Genealogiæ illuſtrium ſtemmatum Hiſpanorum, vnà cum eorundem inſignibus conſpiciuntur depictis. Meminit ejuſdem Nicolaus Toppus in Bibliotheca Neapolitana, vbi & plura ejus ſcripta Genealogica evolui poterunt. Speciatim, inter cætera Genealogiam Ducum *Seſſa* ex Cordubenſi ſtemmate, & Genealogiam Ducum *Monte Leonis* exaravit, quæ vtraque tamen typis edita non eſt, ſed M. S. latet.

CAROLUS BOULANGER, Gallus, Patria Pariſinus, Provinciæ Pariſienſis Minorita Capuccinus, Vir pijſsimus, prædicationis munere, ac Theologiæ Myſticæ titulis illuſtris, Gallico ſermone ſcripſit:

Tractatum de decem Solitudinibus. Pariſijs apud Viduam Nicolai Buon, & Dionyſium Thierry anno 1645.

Tractatum de Unione amoris cum Deo. Ibidem anno 1646. Eſt etiam Author cujuſdam opuſculi abſque ejus nomine ſic inſcripti, Gallico tamen idiomate:

Exercitium trium clavorum amoroſorum, & doloroſorum ad meditandum Jeſum Chriſtum Cruci affixum, & nos illi volendos. Pariſijs apud Joannem Clamoſet, alijs Camuſat, anno 1636. De eo poſt Uvadingum agit Fr.Dionyſius Genuenſis, pag.72. ſuæ Bibliothecæ.

CAROLUS BURGEN, Minorita, ex Hiſpanico, & Italico, Flandricè reddidit, ac emiſsit:

Chronica Ordinis S. Franciſci, tomis 3. in 4. Ingolſtadij 1613.& 1619. teſte Martino Lippenio, tom. 1. Bibliothecæ Philoſophicæ, fol.530.

CAROLUS A COMPLANO, Italus, Capuccinus, Provinciæ Genuenſis Concionator, Vir per omnia ſatis laudabilis, & de Animabus Purgatorij benemeritus, qui earum juvandarum ſingularis curæ, & ſolicitudinis exemplo, nec laboribus, nec difficultatibus fractus, plurimas Societates (vulgò *de Suffragio*) per plurima loca non ſolùm inſtituit, & promovit, ſed etiam Pontificia auctoritate communiri curavit; edidit Italico idiomate:

Conſtitutiones, & Statuta ad benè inſtituendam, regendam, conſervandam, ac reſtaurandam Societatem de Suffragio. Genuæ apud Calenzanum anno 1647. Et iterùm ibidem apud Joannem Baptiſtam Tiboldum anno 1668. Prædictas Conſtitutiones viderunt, & approbarunt, & imprimendi facultatem conceſſerunt plurimi Illuſtriſsimi, & Reverendiſsimi Epiſcopi, & præſertim Eminentiſsimus Cardinalis Antonius Barberinus, qui de hoc Authore, vti recenſet Genuenſis, pagina 73. in Bulla approbationis ſic loquitur: *Glorioſa pietatis, & prudentiæ veſtigia reliquit, vbicumque Sacras diſſertiſsimas habuit Conciones A. R. P. Carolus de Complano Religionis Capuccinorum, cujus eloquentiam, ac pro animarum ſalute ſtudium qualibet Civitas, quæ aliquandò demirata fuit, iterùm Sacro illum è ſuggeſtu perorantem pia Civium acclamatione audire exoptat. Et hæc etiam Urbium Regina Roma tantæ pietatis, tantæque eloquentiæ, & virtutum deſiderio affecta, eundem in ſe ſuorum meritorum curru triumphantem excipere jamdiù ſperat.* Obijt Vir pijſsimus in ſuo Conventu Sigeſtri anno 1676.

CAROLUS DE COUDENHOVE, Germanus, Prov. Recollectorum Germaniæ inferioris Diffinitor, ac Hiſtoricus; ſcripſit anno 1682. tomum in folio tripartitum Latino idiomate, nempè:

Compilationem Chronologicam memorabilium ſuæ Provinciæ. Incipit: *Prænotatum primum.* Extat Matriti in Generali Archivio Ordinis. Vidi. Clarebat anno 1684.

CAROLUS A CREMONA, Italus, Provinciæ Mediolanenſis Minorum Capuccinorum filius, Moralis Theologiæ Profeſſor, ac olim in Africa Miſsionarius Apoſtolicus, edidit tom.duos in 4. Opuſculorum Moralium, in quorum primò continentur:

Tractatus omnes de actionibus humanis, earumque cauſis, & principijs; & in ſecundò:

Diſceptationes diverſæ circà adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ: vbi etiam aliæ Quæſtiones Morales dilucidantur pro caſibus occurrentibus. Cremonæ ap. Franciſcum de Zannis anno 1676. Ex Fr. Dionyſio Genuenſi de Scriptoribus Capuccinis, pag.73.

CAROLUS FRANCISCUS A BREGNO, ſeù BRENO, Theologus, Fi-

Fidei Controverſiarum Lector Generalis, almæ Reformatæ Provinciæ Romanæ Ex-Cuſtos, necnon Ordinis Scriptor Generalis, tàm in Theologia, quæ ad mores ſpectat, quàm in Divinis Scripturis nobilitèr, & egregiè doctus, ad Virorum Apoſtolicorum inſtructionem, Latinitati deſtinavit:

Manuale Miſsionariorum Orientalium, in quo nedùm Hereſes omnes Orientalem Eccleſiam turpitèr fœdantes eliduntur, verùmetiam caſus Morales, præcipuè ad manus eorundem Miſsionariorum Apoſtolicorum pertinentes reſolvuntur. Venetijs ex typographia Balleoniana anno 1726. in fol. Vidi. Ibidem etiam in folio editus eſt eodem anno tomus ſecundus; cui accedit:

Tractatus de Miſsionariorum inſtructione. Vidi.

CAROLUS FRANCISCUS DE SAVILIANO, Capuccinus, Pedemontanæ Provinciæ alumnus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Divini Verbi Declamator illoſtris, non vulgari inſignitus eruditione, qui etiam in Miſsionibus Subalpinis per integrum biennium Apoſtolicum munus intrepidè exercuit, non parvo Catholicæ Fidei incremento, plura ſcripſit Theologica, atque ad Conciones ſpectantia, eaque prælo digna, vti recenſet Fr. Dionyſius Genuenſis, pag.74. ſuæ Bibliothecæ. In publicum miſsit:

Concionem de Laudibus Sancti Benedicti, Italicè, Camerini impreſſam anno 1653.

CAROLUS FRANCISCUS DE VARESSIO, Provinciæ Romanæ Reformatæ Theologus Jubilatus, ac Pater, S. Romanæ, ac Univerſalis Inquiſitionis Qualificator, ac in Ultramontana Familia Obſervantium, & Reformatorum Commiſſarius Generalis, Vir in Controverſijs nobilitèr exercitatus, ac in Scotica doctrina inſignis, præclara duo volumina in folio digeſsit, quorum titulus:

Promptuarium Scoticum, ob oculos exhibens quidquid in 4. Sententiarum libris, & Quodlibeto Doctoris Subtilis continetur, ſuos in titulos digeſtum, atque ordine alphabetico explanatum. Venetijs typis, & expenſis Andreæ Poleti anno 1690. Vidi.

CAROLUS GASPARINUS, Italus, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Marchiæ, patrio idiomate ſcripſit:

Memorabilia hujus Provinciæ an. 1650. Aſſervantur in Bibliothec. Montis Carotti ejuſdem Provinciæ. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

CAROLUS GONZALEZ ALVARO, Hiſpanus, ex Oppido Campo Toletani Archiepiſcopatus, Regul. Obſerv. Caſtellanæ Provinciæ, Lector emeritus, Synodalis Judex laudatæ Diœceſis, Vir excellentèr doctus, vernaculè vulgavit:

Panegyrim de Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis. Toleti apud Auguſtinum Salas 1713. in 4. Vidi.

Aliam de eodem Myſterio. Vitam degit Vicarium agens Provincialem.

CAROLUS HIDELSIENSIS, Germanus, ex Capuccinorum Familia, Provinciæ Coloniæ alumnus, Concionator eruditus, fervidus ſalutis animarum zelator, ac Hæreticorum acerrimus Agoniſta, plura exaravit. Ea ſunt apud Genuenſem, pag.73.

Contra Criminatores Eccleſiæ Dei. Item: *De Octiduana recollectione à Religioſis facienda.*

Novus homo, id eſt, *Exercitia ſpiritualia pro Religioſis*, tom. 1. Coloniæ 1686. Latinè, & Germanicè:

Cambrebis cocta in diſſertationem Simonis ab Heonolies Batavi. Ibidem 1684.

Valerianus Redivivus, id eſt, *Elucidatio in regulam credendi P. Valeriani Magni.* Ibidem 1683.

Annales Ephemerici Provinciæ Coloniæ; Latinè:

Inſcitia Caroli in Dominicas totius anni.
Pallium Eliæ in Dominicas.
Procopius ſublimatus in Dominicas.
Procopius exceptus in Dominicas.
Apilegium ſpirituale in Dominicas.
Byſſus, & Purpura in Ferias totius anni.
Epiſtolare Evangelicum.
Strenæ Caroli.

Sonnitus Summi Pontificis ingredientis Sanctuarium, id eſt, *Sermones Quadrageſsimales.*

CAROLUS JOSEPH TRICASSINS, Gallus, Patria Trecenſis, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Pariſienſis, Vir in Philoſophicis, ac Theologicis diſciplinis admodùm excultus, & in illis explanandis acumine ingenij planè admirandus, in Sacris Litteris, SS. que PP. libris cumulatè verſatus, omnigenaque ferè ſcientiarium prole fœcundus, multa ſtylo ſignavit, in quibus ſui intellectus acumen aperuit, & religioſæ pietatis ſuæ, magnæque doctrinæ clara lumina dedit. Habentur impreſſa volumina Theologica, ſub titulis ſequentibus:

De Prædeſtinatione hominum ad gloriam: Diſputatio Theologica, in qua clarè de-

demonſtratur prædeſtinationem illam factam eſſe poſt prævisa merita, idque potiſsimum ex doctrina D. Auguſtini, & D. Bonaventuræ Doctoris Seraphici. Pariſijs apud Edmundum Cauterot, anno 1669. & 1673. in 4. Vidi.

Supplementum Auguſtinianum ad illuſtrandam, & confirmandam prędicta prædeſtinationis non gratuitæ, ſed poſt prævisa merita factæ, veritatem. Ibidem apud eundem 1673.

Tractatus de indifferenti lapſi hominis arbitrio ſub gratia, & concupiſcentia ſecundum D. Auguſtinum: vbi octoginta rationibus ex Auguſtiniana doctrina depromptis oſtenditur eſſe in nobis veriſsimam, atque indeterminatiſsimam ad omnes actus noſtros, tàm bonos, quàm malos, ſub gratia, & concupiſcentia indifferentiam. In quo tractatu explicantur multa phraſſes Auguſtinianæ, vt E. G. Quid ſit agi à Deo? Quid ſit trahi à Deo? Quid ſit ex nolentibus volentes fieri? Et alia multa difficillima, ac ſcitu digniſsima, videlicèt, de Gratia, de Libertate, de Peccato, ac de Veris, & genuinis erroribus, qui fuerunt contra gratiam ex eodem Auguſtino. Pariſijs apud Ægidium Allioſt, anno 1673. in 4.

De neceſſaria ad ſalutem gratia omnibus; & ſingulis data ſecundum Auguſtinum, vbi tàm in genere, quàm in ſpecie oſtenditur dari gratiam verè ſufficientem omnibus, & ſingulis hominibus. Item, explicatur modus peculiaris quo ille deſcendit ad ſingulas, quaſi hominum ſpecies; v. g. ad Chriſtianos, Infideles, Hęreticos, Induratos, &c. & tandem multa produntur ſingularia, & arcana Auguſtini principia ex quorum cognitione plena pendet, & perfecta totius illius doctrinæ, prę ſertim quoad gratiam intelligentia. Pariſijs apud Ægidium Allioſt Bibliopolam Juratum via Jacobeæ ſub ſigno S. Norberti, anno 1673. in 4.

De Natura peccati originalis ſecundum mentem Auguſtini tractatus vnicus; vbi clarè demonſtratur iſtud peccatum vllo modo ſpecie non differre à peccato Adæ, ſed eſſe idem Adę peccatum, ſeù peccati ejus actualis maculam poſteris ejus communicatam in ſingulis ſingulam, & ab ipſa peccati Adę macula numero diverſam, non verò eſſe concupiſcentiam, aut mera pœnna reatum, vt quidam falſo putaverunt cenſuiſſe Auguſtinum. Ibidem apud eundem anno 1677. in 4.

De cauſa bonorum operum ſecundum mentem D. Auguſtini tractatus vnicus, vbi præcipuè de bonitate ſpei vitę æternæ, & timore gehennæ diſſeritur. Ibidem anno 1677. in 4.

Supplementum ad tractatum de cauſa bonorum operum, vbi agitur de ſufficientia contritionis conceptę ex metu gehennæ cum Sacramento Pœnitentię ſecundum mentem D. Auguſtini, & Concilij Tridentini. Ibidem 1679. in 4.

Commentarius brevis, & continuus in libros D. Auguſtini contra Pelagianos. Ibidem 1680. in 4. Vidi.

Commentarius in libros de gratia, & libero arbitrio, & in libros de correptione, & gratia. Ibidem 1680.

Commentarius brevis, & continuus in libr. D. Auguſtini contra Semipelagianos; id eſt, in libros de Prędeſtinatione Sanctorum, & in lib. de dono perſeverantia. Genuenſi teſte pag. 75. erat ſub prælo anno 1691. Omnia Latino idiomate. Gallicè verò ſcripſit, ac typis dedit:

Reſponſionem ad reſponſionem Authoris epiſtolę directa ad omnes Doctores Gallię. In qua reſponſione ad reſponſionem brevitèr exponitur tota D. Auguſtini doctrina de gratia, & libero arbitrio. Pariſijs anno 1678.

Reſponſionem ad quendam Illuſtriſsimum Dominum, &c. qui illum conſuluerat de quadam difficultate quoad prædeſtinationem, & gloriam. Ibidem 1678.

Philoſophiam Domini Carteſij contra Fidem Catholicam, in 12.

Traductionem libri D. Auguſtini de Correptione, & Gratia, cum reflexionibus, in 12.

Reſponſoria, Epiſtola, ad quandam Illuſtrem Dominam quęrentem aliqua dubia de prædeſtinatione, in 4. Extant demùm ejuſdem:

Commentarius brevis, & continuus in libros D. Auguſtini de Gratia Chriſti, in 4.

Opuſculum de Gratia efficaci, in 4. Agit de eo Ludovicus Dupin, ſæculo 17. verbo *Carolus Joſephus de Troyes.*

CAROLUS JOSUE, Minorita, volumen publicavit in 8. in quo agit:

De Indulgentijs, Authore mihi Martino Lippenio, tom. 2. Bibliothecæ Theologicæ, pag. 93. Extat hujus Scriproris memoria apud Caralogum præfixum Martyrologio Franciſcano Arturi. Hic, ni fallor, ille eſt Carolus Joſſe, apud Uvadingum, natione Gallus Conventus Crenomanenſis alumnus, qui Gallicè ſcripſit:

Sermones Adventuales in Pſalmum 136.

CAROLUS LANTERIUS, Genuenſis, Provinciæ Terræ-laboris, Regula-

laris Obſervantiæ Theologus Jubilatus, ex Provincialis, generalis Ordinis Diffinitor, ac in Romana Curia Commiſſarius generalis, ad mentem Doctoris Subtilis, dedit in lucem, ad Eminentiſsimum Cardinalem Barberinum:

De Sanctiſsimo Incarnationis Myſterio. Neapoli ex officina Novelli de Bonis anno 1665. in 4. Regali. Vidi. Item Eminentiſsimo Cardinali Imperialiò dicavit tomum in folio valdè eruditum, ac prænotatum:

Tractatus duo Theologici. Agit in primò de virtute Pœnitentię Sacramentalis; de Viribus liberi arbitrij in omni ſtatu; de Conceptu ſupernaturalitatis in ſe; de Juſtitia in ſe, & inter Deum, & creaturas; de ratione formali peccati actualis, & habitualis. Amplectitur ſecundus tractatus Diſputationes: *De Sacramento Pœnitentiæ; de Lege Naturali, & Poſitiva, Divina, & Humana; de Poteſtate clavium Eccleſię, & de judicio in ſe; de Abſolutione Sacramentali; de Injuria, Reſtitutione, & Satisfactione; de Sigillo Confeſsionis; de Remiſsione venialium, & de eorundem quidditate.* Romæ ex typographia Fabij de Falco, anno 1667. Vidi. Suſpicor etiam *De Fide* ſcripſiſſe; hunc enim ejus tractatum allegat noſter Caſtel, tomo 1. pag. 127. quæſt. 5. num. 50.

CAROLUS MANGNSEN, Minorita Gallus, ſcripſit, ac emiſsit ſermone patrio:

Reflexiones Morales ſuper gubernium Reginę Galliarum Annæ Auſtriacæ. Pariſijs apud Suſier 1649. in 4.

Orationem funebrem in Exequijs ejuſdem Reginæ. Ibidem 1666. in 4. Ex Jacobo Le-Long, lib. 3. Bibliothecæ Gallicæ, num. 1071.

CAROLUS MATTHÆI, Belga, Provinciæ Flandriæ Diffinitor, ſermone patrio libellum communem fecit:

De Immaculata Conceptione B. Virginis Mariæ. Prodijt Namurci 1641. in 12. ut teſtatur Marracius ex noſtro Alva in ſua Militia Univerſali, num. 270.

CAROLUS MAULANDUS, Italus, Ceſpitelenſis, Regul. Obſerv. alumnus, conſcripſit Italico ſermone:

De Sacro Monte Alvernia. Latinè verò, teſte Andrea Roſſoti in Syllabo Scriptorum Pedemontij:

Scutum Catholicorum. Extat hujus Authoris mentio apud Auguſtinum Oldoinum in ſuo Athenæo Liguſtico, pagina 133.

CAROLUS DEL MORAL, Hiſpanus, ex Toletana Urbe, Provinciæ Caſtellanæ Regul. Obſerv. Lector Jubilatus, ac Cuſtos, Sanctæ, ac Supremæ Inquiſitionis Qualificator, ac generalis Ordinis Arcarius, Vir profectò Religioſus, ac multæ, & variæ eruditionis, in publicum miſsit opus egregium, & jure laudandum, cujus epigraphe:

Flons illimis Theologiæ Scoticæ Marianę ex Paradiſo Virgineo latices ſuos ubertim effundens. Amplectitur hoc Theologicum opus tractatus:

De Eſſentia, & Attributis Maternitatis.

De Prędeſtinatione Deiparæ.

De Juſtitia Originali, Gratia, & Impeccabilitate.

De Merito, & Virtutibus Theologicis, & Moralibus. De omnibus *rigore Scholaſtico.* Matriti tomis duobus in fol. anno 1730. Vidi. Communem fecerat vernaculè:

Panegyrim de Virtutibus V. Hieronymæ à Jeſu, Monialis Conceptioniſtæ. Compluti 1714. in 4. Vidi. Obijt, Miniſtrum Provincialem agens anno 1731. apud ſuos tumulatus in Cluniæ Cœnobio.

CAROLUS DEL PUERTO, Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ Minorum Capuccinorum Concionator, typis dedit Hiſpanicè:

Concionem de Canonizatione S. Peregrini à ſe habitam in Populo gravi. Excudit Hiſpali Didacus Lopez de Haro 1727. Vidi.

CAROLUS QUARTUS, Imperator, Princeps profectò, non tantùm Natalitio ſplendore nobilis, & conſpicuus, ſed etiam ſapientia, linguarum peritia, cunctiſque generoſi animi virtutibus illuſtris, ac nemini veterum rerum geſtarum magnitudine ſecundus; Ordine noſtro, Cœnobiorum ædificijs peculiaribus largitionibus, multiſque alijs beneficijs cumulato: ſe ipſum Ordini dedit ſub eorum Inſtituto, qui ſæcularia ſua negotia Tertij Ordinis S. Franciſci Regula moderantur. Hic ergo ſapientiſsimus Princeps, erecta Pragenſi Academia authoritate Romani Pontif. Innocentij VI. poſteritati reliquit:

Hiſtoriam rerum à ſe geſtarum.

Commentaria in Evangelia. Imperavit annis 31. & anno ætatis ſuæ 63. magno Imperij malo ſupremum diem clauſit in Vigilia S. Andreæ anno 1378. De eo cum laude, Uvadingo adhærens Haroldus ad

annum Chriſti 1378. §. 6. & Meliſſanus in Supplementis Annalium Minorum, eodem anno, à num. 2.

CAROLUS RAPINÆUS, Gallus, Sacræ Theologiæ Lector, ſtrictioris Obſervantiæ Recollectorum Provinciæ S. Dionyſij olim Miniſter, & Pater, Vir in Divinis Scripturis, ac Ordinis monumentis legendis mirum in modum exercitatus, ſcripſit:

Nucleum Philoſophiæ Scoti. Pariſijs 1625. in 8. Agitur quoque in hoc opere de *Mundo, & Cœlo.*

Expoſitionem in Regulam S. Franciſci ex ipſius S. Inſtitutoris verbis, & doctrina. Pariſijs apud Antonium Bertier, anno 1640. Ibidem etiam vulgavit à ſe concinnatas *Conſtitutiones ſuæ Provinciæ*, anno 1629.

Hiſtoriam Generalem originis Recollectorum. Gallicè in 4. Pariſijs ex officina Claudij Sonnij, 1631. Vidi. Præter hæc ab Uvadingo laudata, ſtylo ſignavit, ac emiſsit opera inſcripta:

Myſtica 50. priorum Pſalmorum expoſitio. Pariſijs 1632. in 8. apud Bibliothecam Tellerianam, fol. 309.

Expoſitio in Epiſtolas S. Pauli Apoſtoli ad Romanos, Gallicè. Pariſijs 1632. in 8. Ex eadem, ibidem,

In Epiſtolam ad Hebreos. Pariſijs 1636. in 8. Patrio idiomate. Ex eadem Bibliotheca, ibidem,

In Epiſtolas ad Timotheum, Titum, & Philemonem. Gallicè. Ibidem anno 1632. in 8. Apud eandem Bibliothecam, ibidem,

Paraphraſes in omnes Epiſtolas D. Pauli cum introductione ad doctrinam S. Apoſtoli. Ex Ludovico Dupin, ſæculo 17.

Annales Eccleſiaſtici Diœceſis Chalonenſis. Pariſijs typis Sonnij 1636. in 8. Ex Dupin, & Bibliotheca Telleriana. Communes demùm fecit, tàm latino, quàm vulgari ſermone:

Libellos plures pietatis, vti aſſerunt Annales ſuæ Provinciæ, ac laudatus Dupin ibidem. Floruit anno ſalutis 1640.

CAROLUS DE SALE, Italus, ex Minoribus Capuccinis Provinciæ Brixienſis, Vir obſervantiæ, ac regularis diſciplinæ ſtudioſus, in concionando fervidus, pietate, atque eruditione commendabilis, qui multis ſuæ Provinciæ Conventibus præfuit, Italicè digeſsit, Genuenſi teſte, pag. 74. librum ſub titulo:

Sponſalia S. Paupertatis cum Seraphico P. N. Franciſco. Venetijs in 8. 1679. Evulgavit inſupèr eodem idiomate aliud opuſculum cum hac inſcriptione:

Spiritualis Bellator Aſtiſias. Ibidem apud Joannem Parè in 8. 1683.

CAROLUS SALPEGNI, Panormitanus, Tertij Ordinis Regularis, Sacræ Theologiæ Doctor, & Magiſter, qui varijs in locis, tàm Philoſophiam, quàm Theologiam magna cum laude explanavit, Examinator ſui Ordinis Generalis electus, & Provincialis Provinciæ Patrimonij S. Petri conſtitutus, à Clemente XI. Pontifice Maximo vocatus, vt Collegium Siculum S. Pauli ad Arenulam gubernaret, in ejus regimine omnibus gratus occupabatur anno 1706. Edenda hæc ſcripſerat, teſte Antonio Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ:

Theologiam Scholaſticam in via Scoti, tom. 3. in fol.

Curſum Philoſophicum, tom. 1. in fol. Italicè.

Sermones Quadrageſimales, in 4.

De Sabbatis B. Mariæ Virginis, in 4.

Conciones Panegyricas de Sanctis, tom. 2. in 4.

CAROLUS A SEZZA, Italus, ex Minoritis Reformatis, profeſsione Laicus apud Romanum Conventum S. Franciſci, proprio idiomate vulgavit:

Tractatum trium viarum Meditationis, ac ſtatus ſanctæ contemplationis. Romæ apud Jacobum Fei 1664. in 4. Eſt editio ſecunda. Ejuſdem eodem idiomate:

Cantica quindecim ſpiritualia. Ibidem vnà cum laudato opere, à fol. 231. ad vſque finem. Vidi.

CASSIANUS HUGIER, Gallus, Provinciæ S. Dionyſij Recollectorum Pater, ſcripſit ſelectiſsimum:

Hiſtoria Eccleſiaſtica Compendium. Ex Annalibus ſuæ Provinciæ, fol. 214. & Dupin in Supplemento, tom. 3. Clarebat circa 1660.

CASIMIRUS BIERNACHI A CALISIA, Polonus, Minorita Conventualis, Vir ad multiplicis doctrinæ eruditionem comparatus, ac laurea Magiſtrali inſignitus, evulgavit:

Speculum Minorum, in quo primigenia Religio Ordinis Minorum Conventualium, quantum primi Ordinis Minorum, tàm immediatè, quàm mediatè energentium conſpicitur, dicatum Laurentio Broncati Cardinali de Laurea ex Ordine Minorum Conventualium aſſumpto. Cracoviæ typis Univerſitatis 1688. in 4. Inter alia hujus ingenij monumenta, quibus nomen ſuum po-

poſteritati cum gloria commendavit, vidit Franchinus, vt in ſua Biblioſophia refert:

Nonnulla opuſcula, tàm metro, quàm oratoriè elaborata, teſte Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Univerſalis, num. 305.

CASIMIRUS FUENSLINUS (apud Catalogum librorum typis traditum Genuæ à Gabriele de Torneus 1725.) Minorita, Regularis Obſervantiæ alumnus, & Concionator, publici juris fecit tomum in 4. ſub titulo:

Theatrum gloriæ Sanctorum. Continet Conciones in feſta per annum occurrentia. Salisburgij anno Domini 1712.

CASIMIRUS TOLOSATES, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Occitaniæ alumnus, Vir præclaris naturæ donis præornatus, ſed & perſpicacioris intellectus acumine, & firmioris propoſiti robore præditus, congenitas, acquiſitis virtutibus cumulans, Theologus inſignis, Divinique Verbi Declamator fervidus evadens, evulgavit Gallico idiomate:

Vitam P. Joannis Baptiſtę Eſtenſis Capuccini. Bitettis apud Jacobum Barbantum, tom. 1. in 8. Inſuper confecit eodem idiomate, ac prælo ſubmíſsit:

Vitam, & geſta V. Jacobillæ de Bachelier Tertij Ordinis S. Franciſci, converſione, & ſanctis moribus ſpectatiſſima. Ibidem apud eundem anno 1669. in 8. & in 16. Demùm publici juris fecit opus egregium, videlicet, Curſum Philoſophicum ſex tomis in 8. ita prænotatum:

Atomi peripatetica, ſivè tùm veterum, tùm recentiorum Atomiſtarum placita ad neotericę peripatetica ſcholę methodum redacta. Biterris apud Henricum Martel; anno 1674. Vidi. Obijt Toloſæ, anno 1674. ætatis ſuæ 44. De eo pertractat Genuenſis, pag. 76. Teiſſerius, fol. 51. Le-Long, lib. 2. Bibliothecæ Gallicæ, num. 16071.

CATHARINA A S. FRANCISCO, Angla, Abbatiſſa per multos annos Monaſterij Bruxellenſis S. Eliſabethæ Sororum Anglarum Tertij Ordinis S. Franciſci, tranſtulit ex Teutonica in linguam Anglicanam:

Vitam S. Eliſabethæ Reginæ Portugalliæ. Bruxellis anno 1628.

CATHARINA HISPANA, Catholicorum Regum Ferdinandi, & Eliſabethæ filia, inter ævi ſui Principes fœminas graviſsima, ac pietate præcipua, ſub Regio veſtitu S. Franciſci Habitum continuò portabat, vti erat Tertij Ordinis, quem Pœnitentium vocamus. Hæc igitur calamitoſiſsima Angliæ Reginæ, ſanctitate illuſtris, ac patientiæ ſpeculum, haud Latini ſermonis neſcia, perutilia opera ſcripſit, nempè:

De Lamentatione Peccatoris. Devotiſſimas Meditationes ſuper Pſalmos. E carcere quoque, quam invicta pertulit,

Epiſtolam ſcripſit ad ejus indignum Sponſum Henricum VIII. quæ Hiſpanè reddita extat.

Epiſtolam, qua V. Fr. Joannem Foreſtum, Minoritam (de quo inferiùs) ſuum Confeſſarium ad mortis agonem conſolata eſt. *Quas litteras*, Haroldo monente ad annum Chriſti 1535. num. 4. *Cyprianum ad Martyres ſcribentem, aut Ignatium ad beſtias properantem ſapere diceres, ita longè à ſexus ſui debilitate aberat generoſum pectus magnæ hujus Heroinæ*, cujus tanta per Orbem nata eſt admiratio, tantaque deteſtatio illam perſequentium, vt audita ejus morte dici non poſsit, quanto ſtudio, quantiſque impenſis, ejus Exequiæ vbique fermè terrarum celebratentur, quot Orationes funebres, quot ſolemnes Conciones, quot libri in ejus laudem, & honorem conſcripti, ac declamati ſint. Migravit in Cœlum anno 1535. Conſule laudatum Haroldum, Fr. Joannem Carrillo, tom. 2. Hiſtoriæ Tertij Ord. Franciſcani à fol. 359. Authores quoque *de Origine Schiſmatis Angliæ* pertractantes. Obijt 8. Januarij.

CATHARINA A S. MAGDALENA, Clariſſa Monaſterij Anglicani Æriæ, tranſtulit è Gallico in Anglicum ſuum idioma:

Vitam ſuæ Inſtitutricis S. Claræ. Duaci apud Martinum Boggardan 1635. &

Vitam B. Catharinę Bononienſis, necnon

Declarationes aliquas in Regulam S. Claræ. Audomari. Ex Uvadingo in Appendice.

CATHARINA A PLAGIS, Hiſpana, Salmanticenſis, ſanguine clara, virtutibus verò clarior in Monaſterio Excalceatarum prædictæ Urbis, vernaculè ſcripſit:

Carmina varia ſpiritualia. Extant libro 2. Fundationis laudati Monaſterij juxtà editionem Salmanticæ factam anno 1696. Floruit 1617. die 6. Februarij ſanctitatis opinione.

CATHARINA A SPIRITU SANCTO, Luſitana, Sanctimonialis Franciſcana in Urbe Ulyſsiponenſi, vernaculè emiſ-

emiſsit, teſte Nicolao Antonio, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, fol. 182.

Fundationem ſui Cœnobij Flandricarum. Ulyſsipone 1627. in 4. Matriti in Bibliotheca Regia legi hujus Catharinæ opus in 8. ibidem impreſſum, in quo vernaculè agit,

De Perſecutione Hæreticorum contra Seraphicam Religionem.

CELIDONIUS SIDONI, Italus, Panormitanus, Tertij Ordinis, Vir in Calathajeronenſi Academia, Philoſophiæ, ac Theologiæ laurea donatus, qui Panormi vivebat anno 1706. magna æſtimatione proſecutus, exaravit Italicè:

Quadrageſsimale, tom. 1. in 4.

De Sabbatis Sanctiſsimæ Virg. tom. 1. in 4.

Sermones Panegyricas de Sanctis, tom. 1. in 4. Ad prælum parata erant anno 1708. vti narrat Antonius Mongitori, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

CELSUS ZANUS, Florentinus, Provinciæ Tuſciæ celebris Concionator, Urbano VIII. fel. record. in minoribus, & in Pontificatu à Sacris Confeſsionibus, Epiſcopus Civitatis Plebis, Vir integerrimæ vitæ, quam tot annorum, quot vixit in Pontificatu Urbanus, aulica converſatio non temeravit, moderato victu, & religioſa veſte contentus; ſtylo ſignavit:

De Rethorica, & Poetica Eccleſiaſtica, & Civili. Romæ apud Ludovicum Grignanum anno 1643. in 4.

Theodiam, ſivè Hymnodiam de Deo quindecim ſtrophis comprehenſam, cui Paraphraſim, & Commentaria adjunxit, in quibus viam, & ſemitam ſecuram oſtendit, qua perveniri poſsit ad Dei cognitionem, & amorem, atque ad felicem vitæ humanæ progreſſum. Ibidem anno 1635. in 4. Ex Dupin, ſæculo 17. & Uvadingo, pag. 88. Scripſit etiam,

Carmina in honorem S. P. N. Franciſci, & Sacri Montis Alvernæ. Prodierunt Romæ 1652. teſte Fr. Antonio Terinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, pagina 195. quem conſulas.

CHERUBINA HERULA, Itala, Narnienſis, Clariſſa, inſignis Viri Berardi de Herulis, Cardinalis Tituli S. Sabinæ conſanguinea; ſcripſit diffusè, lingua vernacula, non incompoſitè, neque ineptè:

Vitam, & geſta Fœmiæ de Ceſis Clariſſæ, ſui Monaſterij priùs à *Sancta Cruce*, nunc *Sanctæ Claræ* nuncupati Sanctimonialis, & Pauli Cardinalis de Cæſis Sororis Germanæ, quæ cum magna ſanctitatis opinione obijt anno 1557. Penès ſe habuit Uvadingus, vt in de Scriptoribus teſtatur.

CHERUBINUS AURELIANUS, Gallus, Provinciæ Turonenſis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir maximè in Geometricis, & Mathematicis Facultatibus inſignis, Ludovico XIV. Regi Chriſtianiſsimo chariſsimus, opus evulgavit ingenioſiſsimum ſub titulo:

Dioptrica ocularis, excuſum Pariſijs typis Cauteroth 1679. in fol. De opere, & Authore P. Milliet, tom. 1. cap. 8. De progreſſu Matheſeos, fol. 74. numer. 80. *Anno*, inquit, *1671. Pater Cherubinus Aurelianenſis Ordinis Capuccinorum Gallicè Dioptricam ocularem edidit in tres partes diviſſam*, quarum prima agit *de Viſione* primò *in communi*, ſecundò *de Viſione directa*, tertiò *de Refracta*. In ſecunda parte agit *de Tubo optico* ejuſque inventore, tùm de proprietatibus ſpecillorum convexorum, ſphericorum, ſeparatorum de conjunctione convexorum, exindè de combinatione concavi, & convexi, de teleſcopijs quadruplici convexo inſtructis, item de microſcopijs, de teleſcopio, cui admiſcetur reflexio de binoculo. In tertia parte, quæ partim præcipuè ſpectat, oſtendit quam proportionem obſervare debeant ſpecilla in Tubo optico cum vſibus varijs, noviſque phœnomenis, in Cœlo ope tubi optici detectis. In vſibus invenitur novus modus delineandi quodlibet objectum ope tubi optici. Ultimò tandèm habetur methodus elaborandorum omnium ſpecillorum. Illud opus multa habet nova ad praxim præcipuè ſpectantia, licèt autem demonſtrativè ſemper procedat, nonnullas tamen habet demonſtrationes, quæ à ſevero Geometra non *admitterentur*. Hactenùs Millieth.

CHERUBINUS BELLUS, Siculus, natus in Oppido frequenti, & opulento Terræ Novæ, ſtrictioris Obſervantiæ Provinciæ Vallis Netinæ, poeſeos Italicæ peritia apud ſuos percelebris, & in Theologia Morali non mediocritèr verſatus, edidit:

Tragædiam Sacram de Martyrio S. Agnetis. Panormi apud Buam; & Portanovam anno 1646. Paratam ad prælum habebat anno 1650. *Summam caſuum conſcientiæ*, vti narrat Uvadingus, pag. 89.

CHERUBINUS FLORENTINUS, Minorita, Concionator ſingularis, & Theologus percelebris, inter cætera, *duos tractatus* eximia doctrina refertos in lucem

cem tranſmiſsit ad magnificum Jacobum de Borganis Civem Florentinum. In primò,

De Regulis ſpiritualis vita. In altero verò,

De Norma matrimonialis vita peragit. Habentur primò Florentiæ impreſsi 1487. quo tempore floruit. Ex Pocientio in Bibliotheca Florentina.

CHERUBINUS FULGINAS, ex Minoritis Reformatis, natione Italus, ex Patria ſui cognominis oriundus, edidit Italicè opuſculum prænotatum:

Corona Spinarum Maria ſemper Virginis. Papiæ anno 1636.

CHERUBINUS GENUENSIS, ejuſdem Provinciæ Concionator Capuccinus, Vir non vulgaritèr doctus, Italicè communes fecit:

Panegyrim de Inventione pretioſiſsimi Sanguinis Jeſu Chriſti.

Panegyrim de Laudibus Sancti Longini. Utraque Mantuæ habita, ibidem excuſa fuit typis Oſana 1684. in 4. Obijt Genuæ 1687. De eo pertractatur in Bibliotheca Scriptorum Capuccinorum, pag. 77.

CHERUBINUS MAURIANENSIS, natione Sabaudus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Genuenſis, Vir pietate, ingenio, ſanctis moribus, ac zelo Catholicæ Fidei præſtans: Plura ferunt ſcripſiſſe, tùm ad Controverſias, tùm ad Conciones Catheticas ſpectantia, hactenùs mihi ignota. Typis autem dedit teſte Ludovico Dupin in Supplemento:

Acta diſputationis habita cum quodam Miniſtro Hæretico ſuper Diviniſsimum Euchariſtiæ Sacramentum. Prodierunt anno 1693. ſine loco impreſsionis, vti obſervat Fr. Dionyſius Genuenſis, pag. 78. apud quem plura. Curſum conſumavit ſanctimoniæ fama anno 1609.

CHERUBINUS A NEAPOLI, ex Minoritis Reformatis Conventus S. Luciæ à Monte, Italicè vulgavit opus à Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana laudatum, cui titulus, ni fallor,

Campidolium Ducis de Alba. Neapoli per Joannem Dominicum Roncagliolo anno 1629. in 12.

CHERUBINUS A NICIA, ſeù NICIENSIS, in Pedemontano Principatu ejuſdem Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctus, Regul. Obſervantiæ ſtudioſus, paupertatis Seraphicæ zelator, ac pijſsimis moribus inſignitus, exaravit:

Relationem Cœnobij S. Mariæ gratiarum. *Vitam, & geſta V. P. Petri Venti Nicienſis*, Inſtituti Capucciuorum Profeſſoris, in Oppido S. Romuli beata morte ſublati anno 1631. De hoc Authore meminit D. Andreas Roſſotus Monachus S. Bernardi Congregationis Fulienſis in Syllabo Scriptorum Pedemontij, litt. C.

CHERUBINUS DE NUCIBUS, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Barienſis alumnus, Vir Angelica puritate, & honeſtatis candore decorus, altiſsimæ paupertatis zelans amator totiuſque vitæ Evangelicæ vividum exemplar, qui Apoſtolico ſpiritu imbutus, per illuſtriores Italiæ Urbes Verbum Dei Evangelizando, & Orationem 40. Horarum celebrando, innumera animarum ſpolia ex manibus Satanæ ad Chriſtum reportavit, vt ex relatis habuit Fr. Dionyſius Genuenſis; opus conſcripſit devotiſsimum,

De Paſsione Domini, ejuſque meditatione, impreſſum Neapoli anno 1598. ſuppreſſo nomine Authoris. Eſt etiam Author cujuſdam opuſculi, in quo tractatur:

De Sacramentali Confeſsione. Neapoli 1596. Obijt Provincialis munere functus, ac ſancto fine Aquævivæ 1592. Vide Boverium, tom. 2. Annal. Capuccinorum.

CHERUBINUS SANDOLINUS, Capuccinus, natione Italus, Utinenſis, Provinciæ Venetiarum alumnus, Vir doctus, ingenio profundus, in Aſtronomicis, ac Mathematicis Facultatibus admodùm verſatus, ſcripſit, ac emiſsit:

Taulemma Cherubicum Catholicum, univerſalia, & particularia continens principia, ſivè inſtrumenta ad horas omnes Italicas, Bohemicas, Gallicas, Babylonicas diurnas, atque nocturnas dignoſcendas, & ad componendum per univerſum Orbem earum multiformia horologia exquiſitiſsimum. Ad Illuſtriſsimum, & Reverendiſsimum Julium Antonium Sanctorium S.R.E. Cardinalem ampliſsimum. Venetijs apud Robertum Majettum, anno 1598. tom. 1. in fol. & in libros duodecim diviſum. Multa, teſte Genuenſis, pag. 79. ſuæ Bibliothecæ, ejus generis volumina M.S. reliquit. Inſupèr:

De rebus Indica navigationis, ſermone Italico.

CHERUBINUS DE SPOLETO, Regul. Obſerv. Philoſophia, Theologia, ac Jure Canonico excellens, necnon dicendi facundia, ingenijque ſubtilitate præſtans, Vir miraculis clarus, ac ſanctiſſimus, cui S. Hieronymus ſecreta cœleſtia

tia tanta familiaritate ſerabat, vt teſtimonio B. Bernardini Feltrenſis, veluti amicus ad amicum colloqueretur: nulli que ex Apoſtolicis Prædicatoribus per vniverſam Italiam nomine, ac re ſecundus, cui proindè Troylus Malvetius celebrrimus Juriſconſultus ſuum opus de Canonizatione Sanctorum dedicavit; concinnavit:

Sermones Quadrageſimales nonaginta à Septuageſima vſque ad Octavas Paſchę incluſivè. Prodierunt cura Fr. Seraphini Mantuani, qui in Epiſtola dedicatoria ad Hieronymum Tornellium, Vicarium Generalem Familiæ Ultramontanæ Fratrum Obſervantium, dicit Cherubinum *alios multos, & doctus libros* accuratiſsimè ſcriptos reliquiſſe. Venetijs per Georgium Arribaneum 1502. die 20. Octobris in 8. magno. Et ibidem 1511. Vidi.

Expoſitionem Salutationis Angelicæ. Extas ſermone 16. Item ex Uvadingo:

Librum ſatis vtilem de vita conjugali.

Tractatum de Fide.

Regulam ſpiritualis vitæ pro inſtructione animæ devotæ, exſcriptam à Bartholomæo Cimatella quarta parte Chronicorum, libro 4. cap. 2. Obijt anno 1484. ſepultus Aſsiſi ad Sanctæ Mariæ Angelorum, cujus reliquiæ nunc habentur in venerationem. Vide Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 4. Auguſti recenſentem hujus Cherubini animam ab Angelis, & S. Hieronymo viſſam eſſe in Cœlum deduci, in cujus obviam apparuerunt ſexaginta ſex mille Animæ, quæ illius opera; ac ferventiſsimis ſuis Concionibus ſalvatæ erant.

CHRISTIANUS CLERQ, ſeù LE CRERC, Gallus, Provinciæ S. Antonij Recollectorum Apoſtolicus Miſsionarius, ſermone patrio ſcripſit, ac emiſsit:

Relationem Fidei ſtabilitæ in Populis Gaſpaſianorum in America Septentrionali. Pariſijs 1691. in 12. Vide Ephemeridem XIII. Eruditorum Galliæ 1691.

Hiſtoriam Fidei ſtabilitæ in nova Gallia. Pariſijs apud Aubroy 1692. voluminibus duobus in 12. Vidi. Nec hunc miſsit Authorem Jacobus Le-Long, lib. 4. Bibliothecæ Gallicæ.

CHRISTIANUS DORRINGUS, Germanus, Oſnabrugenſis, Provinciæ Colonienſis:

Speculum diſciplinæ S. Bonaventuræ tranſtulit in Germanicam linguam. Prodijt Coloniæ, apud Petrum Brachel, anno 1637.

CHRISTIANUS HONSIUS, Minorita, Provinciæ Coloniæ, edidit Germanicè:

Confeſsionale. Cætera ejus, quæ circumferentur, non vidit Toſignianus, nec Uvadingus. Floruit anno 1550. teſte Uvilloto.

CHRISTOPHORUS ALMEIDA, Luſitanus, Patria Abratenſis, Profeſsione Minorita, ſub Joanne Rege III. Portugalliæ commune fecit:

Opus Aſceticum, vti ex Cardoſo narrat D. Nicolaus Antonius in Appendicib. M. S. ad ſuam Bibliothecam Hiſpanam aſſervatis in Regia Bibliotheca Matritenſi. Legi.

CHRISTOPHORUS A S. ANTONIO, Hiſpanus, ex Regulari Obſervantiæ, Author eſt operis egregij, cui titulus:

Triumphus Chriſti Jeſu contra Infideles. In antiqua editione ita legitur in principio:

Triumphus Chriſti Jeſu contra Infideles; à quodam FratreOrdinis Minorum de Obſervantia editus, quem & ejus correctionem ſubmittit S. Romanæ Eccleſiæ, & determinationi, licèt examinatus fuit per Magiſtrum Joannem Sicilium Cathedratiſcum Univerſitatis Salmantienſis (fuit deinceps ex Archiepiſcopatu Toletano ad Cardinalitiam dignitatem à Paulo V. aſſumptus) *& per Licenciatum Didaeum Perez Commiſſarium Inquiſitorum, & Proviſſorem Epiſcopi Salmantienſis.* Conſtat XX. titulis, ad quorum calcem ita inquit: *In fine ſcribo XLV. additiones notabiles, quas extraxi à quoddam tractatu, quem fecit Fr. Petrus Galatinus; in quibus flores illius recolegi.* Prodijt Salmanticæ apud Alphonſum de Porras, & Laurentium de Liondedeis 1524. in fol. Vidi. Ex dictis Liquet Minoritam fuiſſe (& me Judice, Compoſtellanæ Provinciæ alumnum) hujus operis Authorem, Uvadingo ignotum, quem ſub nomine *Chriſtophori à S. Antonio*, Scriptoribus Minoritis meritò adſcribunt Aubertus Miræus, ac Fr. Petrus de Alva apud Nicolaum Antonium, & Carolus Imbonato in ſua Bibliotheca Latino-Hebraica.

CHRISTOPHORUS A D. ANTONIO ET CASTRO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Carthaginenſis Lector emeritus, ac propoſitionum ad S. Officium ſpectantium Theologus Cenſor, communem fecit vernaculè:

Hiſtoriam Eccleſiaſticam, & Sæcularem Coloniæ Baticæ, id eſt, Urbis dictæ Buxalan-

lancæ. Granatæ litteris Balthaſaris Bolivar 1657. in fol. Vidi.

CHRISTOPHORUS ALVAREZ, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Compoſtellanæ Provinciæ, celebris Eccleſiaſtes, à Nicolao Antonio illaudatus, vernaculè emiſsit:

Vitam Joab ſub titulo Hiſpanico: *Padre tiene*. Prodijt in Legionenſi Urbe ex officina Franciſci Montes 1678. in 4. Vidi.

Catalogum Virorum illuſtrium, Cardinalium, nempè, *Ordinum Prædicatorum, & Minorum*. Ibidem ad calcem operis laudati.

Catalogum Regum Hiſpaniæ. Ibidem. Extat hujuſce memoria apud tom. 1. Chronicorum memoratæ Provinciæ, pag. 116.

CHRISTOPHORUS ALVARUS, Gallus, ſtrictioris Obſervantiæ Sectator, Guardianus Conventus Minorum Recollectorum Burdigalenſium, teſte Uvadingo, edidit:

Bullas, & Reſcripta Summorum Pontificum pro Reformatione Provinciæ Aquitaniæ conceſſa, necnon *librum per modum ſupplicationis ad Paulum V. Summum Pontificem pro tuenda, atque augenda Recollectorum Fratrum reformatione in Regno Franciæ*. Burdigalæ apud Simonem Millangium, anno 1613. in 4.

CHRISTOHORUS AB ARRIVO, Minorita, laudatur à noſtro Alva, ceù, à quo prodijt:

Expoſitio quadam Regulæ S. Franciſci, quam minimè vidi.

CHRISTOPHORUS DE ARTA, Hiſpanus, Diſcalceatæ S. Joannis Baptiſtæ Provinciæ in Valentino Regno alumnus, cauſæ Canonizationis S. Paſchalis Baylon in Romana Curia Procurator, ejus vitam, quam Hiſpanè conſcripſerat, idiomati Italo traditam, vulgarem fecit, ſub titulo:

Vita, virtutes, ac miracula B. Paſchalis Baylon, Religioſi Excalceati. Romæ apud Michaelem Ercole, anno 1672. in 4. Vidi. Et Venetijs 1673. in 4. typis Joannis Antonij Vitalis.

CHRISTOPHORUS BANDELLUS DE CASTRO NOVO, Italus, Capharonianus, Vir doctus, & in confutandis Hæreticis mira pollens dexteritate, & acrimonia, ſcripſit ſub Alexandro IV.

Librum contra Hæreſes. Ex Antonio Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, & Uvadingo. Laudatur à Fr. Didaco Lequile, & Epiſcopo Albenſi in ſuis Monumentis Subalpinæ Provinciæ, & Uvilloto.

CHISTOPHORUS BENITEZ, Hiſpanus, ex Regul. Obſerv. Provinciæ S. Michaelis, prælo dedit vernaculè:

Panegyrim de Stigmatibus S. P. N. Franciſci. Vidi. Prodijt Hiſpali ex officina Franciſci de Lyra 1631. in 4.

CHRISTOPHORUS A S. BONAVENTURA, Hiſpanus, ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, Conventus Granatenſis S. Antonij Abbatis Præſes, ligato ſermone emiſsit:

Laudes Puriſſimæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis. Extant impreſſæ cum alijs Granatæ, typis Franciſci Sanchez anno 1651. in 4. Legi.

CHRISTOPHORUS CAPEL, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Provinciæ Granatenſis S. Petro de Alcantara, Sacræ Theologiæ Lector, & Diffinitor, volumen edidit inſcriptum:

Fama poſthuma Uriæ Hatei. Granatæ anno reparatæ ſalutis 1681. Vidi.

CHRISTOPHORUS A CAPITE FONTIUM, Britanus, generoſis ortus parentibus, ex Provinciali Britaniæ, totius Ordinis Miniſter Generalis ann. 1571. delectus, tandem à Gregorio XIII. Archiepiſcopus Cæſarienſis, & Coadjutor Cardinalis de Pelue in Archiepiſcopatu Senonenſi deſignatus, digeſsit,

Librum defenſionis Fidei Majorum, quam de vera, & reali præſentia Corporis Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento habuere, in Actiones octo diviſum, in quibus pluſquam trecentis & quinquaginta rationibus, ex puro, & expreſſo Dei Verbo deſumptis, veritas dictæ fidei comprobatur, & contrarij Sacramentariorum Hæreticorum confutantur errores. Incipit: En tibi candidè lector. Prodijt primum Pariſijs, deindè Antuerpiæ, denuò Coloniæ apud Maternum Colinum, anno 1587. Prima *Actio*. Romæ primitùs fuit impreſſa. Vidi.

Catholicam defenſionem de perpetua Virginitate B. Mariæ, & Sponſi ejus Joſeph. Lugduni 1578. in 8. Vidi.

Aſſertionem Catholicam de libero arbitrio, & meritis bonorum operum ad Gregorium Decimum tertium. Incipit: Redditæ ſunt mihi tuæ litteræ. Romæ 1576. Antuerpiæ 1578. in 8.

De neceſſaria Correctione Theologiæ Scholaſticæ. Pariſijs 1586. in 8.

De honoris apice. Idiomate Gallico, lib. 1.

Diſſertationem de prophetia Jacobi: Non auſe-

auferetur, &c. Lugduni 1578. in 8. Ex Jacobo Le-Long, pag. 676. ſuæ Bibliothecæ Sacræ.

Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum, & Religioſorum ſub eorum, cura viventium, & aliorum Fratrum Mendicantium Ordine Alphabetico digeſtum. Pariſijs apud Simonem Calvarinum 1578. in 8. Vidi. Adjectæ extant nonnullæ *Quæſtiones de Statu Minorum.* Edidit etiam, teſte Marracio in ſua Bibliotheca Mariana:

Hierarpiſtem Dialogi forma conſcriptum, in quo, cur in exponendis aliquibus Scripturæ locis, à communi, in ſuo de B. Mariæ, & Joſeph virginitate libro, opinione receſſerit, & nonnullis loquendi vſus ſit modis, quos aliqui Eraſmianos falſo putant, rationem reddit. Prodijt Antuerpiæ 1575.

Expoſitionem Regulæ Seraphicæ. Ex noſtro Alva Tabula ſecunda:

Actionem primam in Sacramentarios. Pariſijs typis Arnoldi Sibttart 1585. in 8. Authore mihi Joanne de Caille, pag. 172. Hiſtoriæ typographorum:

Sermones Beatiſſimæ Virginis. Pariſijs 1586. Ex Ludovico Dupin, ſæculo 16.

De Ordine, & Ritibus Miſſæ. Ibidem:

Novarum illuſtrationum Chriſtianæ Fidei adverſus impios Libertinos, Atheos, Epicureos, & omnis generis infideles Epitomen. Ibidem 1586.

Diſputationem de eo quod eſt utile, & neceſſarium, Gallicè. Pariſijs 1586. Ex Dupin. Ibidem. Extant alia plurima, inquit Uvadingus, pag. 90. paſsim Pariſijs, paſſim Lugduni, paſsim Coloniæ edita. Charus fuit Gregorio XIII. & Sixto V. Sed & tribulationes, & labores paſſus eſt ob peregrinas quaſdam exuberantis ingenij opiniones, vndè, & in Catalogo expurgandorum librorum aliquot ejus opera ſunt expuncta. Obijt Romæ ſepultus in odeo Templi S. Petri in Monte Aureo ſuorum Conſodalium.

CHRISTOPHORUS CARNEIRO, Luſitanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Portugalliæ Sacrorum Bibliorum Interpres, laudatur a Fr. Ferdinando à Solitudine in Chronicis hujuſce Provinciæ, ceu à quo prodijt in publicum Salmanticæ:

Oratio habita in Clauſtro Univerſitatis Conimbricenſis.

CHRISTOPHORUS CIPRIUS, Genuenſis, Minoritis adſcripus à P. Oldoino in Athenæo Liguſtico, ex Michaele Juſtiniano, & Auguſtino Calcagnino in Hiſtoria Imaginis Edeſſanæ, deſcripſit:

Hiſtoriam Genuenſium ab anno 1099. ad vſque 1435. Floruit circa annum 1440.

CHRISTOPHORUS COLMANUS, Miſsionarius Provinciæ Anglicanæ, poſt mortis datam in eum ſententiam propter ſtrenuam fidei confeſsionem (in carcere Londini mortuus) edidit Rhytmo Anglico:

Mortis duelum. Londini, anno 1628.

CHRISTOPHORUS A CORCIANO, Oppido Territorij Peruſini, inter Minores Obſervantes S. Franciſci Peruſiæ anno 1673. Italicè edidit:

Concionem à ſe habitam Dominica 4. Adventus in Templo præcipuè SS. Laurentio Martyri, & Erculano Epiſcopo Sacro. Hæc laudatus Oldoinus, pagina 79. ſui Athenæi Peruſinorum.

CHRISTOPHORUS DELGADILLO, Hiſpanus, Patria Matritenſis, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. Lector Jubilatus, ac Cuſtos, à Confeſsionibus Dominarum Excalceatarum Matritenſium, Vir pœnitentiæ valdè deditus, in Theologia Scholaſtica, ac Myſtica, longa exercitatione doctus, verboque, & opere excellens, Tudenſi Epiſcopatu renuntiato, præclara volumina ſcripſit, quibus ſui nominis memoriam cum laude tranſmiſsit ad poſteros, de quorum numero ſubjecta feruntur:

Secundum principium Complutenſe, ſeù de Angelis, tractatus. Compluti apud Mariam Fernandez anno 1652. in 4.

Tractatus duo, alter de Incarnatione, alter de Adoratione, in quibus legitima Doctoris Subtilis mens aperitur, & propugnatur. Iiſdem typis 1653. in 4.

De Sacramentis in genere, & aliquibus in ſpecie tractatus in doctrina ejuſdem Doctoris. Ex eadem officina 1654. in 4.

De Pœnitentia tractatus bipartitus; de ea, ſcilicèt, quatenùs virtus eſt, & quatenùs Sacramentum. In eadem officina 1658. in 4.

De Venerabili Euchariſtiæ Sacramento: Compluti 1660. in 4.

De Aſsidua Communione. Matriti ex typographia Regia 1665. in 4. Eſt tertia editio Hiſpanico idiomate. Eodem inſuper vulgavit:

Defenſorium Privilegiorum Religioſis conceſſorum circà Confeſsiones, & Conciones. Editum vidi in 4. abſque loco, & anno.

Apo-

Apologeticum pro Illuſtriſsimo. Fr. Ildephonſo Salizanes. Extat impreſſum in fol. ſed abſque loco. Vidi.

De Obſervantia ſilentij Sanctimonialium Clariſſarum, & alijs Præceptis ſuæ Regulæ. Editio ſecunda, quam vidi, facta eſt Compluti typis Univerſitatis 1662. in 4. Devixit Matriti 1671. die 27. Octobris exemplaritatis nota inſignitus, in cujus obitu Orationem funebrem habuit Fr. Bartholomæus Garcia Eſcañuela ſuperiùs laudatus. Ejus Acta deſcripſit vernaculè Fr. Euſebius Gonzalez, tomo 6. Chron. Ordinis, lib. 3. cap. 33.

CHRISTOPHORUS AB ECCLESIA, Hiſpanus, ex Oppido Conſtantina, Archiepiſcopatus Hiſpalenſis, ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, Lector emeritus, vernaculè ſcripſit, ac emiſſit:

Vitam, Martyrium, ac Novenarium S. Chriſtophori, Hiſpali per Joannem Puerta anno 1724. in 4. Vidi.

CHRISTOPHORUS FACCIARDUS, cognomento VERRUCCHINUS à Verruchio Territorij Ariminenſis Oppido, Provinciæ Bononienſis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir non minùs pietate, mentis puritate, vitæ innocentia, quàm litteris, prædicationis dono, ac Divinarum rerum, Sacrarumque Scripturarum contemplatione comparatus, ac proindè ab Antonio Poſſevino, Societatis Jeſu, Viro eruditiſsimo in Apparatu Sacro, *Sanctitatis, ac doctrinæ Specimen appellatus*: collegit ex Sanctis Patribus, ac typis mandavit Italicè:

Exercitiorum ſpiritualium volumina tria. Primum pertinet ad communiores animæ actiones. Alterum de Miris Dei Omnipotentis operibus. Tertium de Vita, & Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac de Vita Beatiſsimæ Virginis Dei-Genitricis Mariæ. Impreſſa ſunt primò Lugduni anno 1590. in 8. Secundò Venetijs apud Miſſerinum anno 1597. & denuò ibidem apud Gerilios 1605. Tertium tamen volumen in tertia editione Veneta valdè locupletatum fuit ab Authore, additis meditationibus de Paſsione Domini per ſingulos hebdomadæ dies. Dignus quidem liber, ut ait Poſſevinus, qui legatur, & attentè perpendatur, ſi quis in hoc genere argumenti alius. Scripſit etiam:

Vitas, & geſta Sanctorum Eccleſiæ Verruchinæ, Venetijs apud Miſſerinum anno 1600. in 8.

Tractatum de Excellentijs B. Catharinæ Virginis Bononienſis S. Claræ. Bononiæ 1600.

Meditationes de præcipuis ſpiritualis vitæ myſterijs, in 4. Venetijs apud Miſſerinum anno 1599. quæ poſteà ab Antonio Dulchenio, Monacho Carthuſiano, Latino idiomate traductæ prodierunt Coloniæ anno 1601.

Compendium centum Meditationum Sacrarum. Venetijs anno 1602. 1608. & 1643. Theodorus Petrejus, Monachus Carthuſianus, has Meditationes Latinas fecit, & edidit Coloniæ apud Butgenium anno 1611.

Cæremoniale Sacrum ad uſum FFr. Minorum Capuccinorum. Venetijs apud Miſſerinum anno 1614. Reliquit etiam, Genuenſi teſte, aliud opus Latinè conſcriptum ſub titulo:

Porta aurea, & Sanctuarium Sacræ Theologiæ, tùm Scholaſticæ, tùm Poſitivæ. Legendus Uvadingus de hoc Authore, verbo *Chriſtophorus Verruchinus*, & laudatus Genuenſis.

CHRISTOPHORUS FEIST, Colonienſis, ac hujus Provinciæ Philoſophiæ Lector, ſcripſit:

Librum pro Confraternitate Chordæ, ſub titulo: *Armatura David.* Moguntiæ anno 1648. Ex Uvadingo, pag. 90.

CHRISTOPHORUS GALLO DE S. JOSEPHO, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Didaci in Bætica ſodalis, olim Guardianus, ac celeberrimus Eccleſiaſtes, in publicum miſsit duas graviſsimas Conciones habitas ad Giennenſes in ſolemniſsimo Immaculatæ Conceptionis die octavo, quarum prima inſcripta:

Septem Sapientialis domus gratiæ; lucem vidit in Giennenſi Urbe. 1710. Secunda verò ad Catholicum, & invictiſsimum Hiſpaniarum Regem N. Philippum V. ſub titulo:

Mundus ſymbolicus, ac Hebdomada prima Conceptionis Puriſsimæ Mariæ Sanctiſsimæ. Excuſa ibidem fuit 1711. Vidi. Paratos ad prælum habebat anno 1724. duos tomos. Primus, cui titulus:

Argumentum contra ſuppoſitum, Circulus Immaculatus, octo de Immaculata Virginis Conceptione continens conciones. In ſecundò, cujus inſcriptio:

Duo, & duo, & unum: Mundus, ac ejus Palatium ænigmaticum. Agit primò: *De ejus divitijs.* Secundò: *De ejus honoribus.* Tertiò: *De ejus ſcientia.* Quartò: *De ejus pulchritudine.* Ac tandem: *De volante fama.* Hæc ex relatu Fr. Franciſci So-

Soto de S. Antonio laudatæ Provinciæ Cuſtodis, didici.

CRISTOPHORUS GARCIA DE ALARILLA, Hiſpanus, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Caſtellanæ, Concionator eruditus, typis dedit:

Orationem funebrem in Exequijs Marchionum de Villena in Comitijs ſuæ Provinciæ habitam. Excudit Matriti Joannes Garcia Infanzon 1685. in 4. Vidi.

CHRISTOPHORUS HIGUERA, Hiſpanus, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Caſtellæ Concionator, vernaculè emiſsit:

Compendium Indulgentiarum Tertij Ordinis Franciſcani. Matriti 1714. apud Viduam Joannis Garcia Infanzon in 32. Vidi.

CHRISTOPHORUS LASSARTE, Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ, Reg. Obſerv. differtiſsimus Concionator, M. S. reliquit:

Variæ eruditionis tria volumina, aſſervata in Bibliotheca Cœnobij S. Mariæ de Saliceto, vti poſt Salazar in Chronicis ejuſdem Provinciæ narrat Uvadingus, pag.28. verbo *Anonymus de Laſſarte*. Inſupèr ſcripſit:

Sermones, teſte D. Nicolao Antonio ex laudato Fr. Petro de Salazar in eiſdem Chronocis. Commendatur ab Illuſtriſ. Granatenſi, lib.3. Hiſtoriæ Dominæ noſtræ de Saliceto, pag.685.

CHRISTOPHORUS LIñAN, Hiſpanus, Regularis Obſervantiæ primitus, deindè ſtrictioris Obſervantiæ in Diſcalceata Provincia S. Joannis Baptiſtæ alumnus, munere Confeſſarius, perfectionis Religioſæ exemplar factus, obtemperans exaravit vernaculè:

Acta vitæ ſuæ. In publicum miſsit Fr. Antonius Panes, tom. I. Chronic. ejuſdem Provinciæ in qua lætus mortem aſpexit anno 1659. decurſiſque annis quinque corruptionem non viderat.

CHRISTOPHORUS DE LISBOA, Luſitanus, Excalceatæ Provinciæ S. Antonij, Theologiæ Lector, Diffinitor, & apud Fidei Vindices Theologus Cenſor, Vir in Divinis Scripturis eruditus, & in declamandis ſermonibus ad populum excellentis opinionis, ad poſteros vernaculè tranſmiſsit:

Sanctorale variarum Concionum, Ulyſſipone typis Antonij Alvarez, anno 1638. in 4. Vidi.

Hortulum Sacræ Scripturæ. Ibidem apud Paulum Craesbeeck, anno 1653. in 4. Vidi. Item, vt ex relationibus Luſitanis novimus, ſcripſit, non autem edidit, patrio quoque idiomate:

Hiſtoriam naturalem, & moralem Maranhan, ac magni Pará. Obijt Author Congi, & Angolæ electus Epiſcopus. Conſentiunt apud meam Minorum Diſcalceatorum Bibliothecam, Fr. Balthaſar de Medina, ac D. Nicolaus Antonius. Edidit quoque:

Concionem habitam in Sacello Regio Dominica 4. Quadrageſima. Ulyſsipone apud Paulum Craesbeeck, anno 1641. in 4. Ejus meminit Uvadingus. Inſupèr vernaculè vulgavit, quatuor alias Conciones in eodem Regio Sacello habitas, nempè:

De Dominica 3. Adventus in declamatione Joannis IV. Luſitaniæ Regis. Ibidem typis Antonij Alvarez, 1641. in 4. Vidi.

De Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis. Ibidem litteris Pauli Craesbeeck, anno 1646. in 4. Vidi.

De Feria 6. Dominicæ 2. Quadrageſimæ. Ibidem, eiſdemque typis. Vidi.

De Feria 6. infrà Hebdomadam 4. Quadrageſimæ. Ibidem per Emmanuelem Lopez de Carvalho, anno 1648. in 4. Vidi.

Pro Exercitus regalis proſperitate. Ibidem ex typographia Laurentij Amberes, anno 1644. & anno 1694. in 4. Vidi.

CHRISTOPHORUS MERCADER, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ, Provinciæ Valentinæ Eccleſiaſtes, Diffinitor, ac Hiſtoricus ſuæmet Provinciæ, publici juris fecit vernaculè:

Vitam V. Fr. Petri Eſteve Minoritæ, Commiſſarij Hieroſolymitani. Valentiæ typis Franciſci Meſtro 1677. in 4. Vidi. Inſupèr latinè, opus prænotatum:

Idea Sacra Evangelica ex littera decantata ab Eccleſia Romana, & Annotationes curioſæ Concionatoribus obſervatæ à doctiſſimis, & eruditiſsimis Magiſtris, ſicut ab Illuſtriſsimo D.D. Fr. Bartholomæo Garcia de Eſcañuela, Minorita, Epiſcopo de Puerto-Rico. Valentiæ per Didacum de Vega, 1683. in 8. Vidi. Reliquit M.S.

Chronica M. S. Valentinæ Provinciæ, quæ ad prælum parata legit Author Bibliothecæ Valentinæ, vti teſtatur, pag. 101.

CHRISTOPHORUS MOLINA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Bæticæ, ex præſcripto ſui Miniſtri, ſtylo ſignavit anno 1663.

Vitam V. Fr. Joannis à Cruce Laici Recollecti Commiſſarij Terræ Sanctæ. Inedi-

ram

tam vidi in 4. in Matritenſi Cœnobio Regul. Obſerv.

CHRISTOPHORUS MORENO, Hiſpanus, ex Oppido Moxent Valentini Archiepiſcopatus, primitus ſub Hieronymianis vixit, à quibus Romam miſſus, ibidem in Aracœlitano Conventu Regulæ Seraphicæ nomen dedit. Hiſpaniam rediens, ac in Valentina Regularis Obſervantiæ Provincia moram trahens; alia poſt munera Miniſtrum Provinciæ, haud ſine laude, egit. Scripſit hic pijſſimus, ac integerrimus Vir, Hiſpanico ſermone:

Vitam B. Nicolai Factoris ſui conſodalis. Quæ, vt vera, & integra emitteretur, trecenti graviſſimi teſtes jure jurando ſuper Evangelia adacti, quidquid noverant, & viderant, retulere. Chriſtophorus autem præter teſtimonia, diù verſatus cum ipſo Nicolao, librum hunc de illius vita biennio poſt ejus mortem edidit. Compluti apud Hæredes Joannis Gratiani, anno 1588. Porrò liber (vt ait Poſſevinus) dignus eſt lectu, ſed & viſa dignior eſt imitatu. Prodijt Italicè Romæ, 1590. exaravit inſupèr Hiſpanicè:

De claris Familiæ S. Franciſci Viris M.S.

Itinerarium in Cœlum. Matriti, 1616. & Compluti litteris Joannis Iñiguez, 1596. in 4. Vidi.

De Confraternitate Chordigerorum. Valentiæ, 1589. & 1604.

De Virtutibus aquæ benedictæ. Ibidem 1600. in 8.

Vitam S. Antonij de Padua. Ibidem 1576. in 8.

De Puritate B. Mariæ Virginis. Ibidem 1582. in 8.

Vitam S. Joannis Evangeliſtæ à Fr. Didaco Stellæ ſcriptam correxit, & auxit. Valentiæ 1595. in 8.

De claritate ſimplicium. Valentiæ per Petrum de Huete 1571. in 8. Vidi.

Lumen Chriſtiani, ſeù *partem ſecundam claritatis ſimplicium.* Ibidem per Joannem Navarro, 1576. in 8. Extat hujuſce honorifica mentio apud Valerium Taxandrum, fol. 40. Nicolaum Antonium, & Valentinam Bibliothecam, pag. 101. Conſule Arturum ad diem 18. Martij, §. 3. in editione 2. Martyrologij Franciſcani.

CHRISTOPHORUS NUMALIUS, ſeù NUMAYUS, Forilivij in Romandiola natus, quem præſtantiſſimum virtute, ac eruditione celebrem Numayum Rodulphus appellat, à teneris annis nobilis genere, nobilior moribus, Bononiæ humanioribus litteris, deindè gravioribus factus Minorita ſtuduit in Gallia, eo profectu, vt Doctoratus Lauream adeptus, & Theologiam profeſſus, Galliarum Regibus chariſſimus, & Reginæ à Sacris Arcanis Miniſter deputatus, vitæ probitate, atque in rebus agendis prudentia, per omnes Religionis gradus ad ſupremum Miniſteriatum pervenerit in Generaliſſimo Capitulo, quod *Unionis* dicitur. Menſe integro ab ejus electione tranſacto, ad Cardinalatum ſub titulo S. Bartholomæi in Inſula, de hinc S. Mariæ de Aracœli, ob peculiarem vitæ ſanctitatem, morum gravitatem, generis nobilitatem, Religionis obſervantiam, doctrinæ ſapientiam, & virtutum omnium ingenitum ſplendorem aſſumptus, ſacram dignitatem conſtanti humilitate recuſavit, donec eum Leo Pontifex, vt honorem admitteret, præcepto coegerit. Ordinem, tamen ad annum vſque ſequentem regere juſſus, coactis Lugduni Comitijs, in quibus ipſe præſedit, Franciſcum Lichetum in Generalatu ſucceſſorem excepit. Anno 1522. ad Epiſcopatum Iſernienſem ſub Archiepiſcopo Capuano, & anno 1526. ad Rhegienſem in Provincia Provinciæ, & demùm ad Alatrinenſem evectus, hunc ſolùm, cæteris citò dimiſſis, ad mortem vſque retinuit. Sub Leone X. Adriano VI. & Clemente VII. ſanctiſſimè vixit; donec in Urbis depopulatione, cum podagra impeditus tutiorem locum adire non potuerit, ab irruentibus Barbaris captus, multa perpeſſus opprobria, & injurias, omnia propter Chriſtum conſtantiſſimè tulit. Poſt Urbis liberationem ad eum ſcripſerunt ex Urbe Veteri Clemens Pontifex, deindè Franciſcus Gallorum, & Henricus Anglorum Reges, ejus calamitati condolentes. Scripſit:

Plurima Theologica, Aſcetica, Moralia; quæ in communi Urbis excidio deperdita memorantur, teſtibus Uvadingo in Annalibus, Jongelino in Elogijs Cardinalium Ordinis Minorum, & Ludovico Cataneo de S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus. Parum liberationi ſuperſtes, anno 1528. decimo Kal. Aprilis, quod mortale erat Anconæ depoſuit. Ejus in laudem, neſcio quis cecinit:

Si pia non novit te; quis perfecta Leonem
Maurice, qui texit membra Numaye rogat.

CHRISTOPHORUS N. Minorita,

 Ca-

Capuccinus, apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 228. laudatus; Italico idiomate typis commiſsit:

Vitas B. Joannis, Canonici Rhemenſis Eccleſiæ, ac B. Roberti Malateſtæ. Rimini, 1610. in 4.

CHRISTOPHORUS ORTEGA, Minorita, Hiſpanus, edidit:

Concionem de Immaculata Conceptione Virginis, vt videre eſt in libro Granatæ impreſſo anno 1650. fol. 235. ex noſtro Alva, columna 280. ſuæ Militiæ Univerſalis.

CHRISTOPHORUS RODRIGUEZ, Hiſpanus, ex Oppido Las Navas del Marquès, in Veteri Caſtella, ac Diœceſi Abulenſi, genere clarus, dignitate Sacerdos, olim Abulenſis Collegij Sancti Æmiliani alumnus, ac de Theologia Scholaſtica in Academia Abulenſi optimè meritus, à Commiſsionibus Valliſoletanæ, Toletanæ, ac Supremæ Inquiſitionis, ex Tertio Ordine Seraphico, ejuſque Matritenſis Chartophilax, quem vbique ſuæ dotes commendant, hìc jure depromitur. Hic ſanè inſolens Vir, exquiſitarum, & reconditarum litterarum practica cognitione cum paucis conferendus, curioſus, ac diligentiſsimus antiquitatis indagator, Tabulas, & Acta Hiſpaniarum, Galliarum, immò totius Europæ, pervolutavit, excuſit, & quaſi Authographorum helluo devorans, in ſtuporem digeſsit. *Bibliothecam* igitur *Univerſalem*, ſeu *Bibliographiam* in plures tomos in folio diſtributam efformavit, latiſsimis acclamationibus, à Viris prudentia, & eruditione præditis, necnon à Catholico Rege noſtro Philippo V. exceptam. Sed quia ſumma petit livor, ecce tot cælata volumina ex latentibus tabulis, & cum tineis blattiſque luctantibus fidiſsimè exſcripta, ab exteris per quam cupidè expectata, per ignem quoque, & aquam probata, & approbationibus fulcita ferè celata habentur, conquerente iteratò Urbis, & Orbis Republica Litteraria. Verùm, ex penu tanti Authoris nulli parcentis ſumptui, ex ejus præſtanti calamo, exquiſita induſtria, celeſtique cœlo, modo extat:

Bibliotheca Univerſalis, in qua nullo docente Magiſtro recondita antiquitatis monumenta aperiuntur, ejuſque Alphabeta, & apices, tomus primus in folio magno. Vidi, & Cenſoris munere. Conſtat 150. Laminis, & nunc typis mandantur cenſuræ omnes.

Alphabetorum 19500. à Creatione Mundi, carptim adjectis Regum Privilegijs, ac Bullis Pontificijs, volumen egregium in 4. Oculis etiam luſtravi ex præſcripto Vicarij Generalis Toletani Archiepiſcopi. Ejuſdem habetur:

De Primigenijs Bonis D. Alvari de Luna, tractatus eruditus Matriti excuſus in typographia Viduæ Infanzon, anno 1722. in fol. Vidi. Demùm indefeſſo ſtudio concinnavit:

De Antiquitate Excell. Domus Ducum del Infantado, opibuſque ſuis Primogenitis aſsignatis temporum ratione ſervata, & alphabetico ordine, volumina ſeptem ſupra decem in fol. opus ſanè mirandum decorè munitum, ac in Matritenſi Archivio laudatæ Domus conſervatum. Plura reconditæ antiquitatis monumenta, cedro profectò, lamina, & prælo digna cuſtodit Author hoc anno 1732. Utinàm pro bono publico, quamprimùm prodeant.

CHRISTOPHORUS RUIZ, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Conceptionis filius, Vir probitate vitæ eximius, litteris tradidit:

Tractatum de Oratione, anno 1540. teſte Nicolao Antonio, ex Illuſtriſsimo Gonzaga, & Uvadingo.

CHRISTOPHORUS E VARISIO, Inſuber, Provinciæ Poloniæ Majoris Viſitator, B. Joannis à Capiſtrano diſcipulus, & ſocius, V. I. Doctor, antequam ad Minores accederet, deindè egregius Prædicator, & Theologus, qui Germaniæ adjutorio fuit Capiſtranenſis, vt Regulam propagaret, & ſtabiliret Obſervantiam, ſcripſit:

Declarationem ſuper Regulam. Eſt liber tenui, & denſo charactere inſcriptus accedens ad craſsitiem ferè trium digitorum aſſervatus in Bibliotheca Conventus Varſavienſis laudatæ Provinciæ, teſte Fr. Auguſtino Cieplinski in Chronologica deſcriptione prædictæ Provinciæ, fol. 149.

Ordinis privilegia compilavit, & declaravit.

Privilegia Guardiani Montis Sion, & Fratrum in Syria, & Palæſtina habitantium collegit, ſuiſque notulis illuſtravit.

Vitam B. Joannis Capiſtrani ſatis diffuſè, quæ Uvadingo noſtro vſui fuit non mediocri. Vide eundem Annaliſtam, tomo 6. & tomum 7. Chronic. Ordinis Hiſpanicè editum à Fr. Euſebio Gonzalez, lib. 4. cap. 20.

CHRISTOPHORUS DEL VISO, Hiſpanus, ex Regul. Obſerv. Granatenſis

Digitized by Google

ſis Prov. Theologus, ac Diffinitor ſtylo ſignavit:

Vitam V. Clariſſæ Franciſcæ Mariæ à S. Gabriele. Exſcriptam habes apud tom. 1. Chronic. laudatæ Prov. tract. 5. cap. 19.

CHRISTOPHORUS ZERAS, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Caſtellanæ Provinciæ, M. S. reliquit vernaculè:

Chronica ejuſdem Provinciæ, olim repoſita in Biblioth. Complutenſis Conventus Sancti Didaci.

CHRYSOSTOMUS A CAPRANICA, Oppido Tuſciæ; Regul. Obſervant. Provinciæ Romanæ Diffinitor, Epiſcopus Firminiæ in Archipelago ad mare Ægeum, in Sanctâ, aliiſque Orientalibus linguis mediocritèr verſatus, ſcripſit:

De Divinis Nominibus maximè de eo, quod *Tetragrammaton* vocant Græci, ſatis ingenioſum, & pulchrum tractatum, quem Gregorio XV. nuncupavit. Penès ſe habuit noſter Uvadingus Authographum pulcherrimo charactere, & minio exaratum, egregiiſque emblematibus diſtinctum. Item apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pagina 227. publici juris fecit:

Officium Sanctiſſimi Nominis Tetragrammaton. Viennæ Auſtriæ anno 1609. in 8. Egit quoque de Chryſoſtomo iſto, Carolus Imbonato in ſua Biblioth. Latino-Hæbraica.

CHRYSOSTOMUS GAUFRIDUS, Gallus, Provinciæ S. Bernardini Recollectorum Pater, ac Hiſtoricus Superiorum juſſu, Latinè, & in fol. exaravit:

Hiſtoriam laudatæ Provinciæ. Incipit Præfatio: *Fœcunditas Religionis Seraphicæ.* Aſſervatur M. S. in Generali Ordinis Matritenſi Archivio, pluteo proprio hujus Provinciæ. Vidi.

CHRYSOSTOMUS SAN-LAUDIENSIS, Gallus, Tertij Ordinis Sancti Franciſci, Provinciæ S. Ivonis, ſcripſit:

Opuſcula varia de vita ſpirituali. Ex Uvadingo.

CHRYSOSTOMUS SOLARIUS, Minorita, vt credo, volumen emiſsit,

In Regulam Minorum, editum Genuæ in 4. Authore mihi Martino Lippenio, tom. 2. Biblioth. Theologicæ, pag. 297.

CLARA BUGNIA, Veneta, Virgo Clariſſa, vitæ, & virtutis admirabilis, cujus vitam diffuſè ſcripſit Franciſcus Georgius Venetus, ejus Confeſſarius, de quo ſuo loco dicemus, ſtylo ſignavit:

Exhortationes quatuor ſatis pias, & efficaces ſuper illa Chriſti verba: Hoc eſt præceptum meum. Quibus verbis ſuas excitat Moniales ad vnionem, & charitatem fraternam.

Exhortationes totidem ad eaſdem, de laudibus obedientiæ.

Alias ſex de virtutibus patientiæ.

Quinque de virtute humilitatis.

Documenta ſalutaria de morte cogitanda, & aliis virtutibus ſectandis. Omnia typis data ſunt ſimul cum Claræ vita in Chronicis Bartholomæi Cimarelli, part. 4. lib. 10. Obijt Venetijs in Monaſterio S. Sepulchri die 17. Septembris, anno 1514.

CLARA A JESU MARIA, Virgo Clariſſa, vti legitur tom. 2. Hortuli Seraphici Fr. Petri Antonij de Venecia, parte 5. cap. 3. pag. 78. ſcripſit:

Super varias materias, quarum expreſſam notitiam deſidero.

CLARUS nomine, & ſcientia, Florentinus, Provinciæ Tuſciæ alumnus, Sacræ Paginæ, & Juris Pontificij Doctor Illuſtris, conſcriptos reliquit:

Tractatus varios in Jure Canonico, quos M.S. ſe habuiſſe teſtatur Uvadingus in de Scriptoribus, pag. 91. Citatur in Summa Angelica, vti obſervavit Toſignianus. Reliquit etiam:

Summam Caſuum Conſcientiæ. Extat in Bibliotheca S. Crucis Florentiæ. Ex Mariano. Agit de ipſo Fr. Antonius Terrinca in ſuo Theatro Tuſciæ, pagina 196. & Meliſſanus in Supplemento Annal. Uvadingi ad annum 1308. quo floruit.

CLAUDIA A S. MICHAELE, Monialis Sacræ noſtræ Religionis, concinnavit:

Gloſſam pro Immaculata V. Mariæ Conceptione, vt videre eſt in libro impreſſo Granatæ 1651. folio 302. Hæc Fr. Petrus de Alva, pag. 289. ſuæ Militiæ.

CLAUDIUS ABBA-VILLÆUS, natione Gallus, Concionator Provinciæ Pariſienſis Minorum Capuccinorum, Miſſionarius Apoſtolicus in Inſulis Americæ in nova Gallia, vbi, per decennium infatigabilitèr operando, multas Infidelium animas è Sathanæ manibus eripuit, illaſque Regiones ſuis virtutibus, atque Apoſtolicæ vitæ exemplis illuſtravit; ſcripſit Gallicè:

Hiſtoriam navigationis, & adventus Capuccinorum cum Nobilibus de Regno Galliæ in Inſulam de Marangam, & adjacentia loca. Pariſijs apud Franciſcum Hubium anno 1614. Vidi.

Hiſtoriam Chronologicam B. Coletæ Virginis Reformatricis Ordinis Sanctæ Claræ. Ibidem 1619. De eo meminit Genuenſis ex Arturo à Monaſterio in Martyrologio Fran-

Franciſcano die 25. Januarij in Annotationibus, pag. 33. & die 1. Maji, §. 13. pag. 171. P. Marcus de Guadalaxara, part. 5. Hiſtoriæ Pontificalis, pag. 247. ac Marracius in Appendice de Scriptorib. Marianis.

CLAUDIUS ATHENSIS, Capuccinus, natione Belga, Provinciæ Valloniæ Concionator, in Divinis Litteris optimè verſatus, Vir pius, ac religioſis moribus ornatus, edidit, Genuenſi teſte:

Meditationes ſuper Myſteria Paſsionis Domini N. Jeſu Chriſti. Namurci 1683.

CLAUDIUS CLEMENS, Minorita, hactenùs mihi ignotus, emiſsit latinè tomum inſcriptum:

Prodromus ſcientiarum, Artium veliberalium. Venetijs, anno 1651. in 4. Ex Catalogo librorum edito Genuæ apud Tornéus, anno 1725. & Lugduni 1702.

CLAUDIUS FABER, Sabaudius, verus Minorita, & Chriſti Martyr glorioſiſsimus, ſcripſit:

In quemdam Arelatenſem Hæreſiarcam. Habetur in quodam libro Gallicè conſcripto, vti aſſerit Andreas Roſſotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij. Hic cum eſſet Guardianus cujuſdam Conventus apud Nemaûſum, vulgo *Nimes* in Gallia Narbonenſi, ab impijſsimis Calvinianæ Sectatoribus captus, & corpore pugionum ictibus confoſſus, animam Deo reddidit anno 1575. De eo ſcribunt Britius, Franciſcus Gonzaga de Origine Seraphicæ Religionis, part. 2. & alij apud laudatum Roſſotum.

CLAUDIUS FRANCISCUS MAISTRE, Capuccinus, Burgundus, Concionator celebris, Philoſophiæ, ac Sacræ Theologiæ Prælector eximius, Vir in Divinis Litteris maximè eruditus, pietate, ac animarum zelo clarus, qui ſuam Provinciam Burgundiæ accuratè adminiſtravit, & ob innatam clementiam in regendo, & humanitatem, fuit omnibus amabilis, edidit Latino ſermone opus prænotatum hac Epigraphe:

Breviarium Hiſtoricum integerrimæ, & Sanctiſsimæ Virginis Mariæ vitæ, per varias, & veras plurium ſalutationum Angelicarum Paraphraſes ex Scriptura, & Patribus acceptas diſtributum, & in ſeptem Decades ſeptem hebdomadæ diebus reſpondentes partitum. Lugduni ſumptibus Jacobi Canteron, anno 1655. De eo meminit Marracius in Appendice de Scriptoribus Marianis. & Genuenſis, pag. 80.

CLAUDIUS FRASSEN, Veronenſis, Minorita, Gallus, Doctor Theologus, in Majori Conventu Pariſienſi Reg. Obſerv. Vir excellentèr doctus, in ſuorum, ac etiam, in Minorum Conventualium gratiam ordinavit, ac in publicum miſit opus prænotatum:

Philoſophia Academica. Secunda editio priori longè fœcundior, facta eſt Pariſijs typis Ermundi Couterot, anno 1668. tomis quatuor in 4. Amplectitur primus: *Logicam, & Metaphyſicam.* Secundus: *Primam, & ſecundam partem Phyſicæ.* Tertius: *Tertiam partem Phyſicæ.* Quartus demùm: *Moralem ſcientiam.* Vidi. Item in gratiam Theologorum, maximè Scotiſtarum, volumina edidit, quorum inſcriptio:

Scotus Academicus, ſeù univerſa Doctoris Subtilis Theologica dogmata. Ibidem apud eundem anno 1672. 1676. 1677. quatuor voluminibus in folio. Præmittit in primo: *Elogium Doctoris Subtilis.* Et Romæ ex typographia Rochi Bernabo, anno 1721. & 1722. tomis 12. in 4. Agit in primo: *De Deo in ſe ſubſiſtente.* In ſecundo: *De Deo intelligente, & volente.* In tertio: *De SS. Trinitatis Myſterio.* In quarto: *De Angelis.* In quinto: *De Formatione, & ordinatione creaturarum corporalium, & mirando hominis opificio.* In ſexto: *De Legibus.* In ſeptimo: *De Incarnatione.* In octavo: *De Dignitate, miniſterio, & cultu Chriſti Domini, ac de virtutibus Theologicis.* In nono: *De Divinæ gratiæ beneficio.* In decimo: *De Sacramentis in genere, & de Baptiſmo, Pœnitentia, ac Extrema-Unctione.* In vndecimo: *De Euchariſtia, & Confirmatione.* In duodecimo: *De Ordine, & Matrimonio.* Vidi. Scripſit paritèr magnæ vtilitatis opus, cui nomen factum:

Diſquiſitiones Biblicæ. Pariſijs, anno 1695. in 4. Vidi. Demùm aliud inſcriptum:

Diſquiſitiones in Pentbateucum. Rothomagij, anno 1705. in 4. & Pariſijs apud Petrum Ubitte, anno 1705. in fol. parvo. Vidi. Vertit Gallicè:

Litteras S. Paulini. Vide Trevoux in Memoria Litteratorum anno 1703. in menſe Septembri. Demùm:

Super Regulam Minorum. Pariſijs anno 1703. in 12.

CLAUDIUS JAVELOTIUS, Foroienſis, Gallus, Tertij Ordinis S. Franciſci, ſcripſit:

Hiſtoriam ejuſdem Ordinis, tàm Secularis, quàm Regularis. Prodijt ſumptibus Clauſtrianis, 1640. in 4. Hæc Uvadingus.

CLAUDIUS LE-VOL, Gallus, Prov. S. P. N. Franciſci Reg. Obſerv. alumnus, Theologus, Sacrorum Canonum Lector, necnon Rector, & Vicarius Chori in celeber-

ber-

Digitized by Google

berrimò Conventu Sanctæ Mariæ Angelorum Portiunculæ, juſſu Reverendiſsimi P. Fr. Bonaventuræ Cavalli, in Ultramontana Familia Obſervantium, & Reformatorum Commiſſarij Generalis, poſteritati dedit:

Kalendarium perpetuum, ſeu Ordo perpetuus Officij Divini recitandi ad uſum, & commoditatem Fratrum, & Monialium Ordinis S. Franciſci juxtà Rubricas Generales Miſſalis, & Breviarij Romani, necnon particulares Miſſalis, & Breviarij Fratrum Ordinis Minorum nuper à S. R. Congregatione approbatas: in quinque tabulas (quarum quælibet continet ſeptem litteras Dominicales) ſecundum quinque ordines Epactarum, Tabulę perpetuæ Breviarij, & Miſſalis Romani diſtributum, antepoſitis modis perpetuis inveniendi litteras Dominicales, Epactas, Feſta mobilia, ac tabulam, & litteram Dominicalem pro quolibet anno. Romæ typis Fabij de Falco, anno 1667. in 8. Vidi.

CLAUDIUS A MARTYRIBUS, Hiſpanus, Legionenſis, genere nobilis, ac Religionis zelo conſpicuus, primus Provincialis Miniſter Provinciæ Diſcalceatorum S. Pauli, quam ſemel, atque iterùm magno aplauſu gubernavit, Provinciarum Diſcalceatarum S. Joſephi, S. Gabrielis, necnon Arabidorum in Luſitaniæ Regno Commiſſarius Viſitator, primuſque ſuæ laudatæ Provinciæ Chronologus, ex viſu probatis, & authenticis teſtimonijs efformavit:

Memoriale Provinciæ S. Pauli. Præ manibus habeo, & olim habuit R. A. P. Daza, ut rectè notavit Fr. Joannes à S. Maria, part. 2. ſuorum Chronic. lib. 4. cap. 15. fol. 500. Floruit, non abſque ſanctitatis opinione in S. Didaci Valliſoletano Conventu, anno 1622. De eo egi, tomo 1. Chronic. Prov. S. Pauli.

CLAUDIUS MEDULLA, Mediolanenſis, Reg. Obſerv. apud Sereniſſimum Parmæ, & Placentiæ Principem Alexandrum Farneſium, Belgij pro Philippo II. Hiſpaniarum Rege Gubernatorem, ſuper Militum copias; & Regium Exercitum Commiſſarius Apoſtolicus, ſtylo ſignavit:

Epiſtolam inſignem, qua tàm Sæculares, quàm Eccleſiaſticos fidei ſuæ commiſſos, piè, ſincereque admonet ad rectè vivendum, & fortitèr agendum. Duaci excudit Bogardus, anno 1584.

Orationem de Transfiguratione Domini, ac de duabus in Chriſto naturis, & earum effectibus. Brixiæ apud Cominum Preſenium, anno 1597. in 4.

Librum Conſtitutionum ſui Ordinis, compilavit, teſtibus Toſigniano, & Uvadingo. Demùm ex noſtro Alva, tabula 2. ſcripſit

Super Regulam Fratrum Minorum.

CLAUDIUS MOREN, Inſulenſis, Minorita, Authore mihi Fr. Bonaventura Baronio, tom. 1. Opuſculorum, part. 14. §. 11. Appendicis, edidit:

Philoſophicum Curſum ad Scotigentum.

CLAUDIUS LE PETIT, Gallus, Doctor Pariſienſis, Diffinitor Provinciæ Franciæ, & Guardianus Conventus Jonvillani, ſcripſit Gallicè:

Notationes in Regulam S. Franciſci, collectas ex diverſis gravibus Authoribus, juxtà declarationes Summorum Pontificum. Pariſijs apud Sebaſtianum Gramoiſi, anno 1622. in 12.

De Spiritibus creatis. Pariſijs 1641. in fol. parvo per Franciſcum Piot, volum. 3. Agit in 1. de *Angelis.* In 2. de *Dæmonibus.* In 3. de *Anima.* Vidi. Extat hujus mentio apud Alva, tabula 2. Uvadingum in de Scriptoribus, ac Dupin, ſæculo 17.

CLAUDIUS PICQUET, Gallus, Divionenſis, Regul. Obſervantiæ Provinciæ S. Bonaventuræ, Sacræ Theologiæ Doctor, Guardianus Cabilonenſis, & Romonenſis, edidit:

Commentaria ſuper Evangelicam Fratrum Minorum Regulam, ac S. Franciſci teſtamentum, adjectis inſupèr ejuſdem Sancti Patris Vita, & Utrorum illuſtrium ejuſdem Ordinis Catalogo, ordine Alphabetico digeſta. Lugduni apud Joannem Didier, anno 1597.

Deſcriptionem Provinciæ S. Bonaventuræ, ſeu Burgundiæ Fr. Minorum Reg. Obſerv. ac Cœnobiorum ejuſdem initium, & progreſſus. In ſecunda editione aucta eſt hæc deſcriptio *tractatulo juris domicilij* conceſsi Patribus Recollectis, & quibuſdam notis in quendam qui hanc Deſcriptionem in prima editione impugnare tentavit; non enim omninò conveniunt circa res hujus Provinciæ ea, quæ ſcripſit Jacobus Fodereus ejuſdem Inſtituti, & Provinciæ. Prodijt autem opus Picqueti primæ editionis Lugduni 1617. ſecundæ editionis Turnoni apud Claudium Michaelem, anno 1621. in 8. Vidi. Vide verbo *Jacobus Fodereus.*

Vitam Clementis IV. Papę. Extabat manuſcripta Lugduni, apud Renatum Gros à S. Joyrio, Equite S. Michaelis. Incipit: *Cum alia ſint, Cæſarum leges.* Ejus meminit

P. Ludovicus Jacob in Bibliotheca Pontificia.

CLAUDIUS PRIOR, Gallus, cum Lovanij hæreret, à Paſtoribus animarum maximè à Uvaurenſi Brabantinorum rogatus, occaſione quorumdam ruſticorum ſibi fallacitèr perſuadentium homines in lupos converti, ſcripſit Gallicè, Uvadingo teſte:

Libellum de Lycanthropia, ſeù transformatione hominum in lupos. Prodijt Lovanij apud Maſium, anno 1595. Citatur à Martino Delrio, lib. 2. pag. 18. Diſquiſit. Magicarum.

CLAUDIUS RANGOLIUS, Minorita, publici juris fecit:

Commentaria in libros Regum. Pariſijs 1621. vol. 2. in fol. Fides ſit apud Crouvæum, pag. 95. ſui Elenchi in Sacræ Scripturæ Scriprores.

CLAUDIUS VALLENOT, Gallus, Conventus S. Mariæ Angelorum Lugduni Guardianus, Provinciæ S. Bonaventuræ olim Miniſter, Obſervantiæ Regularis pius zelator, ab Ordinis officijs abhorrens, vt liberiùs Deo vacare poſsit:

Pſalmum 19. Exaudiat te Dominus in die tribulationis, & 116. Laudate Dominum omnes gentes, aliaque in Paraphraſim merè Anagrammaticam ingenioſè concinnavit, ac edidit. Hæc Uvadingus. In medium producitur à Ludovico Cavalli in Syllabo AA. præfixo ſuæ *Janua Muſarum.* Clarebat anno 1650.

CLEMENS BARRERA, Italus, Patria Neapolitanus, Vir doctus, ac Sacrarum Concionum celebris declamator, ſuæ nationi commune fecit:

Mariale Hiſpanicè elaboratum, ac editum à R. P. Fr. Joanne de Matha Ordinis Prædicatorum. Venetijs 1638. in 4. Ex Alva, col. 294. ſuæ Militiæ, ac Marracio in Bibliotheca ſua. Emiſsit inſupèr, teſte Nicolao Toppi de Scriptoribus Neapolitanis idiomate patrio:

Panegyrim de laudibus B. V. Mariæ de Monte Carmelo. Neapoli per Honofrium Savio 1646. in 8.

CLEMENS BONTADOSI, natione Italus, Patria Monrefalcenſis, Theologus, ac Concionator, quem doctrina, ac probitas primirus ad Provincialatum, deindè ad Generalis munus Minorum Conventualium, ac demùm ad Epiſcopatum Nicaſtreſem extulir, inter alia devotionis monumenta, quibus animarum zelum commendavit, edidit Italicè:

Hebdomadam Sacerdotalem. Deceſsit anno 1593. teſte Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Univerſalis, num. 1890. ex Jacobillo de Scriptoribus Umbriæ.

CLEMENS BRANCASIUS DE CAROVINEA, Italus, ex Reformatis Neapolitanæ Provinciæ, Sacræque Theologiæ eruditus Lector, ac Diffinitor, tomis 2. in fol. ſcripſit:

De Deo Trino, & Uno. Neapoli apud Ægidium Longum, anno 1638. Vidi. Ipſum Scipio Brancaſius ex Fratre Nepos:

Qui legis haùd magnum, preſſoque volumine librum
Perleges; nàm magnos maximus inter erit.
Quid ni? quem tellus, pontus, quem non capit æther,
Perſtringit gremio maximus ipſe ſuo.

Item emiſsit:

De Angelis volumen in folio cuſum ibidem in officina ejuſdem 1646. Vidi.

Commentaria litteraria, & moralia in Evangelium S. Matthæi. Lugduni 1656. Ex Ludovico Dupin, ſæculo 17.

Vitam, & Acta Urbani VIII. Pontif. Maximi. Romæ 1645. Ex eodem:

Vitam, & Actiones Fr. Hieronymi de Narnio Generalis Vicarij Capuccinorum. Ibidem, ex eodem:

Annales Capuccinorum ab 1612. vſque 1634. Lugduni 1676. Ex eodem.

CLEMENS BRIXIENSIS, ejuſdem Provinciæ Capuccinus, Concionator, Vir doctus, ac varia eruditionis forma decoratus, concinnavit:

Poemata varia, & elogia. Brixiæ 1675. & Lugduni 1676. Laudatur à P. Cozzando Servita apud Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Univerſalis, num. 3074.

CLEMENS CRAPETTUS A MEDIOLANO, Italus, Regul. Obſervantiæ alumnus, Sacræ Theologiæ Generalis Lector, rei Poeticæ non ignarus, poſteritati dedit:

Theologica Poemata elaborata ex Subtilium Academia. Taurini, anno 1678. typis Georgij Columnæ in 4. Vidi. Primum carmen:

O Pater hominum, divumque æterna Majeſtas!

CLEMENS DOLERA, Italus, Ligur Monilianus, Regul. Obſerv. Provinciæ Bononienſis alumnus, Vir in Philoſophicis, ac Theologicis ſtudijs inſignis, ac tùm doctrina, tùm ſanctiſsimis moribus præclarus poſt ſuæ Provinciæ Cuſtodiatum, ex Miniſtro Generali totius Ordinis à Paulo IV. creatus Cardinalis Presbyter Tituli S. Mariæ Aracœli anno 1557. Epiſcopus Fulginatenſis, & in Urbe Generalis Inquiſitor, ſcripſit:

Compendium Catholicarum Inſtitutionum ad Chriſtianam Theologiam. Primò Fulgini impreſſum anno 1562. Deindè Romæ apud Antonium Bladium an. 1565 additis duobus opuſculis. Totum opus his conſtat tractatibus, quos diviſim Aldus Manutius recenſet, & ſummoperè commendat.

De Symbolo Apoſtolorum.
De Sacramentis.
De Præceptis Divinis.
De Peccatis, & eorum differentijs.
De Conſilijs Evangelicis.
De Cœlibatu Sacerdotum.
De Oecumeno Concilio. Incipit: *Rufinus Presbyter Aquilejenſis.* Obijt anno 1568. ſepultus ad ſuos Conſodales in Templo S. Mariæ de Aracœli ante ſupremum Altare. Ingenti lapidi marmoreo confixum eſt, æneis characteribus hoc Epitaphium:

D. O. M.
Clementi Moniliano,
Cardinali Aræcœli
Summæ doctrinæ, & Religionis Viro,
Prudentiæ documento per omnes bonorum gradus
Ad ſummam in Ordine Fratrum Minorum
De Obſervantia dignitatem elato,
A Paulo IV. Cardinali creato,
Liberalitatem quam ſemper vivens exercuerat,
Moriens comprobavit
Pauperes incurabiles Hoſpitalis S. Jacobi
Ex Teſtamento Hæredes
Beneficij accepti ergo B. M. P.P.
Vixit annos LXVI. menſes VI. dies XVI.
Obijt octavo Idus Januarij
MD.LXVIII.

Ejus memoriam faciunt Uvadingus, Sanderus, ac Jongellinus apud Georgium Joſephum Eggs in ſua Bibliotheca Purpurata. Conſule Gubernatis, tom. 1. pagina 228. Ubi habes ejus *Epiſtolam ad Ciſmontanam Familiam.* Ejus cum laude meminit Ubertus, in Elogijs Clarorum Ligurum, pag. 203. De eo quidam Minorita;

Quàm pius, & doctus, tàm ſuavis moribus eſto:
Mente probus, vita ſanctus, honore gravis.

CLE-

CLEMENS GENUENSIS, ſtrictioris Obſervantiæ, à Secretis Provinciæ Genuenſis, edidit Italicè:

Regulam Clariſſarum Italicè traditam, & notis illuſtratam, in quibus copioſè quidquid ad Sororum diſciplinam, & Superiorum regimen ſpectat, pertractat. Genuæ apud Joſephum Pavonum anno 1641. Hæc Uvadingus.

CLEMENS A JULIANO, natione Neapolitanus, ex Illuſtri Simonellorum Familia, ac proindè Simonellus communitèr appellatus, Vir inter Minoritas Capuccinos pius, ac moribus compoſitus, & in tota ſua Provincia ab omnibus laudatus; non minùs eruditè, quàm utilitèr Italicè composuit opuſculum in duos tomos in 8. diviſſum ſub hoc titulo:

Ductus morientium. Neapoli apud Hæredes Franciſci Thomaſij anno 1622. Vidi. Laudatur pag. 81. Biblioth. Scriptorum Capuccinorum.

CLEMENS PELANDUS, Bergomas, Provinciæ Brixienſis, ſtrictioris Obſerv. ſcripſit librum inſcriptum:

Pœnna Columba Davidicę, ſeù Commentarij in illum verſiculum Pſalmi 34. Quis dabit mihi pęnnas ſicut Columbæ, & volabo, & requieſcam? id eſt, *Exercitia ſpiritualia animæ ſuſpirantis, & cupientis fugere, ac declinare pericula hujus Mundi.* Bergomi apud Marcum Antonium Roſsi anno 1638. Ex Uvadingo.

CLEMENS DE LEDESMA, Hiſpanus, Provinciæ Sancti Evangelij Regul. Obſerv. alumnus, Philoſophiæ Ex-Lector, Concionator Jubilatus, ac Pater, domeſticum, ſed perutile opus vulgavit vernaculè ſub titulo:

Compendium Excellentiarum Seraphici Tertij Ordinis. Editio ſecunda, cui acceſſere *Conſtitutiones peculiares V. Tertij Ordinis Urbis de la Puebla*, facta eſt Matriti litteris Antonij Gonzalez ſtudio Fr. Simonis Mexia laudatæ Provinciæ alumni, anno 1705. in 8. Vidi.

CLEMENS A NEAPOLI, ejuſdem Prov. Regul. Obſerv. alumnus, Hiſpanicè reddidit:

Centuriam Epithaphiorum concinnatam Italicè à Joanne Franciſco Loredano, uti narrat Abbas Ghilinus in ſuo Theatro Italico Litteratorum, excuſo Mediolani, pagina 203.

CLEMENS TEXERO, Hiſpanus, Aragonenſis Provinciæ Regul. Obſerv. alumnus, & Seraphicus Prædicator, prælo dedit Hiſpanè opuſculum prænotatum:

Stationes Sacrę Vię Crucis. Matriti per Ludovicum Sanchez 1616. in 12. Ex Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Biblioth.

CLETUS CALCAGNI AB ÆSIO, Minorita, Italus, M. S. reliquit:

Relationem Provinciæ Marchiæ Conventualium, & Reformatæ. Habuit apud ſe Fr. Petrus de Alva, ut idemmet recenſet, pag. 295. ſuæ Militiæ. Scripſit etiam:

Tabulam veræ Proſapiæ Trium Ordinum S. Franciſci, laudatam à Joanne Marangoni, lib. 2. Theſauri Parochorum, cap. 11.

Arborem Minorum degentium in Piceno. Ex Papebrochio ad diem 22. Martij, pag. mihi 395.

COELESTINUS COLEONIUS, Capuccinus, natione Italus, Patria Bergomenſis, ex nobiliſsima illius Urbis familia, Vir non tàm generis ſplendore, quàm perfecta Seraphicæ Regulæ Obſervantia, ſanctiſque moribus præclarus, ſummo, jugi, ac infatigabili ſtudio congeſsit, ac typis evulgavit, Genuenſi teſte,

Hiſtoriam Urbis, & Territorij Bergomenſis, tom. 4. in quatuor partes diſtributam, quarum prima continet decem libros, & repræſentat ſtatum Bergomenſium ſub ſervitute Idolatrię, & ea, quæ acciderunt ab initio ſuæ ædificationis uſque ad annum 1600. adjunctis etiam alijs rebus ad naturam, & ingenium habitantium ſpectantibus. Secunda pars *habet libros 25. & in ipſis deſcribuntur Vitæ, & geſta SS. Epiſcoporum, Veteres Traditiones, Conſtitutiones Apoſtolicæ, Cæſareæ, & Regiæ Privilegia, & omnia, quæ ad Statum Eccleſiaſticum ſpectare poſſunt.* In tertia parte *deſcribuntur Eccleſiæ, Conventus, Monaſteria, Oratoria, Hoſpitalia, & cætera hujuſmodi, quæ etiam omnia in quarta parte continuantur.* Prima, & ſecunda pars fuerunt impreſſæ Brixiæ apud Sabbios anno 1618. in 4. Tertia, & quarta Bergomi apud Valerium Venturam anno 1619. Scripſit etiam Italicè, ac prælis ſubmiſsit:

Narrationem adventus Capuccinorum in Urbem Bergomenſem, Cœnobiorum pro eiſdem à Bergomenſibus erectorum, & de origine, & habitu eorundem. Bergomi apud Bartholomæum Fontanam anno 1622. in 12.

Annotationes ſuper compendium Privilegiorum FFr. Minorum à P. Hieronymo Sorbo elaboratum.

Tractatum de vero, & legitimo Matrimonio S. Gnatæ Virginis. Bergomi anno 1618. in 8.

Vi-

Vitam SS. Martyrum Firmi, & Ruſtici. Ibidem apud Fontanam 1618. in 8.

Hiſtoriam B. Mariæ Virg. Gratiarum nuncupatæ in Oppido Andeſino. Ibid. 1617. in 8.

Vitam S. Patritij Apoſtoli, & primi Archiepiſcopi Hybernenſis, additis triginta Conſiderationibus ſuper ipſam. Brixiæ anno 1617. in 8. Hujus Authoris meminerunt Uvadingus, lib. de Scriptoribus Ordinis Minorum R. P. Donatus Calvus ex Divi Auguſtini Familia, in Scena Litteraria Scriptorum Bergomenſium, part. 2. & Marracius in Appendice Bibliothecæ Marianæ.

COELESTINUS GRASSIA ASTENSIS, ex Tertio Ordine Regulari, Sacræ Theologiæ Magiſter, curriculum ſtudiorum fecit Romæ in Collegio Siculo S. Pauli ad Arenulam, mox Regens in Cœnobio ſui Ordinis Panormi, ubi Philoſophiam, & Theologiam non ſine doctrinæ laude docuit: In publica Neapolis Academia Jura Pontificia laudabiliter explanabat anno 1708. ibique ab ingenio, & morum integritate celebratus. Ediderat Italicè, ſub anagrammatico nomine Celati Singreſsi.

Novendiale Sacrum Virginis in Pervigilio Nativitatis Domini N. Jeſu Chriſti, in tres partes diviſum. Panormi apud Joſephum Gramignanum 1699. in 12. Habebat edendum:

De Theſauris abſconditis, Authore mihi Antonio Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, qui ſubdit tom. 2. ineditam reliquiſſe *Vitam V. Fr. Vincentij Ferrerij*, ejuſdem Inſtituti.

COELESTINUS DE MONTE MARSANO, natione Gallus, Capuccinus, Provinciæ Aquitaniæ alumnus, Vir virtutibus religioſis venerandus, ac ſapientia multa ſublimis, Divini Verbi Declamator egregius, clarus eloquio, in legendo, & ſcribendo aſsiduus, in indagandis Sacræ Scripturæ Arcanis ſtudioſiſsimus, Philoſophiæ, ac Theologiæ eximius Profeſſor, poſteritatem ſequentibus ingenij ſui illuſtravit monumentis. Ea ſunt apud Genuenſem, pag. 82.

Synopſis Proſopo-Chronica Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Toloſæ apud Joannem Bonde 1644. tom. 1. in fol.

Proſocopo-Chronica Sac. Scripturæ. Tomo 1. in fol. Pariſijs apud Dionyſium Thierry anno 1648.

Clavis David pro Sacra Scriptura aperienda in quinque libros diſtributa. Primus liber, *univerſam Hiſtoriam Sacram per ſeptem Mundi ætates expenſam ordine Chronologico diſpungit, & ſelectis obſervationibus illuſtrat.* Secundus liber, *prædictis obſervationibus, decem generales addit tractatus univerſæ paſsim ſcripturæ intelligendæ accommodatos. 1. De Sacra Chriſti Genealogia. 2. De Partibus temporis Hiſtoriæ Sacræ ſub ſervientibus, utpotè: De Horis, diebus, hebdomadibus, menſibus, annis, periodis, & ævis. 3. De quatuor Orbis Monarchijs, ut Sacræ Scripturæ congruunt. 4. De Republica Judæorum. 5. De Jure belli eorundem, cæterorumque ſub vexillis Dei Sabaoth militantium. 6. De Triplici Chaldæorum, Ægyptiorum, & Græcorum ſapientia. 7. De Numinibus commentitijs in Sacra Pagina commemoratis. 8. De tribus rerum Magicarum ſpeciebus, quarum frequentior in Sacra Scriptura fit mentio. 9. De Dæmoniacis. 10. De Spiritibus, & Spectris vivos infeſtantibus.* Tertius liber, *quæcumque ad libros Canonicos ſpectant, ſeriò diſcutit, eoſque ab Apocriphis ſecernens, iſtorum quoque eam, quam rei conditio poſtulat, quin & aliorum quorumcumque, de quibus in Sacra Pagina fit mentio, librorum, aut ſcripturarum, rationem clarè explicat. Ejus generis ſunt: Liber bellorum Domini: liber Juſtorum, liber Legis Regni, volumen volans, Chirographum Decreti, & his ſimilia.* Quartus liber, *in univerſum ſuppeditat ea, quæ ad totius Scripturæ ſenſum, tàm litteralem, quàm myſticum inveſtigandum conducunt.* Quintus liber, *copioſum ſatis, & accuratum SS. Patrum, Doctorumque, qui Scripturam Sacram, vel aliquas ejus partes juxtà quemvis ſenſum, aut exponendi modum feliciùs interpretati ſunt, Catalogum exponit.* Sextus liber, & ultimus *per modum Choronidis Sacrum exhibet Onomaſticum, omnem perſonarum, & locorum, quæ in Sacris Codicibus memorantur, Homonymiam, & Polionymiam obſervans, & explicans, adnotata paſsim Hebræa, aut Græca eorumdem ſignificatione. Inſuper, & de locis pijs, Urbibuſque celebrioribus aliqua profert non injucunda.* Omnes iſti libri, & tractatus reſtricti ſunt in unicum vol. in fol. impreſſum Lugduni ſumptibus Philippi Borde anno 1659. Vidi, & Burdigalæ typis Bergenanis 1650. Ex Uvadingo.

Speculum ſine macula, in quo Eccleſiæ facies in triplici ſtatu naturæ, legis, & gratiæ exibetur. Ibidem 1651.

Duo volumina in folio, in quibus pro integro Curſu-Theologiæ electiſsima Divi Tho-

Thomæ, & S. Bonaventuræ Sacra doctrina in catenam redacta continetur; vbi videtur diſcors ad concordiam pro Viribus revocatur, & nova quæſtiones noviſsimis ſæculis ſuſcitata practicantur. Tom. 2. in fol.

Enchiridion breviſsimum Theologiæ Myſticæ ſtyllo Gallico confectum, vt & illiteratis ſit vſui. Quid enim pietas ſuo ſæculo, variè à varijs effingebatur: alij namque veluti aulæ aſſuetam expolientes, hoc molli apparatu Crucem Chriſti evacuabant: alij è contra totam ſemper cilicijs hiſpidam, & flagellis ſauciam oſtentantes, eo horrore infirmiores terrentes animas, à primo ad eam acceſſu avertebant; ideò Author vtriuſque eſtremi medio inhærens, ad primum cum Chriſti Domini in agonia ita perorantis: *Pater non mea, ſed tuas voluntas fiat*: exemplar intendens, totam Chriſtiani, ac Religioſi hominis praxim ſpiritualem, ad Divinam redegit voluntatem. His accedit eodem idiomate:

Induſtria, ac familiaris Controverſiarum Annalyſis ex proprijs Hæreticorum petita principijs, vt ſic perduellis ſuomet pugione pereat Holofernes, eoque, quo accinctus eſt gladio, ſpurius Goliath obtruncetur. Obijt Vir præclariſsimus in Conventu Toloſano anno Virginei partus 1659. ætatis ſuæ 53. Extat ejus honorifica mentio, apud laudatum Genuenſem, ex Uvadingo, & Fr. Petro de Angelis, Carmelita Excalceato.

COELESTINUS N. ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum (Provinciam non novi) Latinè vulgavit:

Compendium Morale Theologicum in varios tractatus diviſſum. Fides ſit apud R. P. Fr. Hieronymum Garcia, Hieronymianum, qui tom. 1. ſuæ *Lautitia Eccleſiaſtica*, tract. 4. part. 2. à fol. 381. laudato opere vtitur, Authoremque noſtrum frequentèr citat, cujus vernaculè memoriam fecerat in prævio Authorum Indice, litt. C. his verbis: *Cœleſtinus Franciſcanus Diſcalceatus.*

COELESTINUS NIORTENSIS, Gallus, Capuccinus, Turonenſis Provinciæ Concionator, in Theologia Polemica per diuturnam temporis exercitationem verſatus, quippè qui toto quadraginta annorum decurſu ſæpiſsimè Hæreticos, & eorum Miniſtros, tùm in privatis colloquijs, tùm in publicis diſputationibus acritèr pro ſua, qua plurimum valebat, doctrina, & eruditione confutaverit; & in ſolemnibus illorum Comitijs, ſivè (vt ipſi dicunt) Synodis, quæ quotannis celebrantur, *libello* typis mandato Pſeudo-Miniſtrorum turbam ad certamen de rebus Fidei ſemper provocavit; (quo quidem libello Fidei Catholicæ articulos validiſsimis rationibus confirmans, ſeſe vnum omnibus objiciebat) Vir certè fuit inconcuſſæ mentis, & conſtantis animi, cujus manus contra omnes, & manus omnium contra eum.

Libelli ſupradicti, qui ad triginta, & ampliùs aſcendunt, impreſsi ſunt Patavij partim apud Joannem Fleurian, & partim apud Amaſſard, Authore mihi Fr. Dionyſio Genuenſi in Appendice ad ſuam Bibliothecam.

COELESTINUS DE QUIMERCH, Gallus, Provinciæ Britanniæ Minor. Capuccinorum alumnus, Concionator in Divinis Scripturis admodùm verſatus, necnon modeſtia, ac morum gravitate ſpectabilis, ſcripſit, vti Genuenſis inquit pag. 84. opuſcula duo Gallico idiomate in 8. ſub titulo:

Hora, Dies, Hebdomada, Annus, ac tota vita Sæcularis Viri Religioſi.

Collyrium Regale.

COELESTINUS SUESSONENSIS, Tertij Ordinis ſtrictioris Obſerv. Theologus, & Provinciæ Aquitaniæ ejuſdem Inſtituti Ex-Provincialis Miniſter, edidit:

Compendium Theologiæ Moralis, in quo de ſcientia Confeſſarijs neceſſaria tractatur. Pariſijs apud Viduam Joannis de Heugueville anno 1635.

Tractatum de Judicio Regulari. Ex Uvadingo, & Fr. Bernardo Sannig in Synopſi.

CONRADUS DE ASCULO, Picenus, Provinciæ Marchiæ Regul. Obſervant. alumnus, edidit:

Commentarios in librum Ethicorum. Ex Relatione laudatæ Provinciæ, Uvadingo, & Sannig in Sypnoſi.

CONRADUS CELTA, Minorita, invenit, ac edidit in fol.

Opera Poetica ſpiritualia Hroſuvitæ Virginis, & Monialis in Saxonia. Vetus editio, ſed elegans apud Bibliothecam Sluſianam.

CONRADUS HIETLENG, Minorita, apud Catalogum Librorum typis traditum Gennæ à Gabriele de Tornaus, anno 1725. perutile opus conſcripſit, cui nomen factum:

Peregrinus affectuoſè per Terram Sanctam, & Hieruſalem à devotione, & curio-

rioſitate conductus. Græcij anno 1713. in folio.

CONRADUS KLINGIUS, ſeù CLINGIUS, Minorita, Germanus, Doctor facundiſsimus, Eccleſiaſtes Erfordienſis, vt Hæreticorum, quos ſcripto, & verbo vbique inſectabatur, cavillis reſponderet (ſparſerant enim lecto gravi morbo decumbentem recantaſſe doctrinam Catholicam, quam vbique ad illud vſque tempus docuerat) collegit:

Locorum communium Sacræ Theologiæ ſylvam, opus, argumento, ordine, & varietate longè vtiliſsimum ſummam Catholicæ doctrinæ, de omnium ferè dogmatum, & Chriſtianæ Religionis controverſijs, & contratijs Catholicis reſolutionibus continens, Divini Verbi Miniſtris, in ijs præſertim regionibus, quæ Hæreſum contagione infectæ ſunt apprimè opportunum. Opus hoc vt Hæreticorum dolos, & technas delegaret, & Populos à ſe inſtructos in Fide roboraret, cudendum curavit Coloniæ anno 1552. quod iterùm prodijt Pariſijs anno 1563.

Catechiſmum etiam *Romanum libris quatuor comprehenſum* compoſuit. Prodijt Coloniæ anno 1570. Alia inſupèr ſcripſit, quæ vel exuberantis ingenij vitio, vel Hæreticorum fraude corrupta correctione indigent, vndè donec expurgentur, in Indice Romano omnia ejus opera indicantur ſuſpenſa. Ejus memoriam faciunt Uvadingus, pagina 97. & Fr. Petrus de Alva, col. 305. ſuæ Militiæ.

CONRADUS MARPURGENSIS, Provinciæ Germaniæ Miniſter, Magiſter, Paterque ſpiritualis S. Eliſabethæ Hungariæ, à quo & ipſa Habitum Tertij Ordinis Minor. accepit, Vir admirandis virtutibus exornatus, dumtaxàt, niſi fallor, ſcripſit:

Epiſtolam examinatorum miraculorum B. Eliſabeth ad Dominum Papam, impreſſam Coloniæ typis Jodoci Kalcovij, anno 1653. in 8. Hunc Conradum quidam volunt Dominicanum fuiſſe; alij Presbyterum Sæcularem, ſed ab vtroque diſtinctum eſſe, pluribus oſtendit Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 3. Novembris, §. 2. quem conſulas, ac novam Bibliothecam Scriptorum Ordinis Prædicatorum, verbo *Conradus de Marpug, vel Martburg*, necnon Illuſtriſsimum Cornejo, tom. 2. Chronic. lib. 3. cap. 56.

CONRADUS OFFIDANUS, Italus, Ordinem Minorum ingreſſus in Cuſtodia Aſculana Provinciæ Picenæ, Litterarum ſtudijs, quibus aliquandiù applicatus fuit, ſanctæ humilitatis exercitia præferens, & S. P. Franciſci vivendi rationem ſibi imitandam proponens, ad Forani Cœnobiolum ſeceſsit; vbi culinæ miniſterijs, & oſtiariæ mendicationi intentus inter Divina ſolatia, quæ ibi multa percipiebat, promeruit, vt Virgo Deipara in Feſto Purificationis Infantem Jeſum ipſi in vlnas traderet; omnia conſpiciente Fr. Petro de Monticulo magnæ ſanctitatis Viro. In locis etiam Siroli, & Offidæ, dùm virtutum exemplis, & ſimplicis doctrinæ ſinceritate cum miraculis inclareſceret, animarum ſaluti, tùm privatis, tùm publicis ſermonibus vtilis: deindè etiam in Monte Alvernæ, & alibi per quinquaginta annos, vnica tunica contentus frequentèr cum Angelo ſuo Cuſtode, & Angelorum Domino Chriſto Jeſu, & Beatiſsima ejus Matre Maria, alijſque Cœlitibus familiares miſcebat ſermones, donec plenus meritis, & virtutibus ſexageſsimo quinto ætatis ſuæ anno obijt, & inter alia miracula quinque mortuos ad vitam revocavit. Qualitèr autem Vir humilis ad tantum Divinæ gratiæ cumulum pervenerit, facilè colligi poteſt ex ejus

Epiſtola ad quendam amicum ſcripta, qui à Conrado normam vivendi poſtulavit. Eam habes Latinè apud Haroldum, tom. 1. ad annum Chriſti 1306. Hiſpanicè apud Illuſtriſsimum Olyſiponenſem, par. 2. lib. 5. cap. 29. miſsis alijs. Scripſit inſupèr:

Vitam B. Benevenutæ Tertij Ordinis, cujus Confeſſarius fuit, teſte Arturo in Martyrologio Franciſcano 9. Januarij, §. 8. De eo pluribus idem Arturus ibidem ad diem 12. Decembris, §. 1.

CONRADUS OESTERREICHER, Minorita, Germanus, edidit, Uvadingo teſte,

Librum de Paſsione Domini, ſub forma judiciarij proceſſus. Ingolſtadij apud Uvolfangum Ederum anno 1581.

CONRADUS SALISBURGENSIS, natione Germanus, Capuccinus, Provinciæ Tirolenſis alumnus, magni nominis Concionator, ac Sacræ Theologiæ eximius Profeſſor, ſuæque Provinciæ per plures annos Præfectus: Vir multa eruditione, pietate, prudentia agendi, ac morum gravitate præclarus, edidit idiomate patrio Conciones plurimas quatuor voluminibus comprehenſas, ſcilicèt:

Conciones pro Dominicis totius anni, tom. 1. in 4.

Conciones de Sanctis, tom. 1. in 4.

Con-

Conciones Quadrageſsimales, tom. 1. in 4.
Conciones pro toto tempore Adventus, tom. 1. in 4. Omnes inſcribuntur:
Fidus ſalutis Monitor exterius rigans, Deo incrementum dante. Salysburgi apud Joannem Muyum, anno 1683. Ex Fr. Dionyſio Genuenſi in de Scriptoribus Capuccinis, pag. 84. & Ludovico Dupin, ſæculo 17.

CONRADUS A SAXONIA, natione Germanus, cognomento Holgingarius, celebris Minorita, quem in Divinis Scripturis ſtudioſum, & eruditum, in Sæcularibus Litteris ſufficientèr doctum, atque in declamandis ad populum ſermonibus excellentis ingenij appellat ex Trithemio Marracius, edidit:
Commentarios in Magiſtrum Sententiarum, lib. 4.
Super Orationem Dominicam, lib. 2.
De Salutatione Angelica, lib. 1.
Sermones de Tempore, lib. 1.
Sermones Quadrageſsimales, lib. 1. Incipit: Emitte manum.
Sermones de Sanctis, lib. 1. Incipit: Extendam Palmas. Item in multos Bibliorum libros emiſsit commentaria, & alia ab his opera compoſuit. Ex Poſſevino, Uvillot, & Toſigniano. In Bibliotheca Scorialis pluteo VI. F. 2. extat in membranis ejus concio de *Nativitate Virginis.* In eadem quoque habentur *Conciones quinque de S.P.N. Franciſco*, pluteo 6. E. 2.

CONSTANTINUS A BARBANZONE, Flandro-Belgicus, Capuccinus, Provinciæ Colonienſis Concionator, ac Diffinitor, Vir in Myſtica Theologia verſatus, ac virtutibus clarus, exaravit patrio, poſteà Gallico, & Latino idiomate:
Anotomiam animæ, & Divinarum operationum pro ijs omnibus, qui ſeſe Divinæ contemplationi totalitèr dederunt. Leodij apud Leonardum Stroel de Jeuſnes, anno 1635. in 8. & denuò Coloniæ 1648. ſumptibus Bernardi Gualterij. Scripſit paritèr eodem idiomate aliud opuſculum valdè pium ſub hoc titulo:
Oculta ſamita Divini amoris in 8. Pariſijs Latinè 1628. & Coloniæ 1623. & 1648. ſumptibus ejuſdem Gualterij, & Pariſijs apud Nicolaum Nurrecheer, ſeù Hure in 8. Obijt Coloniæ bonus odor Chriſti, anno 1635. De eo poſt Uvadingum, Genuenſis, pag. 85. ac Ludovicus Dupin, ſæculo 17.

CONSTANTINUS HAGERER, Minorita, apud Catalogum librorum typis traditum Genuæ à Gabriele de Tornaus, anno 1725. foràs emiſsit tomum in 8. cujus inſcriptio:
Ritus exactus ſervandus in celebratione Miſſæ privatæ. Monachij, anno 1716.

CONSTANTINUS LETINS, ex Minoritis Recollectis Provinciæ Committatus Flandriæ S. Joſephi, in Cathedrali Leodienſi ſtationarius Flander, Vir certè eruditus, & in quæſtionibus ſolvendis ſubtilis, & promptus, multa, & præclara volumina ſcripſit, quibus nomen ſuum cum laude ad poſteros tranſmiſsit. Extant volumina quinque, quorum titulus:
Theologia Concionatoria docens, & movens. Leodij, anno 1710. apud Arnoldum Bronckar, anno 1710. Et ibidem anno 1717. Et Francofurti expenſis Guilielmi Broncart, 1711. In tom. 1. agit, *de Præceptis primæ tabulæ.* In 2. *de Præceptis ſecundæ tabulæ.* In 3. *de Reliquis præceptis 2. tabulæ.* In 4. *de Pœnitentia, quatenùs virtus eſt.* In 5. *de Pœnitentia, quatenùs Sacramentum eſt.* Vidi. Item.
Conſolatorium pro Confeſſarijs. Ibidem anno 1713. in 8. Sermonem Author inſtituens de ſuis operibus editis, ac ineditis, Lectoremque præmonens in Prologo ſui tom. 3. ita inquit: *Deo favente*, & vita comite, abſolutis cæteris ejuſdem operis ſubſecuturis tomis, ſeriò cogitavimus de eorum trium tomorum reimpreſsione, ſic nempè, vt variato titulo, & omnibus exordijs habiturus ſis benevole Lector *duplex Dominicale*, adjunctis de novo Concionibus, quæ, vt hoc fiat, exquirentur. In laudem noſtri Authoris, quidam Minorita Flander:

Abſconſa in magnos ignes aqua craſſa reſurgit,
In lucem tandem prodijt concluſſa lucerna
Sub modio, vt lucem videant in luce morantes.
Majorem ſurgit poſt noctem ita Phœbus ab ortu.

CONSTANTINUS NEAPOLITANUS, ejuſdem Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Juris vtriuſque Doctor in ſæculo, Philoſophus, ac Theologus profundus, necnon conciqnandi munere clarus, aliqua ſcripſiſſe fertur *Theologica, & Moralia, tùm etiam ad Conciones ſpectantia*, eorum tamen inſcriptiones non habuit Genuenſis. Laudatur à Nicolao Toppi in Bibliotheca Neapolitana.

CONS-

CONSTANTINUS A PANORMO, Siculus, Capuccinus, Panormitanæ Provinciæ alumnus, Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; Vir in humanis, ac Divinis Litteris eruditus, religioſa morum gravitate notatus, varia exaravit opuſcula, inter quæ extant impreſſa:

Compendium Privilegiorum, atque Indulgentiarum à Summis Pontificibus conceſſarum, tàm Fratribus, quàm Monialibus S. Franciſci, & S. Claræ, quam etiam Sæcularibus eorundem Ordinum Benefactoribus. Panormi apud Didacum Buam 1660. in fol. expanſo.

Sacrum Viridarium omnibus benedictionibus refertum. Ibidem 1684.

Manuale Sacerdotum, in quo plura, quæ ad eorum officium pertinent, continentur, ac pro vſu Eccleſiarum non minùs neceſſarium, quam vtile. Panormi typis Dominici Angleſe, & Franciſci Leonis 1696. in 8. & iterùm Panormi typis Dominici Corteſij 1706. in 8.

CONSTANTIUS BUCCAFOCUS, Italus, à Patria dictus Sarnanus, Inſtitutum Minorum Conventualium amplexus, Vir evaſit doctrinæ præſtantia, eruditis omnibus notus. Sixto V. Pontif. Max. familiariſsimus, nec tàm ob doctrinam, quàm ob animi candorem chariſsimus fuit. Is illum nil tale cogitantem, ſperantemve, repente Cardinalem dixit, vnaque Vercellenſem Epiſcopum, anno 1587. Stylo ſignavit, vti recenſet Fr. Vincentius Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Univerſalis, num. 4840.

In formalitates Scoti. Venetijs 1575. in 8.

In vniverſalia Scoti. Venetijs per Franciſcum de Franciſcis 1576. in 8.

In vniverſam Logicam Ariſtotelis in via Scoti. Ibidem 1583. per eundem. Hæc tria opera dicata ſunt Felici Pereto Cardinali.

Directorium in Logicam ad mentem Scoti. Venetijs 1580.

Tractatum de Syllogiſmis conficiendis. Venetijs.

Conciliationem doctrinæ S. Thomę, & Scoti. Lugduni 1577. ac Romæ 1599. Et ibidem ex officina Dominici Baſſæ 1589. in fol. adjecto *Directorio in vniverſam Theologiam.* Vidi.

Summam, ſeù Compendium Theologiæ. Romæ 1592.

De ſecundis intentionibus ad mentem Scoti. Editio ſecunda Venetijs 1619.

Item ejus ſtudio edita ſunt Scripta *Antonij Andreæ Minoritæ in 4. libros Sententiarum.* Venetijs per Dominicum Zenarium 1578. additis Indicibus, & annotationibus Sarnanenſis.

Antonij Sirecti formalitates.

Joannis Vallonis à Juvenacio Apuli formalitates cum annotationibus, & explicationibus Sarnani. Venetijs typis Felicis Sernenſis 1588. in 4.

Enchiridion Scholaſticarum contradictionum quodlibet. Scoti, opus P. M. Paduani de Grazſis Minoritæ. Venetijs typis Felicis Valgriſij 1583. in 4. cum annotationibus Sarnani.

Concilium Pauli, id eſt, Conciliatione locorum Pauli, qui videntur contradicere Evangelio, opus ejuſdem Minoritæ reimpreſſum à Sarnano per Valgriſium.

De Eccleſiaſtica Republica, ſcriptum ejuſdem Barolitæ, recuſum opera Sarnani per eundem Valgriſium 1583.

In Proverbia Salomonis. In Apocalypſim. In quatuor Evangelia Commentaria: Vitalis de Furno Vaſconis Cardinalis aſſumpti ex noſtro Ordine anno 1312.

Petri Aquilani (appellati Scotelli) *quæſtiones in 4. libros Sententiarum.* Venetijs per Hieren Zenarium 1584.

In Evangelium Joannis Commentaria Fr. Joannis Andreæ *Delphini de Caſali majore cum additionibus Sarnani.* Romæ 1587. in 4.

Petri Aureoli Cardin. Minoritę opera omnia reviſa, & emmendata, è quibus Scriptura in 4. libros Sententiarum edita eſt typis Vaticanis 1595.

S. Bonaventuræ opera ſeptem tomis in folio. Vaticanis typis 1578. dicata Sixto V. Pontif. Maximo.

Notis illuſtravit opera Franciſci Mayronis, teſte Nicolao Commeni in Hiſtoria Gymnaſij Patavini. Scripſit demùm:

Vitam Cardinalis Aureoli. Extat præfixa tom. 1. ſuorum operum editionis Romanæ 1596. Obijt Romæ ad Sanctos Apoſtolos, anno 1595. & translatus ad Patrium Oppidum ſepultus eſt apud Minores Convent.

CONSTANTIUS MALVETANUS, è Stronconio Umbriæ Oppido notiſsimo, Regul. Obſervantiæ Provinciæ S. Franciſci Lector emeritus, & Ordinis generalis Diffinitor, edidit:

Spinetum Mariale, in quo docet modum contemplandi ſpinas, & dolores, qui transfixerunt cor B. Mariæ Virginis in Chriſti Paſsione. Bononiæ, Tudetti, & poſtremò Fulginei apud Auguſtinum Alterum, anno 1634.

Coronam Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ, contextam ex quinque orationibus Dominicalibus, & duodeviginti ſalutationibus Angelicis, quibus gratiæ, & privilegia B. Virgini à Deo conceſſa referuntur, & explicantur. Venetijs apud Miſſerinum, anno 1630.

Brevem methodum contemplandi Chriſti Domini Paſſionem diſtinctam in ſeptem conſiderationes, ſivè puncta, juxtà numerum dierum Hebdomadę. Interamni apud Thomam Gualtierri 1635.

Breve directorium ad confratres Plagarum noſtri Redemptoris. Bononiæ apud Clementem Serroni. Ex Uvadingo in Appendice, & Marracio.

CONSTANTIUS PORTA, Minorita, Cremonenſis, Artis Muſicæ peritiſſimus, Præfectus modulationibus Sacræ Ædis Lauretanæ, creatis in hoc genere multis egregijs diſcipulis, edidit:

Sacra carmina cum grato concentu notarum muſicarum, quę paſſim inter ſacra canuntur. Prodierunt 1578. Hæc Uvadingus.

CONSTANTIUS ROMANUS, Regul. Obſerv. Prov. Romanæ, Vir pius, & religioſus, qui potiorem partem, turtemque altiſsimam Eccleſiæ Cœnobij Tiburtini magnis expenſis conſtruxit, ſcripſit:

Chronica Monaſterij Clariſſarum Urbis Tiburtinæ, quæ penès ſe habuit M.S. Uvadingus.

CORNELIUS ADRIANI, Belga, Dordracenus, Bragenſis Conventus alumnus (cujus populum XXX. annos ſacris inſtruxit Concionibus) Sacræ Theologiæ Profeſſor, triumque linguarum callentiſſimus, Vir meritò laudatus à Franciſco Suvertio *in Selectis Chriſtiani Orbis delitijs*, ſcripſit:

Doctiſsimas Conciones.

De Septem Sacramentis. Rebus humanis exemptus Brugis anno Domini 1581. Julij 13. ætatis 60. ſepultus eſt in Xenodochio S. Joannis ad cornu ſummi Altaris hoc addito Epitaphio:

Ecquis in obſcurò latitans (dic parva tabella)
Tumulo hoc repoſtus conditur?
Quis fugiens adeò eſt, & famæ, & lucis, & auræ,
Umbris vt hìc velit obrui?
Tu ne Pater celebri condigno ex marmore Crypta
Hìc Dordracene, recubas?
Quem tàm facundæ decoravit gratia linguæ,
Monita ſalutis non dares,
Ut tua fama volet totum vulgata per Orbem,
Stridente, quamvis zoilo?
Sed quia Seraphici placuit pia ſemita Patris,
Placuit ſepulchrum ignobile.
Nàm tituli, & parco exciſſæ de marmore tumbæ
ætate longa intercidunt.
Virtus ſola viget, vivitque æterna, nec ævo
Labente longo extinguitur.
Hæc jam te æqua vit ſuperis, Cœloque beavit,
Sertis decorum fulgidis,
Quid juvat ignoto hunc igitur requieſcere buſto,
Qui mente Cœlo vixerit?

De

De eo agunt Uvadingus, & Sannig in Synopſi, ſed fuſsiùs Fr. Petrus Marchant, titulo 12. fundamento 12. §. 12. fol. 165.

CORNELIUS AIELUS, ex Minoritis Provinciæ Calabriæ, edidit, teſte Uvadingo,

Paraphraſim ſuper Symbolum S. Athanaſij. Neapoli 1629.

CORNELIUS BELLANDA, Veronenſis, Minorita, emiſsit Italicè,

Itinerarium ſpirituale, quo iter ex hac mortali ad Cœleſtem vitam oſtenditur. Venetijs apud Aldum.

Orationes Latinas nonnullas.

De Compendiaria Venetiarum Urbis origine, ejuſque Patrum laudibus.

Duas de Romanę, & Venetę Rerumpublicarùm, earumque Patrum laudibus, & ejuſmodi alias. Ex Toſigniano, & Uvadingo.

CORNELIUS BIRAG, Italus, ſeù CORNELIUS FRANCISCUS BIRAGHI, magnæ proſapiæ parentibus Mediolanenſibus oriundus, Minorita Conventualis, Vir ſapientiæ laude conſpicuus, in Patavina, ac Papienſi Academia, primarius cum eſſet Phyloſophi Interpres, ſcripſit:

De Duplici hominis felicitate objectiva, & formali.

De Monomachia, ſeù Duello.

In libros Ariſtotelis de Generatione, & Corruptione. Papiæ 1620. quo florebat, teſte Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Univerſalis, num. 571.

CORNELIUS BRAUVERIUS. Hic eſt Cornelius Adriani, de quo ſuperiùs.

CORNELIUS CASTELLUCIUS, Capuccinus, natione Italus, Patria de Urbino illius Ducatus Metropoli, Provinciæ Picenæ Concionator, ac Diffinitor, Vir ob præclaras naturæ, ac gratiæ dotes, ob ſingularem vitæ integritatem, necnon juge, aſsiduumque orationis ſtudium, ab omnibus illius Provinciæ Patribus admodùm commendatus, ſcripſit Latino, & poſteà Italico idiomate, præloque ſubmiſsit opuſculum magnum exhalans devotionis odorem, ſub titulo:

Jacula Divini Amoris, in quibus verba Cœleſtis ſapientiæ, & Regnùm Dei, quod intrà nos eſt, latent, in duas partes diſtributum. Prima pars *continet plurima documenta maximè neceſſaria illis, qui proficere cupiunt in via virtutis*. Secunda pars *continet deſcriptionem integram totius Orationis Mentalis*. Venetijs 1593. apud Bartholomæum Caſapellum in 8. Ex Jacobillo de Scriptoribus Umbriæ, Uvadingo, & Genuenſi, pag. 85.

CORNELIUS DONTHERIUS, Nivellis, apud Brabantos Guardianus, egregius Eccleſiaſtes, magno Vir ingenio, & à religioſa vitæ ſanctimonia, quam impensè coluit, multum laudatus, patrio exaravit idiomate libellum ſæpiùs recuſſum, cui titulum præfixit:

De Effuſsionibus Sanguinis Chriſti. Obijt anno 1554. Ex Uvadingo.

CORNELIUS DOVANIUS, Hybernus, Ultonienſis, Regul. Obſerv. Epiſcopus Dunenſis, & Corethenſis, inſigne pro Fide Chriſti paſſus Martyrium ſub Arturo Ciceſtrio Hyberniæ Gubernatore hæretico, ſtylo ſignavit:

Indicem Martyrialem, ſeù Synopſim Martyrum Hybernorum qui ſuo tempore, quo perſecutio ſævíſsima in Catholicos efferbuit, pro Fide Chriſti occubuerunt. Eum penès ſe habuiſſe refert Reverendiſsimus David Rotheus Epiſcopus Oſſyrienſis de ſua Patria, & Fide Catholica optimè meritus. Ex eodem Uvadingo.

CORNELIUS HUGONIS, Hybernus, Fratrum Regul. Obſervant. Vicarius Provincialis, ſcripſit, ſeù ab Anonymo ſcriptam caſtigavit, & edidit:

Vitam S. Patritij Hybernorum Apoſtoli. Antuerpiæ apud Adrianum Bergenſem, anno 1514. Uvadingo teſte.

CORNELIUS MARTINI, Italus, Ferrarienſis, Conventualium Theologus, ſcripſit:

Commentaria in Prologum Scoti ſuper Sententias.

Tractatum de Statu Fratrum Conventualium. Floruit ſub anno 1550. Pertractant de eo Sannig in Sypnoſi, & Uvadingus.

CORNELIUS MUSSUS, Italus, Placentinus ex nobili familia oriundus, Vir incomparabilis ingenij felicitate præditus, omnibus tàm Divinis, quàm humanis diſciplinis excellens, vitæ, ac morum probitate illuſtris, ità fuit ab ipſa natura ad exercendas eloquentiæ vires progenitus, vt à prima ſtatim pueritia, hoc eſt, à 12. ætatis annis, publicum ſacrarum declamationum munus aggreſſus ſit tanta omnium Italiæ Urbium admiratione, applauſu, & audiendi deſiderio, vt ad pueri Conciones, veluti ad inſueta miraculorum ſpectacula, innumerabilis Populorum fieret concurſus. Deindè creſcente ætate, felicioribus eloquentiæ, eruditionis, & gratiæ incrementis adauctus, & per diverſos ho-

norum gradus ad Epiſcopatus Bitontini dignitatem evectus, multa ad poſteros laborum ſuorum immortalia monumenta tranſmiſsit. De quibus noſter Uvillotus: *In hoc*, inquit, *probabunt, quicumque legerint, beatiſsimam rerum grandium, verborumque lectiſsimorum copiam: quorum illa plena ſunt gravitate, illa ſuavitate, & delectatione: adeò vt mel etiam exſugere legens ſibi videatur. Nunc latè digreditur, nunc per anguſtam viam incedit, nunc currit rapidè, nunc lento pede ſubſiſtit. Concurrit diligentia cum facilitate, copia rerum cum earum ordine. Sæpiùs eſt ſententiarum prodigus, in argutijs moderatus, in facetijs jucundus. Opponit induſtriam artificio, ingenium gravitati, gravitatem delectationi, delectationem dignitati. Nunc facit, vt ametur, paulò poſt, vt timeatur: nunc captat favorem audientium, paulò poſt illis lachrymas excutit. Movet ad deſiderium, allicit ad ſpem, nonnunquam flectit ad dolorem, & metum, aliquandò elevat ad gaudium, & conſolationem. Incitat ſua vehementia mirificè, & cum dulcedine gratiam conciliat. In vſu vocum ſelectiſsimarum cultus eſt. Si res metaphoras poſcas, in his eſt feliciſsimus, in ſententijs eſt gravis, in figuris varius, in rebus excelſis ſublimis, in ijs quę alicujus ponderis ſunt, ſeverus: in verborum contextu eſt numeroſus. Præter hæc omnia plenus eſt venuſtate, dives exemplis, frequens in comparationibus, politus in lingua, copioſus in rationibus, gratior in motibus. Tonat voce, fulminat minis, ſæpè remedium noſtris adhibet vulneribus, idque Divinæ Miſericordię admonitionibus, & ſpei vivæ lineamentis, vt eadem quoque ſanet propinat amaras juſtitiæ potiones; addit phlebotomiam iræ Dei; & ignis ęterni cauterium, his artibus exſcindens noſtrorum radices peccatorum. Dicam plura? Eo malagma adhibet, vbi dolor; ibi incidit, vbi fiſtula; venam aperit vbi eſt ſanguis ægrior. Nunc vt Aquila ſe tollit in Cœlum, paulò poſt vt teſtudo ſerpit per terram. O hominem! O linguam! O naturę prodigium! Nunc apparet vt gigas terribilis, paulò poſt, vt puerulus manſuetus. Dubito an Pandera ſit ornatior, Apolline amabilior, Mercurio gratior. Ponderat plerumque vtile cum jucundo, Cœlum cum terra, res humanas cum Divinis, mundum cum Deo, carnem cum ſpiritu, bonum cum malo, ſalutem cum damnatione, præmium virtutum cum pœna vitiorum. Simili modò metitur fidem cum operibus, gratiam cum libero arbitrio, vitam cum morte, adorationem cum idolatria, Eccleſiam Catholicam cum Schiſmatica, Sanctos Doctores cum Hæreticis. Hic judicium contendit cum ingenio, & ingenium cum memoria. Eſt fons pręceptorum, ſchola ſententiarum, ærarium diſciplinarum, Occeanus legum, Rituum, conſuetudinum, & nominum propriorum, quæ in Sacris Litteris celebrantur. In dimenſione graduum Civitatis Dei non cedit Ptolomæo, nec in medendis animis Galeno, non Plutarcho in vitis electorum, nec Livio in Divinis Hiſtorijs, non deniquè Vegetio in inſtruenda militia Chriſtiana. Et vt de illius ſtylo, & proſſa pauca tractemus, dico illum eſſe floridum, quo in genere Iſocrates inter Gręcos potiſsimùm excellit, inter Latinos Hiſtoricos Titus Livius, & Q. Curtius: non adeò ſe aſtringit ad majeſtatem Demoſthenis, vt ſeſe non dilatet ad M. Tullij copiam; quo fit vt nec in vno, nec in altero caſu, vnquam verba deſint, nec conceptus deſiderentur. Coloribus Rhetoricis eſt verſicolorior, quam pavonum vel ſuperbiſsimus. Præceptorum cujuſque Oratoris obſervantiſsimus. Epitheta illi propria, verba naturalia, allegoriæ illuſtres, digreſsiones doctę, ratiotinationes ſpiritu plenę, deniquè, & periodi dulces, & numerorum divites.* Adeò Cornelium iſtum Gaſpar Contarenus, Cardinalis, & Reverendiſsimus Bembus, vnus Philoſophiæ, alter linguarum ſplendor, dicentem admirati ſunt, vt dicere adſolerent Cornelium illum magnum ſibi, nec Philoſophum videri, nec Oratorem, ſed Angelum Mundo omnia dictione perſuadentem. Cardinalis inſupèr Federicus Borromæus Archiepiſcopus Mediolanenſis magnoperè hominem extollit libro primo operis, quod *de Sacris Oratoribus* inſcripſit. Benè in eum jactavit Honophrius de Bale, Phyſicus:

Vidit, & obticuit raptus ſuper ęthera Paulus
Divina vt Muſsi diceret hiſtoria.

Sed vlteriori ejus laudi ſuperſedentes, quæ ſunt admirabilis ejus, ac ferè Divini ingenij monumenta, narremus. Extant:

In Rhetoricam.
In Logicam.
In Metaphyſicam.

Su-

Super 1. Sententiarum Scoti. De his teſtimonium perhibet Joſephus Muſſo in Muſsi vita præfixa tomo Concionum impreſſo Venetijs apud Junctas 1592. in folio.

Commentaria in omnes Pauli Epiſtolas ad Aſcanium Cardinalem Columnam. Venetijs apud Junctas anno 1588. in 4. Item doctiſsimè ſcripſit:

In Epiſtolam D. Pauli ad Romanos. Venetijs 1588. in 4. magno. Vidi.

In Pſalmum 129. ſiù De Profundis. Venetijs 1588. teſte Uvadingo.

Super Magnificat. Commentaria latinitati donata a Fr. Philippo Boſquerio, Minorita. Coloniæ anno 1621. in fol. Conſule noſtrum Alva, col. 310. ſuæ Militiæ.

De Vita B. Mariæ Virginis, Italicè. Neapoli 1623. in 8.

In Decalogum. Simùl cum concionibus prodijt Venetijs 1590. Ex Junctarum Typographia.

Homilia Latinæ de modo viſitandi. Ex Uvadingo, & Joſepho Muſſo ſuperiùs dato.

Synodus Bituntina. Venetijs 1579. in fol. Vidi.

De Divina Hiſtoria libri tres. 1. De Divinæ Eſſentiæ æternitate. 2. De Divinæ naturæ veritate. 3. De Divinæ naturę, ac vitæ fœcunditate. Venetijs in fol. parvo, apud Junctas 1585. Sixto V. dicatum. Vidi. Adjectis duobus libris prodiere Venetijs apud Junctas 1587. & habentur M.S. in Bibliotheca Vaticana, Uvadingo teſte.

Elogium Solitudinis Rithmicè. Laudatur à Martino Lippenio, tom. 1. Bibliothecæ Philoſophicæ, fol. 473. impreſſumque recenſet Antuerpiæ 1566. in 4.

De Arte prædicandi Latinè. Ex laudato Joſepho Muſſo in Vita Authoris.

Homiliæ Latinæ ſuper Epiſtolas, & Evangelia totius anni, ad Paulum III. & Pium IV. Summos Pontifices habitæ. Ex eodem ibidem.

Sermones Quadrageſimales, Italicè. Tertia editio facta eſt Venetijs apud Junctas 1592. tomis 2. in 4. Vidi.

Sermones habiti ad Regem, & Reginam Bohemorum, Italicè. Venetijs 1561. in 8. Vidi.

Conciones variæ, Italico idiomate. Taurini apud Hæredes Beviclaqua 1579. tomis 4. in 4. Vidi. Et Venetijs iteratis vicibus.

In Symbolum Apoſtolorum, per Conciones, quas habuit coram Paulo III. Pontifice, quæ anno 1598. ex Italico in Gallicum idioma verſæ ſunt, inque duos ſectæ tomos à Gabriele Chapnis, Hiſtorico, & Secretario Regio Pariſijs; & in Hiſpanicum ſimilitèr traductæ à P. Didaco Zamora, Ordin. Prædicat. Salmanticæ, editæ anno 1602. Ex his Conciones X. Caſtellanas fecit Petrus à Sancta Ana, Hiſpanus, ad prælumque maturas reliquit. Extant M.S. Pinciæ in Bibliotheca Comitis de Gondomar in 4. Vidi. Contenta in hoc opere publici juris facto Venetijs typis Junctarum hic ſubjicio:

Primo Volumine.

De Neceſſitate inſtitutionis Chriſtianæ.
De Facilitate Vitæ Chriſtianæ.
De Fide.
De primo arcano ſapientiæ hominis.
De primo articulo Symboli Apoſtolorum.
De Productione Divina.
De Generatione ęterna Filij Dei.
De Myſterio Incarnationis Filij Dei.
De Morte Chriſti.
De Deſcenſu ejus ad Inferos.
De Reſurrectione.
De Aſcenſione.
De Extremo judicio à Chriſto faciendo.
De Spiritu Sancto, tertia in Sacroſanctæ Triade Perſona.
De Eccleſia Catholica.
De Communione Sanctorum, & Remiſſione Peccatorum.
De Reſurrectione carnis, & vita æterna.
Summarium longæ expoſitionis Symboli Apoſtolorum.
De Sapientia Divina.
De Dilectione Dei, & proximi, & in primis amore Dei.
De Amore erga proximum.
De Amore mutuo, qui eſt finis vitæ Chriſtianæ.
De operibus vitæ Chriſtianę, ſine quibus frigeſcit charitas.

Secundo Volumine.

De operibus neceſſarijs homini Chriſtiano contentis in Decalogo, & inſculptis lapidi, traditiſque ſummo Monarchæ Populi Iſrael, & per eum toti mundo.

De honore, & cultu Dei.

Contra immemores adorandi Deum in ſpiritu, & veritate; totam fiduciam conſtituentes in cæremonijs, ſignis duntaxàt, & imaginibus viſibilibus: ſimilitèr contra

eos qui contenti ſolo ſpiritu negligunt cultum Dei exteriorem, & ceremonias.

Quod homines majus peccatum committere non poſſint, quam lingua, qua Deum inhonorant, quod beneficio lingua cæteris creaturis antecellunt.

De requie ſpiritus Deo conſecrati.

De cultu exteriori, qui ſit Deo, determinato ab Eccleſia.

De operibus ſex dierum, quibus Deus creavit mundum, & requie diei ſeptima poſt completum opus.

Item de loco cultus Dei in die Dominica.

De pietate filiorum in parentes.

De reverentia debita Sacerdotibus, & Senioribus.

De non occidendo proximo.

De prohibitione iræ, & invidia.

Contra adulteros, & fornicatores.

Contra avaros.

Contra maledicos.

De juſtitia interiore refrænante anima concupiſcentiam.

De Paſſione Jeſu Chriſti. Conciones iſtæ Etruſcæ lingua editæ, inquir Sixtus Senenſis, Gregorij Magni, Baſilij Magni, Chryſoſtomi, & cæterorum Græciæ Patrum ſermonibus propter doctrinæ, ac facundiæ majeſtatem comparandæ. Inter has autem maximè excellit, cui titulus eſt de *Beneficio*, in illam ex Evangelio Joannis ſententiam *ſic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum Unigenitum daret*, in qua ipſe omnes ingenij, eruditionis, & eloquentiæ ſuæ Vires ſic effudit, vt nec doctiùs, nec diſſertiùs quidquam eo in genere aut dici, aut excogitari potuerit. Habuit etiam in Concilio Tridentino diſertiam Etruſco ſermone Concionem de perſecutionibus, & Victorijs Eccleſiæ in Pſalmum 45. pro expeditione Caroli V. Imperatoris adverſus Lutheranos Hæreticos, quos ipſe Cæſar ad Albin Germaniæ fluvium admirabili prælio fudit anno 1546. Præter hæc, doctrinam de juſtificatione in ordinem redegit, defendit, determinavit in Concilio Tridentino, cum auditorum admiratione tanta, vt PP. cæteri vno ore omnes dicerent Spiritum Sanctum mirabili modo in eo fuiſſe operatum, vt ſcribit Michael ab Iſſelt, in vita ejus. *Tom. 1. Concionum, & multa illius Concilij Latinitate, ſtyloque graviore donavit.* Peroravit Latiali ſermone Dominica 3. Adventus, Tridentinoſque Patres ad ſpirituale gaudium verbis Paulinis, *Gaudete in Domino ſemper*, adhortatus eſt: multas ex Concilijs, Orbi vniverſo vtilitates refluere commonſtrans. Obijt Romæ, & in Eccleſia SS. duodecim Apoſtolorum, vti cum viveret, ordinarat, ad lævam majoris aræ conditus eſt. Illi Joſephus Muſſus hoc Epitaphium poſuit.

Cornelio Muſſo Placentino,
Minoritæ Bitontinenſium Epiſcopo
Vitæ innocentiæ, morum integritate,
Et ſanctitate inſigni,
Doctrina, omnibuſque ſcientijs præclaro,
Concionatori facundiſsimo, atque incomparabili
Catholicæ Fidei propugnatori acerrimo,
Cujus ingenij, & eloquentiæ præſtantiam
Nunquam interitura
Monumenta teſtantur,
Vixit annos LXIV. Obijt V. Idus Januarij,
Anno M.D.LXXIV.

Ejus vitam deſcripſit Michael Iſſel. Ejus ingenium, eruditionem, ac eloquentiam celebrat Bernardinus Tomitanus, ac Cardinalis Contarenus, ex quibus nonnulla habes apud Sedulium, cap. 3. & Uvadingum. Clariſsimi hujus Viri obitum quidam Poeta venæ non infelicis hac elegia deploravit.

Dùm

Dùm morti inſidias, fatumque evadere Muſſus
Tentat, in adverſum mors inopina furit.
Dat Muſſo Clypeum Pallas, dat Phœbus, & arcum:
Mors propera invictæ pleureſis arma jacit:
Occidit, heù, Muſſus, mors occidit, hoc tumulo mors
Conditur, hoc Muſſus conditur, & tumulo.
Ergo moris moritur? moritur cum fama ſuperſtes
Candida, quem ipſa vocat, non ſinit illa mori.
Quid? Muſſus vivit? Vivit ſuper æthera clarus.
Vivit, & æternum docta per ora Virum.

CORNELIUS RECINENTENSIS, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Picenæ Concionator; Vir ob vitæ ejus perfectionem, & res præclare geſtas in Religione conſpicuus, Genuenſi teſte, M. S. reliquit:

Tractatus de Paupertate Regulari, & Seraphica Fratribus Minoribus à S. P. N. Franciſco per Regulam praſcripta.

Quæſtiones Regulares circa caſus reſervatos ſecundum Bullam Clementis VIII. Obijt Recineti anno 1632.

CORNELIUS THIELMANNUS, Bruxellenſis, ex Recollectis Provinciæ Germaniæ inferioris, ſæpe Fratrum Guardianus, & Sanctimonialium Confeſſarius, Provinciæ Diffinitor, reddidit ex Latinis Flandrica:

Acta ſociorum S. Franciſci, & Consororum S. Claræ; Vitas inſupèr *BB. Paſchalis Baylon, Petri de Alcantara, Nicolai Factoris, Franciſci Titelmanni, Coletæ, & Joannæ Valeſię Reginæ Francię.* Antuerpiæ apud Hieronymum Verduſſen, anno 1622.

Compendium SS. Ordinis S. Franciſci cum eorum imaginibus æri inciſis, & Martyrij Gorcomienſium Fratrum. Sylvæ Ducis apud Joannem Scheffer, anno 1620.

Martyrum Japonenſium, Gorcomienſium, Pragenſium, Alcmarienſium Acta ex 4. & 8. in fol. redegit. Lovanij apud Cornelium Coneſtyn, & Joannem Oliverium, anno 1628.

Vitam S. Franciſci, à D. Bonaventura compoſitam, typis Joannis Vanden-Boogardæ. Ibidem anno 1598.

Arborem vitæ, ex eodem Seraphico Doctore: Sylvæ Ducis apud Joannem Triunhoude, anno 1605.

Stimulum Divini amoris, ex eodem. Antuerpiæ apud Guilielmum Van-Tungheren 1625.

Soliloquium ejuſdem Doctoris, & diverſa exercitia ſpiritualia. Ibidem apud Cornelium Verſchueren, anno 1624.

Sex alas Seraphim ejuſdem. Ibidem apud Guilielmum Leeſtens 1626.

Theſaurum meditationum Joannis Buſæi. Ibidem anno 1628. Omnia hæc ex Latino tranſtulit in Flandricum. Item evulgavit Flandricè:

Vitam S. Gerlaci Confeſſoris Ordinis Prçmonſtratenſis, qui colitur circa Valkemburgum in Belgio.

Vitam Caroli Magni.

S. Landradæ.

S. Arnelbergę.

Virtutes Balneorum Aquiſgranenſium.

Epulum Talparum.

Regulam, & Vitam S. Claræ cum actis BB. Clariſſarum, & gratijs, ac privilegijs Ordini conceſsis.

Hiſtoriam Seraphicam excerptam, ex Annalibus Uvadingianis: vbi vitam S. Franciſci compilavit, illuſtriumque Virorum, ac fœminarum, qui ex tribus ejuſdem Ordinibus prodierunt, & inter Sanctos relati ſunt:

Hiſtoriam Seraphicam Sedulij è Latina lingua in Flandricam tranſtulit, ac plura alia ſcripſit, & tranſtulit, vti refert Carolus de Coudhenove in Chronic. laudatæ Provinciæ. Obijt Tungris 30. Octobris, anno 1634. Agit de eo Uvadingus.

COSMAS PALERMO, Siculus, Regularis Obſervantiæ, ſcripſit:

Relationem ſuæ Provinciæ Vallis Mazzarię. M. S. præ manibus habebat noſter Alva, vti teſtatur in ſua Militia Univerſali, col. 313.

COSMAS DE PAVIA, Hiſpanus, ex Diſcalceatis Valentinæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ Theologus, ac Pater, communem fecit vernaculè:

Pa-

Panegyrim de laudibus S. Paſchalis in ejus Canonizatione. Valentiæ 1692. in 4. Vidi.

COSMAS A SPIRITU SANCTO, Luſitanus, Concionator, iteratò, & tertio Pater Diſcalceatæ Provinciæ S. Antonij Braxilienſis, vt ex relatû didici Fr. Leandri à Roſſario, ejuſdem Provinciæ alumni, vernaculè vulgavit:

Statuta ejuſdem Provinciæ in fol.

CRESCENTIUS DE JESI, ſeù ÆSINUS, Picenus, homo litteris, & ſenectute bona venerabilis, qui plurimis annis in ſæculo juris vtriuſque, ac Medicinæ peritiam profeſſus, declinante jam ætate Religionem Minorum ingreſſus in Provincia Marchiæ; poſt adeptum ſub Innocentio IV. Ordinis Generalatum, ab eodem creatus eſt Epiſcopus Aſsiſias; ſed prioris vitæ amore ductus, redijt ad Clauſtrum, vbi compoſuit:

Juris ſummam vtilliſsimam.

Dubia etiam aliquot circa regulam declaravit. Ejus juſſu, vt obſervavit Gubernatis poſt Uvadingum BB. PP. Leo, Angelus, Tancredus, & Ruffinus S. Franciſci ſocij, vitam ejuſdem Sanctiſsimi Patriarchæ ſcripſerunt, necnon Thomas de Ceperano, illo jubente, eandem vitam compoſuit. Laudatur à noſtro Alva, tab. 2. col. à quo proceſsit:

Tractatus de Vitis Sanctorum Ordinis Minorum, per modum Dialogi. Hujus teſtimonio vtitur Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 9. Januarij, §.3.

CRESCENTIUS KRISPER, ex Minoritis Reformatis Prov. Auſtriæ, Lector Generalis, ac Cuſtos, & ex Provinciali Miniſtro, ac Diffinitore Generali, ProCommiſſariusGeneralis UltramontanæFamiliæ, Vir, cujus in doctrina progreſſus, muræ lucubrationes, quæ lucem hactenùs aſpexerunt haùd obſcurè teſtantur; publici juris fecit opus inſcriptum:

Nubila Janſeniſmi, & Queſnellianiſmi luce dogmatico-ſcholaſtica diſpulſa in duas partes diviſa. Auguſtæ Vindellicorum ſumptibus Mathiæ Uvolff. ann. 1726. in 4. Utriuſque partis materias ſubjicio. Partis primæ ſcopus: *Refutatio* 101. *Propoſitionum Queſnelli* à Clemente XI. Pontif. Max. Conſtitutione *Unigenitus* damnatarum, Janſeniſmum è finibus Eccleſiæ ejectum revocare molientium, data non ſolùm per adminicula ſcholaſtica vtriuſqueScholarumPrincipisAngelici,&Subtilis; ſed etiam vel maximè per clariſsimos D. Auguſtini Africani *Eccleſiæ Luminis textus.* Partis ſecundæ: *Tres oſtenſiones textuum* præ cæteris maximè vrgentium, quiqui reperiri poſſunt, tàm pro, quàm contra expeditam libertatem hominis lapſi, firmiſsimo tamen adjutorio gratiæ Jeſu Chriſti miſericorditèr reparati. Item tàm pro, quàm contra diviſsionem gratiæ pro ſtatu naturæ lapſe inſufficientem, & efficacem. Item tàm pro, quàm contra vniverſalitatem gratiæ Redemptoris, ex libris Sancti Auguſtini, & Sacræ Scripturæ pro cardine totius litis *Janſeniſtica adductorum.* Evulgavit etiam,

Theologiam Scholę Scotiſticæ, ſeù Expoſitionem 4. librorum Sententiarum Scoti Doct. Subt. Auguſtæ Vindelicorum ſumptibus Mathiæ Uvolff. tom.8. in fol. anno 1728. & 1729. quo vitam ducebat. Vidi.

CYPRIANUS CROUSERS, Antuerpienſis, Capuccinus Provinciæ Flandriæ, Definitor Generalis, ſcripſit:

Lectiones Paræneticas in Regulam Minorum. Coloniæ apud Arnoldum Kempens, & Joannem Kinckium, anno 1625. in 4. hic liber fuit prohibitus in Capitulo Generali ejuſdem Inſtituti, donec caſtigetur. Uti Uvadingus narrat, obijt Genuæ 1637. Extat hujuſce memoria cum laude apud Genuenſem de Scriptoribus Capuccinis, pag. 87.

CYPRIANUS DAMIRSKUS, Provinciæ Ruſsiæ Regul.Obſerv. Theologus, ac Diffinitor, ſcripſit, ac emiſsit opus, cui titulus:

Thaumaturgus Roſsiæ B. Servus Dei Joannes de Duckla, Ordin. Minor. Sancti Franciſci Obſervant. Confeſſor, ſuaptè in Hiſtoria vita exactè effigiatus. Per Viros ſingularitèr ſibi devotos, ſtylo latino, paritèr vernaculo, qua in domo virtutis, & honoris celebratus, qua in Palma frugibus decora latis exaltatus, qua lampadibus Seraphicis illuſtratus. Leopoli ex typographia Regia M. Jacobi Moſcicki Phil. Doctoris anno 1672. in 4. Vidi.

CYPRIANUS GAMACHENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Pariſienſis alumnus, Evangelici Verbi Dei Declamator non vulgaris, Sacræ Theologiæ Profeſſor eruditus, ob eximium ejus Fidei Catholicæ zelum, ac innocentioris converſationis amabilitatem Miſsionarius Apoſtolicus in Angliam à Summo Pontifice ſpecialitèr deſtinatus, Henrichettæ Magnæ Britanniæ Reginæ Oratorij Præfectus, necnon Sereniſsimæ Duciſſæ Aurelianenſium ejus filiæ Confeſſarius. Vir conſ-

conſcientiæ candore, & Angelica propè modum puritate ditatus, qui per plurimos annos in Aula prædictæ Reginæ ſumma cum virtutum laude, religioſæque vitæ exemplo eſt commoratus, ſcripſit Gallicè:

Exercitia animæ Regiæ, ſeu Officia propria hominis Chriſtiani. Pariſijs ex typographia Regia 1631. & 1655. tom. 2. in 4.

Monita familiaria bonæ vitæ, ac mortis Chriſtiani. Ibidem apud Cramoſſy 1658. volum. 2.

De Miſſione Capuccinorum in Angliam ab anno 1630. ad vſque 1658. Ibid. 1659. Latinè. Pertractant de eo Genuenſis, & Dupin in Supplement. tom. 3.

CYPRIANUS GOLDECIUS, Minorita, Polonus, ineditam reliquit, anno 1643.

Relationem initij Reformationis Provinciæ Sanctæ Mariæ Angelorum Minoris Poloniæ. Fides ſit penès Fr. Petrum de Alva in ſua Militia Univerſali, col. 315.

CYPRIANUS A SANCTA MARIA, Hiſpanus, ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, Lector Jubilatus, ac Diffinitor, Sacris Litteris probè excultus, vernaculè edidit opus egregium, ſub titulo:

Sacræ Scripturæ alluſiones ad mores, Ritus, Ceremonias antiquas, & ad proprietates animalium, plantarum, Margaritarum, quibus ſolemnitates Chriſti Domini, ejuſque Immaculatæ Matris celebrantur. Granatæ 1654. in 4. Vidi. Laudatur à Jacobo Le-Long, pag. 693. ſuæ Biblioth. Sacræ. Scripſit inſuper:

Diligens Compendium, quo probatur Myſterium Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis eſſe propè diffinibile. Ibidem 1651. Latinè. Vidi.

De Reſurrectione Beatæ Mariæ Virginis Diſcurſum, Hiſpano idiomate. Ibidem 1645.

Apologeticum hujus diſcurſus. Granatæ typis Franciſci Sanchez, anno 1645. in 4. Vidi.

Reſolutionem Myſticam circà revelationem abſtinendi à comeſtione per multos dies vernaculè. Ibid. eiſdemque typis 1649. in 4. Vidi.

Conciones varias de Converſionibus Evangelicis, ac Peccatis Capitalibus. Granatæ apud Franciſcum Sanchez 1660. in 4. Vidi.

Conciones de Myſterijs Paſſionis Domini. Ibidem. Vidi.

Mariale. Ibidem in 4. Vidi.

CYRILLUS BERGOMENSIS, Italus, Brixienſis Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir in Concionibus eruditus, Sacræ Theologiæ Profeſſor ingenuus, in Humanis, Sacriſque Litteris excultus, ac in Arte Poetica excellens: qui ſcientiæ eminentiam, & conſcientiæ innocentiam copulare edoctus, veræ virtutis iter inoffenſo pede, ſolicitòque greſſu calcare ſemper ſtuduit, ſcripſit:

Centuriam Epigrammatum, duplexque carmen Elegiacum; Genethliacum ſuper Chriſti patientis amorem, Opuſculum meditantis animæ pœnitentis. Brixiæ 1681. tom. 1. in 8. & anteà Carolopoli anno 1683. apud Thomam Poncelet.

De morientium eleemoſynis, ijs nempè, quæ Fratribus Minoribus S. Franciſci Regulam profitentibus interdùm in vltimis voluntatibus legato, fideivè commiſſo præſtandæ relinquuntur, præſertim annuatim, & in perpetuum. Conſilia Juridico-Moralia. Tom. 1. in fol. Lugduni in officina Aniſſoniana anno 1680. Habebat paratum pro prælo anno 1691. Genuenſi teſte pag. 88. opus Theologicum Scholaſtico-Myſticum, ſub titulo:

De Obligatione procurandæ perfectionis; tùm ſpecialitèr Religioſis pro cujuſcumque profeſſionis modulo, tùm communitèr cunctis Chriſti fidelibus, ex vi Divini mandati.

CYRILLUS A SANCTA CRUCE, Capuccinus, natione Hiſpanus, Provinciæ Cathaluniæ Concionator, famoſus olim in Academia Barcinonenſi eloquentiæ Profeſſor, quam per 14. annos publicè docuit. Vir fuit maximæ humilitatis, & aſſiduæ orationis: paupertatem, charitatem in proximos, carnis mortificationem, ac ſolitudinem ſummoperè excoluit. Sed diuturna ejus abſtinentia ſuprà vires hominum extitit; quippè plures agebat dies abſque omni cibo, & potu; ita vt quandoque illi robur omne penitùs exciderit. Antequam Religionem ingrederetur plurima ſcripſit, eaque magnam eloquentiam, ingenijque præſtantiam redundantia; ſolùm tamen poſt habitum ſuſceptum typis dari permiſit Latino idiomate:

Volumen Epiſtolarum familiarum.

Compendium Artis Rethoricæ, quæ fuerunt impreſſa Barcinone anno 1619. Meritis, & virtutibus clarus obijt in ſuo Conventu Villæ (Maturo vulgò) anno 1630, magnamque poſt ſe famam ſanctitatis reliquit. Ejus geſta deſcribuntur à Marcellino de Piſe, tom. 3. Annalium Capuc. §. 136.

CYRILLUS A NEAPOLI, Italus, Regul. Obſerv. Provinciæ Principatus, Sacræ Theologiæ Lector, concinnavit opus Poeticum:

Super quindecim Myſteria noſtra Redemptionis. Ex Fr. Blaſio à S. Gregorio in Relatione M. S. laudatæ Provinciæ apud Archivium Ordinis Matritenſe.

CYRILLUS PASCHALIS, Hiſpanus, ex Illicitade Urbe, Capuccinus, Valentinæ Provinciæ Sanguinis Chriſti Lector Theologus, Provincialis, ac Sanctæ Inquiſitionis Qualificator; Vir felicis ingenij, Theologus profundus, ac fructuoſus Evangelicus Operator, edidit Hiſpanico idiomate apud Genuenſem,

Sermones diverſos de Sanctis. Valentiæ 1659. & 1663. Extat hujuſce Authoris ſeorſim edita Concio,

Concio de Sancto Chriſti S. Salvatoris. Valentiæ typis Franciſci Meſtre 1685. in 4. Vidi.

Panegyris de Immaculata Conceptione Virginis ſuper Decretum Alexandri VII. Valentiæ per Hieronymum Villagraſſa 1622. in 4. Vidi.

Oratio funebris Panegyrica in Exequijs Ludovici Creſpi de Borja, Epiſcopi Placentini. Ibidem apud eundem 1663. in 4. Vidi. Agitur de eo in Biblioth. Valentina, pag. 104.

* * *

S.DI-

D

S DIDACUS, Hiſpa-
nus, in Provincia Bæ-
tica, & in Oppido,
cui nomen eſt S. Ni-
colaus de Portu, Diœ-
ceſis Hiſpalenſis, na-
tus, ex medio Baby-
lonis fugiens, in
Conventu de Arrizafa propè Cordubam,
Regulam Seraphicam profeſſus, eam in
omni vita ſanctè adeò, inviolatèque ſer-
vavit, vt ipſe in cunctis Religionis func-
tionibus, & officijs, vivens quædam, &
expreſſa Regula eſſe videretur, vt meri-
tò ipſi illud S. Thomæ à Villanova con-
cione 1. in die ſancto Pentecoſtes aptare
valeas: *Valdè namque meliùs Evangelium
legitur in Sancto, quam in libro: & viſa
quam audita vita forma mortalium animos*
„ *magis movet. In ſchola Orationis* (teſte
Chriſti Vicario Sixto V. in Bulla ejus Ca-
„ nonizationis) *divinitùs eruditus* Vir alio-
„ qui planè rudis, & litterarum minimè
„ ſciens admirandum in modum de rebus
„ divinis loquebatur, ſenſuſque mirificos
„ proferebat, ita vt Viri eruditiiſsimi, qui
„ in Sacræ Theologiæ ſtudijs ætatem con-
„ triverant, ſummopere obſtupeſcerent;
„ illudque memoriæ traditum eſt, & gra-
„ vi teſtimonio comprobatum, doctos, &
„ pios viros cum abſtruſas, & perdifficiles
„ quæſtiones ad res divinas animarumque
„ ſalutem pertinentes cum eo familiaritèr
„ communicarent, id ab homine littera-
„ rum experte cumulatè didiciſſe, quod in
„ celeberrimis Academijs à magnis Doc-
„ toribus addiſcere nequiverant:::: Mul-
„ tos ex Canarienſibus infideles, & impu-
„ ris adhùc Idoloıum ſuperſtitionibus ad-
„ dictos, verbo, exemplo, orationibus
„ ad Chriſti fidem perduxit, quo in mu-
„ nere dùm ſtrenuè verſaretur, multa illi
„ pericula in ea Canaria, quæ magna ap-
„ pellatur, diaboli invidia conflavit, ſæ-
„ pè in capitis, & vitæ diſcrimen venit,
„ vt ſeſe jam Martyrij palmam potiturum
„ ſperaret; ſed Deo alitèr diſponente, non
„ martyrio animus, & voluntas, ſed vo-
„ luntati martyrium defuit, at certè glo-
„ ria non defuit, cum præclarè à B. Mar-
„ tyre Cypriano ſcriptum ſit, ad Coro-
„ nam Dei promerendam ipſius teſtimo-
„ nium ſolum ſufficere, qui judicaturus
„ eſt, qui arcana renum ſcrutatur, & cor-
„ dis intuetur occulta. Ergo & purpu-
„ ream de Paſsione Coronam aliquo mo-
„ dò accepit, & multas de bonis operibus
„ candidas reportavit, reſervatus à Deo
„ vt multos Chriſto lucrifaceret. In ſalu-
tiferæ Crucis amplexu obdormivit in Do-
mino, pridiè Idus Novembris, anno Do-
mini 1463. cujus corpus incorruptum,
tractabile, & odorem ſuaviſsimum ſpi-
rans, Compluti in Conventu S. Mariæ à
Jeſu honorificè quieſcens, magna religio-
ne colitur. Ejus acta recenſent Petrus Ga-
leſinus Prothonotarius Apoſtolicus, Fran-
ciſcus Pegna Rotæ Auditor, pluribuſque
Arturus in Martyrologio Franciſcano ad
diem 12. Novembris. Vide Fr. Euſebium
Gonzalez, tom. 6. Chronic. Ordin. lib.
3. & Haroldum ad annum 1456. num.
50.

S. DANIEL A BELVEDERIO,
Calaber, & Provinciæ Calabriæ Miniſter,
Martyrij cupidine incenſus, accepta S. P.
N. Franciſci benedictione per diverſas
maris terræque moleſtias, vnà cum An-
gelo, Samuele, Donulo, Leone, Hugo-
lino, & Nicolao à Saxoferrato Minoritis,
Septam Urbem Mauritaniæ perrexit, vbi
anno 1221. ad 3. Kal. Octobris ſimùl con-
venientes, Chriſtianis primum mercato-
ribus, qui in ſub vrbijs degebant, Chriſ-
tiano ritu prædicarunt; deindè præparati
Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentis,
in Urbem latentèr ingreſsi, quodam die
Dominico in publicum prodierunt, mag-
no ſpiritu, & virtute conteſtantes, non
eſſe datum hominibus aliud nomen, in
quo oporteat nos ſalvos fieri, niſi in
Chriſti Jeſn; Mahumeti quandoque fig-
menta damnabant, Mauros Urbis incolas
obſecrantes, vt miſereantur animarum
ſuarum, & æternam ſuſcipiant ſalutem.
Sed poſt oprobria, & verbera ad Regem
ducti ſunt, qui ſtultos arbitratus, quam-
quam fidei ſuæ rationem coram Gentilis
ſectæ ſapientibus per interpretem reddi-
diſſent, eorum conſtantiam octidui car-
ceris maceratione, inter ſatellitum inju-
rias probari mandavit, in quo cœleſti lu-
mine circumfuſi, ſolutis catenis divinas
laudes celebrare viſi ſunt. Indè ad Regem
educti ſexto Idus Octobris, cum nec mu-
neribus, nec minis adduci poſſent, etiam
ſin-

ſinguli ſeorſim tentati, vt Chriſtum negarent, cumque Chriſtum potiùs conſtantèr prædicarent, execrarenturque Mahumetum, & ſe mutuò ad martyrij mortem alacritèr hortarentur, iratus Rex juſsit eos vltimo ſupplicio plecti: & ſtatim nudi per Urbem præcedente turba rapti, omnes ſeptem, capitis amputatione, martyrij coronam acceperunt. Capita ipſa comminuta, & corpora diſcerpta Chriſtiani collegerunt. Ubi verò hodie ſint ipſorum reliquiæ, opinionum varietas incertum fecit. Id verò certum, tanta ipſorum meritis patrata fuiſſe miracula, vt Populus eos Sanctorum Martyrum cultu, & annua ſolemnitate celebraret, quod vniverſo Minorum Ordini conceſsit Leo X. Pontifex Max. Conſcripſit vnà cum ſuis Commartyribus in vinculis:

Apologiam ſuæ prædicationis. Editam habes apud Illuſtriſsimum Cornejo, tom. 2. Chron. Ordin. Seraph. lib. 3. cap. 50.

DAMASUS DE PRÆSENTATIONE, Luſitanus, ex Diſcalceatis ſtrictioris Obſervantiæ Provinciæ S. Antonij, ejuſque Diſſinitor, & Cuſtos, difficultatum fidei Cenſor Theologus, magnæ pietatis Vir, ſcripſit vernaculè:

Expoſitionem Regulæ Seraphicæ, ſub titulo:

Vocatio Fratris Minoris. Exudit primo Antonius Alvarez in Conventu de Carnota 1627. in 8. Prodijt etiam Ulyſsipone ex officina Petri Ferreira 1727. in 8. Vidi. Laudatur à Nicolao Antonio, & Fr. Balthaſare de Medina apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum.

DAMASUS SAN LAUDENSIS, Gallus, Tertij Ordinis S. Franciſci, Provinciæ S. Ivonis, ſcripſit tractatum:

De Exercitijs Novitiorum, in tres partes diſtinctum. Ex Bordonio, & Uvadingo.

DAMIANUS DE CAPELLA, Minorita, vti recenſent Uvadingus, & Sannig in Synopſi, edidit:

Tractatum de Phyloſophia, hactenùs mihi ignotum.

DAMIANUS CORNEJO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Caſtellanæ Lector bis Jubilatus, Cuſtos, & Pater, Ordinis Hiſtoricus, ac demùm Epiſcopus Aurienſis, Vir ſanè acuto, prompto, & facili ad omnia ingenio, & cum alijs, humanioribus quoque litteris excultus, Hiſpanico, ſed eleganti ſermone ſcripſit, ac emiſit:

Chronica S. Franciſci, tomis 4. in folio. Matriti typis Joannis Garcia Infanzon, anno 1682. & 1698. Seorſim evulgavit eodem idiomate ab eo conſcriptam,

Vitam S. Margaritæ de Cortona. R. Ad. P. Fr. Franciſcus Garcia Venras laudatæ Provinciæ Pater. Ibidem 1728. apud Viduam Joannis Garcia Infanzon in 8. Vidi. Commendatur, & meritò, à Fr. Euſebio Gonzalez in capite tomi 5. Chronic. Ordinis.

DAMIANUS GINER, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Valentinæ Theologus, ac Ex-Miniſter in lucem dedit:

Commentarios Scoti in 4. libros Sententiarum in facilliorem, & clariorem methodum redactos. Valentiæ apud Alvarum Franaim, anno 1598. in fol. teſtibus Nicolao Antonio, & Uvadingo. Agitur de eo in Bibliotheca Valentina, pag. 108.

DAMIANUS DE JESU, Hiſpanus, Provinciæ Sancti Joſephi Diſcalceatorum alumnus, ejuſque, & aliarum Provinciarum ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatarum Matriti Procurator, in publicum miſit:

Compendium Vitæ, ac Miraculorum S. Petri de Alcantara Hiſpanico idiomate. Matriti typis Dominici Garcia Mortas 1655. in 8. Vidi.

DAMIANUS LUGONES, Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ Regul. Obſerv. alumnus, Guardianus quoque magni Conventus Hiſpalenſis, ſcripſit:

De Morte RR. P. Fr. Joannis del Hierro; Seraphici Ordinis Generalis. Mediolani 1614. in 4. apud Bibliothecam Barberinam. Vernaculè quoque cultoribus Puriſsimæ Conceptionis Matris admirabilis, dedit tomum in 4. prænotatum:

De Feſtivitate ſolemniſsima Hiſpali anno milliſsimo ſexcenteſsimo decimoquinto, in Conventu S. Franciſci in honorem Immaculatę Conceptionis B. Mariæ Epiſtolam vnam in modum libelli. Malacæ apud Antonium Rene anno 1616. Vidi.

DAMIANUS PATAVINUS, Minorita, ex nobiliſsima Comitum familia ortus, qui Bergomi floruit doctrina, & pietate ſpectabilis, acerrimus vitiorum inſectator, & vanitatum reprehenſor, ſcripſit:

Egregium tractatum contra mulierum fucos, & vanitates. Scriptores Patavini, ait Uvadingus, Scardeonius, & Porrinarius *Beatum appellant.* Obijt Cremonæ anno 1401. magna opinione ſanctitatis, honorificè reconditus in arca lapidea in Conventu Sancti Antonij. Agit pluribus de

de eo Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 20. Decembris, §.7.

DAMIANUS PEROTTEUS, natione Gallus, Minorita Recollectus Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ, Vir doctus, ac Divini Verbi Concionator eximius, Marianæ devotioni augendæ edidit opus prænotatum:

Annulus Matris Virginalis opuſculum quinque Tractatulorum, quo ex lactea educatione Salvatoris, Sanctiſsima Virgo Deipara non dimidiata, neque partita, aut diviſſa, ſed integra, & perfecta ejuſdem benigniſsimi Redemptoris Mater oſtenditur, ſummaque, & integra ejus Maternitas, peculiaribus Fidelium votis maximè in ſuaviſsimo lactea educationis Chriſti Myſterio veneranda proponitur. Pariſijs 1655. in 4. Ex Marracio in Appendice ſuæ Bibliothecæ.

DAMIANUS A PLAGIS, ex Urbe Funchal inſulæ à Madera, Minorita factus in Diſcalceata Arrabidorum Provincia, exercitijs ſpiritualibus valdè deditus, & in ſchola orationis eruditus, in vtraque Theologia Morali, ac Myſtica excelluit; idcirco zelo animarum ductus, ſcripſit non abjiciendæ authoritatis volumina duo, vernaculè:

De Myſtica Theologia. Utrumque S. Tribunalis licentia, commune factum eſt, teſte Chronologo laudatæ Provinciæ, tom. 1. lib. 5. cap. 4. Claruit Author anno 1600. die 29. Martij.

DAMIANUS DE LA PUEBLA, Hiſpanus, Minorita, edidit:

Dialogos duos Poeticos pro Immaculata Virginis Conceptione. Baezæ 1618. in 4. vt teſtatur Alva in Militia Univerſali, col. 316.

DAMIANUS RODRIGUEZ DE VARGAS, Hiſpanus, Complutenſis, ex Sodalibus Laicis Tertij Ordinis Franciſcani, verſibus edidit in octoades replicatis opus prænotatum:

Vera Fraternitas quinque Martyrum Arabiæ, nempè Sanctorum Martyrum Coſmæ, Damiani, Eupremij, Leontij, Euthimij Fratrum. Toleti 1621. in 4. Ex Nicolao Antonio, tomo 1. Bibliothecæ Hiſpanæ.

DANIEL AGRICOLA MEYER, natione Germanus, Sacræ Theologiæ Lector, Vir multæ, ac variæ eruditionis, ac in eruendis Sanctorum Patrum ſententijs diligentiæ aſsiduæ, egregia opera dedit, quorum plura ſuppreſſo nomine impreſſa leguntur. Scripſit igitur:

Innovationes 430. *Quæſtionum Subtiliſſimi Scoti, & Joannis de Colonia, Minoritæ.* Baſiliæ apud Petrum de Lugendorff 1510. teſte N. Alva in ſua Biblioth. Virginali, tom. 2. fol. 209.

Poſtillas ſuper Epiſtolas, & Evangelia. Lugduni 1541. vt credit idem Alva ibidem.

Apologiam de Immaculata Conceptione contra Uvigandum. Ex Marracio in Bibliotheca Mariana:

Sermones carmine, & proſſa de eadem Conceptione. Ex eodem ibidem. Item compaginavit:

Coronam Doctorum ex millibus in vnum ſecundum gradus, & dignitates, qui opinionem de Immaculata Conceptione tenuerunt. Ex eodem, & noſtro Alva in ſua Militia Univerſali, col. 317.

Coronam XII. Stellarum B. Mariæ Virginis. Prodijt in 4. eamque habes, tom. 2. Bibliothecæ Virginalis à fol. 222.

De Paſsione Domini: Baſileæ 1514. in 4. Ex Uvadingo, Dupin, ſæculo 16. & Auberto eodem ſæculo, cap. 28. Demùm capitulis diſtinxit libros Moralium S. Gregorij Papæ, adjecto:

Duplici Directorio in ejus ſententias, & materias, juxtà editionem factam in folio Coloniæ Agrippinæ 1515. Vidi, Arevali in Bibliotheca noſtri Regalis Conventus S. Lazari. In capite hujus tomi ita legere eſt: *Fr. Daniel Agricola Minoritanus Lector, ſuo Ludovico HornKennio* (Bibliopolæ) *Viro prudenti ſalutem.* Vixit noſter Daniel ad annum 1400.

DANIEL ANTUERPIENSIS, Capuccinus, Belga, Provinciæ Flandriæ alumnus, Vir devotis moribus compoſitus, Concionator fervidus, & eruditus, ſcripſit Gallico idiomate:

Meditationes de Paſsione Domini pro ſingulis diebus totius anni, tom 2. in 8. Antuerpiæ 1673.

Meditationes pro diebus feſtis Sanctorum per anni circulum occurrentibus. Ibidem 1674. tom. 1. in 8. De eo pertractat Genuenſis, ac Ludovicus Dupin, ſæculo 17.

DANIEL CLEMENS, Minorita, circa annum 1330. ſtylo ſignavit:

Vitam B. Claræ Ariminenſis, ſeù de Agolantibus Clariſſæ. Teſtatur Uvadingus in Additionibus ad tomum 3. Annal. num. 33.

DANIEL PERUSINUS, Italus, Regularis Obſervantiæ, Vir pius, & doctus, in lucem emiſsit Italicè:

Catalogum Sanctorum, ac Beatorum Or-

dinis Minorum. Editio tertia facta eſt Bononiæ 1631. De hoc tractat P. Oldoinus in Athenæo Peruſinorum, ex Ludovico Jacobillo de Scriptoribus Umbriæ.

DANIEL DE RHETIBUS, Italus, propè Balneum in Æmilia, Sacræ Theologiæ Lector Generalis, Concionator egregius, & inter Obſervantes Diffinitor, Provincialis, ex Hiſpanico tranſtulit in Italicum idioma opuſculum P. Antonij Dazæ ejuſdem Inſtituti doctiſsimi Viri Provinciæ Immaculatæ Conceptionis in Hiſpania alumni, inſcriptum:

Deſcriptio Stigmatum S.P.N. Franciſci, cui adjecit notas marginales, duplicique tabula ornatum edidit Florentiæ, anno 1621. Obijt Cortonæ die 20. Martij, anno 1638. ex Fr. Antonio Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, tit. 1. pag. 196.

DANIEL A S. SEVERO, natione Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir maximo ingenio, excellenti memoria, omniumque ferè linguarum peritia excultus, Sacræ Theologiæ Profeſſor eximius, ſtrenuus Catholicæ Fidei propugnator, ac Regularis Obſervantiæ zelator, ſcripſit, prælo que ſubmiſsit Gallico idiomate opus, ſub hac epigraphe:

Chriſtomachia expugnata, ſive de deſcenſu Chriſti ad inferos adverſus Calviniſtas, tom. 1. in 8. Lugduni apud Pilehotum 1618. Evulgavit etiam latinè:

Acta diſputationis Bearnenſis contra quendam Miniſtrum Carolum nuncupatum. Toloſæ apud Colomiez, anno 1620. in 8. Ex Uvadingo, & Genuenſi, quo teſte ſcripſit:

Epiſtolam valdè prolixam ad Illuſtriſsimum, & Reverendiſsimum D.D. Coſmam Bardani Epiſcopum Carpentoractenſem Vicelegatum legationis Avenionenſis de Collatione, & diſputatione cum Nomanſenſibus, & Septimanijs factionis Calvinianæ. Avenione apud Jacobum Bremeterr, anno 1625.

DANIEL DE TARVISIO, Minorita, Archiepiſcopus Boaſtrenſis in Arabia Majore, ad Armenorum defenſionem ineditum reliquit opus prænotatum:

Reſponſio Fr. Danielis de Tarviſio Ordinis Minorum, & Legati Leonis Regis Armeniorum ad errores Armenis impoſitos tempore Benedicti XII. M. S. in Bibliotheca Colbertina, cod. 1653. Conſule Uvadingum in Annalibus, tom. 3. ad ann. 1341. 1344. & 1346.

DANTES ALIGERUS, ſeu ALIGERIUS, natione Italus, Patria Florentinus (à Philippo Labe in Indice ſuæ Bibliothecæ Noſtratibus adſcriptus his verbis: *Dantes Aligerius Ordinis Minorum*) Vir, apud Trithemium, tàm in Divinis Scripturis, quàm in Sæcularibus Litteris omnium ſuo tempore ſtudioſiſsimus, & valdè eruditus: Philoſophus, & Poeta, nulli ſua ætate inferior; ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, diſputator omnium acutiſsimus, ſcripſit, & metro, & proſa multa præclara volumina, quibus nomen ſuum ad poſteros tranſmiſsit. Pulſus Patria omnibus diebus ſuis exulavit in Gallia aliquandiù, & poſteà apud Aragonum Regem; & de ſua calamitate varia compoſuit. Moritur tandem exul apud Ravenam ſub Ludovico Bavaro Imperatore IV. anno Domini 1321. Indictione 4. ætatis verò ſuæ anno 56. Hæc Tritemius. Authoris verò opera, ſuo patrio idiomate, hæc ſunt:

Comœdia Divina de Inferno, Purgatorio, ac Paradiſo. Mantuæ apud Georgium Tedeſchi, anno 1472. in fol. Et ibidem 1473. in fol. cum Commentarijs Benvenuti Rambaldi de Imola. Venetijs apud Spira 1478. cum Commentarijs Chriſtophori Landini. Florentiæ per Nicolaum Laurentium 1481. Brixiæ apud Boninum 1487. in fol. Venetijs apud Petrum Piaſi 1491. in fol. & ibidem 1493. in fol. & 1497. typis Petri de Zuane in fol. & ibidem, apud Aldum anno 1502. & 1596. in fol. cum Expoſitione Bernardini Daniello Venetijs 1568. in 4. Alias mitto editiones, de quibus fuſo calamo agitur in Bibliotheca Italica Angeli Hieremiæ, à fol. 86. ad vſque 88. ſtylo etiam ſignavit:

Conciones. Florentiæ anno 1527. in 8. apud tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 327. Ex eadem.

Benevolum convivium. Florentiæ anno 1529. in 8. & 1531. in 8. Et ibidem anno 1490. in 4.

Vita nova cum XV. Cancionibus, unà cum Authoris vita à Baccacio ſcripta. Florentiæ anno 1570. in 8.

De vulgari eloquentia. Ferraræ anno 1583. in 8. Idcircò Rhetoricis adſcribitur à Patre Muſſancio, tabula 4. ſuæ Facis Chronologicæ:

Poemata cum varijs lectionibus. Venetijs anno 1502. in 8.

Quæſtionem de natura duorum Elementorum aquæ, & terræ. Venetijs anno 1508. in 4.

De Monarchia in fol. apud laudatam Bibliothecam ibidem. Sed melioris lectu-

ræ Baſileæ 1559. Habetur etiam in libro, cui titulus:

Syntagma tractatuum de Imperiali juriſdictione. Demùm ex præallegato Trithemio:

Epiſtolas plures, & quædam alia. Authorem hunc inter Minores Etruſcos Scriptores meritò computat Fr. Antonius Tertinca in ſuo Theatro Genealogico Provinciæ Tuſciæ, pag. 288. authoritate fretus ſolertiſsimi Scriptoris religioſique Viri Mariani Florentini, qui ita de Dante
,, ſcripſit: *Dantes Florentinus*, à gente
,, Alegeria, Poeta conſpicuus, Hiſtorio-
,, graphus, Theologuſque; qui liberali-
,, bus artibus in Patria legitimè eruditus,
,, Poeticæ deditus à pueritia amavit in
,, adoleſcentia Beatricem ex Portinario-
,, rum familia, cui carmina multa dicavit;
,, Majora deindè ſecutus ſtudia, opus
,, egregium, quod nunc extat latinis pla-
,, nè carminibus, inchoavit; cujus ini-
,, tium: *Ultima regna canam*, quod mini-
,, mè vena ſuccedente, ad vernaculum
,, deflexit ſermonem, in quo facilè Prin-
,, ceps emicuit. Pulſus exindè Florentia,
,, cum reliquis Albis Pariſienſi Gymnaſio
,, acceſsit, vbi Philoſophicis, atque Theo-
,, logicis doctrinis vacavit: atque librum
,, jam dictum complevit, in quo omnium
,, Cœleſtium, Terreſtrum, & Infernorum
,, profundè contemplatus, ſingulaque
,, Hiſtoricè, Allegoricè, Tropologicè,
,, ac Anagogicè deſcripſit. Scripſit quo-
,, que præter hæc *Opuſculum de Monar-*
,, *chia*, hujus rei gratia, vt Henricus VII.
,, Imperator reintromitteretur in Patriam;
,, quod minimè valuit. Quapropter amiſ-
,, ſa omni ſpe reditus ſui, Ravenam pro-
,, fectus, ibidem ſub Principe Guidone
,, Polentano amico ſuo: ſub norma, quam
,, B. Franciſcus Fratribus dedit de Pœni-
,, tentiæ vixit. (En Tertiarium Franciſca-
,, num habes). Deniquè in articulo mortis
,, conſtitutus, cum Habitu Fratrum Mi-
,, norum indutus migravit à ſæculo. (En
,, Franciſcanus obijt) ætatis ſuæ anno 56.
,, ſalutis verò 1321. in Templo S. Franciſ-
,, ci ſepultus. *Ita Marianus* tractat. de Excellentia Tuſciæ, cap. 11. §. *Sequitur de Poetis*, pag. 75. Extat N. Dantis fuſſus ſermo apud Gaddium de Scriptoribus non Eccleſiaſticis, Poncianum, alioſque plures à laudato Tertinca ibidem citatos. Anno 1483. Kalendas Junij Bernardus Bembus Urbis Ravenatis Prætor ſepulchrum Dantis honorificè reſtituit, ſubjectis hiſce carminibus:

Virtuti, & Honori S. V. F.

Jura Monarchiæ, ſuperos, Phlegetonta, lacuſque
Luſtrando cecini, voluerunt fata quouſque.
Sed quia pars ceſsit melioribus hoſpita caſtris;
Actoremque ſuum petijt felicior Aſtris.
Hic claudor Dantes Patrijs extorris ab horis;
Quem genuit parvi Florentia Mater amoris;
Exigua, &c.

DAVID DE AUGUSTA, natione Teutonicus, profeſsione Minorita, Vir, vt Trithemius narrat in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Divinis Scripturis exercitatus, vita, & converſatione inſignis, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenij fuit. Scripſit quædam aperto ſermone opuſcula, quorum lectio devotis Fratribus non eſt contemnenda; de quibus extant ſubjecta. Ad Novitios:

De compoſitione hominis exterioris, lib. 1. Incipit: *Profectus Religioſi Viri.*

De compoſitione hominis interioris, lib. 1. Incipit: *Collationes me...*

Sermones de Tempore, lib. 1.

Sermones de Sanctis, lib. 1. Et quædam alia Trithemio teſte. Tria ejus opuſcula ſeorſim prodierunt Auguſtæ Vindelicorum 1593. Extant etiam tom. 13. Bibliothecæ PP. juxtà editionem Colonienſem, & tomo 25. Lugdunenſis editionis. Excudit quoque Coloniæ Petrus Cholinus 1623. in 12. Vidi. Hæc opuſcula non minùs vtilia, quam D. Auguſtini meditationes, aut opuſcula Bernardi, ſivè Bonaventuræ necnon Joannis Gerſonis, quæ magnopere pia habentur; putat Joannes

Uvimpfelingius apud Uvadingum, qui ſubdit ejuſdem Davidis:

Sermones in pracipuas Deiparæ feſtivitates, *necnon*:

Tractatum de Oratione quem penès ſe habebat M. S. cujus initium: *Vacate*, & *videte*. In Baſilienſi Bibliotheca, teſte Spizelio in Catalogo edito anno 1668. extat codex M. S. in 4. ſub hac inſcriptione: *Tractatus Fr. Davidis de perfidia Religioſorum*, ſed ad quem Davidem pertineat, quis non vertet in dubium? Vide Uvadingum in Annalibus ad annum Chriſti 1272. Non longè poſt Seraphicum S.P.N. Franciſci, ſanctiſsimè vitam finivit in Patria ſua. Extat hujus memoria cum laude apud Martyrologium Franciſcanum die 18. Januarij.

DAVID CHARLATUS, Belga, Provinciæ S. Andreæ, edidit Gallicè opuſcula duo, ita inſcripta:

Sacrum ſacellum, aut Odeum; in quo exprimitur anima quædam devota, vel propenſa in Pſalmodiam, ſivè Chorum, ſub titulo: *Philomela*, ad intelligendum ſcilicèt, & addiſcendum modum recitandi, & cantandi Officium Divinum. Duaci apud Jacobum Mayreſſe, anno 1635.

Dei Noſocomium. Hæc Uvadingus.

DAVID HENRERA, Belga, Namurcenſis Minorita, vertit, uti Uvadingus recenſet,

Vitam Latinam Beata Begga in patrium idioma. Edita eſt Lovanij, apud Maſſium.

DAVID MICHAEL REGIUS, ex Tertio Ordine Regulari Antuerpiæ, Vir doctus, & magnæ lectionis, cui ſuus Ordo refertam Bibliothecam debet, multa meditatus eſt; pauca verò in lucem prodierunt morte præventus. Extant ejus tantummodò:

Indices Miſſalis Romani, compendio quidquid in eodem continetur, dilucidè ante oculos ponentes. Inſcripſit amico optimo Chriſtophoro Plantino, qui id typis mandavit anno Domini milleſsimo quingenteſsimo ſeptuageſsimo tertio. Moritur Antuerpiæ anno ab Orbe redempto 1588. Nicolaus Agricola illi Epitaphium poſuit. Integrum extat apud Uvadingum, ex quo ſequentia ſubjicio:

Hic ſitus eſt David Michael Regius, omen
Eſſe ſub his titulis res dedit ipſa fidem
Davidem Hymnographum expreſsit meditatio Verbi
Divini, & facilis condere vena melos.
Belligerum Cœli ductorem retulit ardens
Zelus in hæreticæ dogmata perfidiæ.
Regius emicuit regali pectore, &c.

DAVID N. natione Gallus, profeſſione Minorita, laudatur pag. 387. Bibliothecæ Tellerianæ, ceù à quo prodijt ab ipſo habita

Oratio in Exequijs Mariæ Auſtriacæ Galliarum Reginæ. Prodijt Pariſijs ann. 1683. in 4.

DAVID DE LA VIGNE, natione Gallus, Regul. Obſerv. alumnus, Gallicè edidit, Uvadingo teſte,

Speculum bonæ mortis. Pariſijs impreſſum 1646. in 4.

DEODATUS ITALUS, Minorita, phraſi veteri Italica conſcripſit:

Vitam S. Joannis de Capiſtrano; ac in lucem dedit Comi anno 1476. Ex Patritio Duffio, in Vita B. Alberti à Sarthiano, fol. 88.

DESIDERIUS DE BELLAGRANDIS, Capuccinus, natione Italus, Patria ab Otiano, Provinciæ Brixienſis alumnus. Hic in Miſsionibus contra Hæreticos in Rhetia munus Apoſtolicum per plures annos fideliſsimè ſuſtinuit, & ſolicitus in Chriſti Evangelia explicando, ignaros pro catecheſi docendo, morum reformationem, & chriſtianam pietatem promovendo, infatigabilitèr perduravit. Scripſit Latinè, ait Genuenſis, opuſculum ſub titulo:

Perfectio ſpiritualis Sacerdotum, *ſivè præparatio ad Miſſam*, & *gratiarum actio cum alijs monitis pro Confeſsione*, & *Communione omnibus Chriſti fidelibus neceſſarijs*. Brixiæ apud Ricciardo anno 1667. in 8.

DE-

DESIDERIUS RICHARD, Gallus, Barri-Albanus, Doctor Theologus, Pariſienſis Conventus S. Mariæ Angelorum Provinciæ D. Bonaventuræ Guardianus, abſolvit, & edidit opus, quod Joannes Nodin incœpit, & inſcripſit:

Victoriam Hebræorum contra Ægyptios. Vide verbo *Joannes Nodin.* Lugduni apud Claudium Morillon, anno 1611. in folio. Extat hujuſce memoria apud Laſſor, Bibliothecam Latino-Hæbraicam, & Uvadingum. Meritò de Authore, in operis capite legitur:

Ecce quæ nobis reſonante ſtylo
Scripta Nondinus moriens reliquit
Lumina hæc tandem voluit Richardus
Clara videre.

DIDACUS DE ALBURQUERQUE, Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ Regul. Obſervant. alumnus, typis commiſsit vernaculè:

Orationem funebrem in Exequijs RR. P. Fr. Joannis del Hierro, Miniſtri Generalis Ordinis noſtri. Hiſpali per Alphonſum Rodriguez 1613. in 4. Vidi.

Concionem ad Fratres in Capitulo Provinciali congregatos. Ibidem, eiſdemque typis 1614. in 4. Vidi.

DIDACUS DE ALEXANDRIA, Minorita, tomum in folio Roberto Siciliæ Regi nuncupatum, ſcripſit:

Super libros Phyſicorum. Editio antiqua extat Hiſpali in Bibliotheca Conventus S. Pauli Patrum Prædicatorum. Vidi.

DIDACUS A SANCTA ANNA, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervant. alumnus, in Provinciam Diſcalceatorum S. Gabrielis, Novitiorum Moderator, ac tertiò Diffinitor, ſanctitate, atque eruditione florens ſtylo ſignavit:

Tractatum Orationis Mentalis ſatis utilem ijs, qui viam ſpiritus ſectantur. Hiſpali anno 1618.

Compendium doctrinæ religioſæ, &
Speculum Religioſorum. Hiſpali anno 1618. in 8. & Matriti 1679. in 4. De eo plures apud meam Bibliothecam Diſcalceat. Obijt non exigua ſanctitatis opinione anno 1631. cujus corpus à corruptione immune aſſervabatur in Conventu Sanctæ Mariæ Magdalenæ ejuſdem Prov. teſte Fr. Joanne à Trinitate, tomo 1. Chron. Provinciæ S. Gabrielis, lib. 3. cap. 60.

DIDACUS ANDRADE, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Procuratorem agens Terræ Sanctæ, ſtylo ſignavit:

Epiſtolam gravem de rebus Terræ Sanctæ, ac Fabrica S. Sepulchri. Prodijt Matriti anno 1720. in 4. Vidi.

DIDACUS ARANHA DE PASSIONE, Luſitanus, Patria Bracharenſis, ſtrictioris Obſerv. alumnus, apud Marianam Mediceam Reginam Galliarum Chriſtianiſsimam Orator Sacer, edidit, ac recognovit:

Cantica CL. cum Hymnis XXX. totidemque Orationibus in B. Joſephum Deiparæ Virginis Sponſum, à Franciſco Gemma, Clerico Capuano olim ſcripta, quibus è penu ſua ſubjunxit:

Flores precum Sacræ Societatis Jeſu, Mariæ, Joſeph, ex Sacra Scriptura, & SS. PP. collectos. Pariſijs anno 1624. in 16. De eo cum Nicolao Antonio egi in mea Bibliotheca Minor. Diſcalceat.

DIDACUS (minimè Deodatus) DE ARCE, Hiſpanus, alijs Matritenſis, Conchenſis alijs, Provinciæ Carthaginenſis Regul. Obſerv. Miniſter electus anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, poſteà à Sacris Confeſsionibus, arcaniſque conſilijs Ferdinando Ruiz de Caſtro, Comiti de Lemos, Regni Neapolitani Pro-Regi, Vir quidem in omni litterarum genere eruditus, & ſtudioſorum ardens promotor; in colligendis libris, ordinandiſque Bibliothecis inſatiabilis, Concionator graviſsimus, & in dicendo efficaciſsimus, deſignatus primùm Epiſcopus Caſſanenſis in Calabria, deindè Tudenſis in Galæcia; ſcripſit:

Sermones Adventuales. Murciæ 1606.

Sermones pro Sanctis. Ibidem eodem anno. Seorſim:

Panegyrim de laudibus S. P. N. Franciſci. Hiſpali 1608. in 4. Vidi.

Miſcellanea pro ſermonibus conficiendis; à feſto Pentecoſtes uſque ad Nativitatem Domini. Murciæ 1606. in 4. typis Didaci de la Torre, & Matriti 1600. Vidi.

De Immaculata Virginis Conceptione; tractatus IV. Ibidem.

De Expectatione Partus Deiparæ ſemper Virginis, tractatum I. Ex Marracio in Bibliotheca Mariana, ſed extat ibidem.

Diſcurſus prædicabiles ſuper Salve Regina. Conchæ 1601. in 4. Seorſim:

Concionem de Nativitate Virginis. Hiſpali 1608. in 4. Vidi.

Sermonem diffuſum de Cruce Chriſti, & Bono Latrone. Murciæ per Auguſtinum Martinez 1607. in 4. Vidi.

Romam Sanctam. Opus Apologeticum pro liberanda Urbe Romana à calumnijs Hæ-

Hæreticorum, in quo dilucidè demonſtrat, nonniſi lividis Hæreticorum, & iniquorum oculis Urbem objici inquinamentis fœdatam; bonorum autem, & candidorum Virorum liberè abſque pravo affectu judicantium conſpectui apparere pulchris, piiſque noris commendabilem. Neapoli 1601. in 4. ſermone Hiſpanico. Vidi. Inedita reliquit, Uvadingo teſte, egregium, & devotum opus pro intelligendis difficilioribus Sacræ Scripturæ locis, quod prænominavit:

Ægyptus ſpoliatas, quia teconditas Gentilium, & humanarum artium doctrinas, quaſi è manibus præripuit, & ad Sacras perfectè intelligendas accommodavit. Incipit: *Lignum ſcientiæ boni.*

Opuſculum, ſivè Epiſtolam diffuſam Apologeticam ad Fratres ſibi ſubditos circà qualitatem veſtimentorum, vbi doctè diſſerit de ſaccini habitus vſu apud antiquos Patres, de ejus myſtica ſignificatione, & vtilitate, de Minorum profeſsioni congruitate, in quam rem plurima ex SS.PP. congerit argumenta. Utrumque aſſervabatur in Murciano Cœnobio anno 1618. Laudatur à Lodovico Dupin; & tom. 1. Bibliothecæ PhiloſophicæMartini Lippenij, pag. 1640. Inſupèr M. S. reliquit:

Opuſculum de Utilitate, & Antiquitate Bibliothecarum. Aſſervabatur in Biblioth. Conventus S. Mariæ de la Salceda, & in Bibliotheca Comitis Ducis Olivarum; ex Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, pag. 206.

Collationem pro electione Miniſtri Generalis. Latinè extat M. S. in Pinciana Bibliotheca noſtri Conventus Sancti Didaci ſub E. num. 313. Vidi.

Dialogum de Chriſtiano Pictore, ſivè de Veritate, ac decore picturarum Eccleſiaſticarum, *opus*, ait laudatus Nicolaus, *ſuo ipſius Authoris judicio propter argumentum, laboremque in eo perſequendo exantlatum, necnon propter molem ſcriptionis, non vnius voluminis, verè magnum: cujus nomine ſodales ejus expoſtulare habet publica vtilitas.* Hujus operis, ac *Quinquagenarum locorum Sacræ Scripturæ* ſpem fecit Author in Præfatione tomi primi ſuarum Miſcellaneatum. E vivis exceſsit anno 1617.

DIDACUS DE BASCUñUELOS, Hiſpanus, Provinciæ Burgenſis Regul. Obſerv. Diffinitor, edidit:

Faſciculum animæ ex Opuſculis Sancti Bonaventuræ confectum. Pampilone anno 1628. in 16.

DIDACUS BERIEVAL, Hiſpanus, in Villa de Ambel Tyraſonenſis Diœceſis natus, Seraphicæ Aragonum Provinciæ de numero Converſorum filius, inſerviendis infirmis totus intentus, ad vtilitatem infirmorum, eorumque curam geſentium, conſcripſit vernaculè:

Receptuarium medicinale, impreſſum Cæſaraauguſtæ litteris Didaci de Larumbe anno 1713. in 8. Vidi. Obijt anno ſalutis 1708.

DIDACUS BERMEO, Hiſpanus, indiviſæ Sancti Joſephi Provinciæ filius, S. Officij Commiſſarius, Commiſſarius Provincialis in Japponenſi Regno, ſemelque, & iterùm Miniſter Provincialis Provinciæ Diſcalceatorum Philippinarum, Vir doctus, ac religioſiſsimus, priùſquam emitteret ſpiritum, ſcripſit in lectulo ad ſuum ſucceſſorem Vicarium Provincialem:

Epiſtolam notatu dignam. In medium adducitur à Fr. Antonio de la Llave in Chronicis laudatæ Provinciæ, trienn. 10. cap. 4. vernaculè fragmentum dedi part. 1. Bibliothecæ Minor. Diſcalceator. pagina 50.

DIDACUS DE BILLON, Capucinus, natione Gallus, Provinciæ Britanicæ, Concionator, ac Miſsionarius Apoſtolicus in pluribus locis Pictavienſium, in quibus non infructuosè laboravit; edidit:

Narrationem plurium converſionum Virorum illuſtrium, quæ factæ ſunt opera Capuccinorum in Miſsionibus Pictavienſibus. Tom. 1. in 12. Ex Genuenſi.

DIDACUS A S. BONAVENTURA, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum in Bætica Provincia Sectator, Diffinitoris munere functus evulgavit Hiſpanicè tomum in 8. inſcriptum:

Vernum tempus ſpirituale cæleſtium florum ReginæCæli. Commendatur à Fr. Franciſco à Jeſu Maria, tom. 1. Chronic. laudatæ Provinciæ, fol. 860. num. 125.

DIDACUS A BOSE, Gallus, Provinciæ Magnæ filius, Bachalaureus Pariſienſis, à Concionibus Chriſtianiſsimæ Reginæ, exaravit:

Tractatus varios. Præcipuè inſignem prædicant *ſui tomi decem adverſus Janſeniſmum*, editi, teſte Fr. Hieronymo Muñoz in Deſcriptione Congregationis generalis Ordinis, Toleti celebratæ anno 1673. fol. 60.

DIDACUS BRAVO, Hiſpanus, Bellalcazarenſis Regul. Obſerv. Provinciæ An-

Digitized by Google

Angelorum, Sacræ Theologiæ Lector, Cuſtos, ac Pater, Vir ſanè eruditus, Hiſpanicè dedit:

Expoſitionem in Regulam Minorum. Valentiæ 1627.

Manuale Notariorum. Hiſpali apud Simonem Faxardum, anno 1633. in 8. Et ibidem 1640. typis Nicolai Rodriguez. Vidi.

Regimen ſpirituale animarum. Ibidem 1637. & 1717. formis Joannis de Ariztia in 4. Vidi.

De Uſu Syndici. Ibidem 1640. in 8. Vidi.

Pœnitentiarij directionem. Ibidem.

Dialogos ſpirituales, & Orationis exercitia. Ibidem 1637. Sunt 38. Dialogi. Legi.

De Vocatione Fratris Minoritæ. Ibidem 1640. typis Franciſci de Lyra in 8. Vidi. Demùm Authore mihi Fr. Andrea de Guadalupe in Chronicis laudatæ Provinciæ, lib. 10. cap. 9. ſcripſit inſupèr volumen inſcriptum:

Theologia Moralis, ac Myſtica. Extat hujuſce Didaci memoria apud Uvadingum, Nicolaum Antonium, ac Dupin.

DIDACUS CABRERA, Hiſpanus, Regul. Obſervant. Provinciæ Aragonum, ſcripſit teſtibus Uvadingo, & Nicolao Antonio,

Sermones pro Adventu. Cæſaraugustæ 1610.

Sermones pro Quadrageſima. Ibidem eodem anno.

DIDACUS CÆSAR, Luſitanus, Tertiarius Regularis Provinciæ S. Mariæ à Jeſu in Portugalliæ Regno, Concionator excellentis opinionis, ac Pater, ſeorſim edidit Conciones ſequentes:

De Domina noſtra à Nivibus. Connimbricæ 1673. apud Rodericum Carvalho in 4. Vidi.

In ſolemni Actu Fidei. Ulyſsipone typis Pauli Craesbeeck 1649. in 4. Vidi.

De Bulla Sanctæ Cruciatæ. Ibidem ex officina Dominici Lopez Roſa 1644. in 4. Vidi.

De Sanctiſsimo Eucbariſtiæ Sacramento, pro levamine quarundam injuriarum. Ibidem formis Antonij Alz 1653. in 4. Vidi.

De Mandato, Feria V. Hebdomadæ Sanctæ. Ulyſsipone litteris Antonij Alvarez 1653. in 4. Vidi.

De Bulla Sanctæ Cruciatæ aliam ad Ulyſsiponenſem Eccleſiam. Ibidem eiſdem typis 1653. in 4. Initio Concionis hujus, hoc, miſsis alijs, elogium legitur:

Bulla etenim duobus pertinet
Lyſiæ Regi, Romæ Paſtori:
Regium auxilium dicendo poſtulas,
Pontificium prędicans, mercedem explicas,
Ad utrumque te potentem veneror,
In utroque Cæſar.

DIDACUS CAROLUS, ex Regia ſtyrpe Regum Luſitaniæ, Provinciæ Portugalliæ Regularis Obſervantiæ nomine dato, Concionibus ſedulò vacavit, ac Philoſophiam docuit. Prælo dedit eruditam:

Expoſitionem ſuper Pſalmum 50. Prodijt Mantuæ teſte Fr. Ferdinando à Solitudine, tom. 5. Chronic. memoratæ Provinciæ, num. 429. ubi plura de hoc Didaco.

DIDACUS DE LAS CASAS ZAYNOS, Hiſpanus, Lector Philoſophiæ in Mexicano S. Didaci Conventu, ac demùm Diffinitor, edidit:

Concionem in Translatione oſsium Joſephi à Reyes Ducis, ſub themate: *Deus viſitabit voś, &c.* Mexici in typographia Viduæ Franciſci Rodriguez, anno 1691. in 4. Vidi.

DIDACUS DE CAMUÑAS, Hiſpanus, ex Arce S. Joannis Archiepiſcopatus Toletani, Sacræ Theologiæ Lector, Apoſtolicus Concionator, Commiſſarius Viſitator Provinciæ Bæticæ, à Secretis Ordinis, ac ſuæ Carthaginenſis Provinciæ Regularis Obſervantiæ Provincialis Miniſter, typis commiſsit vernaculè:

Clamores Apoſtolicos, volum. 2. in 4. Prodierunt Murciæ ex typographia Jacobi Meſnier, anno 1710. Vidi.

Expoſitionem totius Doctrinę Chriſtianæ unà cum 46. brevibus Concionibus pro Miſsionarijs. Secunda editio, quam vidi, facta eſt ibidem formis Vincentij Lloſriu 1711. in 4.

Vitam V. ac Eſtaticæ Virginis Joannæ à Cruce, ſub titulo: *Candelabrum aureum.* Oriolæ per Joannem Meſnier 1704. in 4. Vidi.

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis. Demùm apud noſtrum Alva, col. 323. ſuæ Militiæ, emiſsit:

Conciones de S. Ludovico Gonzaga, ac S. Franciſco Xaverio. Lucroni 1622. in 4.

DIDACUS DE CEA, Hiſpanus, Agu-

Agudenſis Diœceſis Toletanæ, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Angelorum, Lector emeritus, Commiſſarius Generalis in Romana Curia, ac Ordinis Pater, in lucem dedit, cum Romæ eſſet:

Archielogiam Sacram Principum Apoſtolorum Petri, & Pauli, duobus libris, quorum prior Apologeticus Archielogicas D. Petri defenſiones continens, poſterior eſt Archielogicus de prærogativis, virtutibus, ſanctitate, doctrina, prædicatione Divorum Petri, & Pauli, deque triumphali eorum ſub Nerone martyrio, & Sacro apud Vaticanum ſepulchro Romæ 1636. in 4. Vidi.

Theſaurum Terræ Sanctæ, quem Seraphica Minorum Religio de Obſervantia inter Infideles per trecentos, & ampliùs annos religiosè cuſtodit, & fidelitèr adminiſtrat. Romæ typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide 1639. in 4. Vidi. Scripſit inſupèr, ac edidit, teſte Fr. Andrea de Guadalupe in Chronicis Provinciæ Angelorum, lib. 10. cap. 9.

Tractatus varios, ac Conciones plures, ex quibus ſeorſim emiſſas vidi:

Concionem de S. Joſepho. Romæ editam 1635. in 4. De ea, tom. 1. Bibliothecæ Barberinæ, fol. 253.

Concionem funebrem in Exequijs Excel Ducis del Infantado. Hiſpali per Franciſcum de Lyra 1629. in 4. Vidi.

De Sanctiſſimo Eucharìſtiæ Sacramento. Ibidem apud eundem 1627. in 4.

De Immaculata Conceptione Virginis. Ibidem 1620. in 4. per Joannem Serrano.

De Mandato. Ibidem typis Franciſci de Lyra 1630. in 4.

De Sacramento Eucharìſtiæ. Ibidem ex officina Joannis Serrano 1620. in 4. Ineditum reliquit tomum in 4.

De Origine Conventus S. Mariæ Angelorum ſuæ Provinciæ. Extat Hiſpali in Archivio Conventus S. Antonij. Vidi. Obijt Romæ in Aracœlitano Conventu, anno 1640. Ipſum laudant Uvadingus, Nicolaus Antonius, Dupin, ac Author Bibliothecæ Maximæ Pontificiæ, tom. 8.

DIDACUS CHRISTIANI, Regularis Obſervantiæ, Duciſſæ Aurelianenſis Confeſſarius, edidit, & eidem Dominæ dicavit:

Breviarium B. Virginis, ex Pſalterio S. Bonaventuræ compactum. Pariſijs in 12. anno 1645. Hæc Uvadingus.

DIDACUS CISNEROS, Hiſpanus, uti narrat Fr. Petrus de Alva, tab. 1. traduxit Hiſpanicè:

Legendam majorem S. Bonaventuræ, impreſ. in 4. anno 1526.

DIDACUS DE CONSUEGRA, Hiſpanus, Regius Eccleſiaſtes, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi Diffinitor, edidit:

Orationem funebrem in Exequijs Magni Philippi IV. Hiſpaniarum Regis. Prodijt ex officina Joſephi Fernandez, Matriti anno Virginei partus 1666. Item

Sermonem quem habuit Matriti in Sacello Regio Dominica prima Adventus. Typis dedit Didacus Diaz de la Carreſa, anno 1665. in 4. Vidi.

Panegyrim de laudibus S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi in ejus Canonizatione. Matriti typis Franciſci Sanz 1672. in 4. Vidi.

DIDACUS DE CORDUBA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ alumnus, Fr. Bonaventuræ de Salinis Germanus Frater, Provinciæ ſuæ, hoc eſt Peruvianæ, & cæterarum Americæ Meridionalis Chronographus, atque Eccleſiaſtes, Vir doctus, & pius, in lucem edidit:

Vitam, virtutes, & miracula Apoſtoli Peruani S. Franciſci Solano Ordin. Minor. Hanc ex fide quingentorum non minùs teſtium, coràm Præſulibus Hiſpalenſi, Granatenſi, Limenſi, Malacitano, & Cordubenſi varijs temporibus examinatorum, alijſque Apoſtolica authoritate habitis probationibus primùm edidit anno 1630. Prodijt auctior ſtudio Fr. Alphonſi de Mendiera Minoritæ, Matriti ex typographia Regia 1643. in 4. Vidi.

Chronica Provinciæ Peruvianæ 12. Apoſtolorum, diſſertè, & prudentèr ſcripta. Limæ apud Georgium Lopez 1651. in fol. Vidi. Ad Superiores, ipſomet Corduba atteſtante, lib. 6. cap. 7. miſsit M.S.

Vitam V. Fr. Joannis Gomez Laici ejuſdem Provinciæ alumni.

Vitam V. Fr. Andreæ Corzo Laici, ac Fundatoris primæ Recollectionis Peruvianæ.

Vitam V. Fr. Franciſci Ruiz Tertiarij.

Vitam V. ac Extaticæ Sororis Eliſabeth Porras Tertiariæ, ac Fundatricis Collegij S. Tereſiæ. Demùm ad Catholicum Hiſpaniarum Regem Philippum IV. volumen miſsit, cui titulus:

Theatrum Eccleſiæ Metropolitanæ Civitatis Regum. Clarebat anno 1650.

DIDACUS ESCOBAR, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum, in Provincia Mexicana S. Didaci Sacræ Theologiæ Lector primarius, commuuem fecit:

Pa-

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis, ſub titulo: *Ultimum quid.* Mexici typis Joſephi Bernardi de Hogul 1725. in 4. Vidi.

DIDACUS FERNANDEZ DE ARMAS, Hiſpanus, Granatenſis, ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, Sacræ Theologiæ, quæ ad mores ſpectat Lector, in publicum miſsit:

Orationem Panegyricam de S: Arcadio Martyre. Cordubæ ex officina Viduæ Stephani Cabrera 1728. in 4. Vidi.

DIDACUS FERNANDEZ DE BRAGA, Luſitanus, Minorita, teſte D. Nicolao Antonio in Appendicibus M. S. ad ſuam Hiſpanam Bibliothecam, exaravit:

Additiones ad opera Joannis Duns Scoti.

DIDACUS DE S. FRANCISCO, Hiſpanus, ex Oppido Caſtri viridis Diœceſis Legionenſis, Provinciæ Diſcalceatorum S. Pauli Miniſter, Vir multiplici virtutum laude clarus, & in omni doctrinarum genere verſatilsimus prælo matura reliquit:

Conciones in gratiam Prælatorum pro Capitulis, & Viſitationibus Fratrum, Hiſpanè:

Formularium praxis judiciariæ, cujus exemplaria in multis Provincijs aſſervata, de manibuſque Prælatorum minimè ſæpè depoſita. Vidi.

Materiarum Theologicarum volumen ſuper primum, & tertium Sententiarum ad mentem Doctoris Subtilis.

Expoſitionem capituli primi, & tertij Iſaiæ Prophetæ. Demùm juſsis obtemperans RR. P. Miniſtri Generali Ordinis Fr. Petri Manero, elaboravit abſolutam:

Expoſitionem Regulæ Tertiariorum S. Franciſci, tàm Regularium, quàm Sæcularium. Uvadingus, Nicolaus Antonius, & Matthæus à Nativitate. De eo egi, tom. 1. meorum Chronicorum, lib. 1. pag. 138. & tom. 2. lib. 5. cap. 17. Obijt anno 1655. ſecundò Provincialem agens.

DIDACUS DE S. FRANCISCO, alter, natione Hiſpanus, ex Oppido Membrilla in Veteri Caſtella oriundus, clariſſimus Filius Diſcalceatæ Provinciæ S. Pauli, Concionator eximius, continuò ardens amore ſalutis animarum, ad Inſulas Philippinas, indèque ad Japponenſe Regnum Commiſſarius Provincialis inſtitutus evolavit. Anno 1615. die 14. Aprilis in horrendum vomuræ carcerem miſſus, ſæpèque gravia paſſus, iterùm navigio deditus in Japponenſes devenit anno 1618. Quanta ibidem conſtantia Fidem Chriſtianam diſſeminaverit, quantum meritis, & virtutibus illuxerit, quotque Sacro Baptiſmate intinxerit, quis enarrabit? Hic velut alter Paulus elucens, à cunctiſque Japponibus Martyr appellatus, vitam inenarrabilibus ærumnis plenam perdidit, & æternam comparavit anno 1633. Quo martyrij genere palmam ſit aſſecutus, eſt nobis incognitum. Ex præſcripto ſuorum Superiorum ſcripſit:

Hiſtoriam Martyrum Japponenſium Ordin. Minor. Provinciæ S. Gregorij Philippinarum. Manilæ apud Thomam Pimpin, anno 1625. in 4. Ad Philippum IV. Hiſpaniarum Regem eadem S. Gregorij Provincia miſsit. Secundò Mexici lucem vidit anno 1626. Vidi. Authoris, & operis meminere cum Uvadingo, Nicolaus Antonius, & Balthaſar à Medina. Plutibus de tanto Viro egi in mea Bibliotheca Minor. Diſcalceatorum, part. 1. fol. 51. part. 2. fol. 24. Et in meis Chronic. tom. 2. vbi ejus vitam vernaculè habes, lib. 4. à cap. 13.

DIDACUS A S. FRANCISCO, alter, Hiſpanus, ex Oppido Montejo, Diœceſis Abulenſis, olim Salmantinæ Academiæ Doctor Theologus, ac Parochorum ſpeculum, Vir jam matura ætate ſeſe ad noſtram Diſcalceatam S. Pauli Provinciam in veteri Caſtella adjungens, virtutibus, ac miraculis claruit. Scripſit:

De Spiritu, ac Virtutibus V. Beatricis de Langa Epiſtolam. Eam habes tom. 2. Chronicor. laudatæ Provinciæ, lib. 5. numero 88. Ejuſque laudabilem vitam ibidem lib. 2. à cap. 17. Curſum conſumavit Salmanticæ in Conventu, vulgò *del Calvario*, anno ſalutis 1615. haùd abſque ſanctitatis opinione, quare, & meritò laudatur à Fr. Tiburtio Navarro, Recollecto Galliæ:

De Fructibus poſthumis S. Petri de Alcantara, cap. 18. fol. 81.

DIDACUS DE FUEN-SALIDA, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinciæ S. Joſephi, Sacræ Theologiæ, quæ ad mores ſpectat, Lector, Diffinitor Provincialis, ac Generalis, necnon generalis Procurator Cauſæ Canonizationis S. Petri de Alcantara, Vir eximiæ eruditionis, ac rei Poeticæ non ignarus, ſtylo ſignavit:

Quæſtionem Regularem pro Suffragijs Diffinitorum Generalium in ſuis Provincialibus Capitulis, in fol. Vidi. Cœpit laborare *Memoriale ſuæ Provinciæ*, idioma-

te Latino, his verbis: *Prudentèr quidem*, ſed morte præventus dimidiatum reliquit. Vidi. Concinnavit elegantèr:

Opuſculum ſuper Salutationem Angelicam ligato ſermone. Extat in Militia Univerſali Fr. Petri de Alva, col. 318. & in mea Bibliotheca Minot. Diſcalceat. pag. 53.

Anagrammata centum Epigrammatibus explicata in laudem Immaculatę Conceptionis Deiparę ſemper Virginis deſumpta ex verbis Apoſtoli: *Omnes in Adam peccaverunt*. Plura, ſed M. S. legi Matriti in Archivio Regalis Conventus Sancti Ægidij, ex quibus ſeptem publicavi in mea prædicta Bibliotheca, pag. 58.

Anagratiſmum, & Carmina in laudem V. Fr. Franciſci Ximenez, Archiepiſcopi Cardinalis. Extant initio tomi prænotati: *Diſcurſus Complutenſes*, Romæ editi anno 1654.

Epigrammata novem in ejuſdem Ciſneros laudem habes ibidem. Obijt Author Matriti 1678. Laudatur à Martacio in ſua Mariana Bibliotheca.

DIDACUS GARCIA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Compoſtellanæ Provinc. Guardianum agens Conventus S. P. N. Franciſci Clunienſis, in publicum miſsit unà cum *carminibus varij generis*

Panegyrim de Sanctiſſimo Sacramento, ejuſque ab injuriarum vindicatione, Hiſpanicè, in 4. Vidi.

DIDACUS HURTADO, Hiſpanus, Legionenſis, Regul. Obſerv. Caſtellanæ Provinciæ, ejus Diffinitor, ac Guardianus Complutenſis Collegij SS. Petri, & Pauli, vernaculè ſcripſit:

Chronica Provincia Caſtella Regul. Obſervant. Extant M. S. in fol. in Archivio ejuſdem Provinciæ. Vidi.

De Origine Regularis Obſervantiæ. Extat ibidem ad calcem laudati tomi. Floruit circà annum 1708. Reliquit etiam M. S.

Opuſculum pro reficiendo numero Collegarum SS. Apoſtolorum Petri, & Pauli Complutenſium ab ipſo Fundatore præfixo.

DIDACUS A S. JOSEPHO, Hiſpanus, ex Toletana Urbe, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinc. Sancti Pauli, Apoſtolicis Miſsionibus in Sinarum Imperio deditus, juſsis Superiorum obtemperans, ſcripſit:

De Prodigijs, ac rebus varijs ſuę Miſsionis in Provincijs Kiangſi, ac FoKien duas diarias relationes, anno 1725. Utramque in 4. penès me habeo. Ejuſdem nonnulla dedi, tom. 1. Chron. Prov. S. Pauli, cap. 20. num. 240.

DIDACUS IZQUIERDO, Hiſpanus, Provinciæ Burgenſis Regularis Obſervantiæ Lector emeritus, ac Diffinitor, latinè publicavit opus prænotatum:

Trilogium Eucharisticum continens ſuccintè morale, ſcholaſticum, & myſticum Euchariſtiæ, ut Sacramentum eſt. Pampilone 1650. in 8. ex officina Martini Labayen. Vidi.

DIDACUS DE LEYBA, Hiſpanus, Provinciæ Mexicanæ S. Evangelij Regul. Obſervantiæ Concionator, Pro-Miniſter, ac in Romana Curia ſuper cauſam Beatificationis, & Canonizationis V. Fr. Sebaſtiani de Appariciο Minoritæ Procurator, vernaculè publicavit:

Vitam V. Fr. Didaci Romero ejuſdem Provinciæ alumni. Mexici per Joannem de Ribera 1684. in 4. Vidi.

Vitam, virtutes, & miracula V. Fr. Sebaſtiani de Appariciο. Hiſpali formis Lucæ Martini 1687. in 4. Vidi.

DIDACUS DE LEQUILE, (ex lavacro regenerationis Donatus Maria) natione Italus, Provinciæ Sancti Nicolai ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum in Neapolitano Regno filius, Cuſtos, ac Pater, Vir in ſtudijs indefeſſus, ſomno parcus, converſatione placidus, diſcurſu acceptus, ſtatura mediocris, ſubpingui corpore (& ſi aſpectu haùd à natura, ſed ex accidenti horridus) expoſtulatus à Sereniſsimis Archi-Ducibus Oenipontanis integro octennio Confeſſarij, Sacellani Archi-Ducalis, Theologi Domeſtici, Concionatoris ad Principes, & Hiſtoriographi publici, necnon & Conſiliarij in rebus conſcientiæ munia, religioſa authoritate laudabilitèr exercuit. Electus etiam ab Imperatore Ferdinando III. Epiſcopus Almatiæ, delectus inſupèr ab Eminentiſsimo Hieronymo Principe, ac Cardinali de Columna in ſuum Theologum domeſticum, Romæ, ex peculiari mandato, minimè contemnendum opus conſcripſit duobus voluminibus in 4. ſub titulo:

Hierarchia Franciſcana in quatuor facies hiſtoricè diſtributa. Romæ apud Jacobum Dragondelium anno 1664. Vidi. Ibidem quoque typis Michaelis Herculis, anno 1667. publicavit tomis duobus in folio, opus inſigne ita inſcriptum:

Franciſcus ter Legiſlator Evangelicus, terque legis Chriſti, & Eccleſiæ Romanæ per ſe, & per ſuos tres Ordines Apoſtolicus Reparator. Vidi. Item publici juris fecit nobile opus prænotatum:

Domus Auſtriaca unà cum Borbonorum pro-

proſapia. Venetijs anno 1660. duobus tomis in fol. cum figuris. Vidi. Plurimos, ac diverſos alios libros Sacros, prophanos Italicè, & Latinè, tùm Hiſtoricè, tùm etiam Poeticè conſcribendos ſuſcepit, quorum Catalogum, vt ex R.P. Fr. Theodoro à Caſſano Authoris noſtri ſocio, ad calcem tomi 2. *Hierarchiæ Franciſcanæ*, ſuperiùs laudatæ accepi, hic ſubjicere placuit.

Scripta ejus Italica, & Italiæ impreſſa.

Sermones Quadrageſimales, ſub titulo: *Sententiæ D. Antonij de Padua*, Neapoli apud Camillum Cavallum. Deindè Venetijs apud Franciſcum Stortum, ſub titulo: *Novum Quadrageſimale*: ſed hi ſermones ſuſpenſi poſt aliquos annos, non autem priores Neapoli impreſſi.

Vitis Mariana D. Antonij de Padua. Continet decem Sermones de B. Virgine. In Urbe Lyſij apud Petrum Michaelem.

Civitas Refugij S. Antonij de Padua. Continet novem Sermones pro Expectatione Partus B. Virginis, quos vulgò *Novenam* appellant Itali, & Hiſpani. Opus certè ingenioſum Lyſiq inceptum, ſed Venetijs impreſſum vſque ad quintum ſermonem, remanet imperfectum apud Joannem Mariam Turrini. Reliqui ſermones fortè inter manuſcripta Authoris extant. Scripſit etiam nonnulla alia, ſed poeticè juxtà genium ſuum ſacris, & honeſtis Muſis, nativo impetu addictum. Hæc laudatus Theodorus ſcripſit anno 1664. & quæ ſequuntur:

Scripta Italica impreſſa Germaniæ, in Aula Archi-Ducali OEniponti, & alibi.

Anna præſentata, opus Comicum dramaticum, ſuper quod extat in fine quædam *proſa* valdè delectabilis, ac curioſa, tùm propter phraſium laconicam, eloquutionem, tùm ob plurimas antiquitates, quas brevibus verbis explicat. Apud Hieronymum Agricolam.

Opuſculum quoddam Lyricum, vulgò *Libreto di Rime*, vario genere carminum confectum. Apud eundem.

Italia plangens ob diſceſſum Sereniſſimæ Ade laidis Subaudiæ Principiſſæ, quæ pergens ad nuptias electorales, tranſijt OEniponti. Apud Michaelem Raguetum.

Introductio Drammatica ad Muſicam; in quoddam ſolemni feſto curribus triumphalibus, ac torneamento ab Archi-Ducibus celebrato. Apud eumdem.

Veritas detecta. Poeſis in electione in Regem Romanorum Ferdinandi IV. adhùc viveote Patre. Apud eumdem.

Gratiæ diem feſtum celebrantes ſuper Coronatione Imperatricis Leonoræ II. Gonzagæ, Ferdinandi III. conjugis. Poeſis apud eumdem.

Poema Sacrum, ſuper quod & *variæ proſſæ*, *cujus ſubjectum S. Antonius de Padua*. Apud eumdem. Iterùm Romæ impreſſum anno 1662. apud Jacobum Dragondellum.

Archi-Dux Auſtriæ, ſivè Panegyrici Poetici, quibus additæ, & proſſæ valdè eruditæ ad Principem Catholicum. Antuerpiæ in fol. apud Balthaſarem Moretum, anno 1665.

Principatus Sacerdotalis Cathedræ Romanæ, pars prima, in qua de inſtitutione, ſucceſsione, ac regimine Romani Pontificis. Liber haùd quidem vulgatis, & ſi vulgari Italorum idiomate conſcriptus. Comprehendit enim penè omnes Hiſtorias Eccleſiaſticas, enodatque cunctas Recentiorum Hæreticorum controverſias. Scripſit eum Italicè, quia contra Scriptorem Italicum ipſum edidit, apud Michaelem Raguerum.

Relatio præcipuarum curioſitatum Comitatus, ac Provinciæ Tirolis cum nonnullis alijs rebus recreationis gratia ad Franciſcum Lauredanum nobilem Venetum, in quo plura invenies teſtimonia de perpicuitate Authoris in his ſcriptis.

Sapiens Peregrina. Continet quædam haùd contemnenda argumenta circà egregiam reſolutionem Reginæ Chriſtinæ in profitenta Fide Romana, & nonnulla alia in ejus laudem. Opuſculum vtique perpolitum, & à Viris doctis, & humanis litteris apprimè aſſuetis, valdè commendatum. Ibidem apud Agricolam.

Philomatiſta. Continet pacem, & amotem Italiæ, afflictæ Venetijs. apud Uvalbacenſem. Scripſit nonnulla alia, ſed leviores momenti.

Scripta Latina prælo tradita OEniponti, & alibi.

Antippolitus in Hyppolitum à Lapide quin-

quinque lapidibus percuſſus in domus Auſtriacæ defenſione.

S. Magnus Pater Nicolaus Miræ Antiſtes, Principum Catholicorum, ſed maximè Auſtriacorum Protector. Ubi plurima de mirando liquore (Manna incolæ Appuli nuncupant) ab ejus ſacris oſsibus inceſſantèr effuſſo. Apud Agricolam.

Res Auſtriaca tribus tomis in fol. diviſæ, in quorum primo agitur de origine, antiquitate, & nobilitate domus Auſtriacæ: In ſecundo eſt quædam Molles Coloſſæ Angelica, Auſtriaca, Allegorica: In tertio agit Author de omnibus matrimonijs domus Auſtriacæ, tàm marium, quàm mulierum. Apud Michaelem Vaguerum.

Diſtichonmilia ſuper Philomatij Muſſas juveniles carminibus 94. Venet. apud Franciſcum Balbacenſem:

Scala Jacob Tropologica. Continet Hiſtoriam Synopticam, & Encomiaſticam omnium rerum Religionis Franciſcanæ. Romæ apud Ignatium Lazarum.

Scripta Italica nondùm impreſſa anno 1664.

Italia tripudians, dùm illò Archi-Duces OEnipontani perrexerunt. Proſſa eſt:

Pax oriens Italiæ, in ortu Principis Mantuani. Opus Comicum, & Grammaticum:

Papiſſa de perſonata. Continet Hiſtoriam Papæ Joannis, quem fuiſſe fœminam nonnulli fabulantur. Proſſa.

Quatuor Auſtriæ in libro Antuerpiæ promiſſæ. Proſſa.

Septem columnæ domus Franciſcanæ: Sunt, Lex Evangelica, Sanctitas Seraphica, Doctrina proficua, Conventus Capitulares, Prælatio Eccleſiaſtica, Nobilitas conſecrata, Propagatio Apoſtolica:

Scena paſsionum, & recreationum Principum. Proſſa.

Tinctura univerſalis myſtica. Continet totum illud ſcibile, quod attinet ad bonum regimen Principum, quorum appetitus ad inveniendum lapidem, & aurum Philoſophicum ingens profectò, vſque ad amentiam. Proſſa.

Eccleſia Catholica ſemper impugnata, ſemper defenſa, & nuſquam expugnata. Proſſa.

Allocutiones familiares ſuper Poema Torquati Taſsi ſoluta oratione traditum. Proſſa.

Pollinnia, ſeù Poeſis varia Italica Latina, carminumque diverſi generis; in qua etiam nonnulla elogia Anagrammatica:

Monarchia Eccleſiaſtica in ſeptem partes diviſa. Prima eſt de ſuo Monarcha. Secunda de Summis Pontificibus. Tertia de Aula, & Curia Romana. Quarta de Indulgentijs, ac Suffragijs. Quinta de Concilijs Generalibus, Nationalibus, Provincialibus, Diœceſanis. Sexta de Scriptoribus Sacris. Septima de Principibus, Regibus, & Cæſaribus Chriſtianis, alijſque illuſtribus, ac pijs Magnatibus. Proſſa.

Antimonarchia Acatholica, ac monſtruoſa, cujus membra Gentiles, Hæbrei, Schiſmatici, Hæretici, & Principes, aut parum Catholici, aut ſaltèm parum admodùm Eccleſiæ Romanæ addicti, aut omninò Apoſtatæ prorsùs crudeles. Proſſa.

Anatomia duplex in Chriſti Paſsione ſuper illam orationem, quam ſoler recitare Sacerdos ante, & poſt Miſſam: *Obſecro te dulciſsime Jeſu Chriſte, ut Paſsio tua, &c.*

Civitas Solis, ſeù vulnus lateris Chriſti juxtà Doctrinam ſui Doctoris S. Antonij de Padua.

Decalogum Hiſtoricum. Continet ſex mundi ætates, & quatuor ejus partes. Proſſa.

Aula lætabunda, quam homines, & beſtiæ conſtituunt:

Alphabetum Principum litteris Abecedaricis diſtinctum:

Cometes. Continet ejus cauſas, eſſentiam, diſcrimen, effectus, & prognoſtica.

Sermones Quadrageſsimales, Adventuales, & de B. Virgine, ac Sanctis per annum curſu octo annorum ad Principes Archi-Duces dicti.

Phantaſmata ſymbolica in quatuor partes, quarum prima continet Porticum curioſitatum; ſecunda Palatium antiquitatum; tertia Theatrum vanitatum; quarta Topiarium aulicarum delectationum. Proſſa.

Galeria Sancta. Continet multas, & varias Imagines Fidem Catholicam Regum Hiſpaniæ exprimentes. Proſſa.

Princeps Eccleſiaſticus, Continet introductionem Italicam quinque librorum de conſideratione D. Bernardi ad Eugenium. Proſſa.

Regnum, & Claves Romani Pontificis. Proſſa.

Sanctus de Padua ſoluta oratione, ex Poeſi exhibitus.

Imago hiſtorica glorioſi Confeſſoris Chriſti S. Antonij de Padua, ex ſuis ſcriptis delineata, & in quatuor partes, & triginta

ſex

ſex articulos, tot videlicèt quot fuerint anni vitæ ejuſdem ſancti diſtributa.

Verum lilium aureum germinans ex tribus Regum Francorum lilijs aureis. Continet brevem Iconologiam de B. Joanna Regina Franciæ conjuge, & virgine.

Columna Romana coronata cum gemma Cylindrica ex Molochites. Continet mixtionem quandam ex hiſtoria, & paræneſe. Proſſa.

Domus Auſtriaca, antiqua Cæſarea, Archi-Ducalis, Regia, Monarchica, Dominatrix. Proſſa.

Auſtriaca Cæſarea XV. Imperatoribus coronata. Proſſa.

Principatus Sacerdotalis Cathedræ Romanæ. Pars ſecunda, in qua continet poteſtatem Romani Pontificis, ejuſque Curiam, ac durationem adverſus Hæreticos Recentiores, maximè Franciſcum Helmontium, & Franciſcum Joſephum Borri Hæreſiarcham, cum quibus pluries Author coràm concertatus eſt, parum curans vitæ propriæ diſcrimina. Proſſa.

Homo bonus ab Aulicis conculcatus, & tamen Aulicis infeſtus. Proſſa.

Chriſtina Regina Sueciæ regnatrix, illuminata, reſoluta, Catholica, Romana, Auſtriaca, & Borbonia Romam pergens, ingredienſque. Proſſa. Et pleraque alia inter M. S. Authoris poſita.

Scripta Latina nondùm impreſſa.

De Ditione, & Imperio domus Auſtriacæ, tomus 4. in ordine, tùm ad alios tres tomos impreſſos, quam etiam, & imprimendos, quorum primus eſt de Libertatis in Imperio Romano Germanico introductione per Rodulphum I. Imperatorem domus Auſtriacæ conditorem, contra Hyppolitum à Lapide. Secundus eſt de Rebus geſtis Principum Auſtriacorum. Tertius de Fidei Catholicæ conſtantia in domo Auſtriaca.

Biblica. Continet opus introductorium ad Sac. Bibliorum codicem pro Tyronibus.

Apologeticum in Criticos, qui Scriptores linguæ Latinæ adhùc Novitios minimè compatiuntur, cum ipſi Magiſtri Grammatices, Soleciſmos, Barbariſmos, Idiotiſmos, & alios errores commiſſerint.

Scala Jacob Tropologica; è cujus opere deſumptum eſt veluti totius rei argumentum Scalæ ſinopticæ memoratæ.

Arca Teſtamenti, id eſt, S. Antonius de Padua Sacrorum Bibliorum mirificus Interpres.

Diſſidium Catholicum in Acatholicos In-. Tom. I.

novatores, Franciſcum Helmontium, &c.

Princeps Eccleſiaſticus. Continet libros quinque D. Bernardi de Conſideratione ad Eugenium.

Alphabetum Religioſorum incipientium à D. Bonaventura 44. verſibus Rythmicis Poeticè diſtinctum, ſuper quod extant eruditia N. Didaci Commentariola.

Scena anni novi ad Principem Catholicum Hiſpaniarum.

Iconologia Auſtriaca Cæſarea. Continet Icones Cæſarum domus Auſtriacæ, ſuper quos triplex eſt diſſertatio, pes Synopſim, Hiſtorica, Politica, Poetica.

Iconologia Auſtriaca Archi-Ducalis. Eodem modo ſe habet, ſed ſuper Icones Archi-Ducum.

Iconologia Auſtriaca Monarchica. Amplectitur Icones rerum Hiſpaniarum.

Officium breve pro perſequentibus, & calumniantibus nos.

Sex alia opuſcula ad finem declarationis tituli Hierarchiæ Franciſcanæ promiſſa, & enucleata. Hactenùs laudatus Theodorus. His adde:

Sermones Adventuales, impreſſos Neapoli 1646. in 4. teſte noſtro Alva, col. 335. ſuæ Militiæ Univerſalis.

Quadrageſimale de Sabbatis, Italicè. Venet. apud Franciſcum Storti 1650. in 4. Vidi. Eum, & meritò commendant Nicolaus Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, & Alphonſus Laſſor, tom. 1. *univerſi calamo delineati*, fol. 129. & 185.

DIDACUS LOPEZ COGOLLUDO, Hiſpanus, Lector Jubilatus, ac Pater Provinciæ Jucathanenſis Regul. Obſervant. Author fuit tomi inſcripti:

Hiſtoria de Jucathan. Prodijt Matriti ex typographia Joannis Garcia Infanzon, anno 1688. in fol. ſtudio R. P. Fr. Franciſci de Ayeta, Cuſtodis Provinciæ S. Evangelij. Vidi.

DIDACUS A S. MARIA, Hiſpanus, Prov. Diſcalceatorum S. Didaci in Bætica alumnus, Sacræque Theologiæ Lector, ad prælum paratos habebat:

Quoſdam Morales tractatus anno 1723. teſte Fr. Franciſco à Jeſu Maria de S. Juan del Puerto, part. 1. Chronic. laudatæ Provinciæ, fol. 862. num. 530. Legi laudatos tractatus anno 1727. approbationibus, ac licentijs neceſſarijs fulcitos, quorum inſcriptio eſt:

Inſtructio generalis Dogmatica, Moralis, & prædicabilis ad Miſſionarios. Sunt duo tomi in 4. Item ſcripſit:

Lautitiam Cœleſtem Tertiariorum Seraphicorum, & animæ gubernationem in vita,

& morte. Prodijt in 4. 1724. ex typographia Gaditana Hieronymi de Peralta.

DIDACUS A MATRE DEI, Hiſpanus, Zamorenſis, genere clarus, Prov. Diſcalceatorum S. Pauli dignisſimus filius, Sacræ Theologiæ Lector, & Pater, Vir pietate, virtutibus, ac puritate conſcientiæ (quippè qui à lethali peccato immunis fertur) ſcripſit 2. tractatus. Primum:

Theologia Myſtica ſpeculativa; ſecundum: *Ejuſdem Theologia practicè accepta.* Quos in unum tomum redactos ſub titulo:

Ars Myſtica, excudebat Salmanticæ Eugenius Antonius Garcia 1713. in 8. Vidi. Signavit etiam ſtylo:

Exemplarem Vitam V. Fr. Joannis à Jeſu Maria (Villace) ejuſdemmet Provinciæ Patris, Sacræque Theologiæ Lectoris. Valliſoleti in generali Archivio ejuſdemmet Provinc. ſervatur in 4. & prælum ſpectat. Vidi.

DIDACUS DE MATRITO, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinciæ S. Joſephi alumnus, Ex-Guardianus, ac Regius Eccleſiaſtes elaborandis ſuæ Provinciæ Chronicis ad præſens vacans, emiſsit:

Orationem funebrem in Exequijs Magni Ducis Etruriæ Coſmæ III.

Orationem funebrem in Exequijs Catholicæ Majeſtatis Ludovici I. Hiſpaniarum Regis. Utraque prodijt Matriti ann. 1724. in 4. Vidi.

Panegyrim funebrem de eodem Rege in Regio Sacello habitam.

Orationem funebrem in Exequijs Fidelium Defunctorum, qui Matriti ruente Eccleſia S. Thomæ periere. Excuſæ ſunt Matriti 1726. in 4. Vidi.

Apologiam pro vera filiatione S. Petri de Alcantara. Matriti apud Antonium Marin 1732. in fol. Vidi.

DIDACUS A MATRITO, alter, Hiſpanus, ex Caſtellana Provincia Minorum Capuccinorum, celebris Eccleſiaſtes, iteratò Diffinitor, & Cuſtos, Vir excellentèr doctus, Guardianum agens Matritenſis Cœnobij S. Antonij, ſtylo ſignavit opus inſcriptum: *Cæſar, aut Nihil,* in tres tomos in 4. diſtributum. Agit in primo:

De Vita S. Felicis à Cantalicio, adjectis ſexdecim Panegyricis Orationibus. Matriti in officina Firmini de Eſtrada 1729. Vidi. In ſecundo:

De eadem, additis ſex ſuprà decem Orationibus Panegyricis. Ibidem 1730. Vidi. Tertius:

De eadem Vita unà cum 15. Panegyricis Orationibus, ſub prælo. Typis quoque maturum habet opus egregium Latinè conſcriptum, & inſcriptum:

Vox Turturis audita in Sacroſancti Evangelij terra, in 4. Explanat verba omnia Admirabilis Matris in Evangelijs contenta. Vidi. Edendos quoque habet:

Concionum multiplicium, tomos non paucos, hoc anno 1732.

DIDACUS MAZON, Hiſpanus, Murcienſis, fervidus Concionator in Diſcalceata S. Joannis Baptiſtæ Provincia, ſumma vitæ auſteritate, virtutibus, revelationibus, ac ardentisſima erga peſtilentia contactos charitate excelluit, ac ſui ſpiritus monumenta relinquens, ſcripſit:

Memoriale favorum à Deo receptorum. Nonnulla hujus tractatus fragmenta vulgavit Fr. Antonius Panes, tom. 2. ſuorum Chronicor. lib. 7. cap. 10. Multas quoque conſcripſit:

Epiſtolas in publicum ſummatim miſſas à laudato ſuæ Provinciæ Chronologo ibidem cap. 13. & ſequentibus.

De Gratijs à Deo factis V. Franciſcæ à Sanctisſimo Sacramento, Tertiariæ. Eſt liber in 8. exaratus anno 1645.

De eadem Tertiaria Coloquium Sacrum. M. S. in 8. ſcriptum anno 1642. Aſſervantur in Archivio laudatæ Provinciæ. Obdormivit in Domino die 1. Novembris, ann. 1647. Ejus corpus ſuavem ſpirans odorem, ſeſe commovit, ſuæque propriæ manus levi contactu, protinùs facies ejus, in aliam candidam, rubicundam, & pulcherrimam verſa fuit. Conſule laudatæ Provinciæ Hiſtoriographum, & Chorum 3. part. 2. meæ Biblithecæ Minorum Diſcalceatorum.

DIDACUS DE MEDINA REYNOSO, Hiſpanus, Prædicatoris Conventualis munere fungens in Mexicana Provincia S. Evangelij, emiſsit à ſe habitam:

Panegyrim de S. Hyppolito Martyre. Mexici per Joannem de Alcazar 1621. in 4. Memoratur à Fr. Auguſtino Ventancurt de Scriptoribus laudatæ Provinciæ.

DIDACUS (JACOBUS apud Uvadingum) MENESES, Minorita, Hiſpanus, ſcripſit, ac edidit:

Inſtitutiones Doctrinæ Chriſtianæ. Mantuæ 1546. teſte D. Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Hiſpanæ, pag. 230.

DIDACUS DE MENDOZA, Hiſpanus, Concionator, Pater, ac Chronologus Provinciæ Regularis Obſervantiæ Charcarum dictæ in Peruviano Regno, ſermone patrio concinnavit, ac edidit:

Chronica Provinciæ Charcarum S. Antonij. Matriti 1684. in fol. apud Villafranco. Vidi.

DI-

DIDACUS MURILLO, Hiſpanus, Cæſarauguſtanus Regul. Obſervant. Sacræ Theologiæ Lector, Definitor, ac Miniſter Provinciæ Aragoniæ, Vir ſanctimoniæ fama inſignis, multa ſcripſit cordatè, & grato ſtylo. Præſeferunt ejus nomen ea, quæ ſequuntur:

Hiſtoria de Fundatione miraculoſi Sacelli B. Mariæ Virginis Cæſarauguſtani, & de Excellentijs Urbis Cæſarauguſtanæ, de Vita, Itineribus, Miraculis B. Jacobi Apoſtoli, & de his, quæ in Hiſpania geſsit, deque Vitis aliorum Sanctorum ad dictam Urbem ſpectantium. Barcinone apud Sebaſtianum Matenad, anno 1616. in fol. Vidi.

Scala ſpiritualis ad perfectionem Evangelicam. Cæſarauguſtæ per Laurentium Robles 1598. tomis duobus in 4. Vidi.

Sacra Poeſis vnà cum Vita S. Euſtachij, etiam ligato ſermone. Ibidem apud Petrum Cabarte 1616. in 8. Vidi.

Vita, ac Excellentia B. Mariæ Virginis, ſub titulo: *Mariale.* Cæſarauguſtæ 1610. & 1614. per Petrum Cabarte, & Lucam Sanchez, tom. 2. in 4. Vidi.

Conciones de Adventu Domini, & Sanctis ejus vſque ad Septuageſimam. Ibidem typis Angeli Tabano 1603. in 4.

Conciones à Septuageſima vſque ad Dominicam in Paſsione. Ibidem per eumdem 1604. & 1611. in 4. Vidi.

Conciones à Dominica in Paſsione vſque ad Reſurrectionem Domini. Ibidem eiſdem typis, ac Barcinone 1616. in 4. Prodierunt etiam Italicè *cum Additionibus Thomæ Galleti*, vti aſſerit Nicolaus Antonius.

Quadrageſimale Sermonum, ait Uvadingus ſcripſiſſe; ſed ejus *Quadrageſima duplex*, quæ Latinè prodijt Coloniæ anno 1612. teſte Ludovico Dupin, ſæculo 17. indiſtincta eſt à *Concionibus Quadrageſimalibus* immediatè compilatis.

Diſcurſus de Vita Chriſti, In quibus, quidquid ad Domini geſta, & doctrinam ſpectat, egregiè pertractat. Cæſarauguſtæ 1607. in 4. Barcinone 1616. in 4. Vidi. Hos credit D. Nicolaus Antonius Gallicè redditos à Franciſco du Roſſet, Pariſijſque editos typis Cramoyſianis 1654. in 8. Promiſſerat, vti ſubdit laudatus Author Bibliothecæ Hiſpanæ, opus aliud, quo inſtituerentur Verbi Dei Concionatores, Curſum conſumavit in Patria in Conventu Sanctæ Mariæ à Jeſu, die 13. Auguſti, anno 1616.

DIDACUS NARANJO ROXAS, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Lector Theologus, ac Guardianus Collegij Sancti Bonaventuræ Provinciæ Bæticæ, communem fecit:

Orationem in Natali Ludovici I. Hiſpaniarum Regis. Hiſpali apud Franciſcum Garay 1707. in 4. Vidi.

Orationem funebrem in Exequijs Delphinis Galliarum Ludovici XV. Ibidem eiſdem formis 1711. in 4. Vidi.

DIDACUS NAVARRO, Hiſpanus, ex Toletana Urbe, Provinc. Caſtellæ Regul. Obſervantiæ alumnus, Caſtellanam fecit:

Primam partem Chronicorum Ordinis, Luſitanicè editam ab Illuſtriſsimo Ulyſsiponenſi. Compluti apud Athanaſium Salcedo 1559. in fol. Vidi.

DIDACUS NAVARRO, alter, etiam Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Granatenſis, ſcripſit:

Hiſtoriam ſuæ Granatenſis Provinciæ, quæ M. S. fuit apud Fr. Lucam Uvadingum.

DIDACUS DE OCCA, Hiſpanus, ex Auria Gallaicorum, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joannis Baptiſtæ in Valentino Regno alumnus, Sacræ Theologiæ Lector, Pater, Commiſſarius Viſitator Provinciarum S. Didaci in Bætica, & S. Petri Alcantarenſis in Granatenſi Regno, ſemèlque, & iterùm Provinciæ Diſcalceatorum S. Gabrielis, dedit in lucem:

Viginti quatuor Orationes Panegyricas Valentiæ typis Matthæi Penen 1681. in fol. Vidi.

Viam Crucis. Valentiæ 1681. in 8. Vidi, & ejuſdem

Concionem S. Philippi Neri. Valentiæ apud Hieronymum Villagraſſa, ann. 1671. Item vidi ejuſdemmet Authoris impreſſam Valentiæ anno 1668. Concionem aliam eruditam, ſub titulo:

Oratio Panegyrica B. Paſchalis Baylon.

DIDACUS OLARTE, Hiſpanus, Cantaber, Vir Apoſtolicus, ac eruditus, paupertatis, humilitatis, ac mortificationis diligentiſsimus Cultor, ſuæ quoque Diſcalceatæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ in Valentino Regno zeloſiſsimus Pater, in gratiam piarum animarum.

Medulam Myſticam elaboratam reliquit. Conſule Antonium Panęs, tomo 2. Chron. laudatæ Provinciæ, lib. 6. cap. 49. fol. 473. Floruit anno 1643.

DIDACUS DE OLMOS, Americanus, ex Urbe Regia Cuſco Peruviani Regni Regul. Obſerv. In Provincia Duodecim Apoſtolorum Concionator, ac Definitor, ſcripſit:

Grammaticam Indicam ea in regione valdè neceſſariam, & vtilem. Limæ anno 1633. Laudatur à Uvadingo, Nicolao Antonio, & Alphonſo Laſſor, fol. 317. tom. 2. *univerſi calamo delineati.*

DIDACUS PEREA, Hiſpanus, celebris Eccleſiaſtes Provinciæ Caſtellæ Regul. Obſerv. ineditas reliquit:

Conciones plures commendatas à Fr. Petro Salazar in Chronicis ejuſdem Provinciæ, lib. 2. cap. 23. Aſſervantur in Bibliotheca Cœnobij Dominæ noſtræ de Saliceto, vti legitur in ejus Hiſtoria, lib. 3. pagina 685.

DIDACUS DE QUIROGA, Hiſpanus, Provincialis Miniſter Caſtellanæ Provinciæ Minorum Capuccinorum, Sacræ Inquiſitionis Qualificator, Vir nobilis, ac tantus, vt ob ejus præclarè res geſtas, vti narrat Genuenſis, & merita, Ferdinandus III. Imperator, & Philippus IV. Rex Catholicus eum ſibi à Sacratiſsimis Conſilijs elegerint: ſimúlque Maria Auſtriæ Imperatrix, Maria-Anna ejuſdem Philippi IV. conjux, necnon Maria Tereſia ejus filia Regina Galliæ à Confeſsionibus ſibi adſciverint, inſtantiſsimèque ab Urbano VIII. Pontifice Maximo poſtulaverint, vt illum in S. Cardinalium Collegio adſcriberet, quamvis ille eàm dignitatem magna animi conſtantia, & mentis humilitate recuſaverit: multa ſcripſit *tàm Phyloſophica, quam Theologica,* ſicut teſtatur Joannes Caramuel Epiſcopus in 1. tomo ſuæ Theologiæ Fundamentalis. Fundam. 5. titulo *Sintheſes Regulares,* numero 825. pag. 394. impreſsionis Francofordienſis. In Quæſtione enim: An Theologi viventes poſsint citari, quamvis nullos libros typis dederint? Sic honorificè loquitur: Reverendiſsimum Patrem Didacum de Quiroga inter intimos habui, dùm Viennæ viveret, & modò dùm triumphat inter Cœlites (ſic ſpero) inter maximos Patronos veneror, ſubtiliſsimum, doctiſsimum, ingenioſiſsimum. In Philoſophia habebat multa præclarè cogitata: In Theologia multa magni momenti, & vt inſinuem aliquid, in materia de Auxilijs, rejecta ſcientia media, & phyſicis prædeterminationibus, pulchrè, & clarè exponebat, quæ Thomiſtæ, & quæ Moliniſtæ non clarè. In Politicis ſummus; tota enim ille vita negotia publica tractaverat, & jam octogenarius, aut ferè, erat auxilio Regi, & directioni vniverſis Legatis. Obijt Quiroga Matriti anno 1648. ætatis ſuæ 82. pro cujus morte omnes Viri docti in Hiſpania ingemuerunt, ejuſque funera cuncti Hiſpaniarum Principes, & Magnates, & idem Apoſtolicus Nuntius Julius Roſpiglioſus (poſteà ad Summum Sacerdotij Romani culmen evectus ſub Clementis IX. nomine) magna Nobilium ipſius cadaver ſectantium frequentia aſſociati, ſummo honore, & devotione ſunt proſecuti.

DIDACUS ROBERTUS, Gallus, Doctor Theologus, ac Provincialis Miniſter, Provinciæ S. Bonaventuræ, Gallicè ſcripſit 17. Conciones

Super Pſalmum Domine quis habitabit. Lugduni 1622. in 8. Ex Fr. Petro de Alva in Militia Univerſali, col. 334.

DIDACUS RODRIGUEZ A S. JOSEPHO, Hiſpanus, ex Diſcalceatis Bæticæ Provinciæ S. Didaci, ad Hiſpalenſem Eccleſiam

Sermonem de S. Joſepho, Hiſpanicè habitum, typis dedit. Prodijt Hiſpali ex officina Matthiæ Clavijo, 1626. in 4. Vidi.

DIDACUS A ROMA, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum alumnus, necnon Canonizationis S. Joannis de Capiſtrano Procurator indefeſſus, compendioſa methodo (Romæ, vt ſuſpicor) edidit anno 1690.

Vitam S. Joannis de Capiſtrano. Ejus cum laude memoriam fecit noſter Amandus Hermanus in proloquio generali ad ſuum opus inſcriptum: *Capiſtranus triumphans.*

DIDACUS ROMERO, natione Hiſpanus, ex Oppido Villanueva de los Infantes Toletani Archiepiſcopatus oriundus, Provinciæ Mexicanæ S. Evangelij alumnus factus, Vir fuit doctrina, moribus, ac revelationibus conſpicuus. Scripſit, ac edidit:

De Paſsione Chriſti tractatum non ignobilem. Extat à fol. 14. vſque ad 24. ejus vitæ editæ Mexici. Vide ſuperius *Didacus de Leyva.* Devixit Mexici in illis verbis: *Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi,* non ſine opinione ſanctitatis anno 1680. 12. Februarij. Operis, & Authoris honorificè meminit Fr. Auguſtinus Ventancurt in Chron. Provinciæ S. Evangelij die 12. Februarij.

DIDACUS A S. ROSA, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum in Provincia S. Pauli ſectator, Apoſtolicus Concionator in Sinenſium Regno, ibidem quoque Commiſſarius Provincialis Provinciæ S. Gregorij Philippinarum, ſcripſit:

De

De Fructibus noſtrorum Miſſionariorum Sinenſium nonnullos tractatus, in fol. aſſervatos in Archivio laudatæ Provinciæ, ex quibus, quem ſcripſerat anno 1712. legi Matriti anno 1727. publicique juris feci, tom. 1. meorum Chronicorum Provinciæ S. Pauli, lib. 1. cap. 20. Adhùc vivit in Sinarum Imperio.

DIDACUS DE SAAVEDRA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Granatenſis, Lectoris Jubilati, Diffinitoris, Cuſtodis, ac Viſitatoris Compoſtellanæ Provinciæ muneribus functus, dumtaxàt, quod ſciam, emiſsit:

Orationem gratulatoriam ad Capitulum ſuę Provincię habitam anno 1685. Prodijt Granatæ litteris Franciſci Ochoa 1686. in 4.

DIDACUS SALEMIUS*, Siculus, Motycenſis Regul. Obſervantiæ alumnus, ac Orator eximius, publicavit anno 1650.

Triumphum Principis Apoſtolorum, vti ex Placido Cartafa teſtatur Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, litt. D.

DIDACUS DE SAXONIA, Minorita, librum ſcripſit:

De Salutatione Angelica, vti refert D. Leo Pinelo in ſua Bibliotheca Mariana M. S. in fol. apud Bibliothecam Matritenſis Conventus S. P. N. Franciſci.

DIDACUS SGROY, natione Siculus, Patria Meſſanenſis, ejuſdem Provinciæ Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir doctus, & rara ſelectioris ſtudij notitia perpolitus: qui etiam Diffinitoriatus, ac Provincialatus magna cum prudentia, ac Obſervantiæ Regularis laude munus obivit, Latinè exaravit, ac prælis ſubmiſit opus, ſub hoc titulo:

Lux Prælatorum, præſertim Regularium, necnon Curiæ Sęcularis foro criminali, tùm theoricè, tùm practicè accenſa. Venetijs typis Brigoncij, anno 1675. in 4. Multa alia inedita reliquit teſte Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, litt. D.

DIDACUS DE SICILIA, Hiſpanus, Provinciæ Conceptionis Regul. Obſerv. Provincialis Miniſter, ſcripſit ad Sanctitatem Pauli V.

Epiſtolam pro Diffinitione Myſterij Immaculatæ Conceptionis Virginis, quæ extat apud Fr. Antonium Daza, tract. de Conceptione, cap. 25.

DIDACUS A SPIRITU SANCTO, Hiſpanus, Diſcalceatæ S. Didaci Provinciæ in Bætica, celebris Eccleſiaſtes, Diffinitor, Cuſtos, ac Provinciarum S. Gabrielis in Extremadura, necnon S. Pauli in Veteri Caſtella Commiſſarius Viſitator, pro alumnis Scholæ Chriſti completa M. S. reliquit in 8.

Monita ſpiritualia Sanctę Scholę Chriſti, part. 1.

Monita ſpiritualia Sanctę Scholę Chriſti, part. 2.

Exercitia, & breves Conciones ad Sanctam Chriſti Scholam, tom. 1.

Exercitia, & breves Conciones ad eandem Scholam, tom. 2.

Exercitia, & brevia colloquia ad eandem Chriſti Scholam, tom. 3. Hæc opera pietate abundantia vidi, & legi in Conventu S. Bernardini Lucenſis præfatæ Provinciæ.

DIDACUS STELLA, quem alij Luſitanum, alij verò Hiſpanum ex Regno Navarræ faciunt, Regularis Obſervantiæ Compoſtellanæ Provinciæ (minimè verò Provinciæ Caſtellæ, vt perperàm ſcripſit Crouveus, pag. 87. ſui Elenchi editi Londini, anno 1672.) Theologus, eximius Concionator, Scriptoribus Aſceticis minimè poſtponendus, multa, eaque vtiliſſima communis juris fecit. Ea ſunt:

In Evangelium S. Lucæ, Latinè duobus in folio tomis, in quibus ſenſui litterali acutè invento addidit pleroſque ſenſus morales. Propter operis vtilitatem, & amænitatem, poſt varias editiones Hiſpanicas, prodijt tertiò Lugduni ex officina Baraud 1580. ex Antuerpiæ 1584. Iſtæ, ac ſubſequentes ſunt limatæ editiones, alias verò ante annum 1581. expungendas cenſuit Romanus Index.

De contemnendis mundi vanitatibus libri tres, Hiſpanicè, quos impensè laudat S. Franciſcus Saleſius, part. 1. Epiſtolarum lib. 2. Epiſtola 31. num. 14. Cæſaraugustæ 1572. in 8. Latinos fecit Petrus Burgundus Societ. Jeſu, & edi curavit Coloniæ anno 1585. 1587. & 1594. Italicè prodierunt Florentiæ anno 1585. & Veronæ 1604. Venetijs anno 1626. typis Joannis Guerigli, Interprete Joanne Baptiſta Peruſco ejuſdem Societatis. Editionem hanc poſtremam tribus copioſiſſimis Indicibus illuſtravit Franciſcus Montegrinus Minorita Obſervantiæ Regularis.

Meditationes de amore Dei, quas etiam fecit Italicas idem Perruſcus, & prodierunt ſimùl cum opere de *Vanitate mundi*. Et Compluti 1597. & Salmanticæ 1582. typis Petri Laſſo in 8. Latinitati donatæ à Joanne Governerio prodierunt Coloniæ

1603. in 16. apud Bibliothecam Barberinam, tom.2. pag. 411.

De modo concionandi, ſivè *Rhetoricam Eccleſiaſticam*, Latino ſermone. Salmanticæ ex officina Joannis Baptiſtæ à Terranova 1576. in 8. Ibidem 1596. Venetijs 1584. in 16. Extat etiam ad calcem ſuorum *Commentariorum in Lucam*.

Commentaria ſuper Pſalmum 136. Incipit: *Super flumina*. Salmanticæ apud Joannem Baptiſtam à Terranova 1576. in 8. Prodierunt etiam ſimùl cum *Rhetorica* Coloniæ apud Mylium, anno 1586. & 1587. & Venetijs 1598.

Tabulę rerum omnium, quæ in libris de vanitate mundi continentur, ad Evangelia totius anni diſtributa. Prodierunt Veronæ anno 1594. in 16. Inſupèr ſermone Hiſpanico edidit:

Vitam, & laudes S. Joannis Evangeliſtæ, Ulyſsipone 1554. Auctum verò à Fr. Chriſtophoro Moreno Minorita excuſum fuit Valentiæ 1595. in 8. De tanto Authore, à Nicolao Antonio illaudato, pertractant, domeſticis miſsis, Ludovicus Moreri in ſuo Gallico Dictionario, Poſſevinus, Ludovicus Dupin, Graveſſon Dominicanus, tom. 7. ſæculo 16. ac Illuſtriſ. D. Joſephus Barcia, §. vltimo ſuæ Epiſtolæ ad Concionatores præmiſſæ, tom. 1. ſuarum Concionum Doctrinalium.

DIDACUS SUAREZ A S. MARIA. (Hic eſt ille Didacus quem invenire non potuit noſter Alva, vt fatetur col. 336. ſuæ Militiæ) Luſitanus, antonomaſticè apud Gallos dictus *le Portugais*, vehemens Hæreticorum flagellum, Henrico Quarto Regi Galliarum à Conſilijs, & à Sacris Concionibus, poſteà Epiſcopus Sagienſis in Normannia, ſtylo ſignavit:

Commentaria in duo priora capita Geneſis. Nannetis 1585. in 4. Vidi.

Conciones viginti tres in tria prima Apocalypſis capita habita in celeberrima Eccleſia Lugdunenſi, quibus acceſſerunt ſex pro diebus Dominicis Adventus, ac feſtis Conceptionis B. Virginis, & Nativitatis Domini. Lugduni apud Horatium Cardonem 1599. Secunda apud eundem prodijt editio anno 1605. additis *duobus ſermonibus de S. Stephano, & S. Joanne Evangeliſta*. Vidi.

Conciones octo ſolemnitatis Corporis Chriſti, in quibus etiam octo cauſæ deducuntur, ob quas à Domino Jeſu Sacramentum Eucharistiæ fuit inſtitutum. Ibidem apud eumdem anno 1607. Vidi.

Theſaurum Quadrageſimalem pluribus divinorum eloquiorum, ac Sanctorum Patrum ſententijs plenum, primo lingua Gallica editum, deindè ab ipſo Authore Latinè publicatum. Prodijt apud eumdem Cardonem, anno 1610. Vidi. Obijt Pariſijs, ſepultus apud ſuos conſodales hoc addito Epitaphio, Uvadingo teſte:

Jacobo Suarez à Sancta Maria,
Ulyſsiponenſi Ordinis Sancti Franciſci
Theologo eximio,
Epiſcopo Sagienſi,
Cujus Conciones Chriſtianus Populus
Adveneratione multa,
Et concurſu frequentiſsimo comprobavit.
Jacobus Camus Epiſcopus deceſſori ſuo B. M.
Secundum voluntatem Teſtamenti F. C.
Vixit annos LXII. menſes VI.
Pontif. ann. III.
Depoſitus in pace III. Kalend. Jun.
Anno M.DC.XIV.

DI-

DIDACUS DE SYLVA, Luſitanus, ſtrictioris Obſerv. Diſcalceatorum Prov. Pietatis, dignè commendatur à Fr. Antonio de Souſa, Dominicano, in ſuo de Aphoriſmis Inquiſitorum Generalium Luſitaniæ, his verbis: *Primus igitur*, inquit,
,, *Generalis Inquiſitoris* officium obtinuit
,, D. Fr: Didacus de Sylva Illuſtriſsimus
,, Sepræ Epiſcopus;& præfati Regis Joan-
,, nis III. à Sacris Confeſsionibus, qui poſ-
,, teà Archiepiſcopus Bracharenſis Hiſpa-
,, niarum Primas effectus fuit. Donatus
,, eſt hac dignitate ab eodem Pont. Max.
,, Paulo III. in præfata Bulla 23. die Maji,
,, 1536. quam 5. die Octobris ejuſdem
,, anni acceptavit, & qua vſque ad deci-
,, mam diem menſis Julij, anni 1559. func-
,, tus eſt. Tunc enim propter ætatis jam
,, provectæ labores, ſuique præſulatus ne-
,, gotia, præfatam dignitatem ſpontè re-
,, liquit, vt juxtà ejuſdem Bullæ tenorem,
,, illam alteri, quem eligeret, Rex ipſe
,, conferret. Ex quo Ordine dictus D. Fr.
,, Didacus de Sylva fuerit aſſumptus, an
,, ex Familia Minimorum S. Franciſci de
,, Paula, an Minorum S. Franciſci Aſsi-
,, ſienſis Provinciæ Pietatis Capuccino-
,, rum, (ita appellant Diſcalceatos Luſi-
,, tani) dubitari poteſt. Litteræ Apoſtoli-
,, cæ teſtantur ipſum fuiſſe ex Ordine Mi-
,, nimorum. Clemens VII. in Bulla in qua
,, prædictum D. Fr. Didacum Inquiſito-
,, rem in hoc Regno conſtituit anno Do-
,, mini 1531. die 17. Decembris, ita ait:
,, Clemens Servum Servorum Dei, dilecto
,, Filio Didaco de Sylva, Ordinis Mini-
,, morum S. Franciſci de Paula, ſalutem,
,, &c. Et in alia Bulla anno 1532. die 13.
,, Januarij, in qua eidem præcipit ſub
,, Excommunicationis pœna, vt officium
,, Inquiſitoris acceptet. Eadem formalia
,, verba repetij Fr. Antonius Daza 4. part.
,, Chronic. Fratrum Minorum.

,, Fuiſſe verò ex Religione Minor. affir-
,, mant lib. 1. cap. 16. Fr. Franciſcus Gon-
,, zaga de Origine Seraphicæ Religionis,
,, 3. part. fol. 945. ſub titulo: *Provinciæ*
,, *Pietatis*. Páramo de Origine Inquiſit.
,, lib. 2. titul. 2. cap. 15. num. 8. aſſerit fuiſ-
,, ſe Diſcalceatum Ordinis S. Franciſci Aſ-
,, ſiſienſis. Profeſsionem emiſsiſſe in Pro-
,, vincia Pietatis probant Fratres ejuſdem
,, Provinciæ ex conſtanti inter eos tradi-
,, tione; aſſeruntque D. Fr. Didacum, dùm
,, eſſet in ſæculo, extitiſſe Senatorem Su-
,, premi Senatus Regij, (vulgo *Tribunal*
,, *Palatij* dicitur) quo munere ſpontè
,, relicto, Habitum in dicta Provincia ſuſ-
,, cepiſſe, in eaque emiſsiſſe profeſsio-
,, nem, deindè a Joanne Rege Tertio in
,, ſuum Confeſſarium fuiſſe aſſumptum,
,, poſteà Epiſcopum Septenſem, deindè
,, Inquiſitorem Generalem, tandem Ar-
,, chiepiſcopum Bracharenſem creatum.
,, Confirmant hanc ſententiam, primò, ex
,, eo quod in Aula Palatij Bracharenſium
,, Epiſcoporum, vbi eorum effigies ſunt
,, depictæ, ipſe D. Fr. Didacus in Habitu
,, Fratrum Minorum Capuccinorum cer-
,, nitur, ac in ſepulchro, quo continetur,
,, inventus eſt fune accinctus. Secundò,
,, quia dictus D. Fr. Didacus natus fuit in
,, Pago *Aldea Nava*, propè Oppidum Co-
,, vilham Egæditanenſis Diœceſis, & re-
,, nuntiato Epiſcopatu Septenſi, in eodem
,, Pago ædem ædificavit, in quibus vixit
,, per aliquot annos, ac etiam vt patriam
,, ſuam nobilitaret, in loco proximo, qui
,, *Deixo* dicitur, Sacellum B. Virginis Ma-
,, riæ in Conventum Fratrum Provinciæ
,, Pietatis mutavit anno 1526. Tertiò,
,, quoniam non facilè quis ſibi ſuadebit,
,, nuſquam in hoc Regno commoranti-
,, bus Religioſis S. Franciſci de Paula, D.
,, Fr. Didacum ſuſcipiendi Habitum Re-
,, ligionis gratia in aliud Regnum tranſiſſe;
,, nec ſi hoc faceret, inde à prudentiſsimo
,, Rege vocari in Confeſſarium, cum in
,, Luſitania eſſent Religiones ſatis ſuper-
,, que reformatæ, ac Religioſi virtute, *ac litteris conſpicui*. Hactenùs laudatus Souſa. Immaturum morte præventus, reliquit:

Tractatum de Obſcurioribus, ex manifeſtioribus probandis, teſte Nicolao Antonio apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, pag. 63. quam conſulas, & Haroldum ad annum Chriſti 1539. numero 5. Vide inferiùs verbo *Emmanuel à Sancto Damaſo*.

DIDACUS TAFURI, Minorita, publici juris fecit opus prænotatum:

De Origine, Antiquitate, & Nobilitate Auſtriacæ Familiæ, Æniponti 1660. in fol. Ex Lippenio tom. 1. Bibliothecæ Philoſophicæ, fol. 1686. & Laſſor tom. 1. *univerſi calamo delineati*, pag. 130.

DIDADUS DE TAPIA, Hiſpanus, ex Diſcalceatis Provinciæ Bæticæ, Apoſtolicus Concionator, Miſsionibus vacans Indorum de Piritu, eorum in gratiam conſcripſit:

Confeſsionale idiomate Cumanagoto, aliarumque Nationum Indorum Provinciæ Cumanæ, unà cum inſtructionibus Confeſſariorum. Matriti excudit Petrus Fernandez 1723. in 8. Vidi.

DI-

DIDACUS A S. THOMA, Hiſpanus, Lector Sacræ Theologiæ, & Diffinitor Provinciæ S. Didaci Diſcalceatorum in Mexicano Regno, Mexici in 4. anno 1660.

Cæremoniale, & Manuale Miſſarum edidit. Medina in ſua in ſua Centuria apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum.

DIDACUS TOLEDO, Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ Minorum Capuccinorum alumnus, Sac. Theologiæ Profeſſor, ac Concionator celebris, edidit Hiſpanico idiomate:

Sermones diverſos de Sanctis. Matriti anno 1668. Ex Genuenſi, pag. 91.

DIDACUS VALADES, Hiſpanus, Regularis Obſervantiæ, poſtquàm in Provincia S. Evangelij Indorum converſioni ſuam præſtitit operam, in Curia Romana Procuratoris Generalis Ordinis munere functus, publicavit:

Rhetoricam Chriſtianam ad concionandi, & orandi vſum accommodatam pulchris iconibus, & frequentibus Indorum exemplis reſperſam, quam Gregorio Decimotercio dedicavit. Prodijt Peruſij anno 1579. & 1583. & Romæ 1587. in 4. Vidi.

Itinerarium Catholicum Joannis Foquier Minoritæ inſignis ſumma cura, & diligentia expolitum, & auctum in publicum miſit Hiſpali litteris Alphonſi Scribani 1574. in 8. Vidi, ejuſque in Prologo „ſequentia leges: Licet illud ſic auxe„rim, mutaverim, & penè evolverim, „vt mihi forsàn adſcribere poſſem, ni„hilominùs illud ſuo principio adſcriben„dum judicavi, tùm, quod ſperem hoc „nomine illum vſui magis futurum, tùm, „etiam, quod nimis eſſem infidelis, ſi „Virum pientiſsimum ſua laude defrau„darem. Ediderat Mexici, vti ex Rodulpho afferunt Uvadingus, & Sannig:

Epitomen Magiſtri Sententiarum. Vivebat anno 1570.

DIDACUS DE VERA, Hiſpanus, Abulenſis S. Pauli Provinciæ filius, Salmanticenſis Univerſitatis Doctor, ſimplicitatem Minoriticam in Conventu Calvarij Fratrum Diſcalc. profeſſus Chriſto ita adhæſit, vt *Nemo pauperior, humilior, & auſterior illo, & nemo SS. PP. inopi Franciſco, & pœnitenti Petro ſimilior fuit. Totius Ordinis Diffinitor Generalis factus ad graviſſima ejuſdem dubia ſolvenda ſæpiſſimè conſulebatur. Moritur deniquè miraculis clarus, & Abilæ ſepelitur. Poſt ſeptem autem annos à morte ejus elapſos, inventum eſt cerebrum ipſius ita integrum, & recens, quaſi nondùm ſpiritus informatione privatum.* Hæc Tiburtius Navarro, fol. 81. cap. 18. Sed de hoc Viro grandis ſermo in Chronicis noſtris laudatæ Provinciæ, lib. 3. à cap. 26. tom. 2. Scripſit, ac publicavit in fol.

Apologiam in favorem Vicarij Generalis Diſcalceatorum. Agit de ea Gubernatis, tom. 2. lib. 7. cap. 2. num. 61. his verbis: *Modeſtiores deniquè, Seraphiceque Regula Profeſſoribus digna fuerunt Apologie hę in concertatione à plurimis editæ, vnam pro ſuis Diſcalceatis compoſuit Fr. Didacus de Vera Diſcalceatus.* Hæc Gubernatis. Tanto Viro, Provinciæ S. Pauli Patri, Commiſſario Viſitatori Provinciarum S. Gabrielis, & S. Joannis, Diffinitori Generali, & Præſidi Generalis Diſcretorij in Generali Capitulo Romæ celebrato anno 1625. vnà cum alijs Patribus Statutorum Generalium compilatio, & reformatio commiſſa fuit in Generali Congregatione Segoviæ celebrata anno Domini 1621. *Compilationem* autem factam idiomate Latino, quoad vixit, manibus, & corde ſemper geſtavit. Legatur Chronologia Seraphica, fol. 600. & 601. & Gubernatis, tom. 3. fol. 621. De Patria properavit ad Patriam anno 1628. die 20. Martij apud Conventum S. Antonij tumulatus.

DIDACUS DE VEGA, Hiſpanus, Toletanus Regul. Obſervant. Caſtellanæ Provinciæ Lector emeritus, Guardianus, ac Diffinitor qui Concionibus ſuis, tàm ore, quàm calamo ingentem ſibi famam, & laudem in Hiſpania, & Italia comparavit, litteris conſignavit minimè pœnitenda opera. Sunt ergo ab illius promptuario educta:

Quadrageſimale opus pro omnibus Dominicis, & Ferijs, quæ communitèr in Eccleſia prædicari ſolent à Septuageſima vſque ad Feriam ſecundam Reſurrectionis, & omnibus Ferijs Hebdomadæ Sanctæ. Toleti apud Thomam Guzman 1600. in 4. Brixiæ 1602. Coloniæ 1610. in 8.

Conciones Veſpertinæ Quadrageſimales ſuper ſeptem Pſalmos Pœnitentiales. Compluti 1595. in 4. Venetijs exindè 1599. in 8. Lugduni in duabus officinis Vicentini, & Horatij Cardon vno eodemque anno 1600. in 8. Venetijs iterùm apud Societatem 1602. Medinæ tandem in Hiſpania 1603. quæ tam multiplex editio de opere hoc judicium ſatis aperit.

Apo-

Digitized by Google

Apologia Sacra contra ſeptem criminalia vitia, & pro defenſione virtutum. Compluti apud Didacum Rodriguez 1622. tomis duobus in 4. & Muſſipontini 1623. in 8. Vidi. Hæc Latinè; Hiſpanico vero idiomate:

Exercitia ſuper Evangelia Dominicalia totius anni, duobus tomis. Prior editus eſt Matriti 1604. in 4. poſterior ibidem 1607. in 4. Eodem hoc anno ſimùl vterque Barcinone, Salmanticæque 1617. in 4. Opus hoc latinis communicavit Henricus Paludanus Minorita, *Conciones, & pia exercitia ſuper Evangelia Dominicalia totius anni* inſcribens, atque edens Coloniæ apud Chrit, anno 1612. in 8.

Quadrageſimale tomis duobus. Barcinone 1612. in 4. Compluti 1611. & Brixiæ 1602. alibi quoque. Vidi.

Mariale, *ſeù de Excellentijs Beatiſſimæ Virginis.* Compluti 1626. in 4.

Paradiſum gloriæ Sanctorum, *ſeù Conciones de Sanctis in totum annum.* Methimnæ Caſtellanæ 1604. Ulyſsipone typis Petri Craesbeeck 1603. tomis duobus in fol. Toleti 1602. in 4. Pinciæ 1607. duobus tomis, quorum additiones prodierunt Medinæ 1604. Barcinone 1611. Hunc quoque in Latinam linguam tanſtulit Henricus Paludanus ſic notatum *Paradiſus gloriæ Sanctorum*, Venetijſque, & Coloniæ editum: in Gallicum *G. Clapius*, Cameraci 1610. in 8. Pariſijſque 1614.

Exercitia ſpiritualia ſuper Evangelia Adventus. Extant tom. 1. Concionum Dominicalium. Pertractant de hoc Didaco Nicolaus Antonius poſt Uvadingum, Marracius, Alva, Dupin, ac Ludovicus Bail, part. 2. Bibliothecæ Concionatorum, cap. 91. Ubi ita inquit: *Quas verbo pronuntiarat Conciones, ante mortem typis mandari curavit, in quibus, vt teſtatur Fr. Joannes de Barco ejus Cenſor, & Approbator, plurima ſunt, & graviſſimæ conſiderationes Scripturâ Sacrâ, à potiſſimis Locis Sanctorum Eccleſiæ Patrum doctrinis, Oratorum, Poetarum, atquè Philoſophorum ſententijs ornatæ, inſignes ſententiæ, mira eruditio, inuſitata rerum varietas. Nec pluribus opus eſt encomijs, quas ſimilitudines carptim ex ipſo deprompta ſubjungimus, vt de ipſo Lector cenſeat. Florebat ſub finem ſæculi decimi ſexti, cum jam barbaries ſermonis magna ex parte obſolebat, quare, & ſtylus ejus, & ſermo purior.*

DIDACUS A VIRGULETA, Italus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Tuſciæ, Concionator Generalis, ac Jubilatus Lector, inter alia ſui ingenij monumenta, vti refert Fr. Antonius Terrinca, part. 3. ſui Theatri Tuſciæ, pag. 198. reliquit tractatus eruditos:

De Angelis.

De Trinitate.

De Incarnatione.

De Scientia Dei.

De Sacramentis in genere. Extant M.S. in Bibliotheca S. Franciſci Villa-Franchæ Lunigianæ, vbi dórmitionem accepit anno 1661.

DIDACUS DE ZAYAS SOTOMAYOR, Ordinis Minorum, Hiſpanus, edidit:

Concionem ad honorem Puriſſimæ Conceptionis Virginis Mariæ Dominæ noſtræ à fol. 317. Impreſ. cum alijs Granatæ, anno 1651. in 4. Hæc Marracius, & noſter Alva, col. 338. ſuæ Militiæ Univerſalis.

DIMAS SERPI, Sardus, Calaritanus, Regul. Obſerv. Vir in ea Inſula magni nominis propter virtutem, & doctrinam, & ſuorum Fratrum Miniſter, multis annis Romæ ad Aramceeli commoratus, ſcripſit:

Chronica Sanctorum Sardiniæ. Barcinone 1600. in 4. typis Sebaſtiani de Cormellas. Vidi.

Vitam B. Salvatoris ab Orta laudatam ab Arturo in Martyrologio Franciſcano die 18. Martij. Eam habes apud Papebrochium ad diem 18. Martij.

Apodixim ſanctitatis S. Gregorij Suilienſis Epiſcopi in 4. Romæ 1609. & 1619.

Purgatorium, & colloquia Jobi Patriarchæ. Barcinone 1609. in 4. & 1611. Hiſpanicè:

De igne Purgatorio contra Lutherum, & alios Sectarios. Barcinone 1613. Editio 4. & correctior, quam vidi, facta eſt Ulyſſipone in officina Antonij Alvarez 1617. in 4. Inedita reliquit:

De Sancto Lucifero Calaritano PP. ad Hiſtoricum ſententiam. Extat M. S. in fol. in Bibliotheca Matritenſis Conventus Regul. Obſerv. ſub vnica A. num. 10. Vidi.

Ad Paulum V. Pontif. Max. Apodixim ſanctitatis S. Georgij Calaritani cum Analiticâ refutatione quarundam objectionum. Aſſervatur M. S. in fol. Ibidem. Vidi. Florebat initio ſæculi 17. Mirùm porrò, vti Uvadingus in de Scriptoribus refert, accidit huic Authori; cum enim quadam nocte cum ſuis conſratribus religiosè, & hilaritèr converſaretur, die ſequenti,

ri, mane diluculo perquiſitus, non eſt inventus in cubiculo, neque alibi, neque in hunc vſque diem ſciri potuit, quid de homine actum ſit, aut qualitèr ab omnium oculis evanuerit.

DIMAS TERRÆ, Hiſpanus, Minorita, ſcripſit, ac edidit:

Supplementum privilegiorum Ordinis Minorum. Barcinone antiquis caracteribus 1525. in 4. Extat hujuſce memoria apud Martinum Lippenium, tom. 1. Bibliothecæ Philoſophicæ, fol. 1613. & Militiam Univerſalem noſtri Alva, col. 338.

DINUS MORONUS, Minorita, Italus, emiſit:

Deſcriptionem Montis Alverniæ cum iconibus are inciſis. Florentiæ 1626. in 8. Ex Alphonſo Laſſor, tom. 1. ſui *Univerſi calamo delineati*, fol. 39.

DIONYSIUS DE ABBATIBUS, Italus ex Montefalchio in Umbria, cum eſſet juris vtriuſque laurea decoratus, & Aloyſij Cardinalis Capponij Secretarius, ſæculo calcato, Provinciæ S. Franciſci Minorum Capuccinorum nomen dedit, vbi religioſis, ac Apoſtolicis virtutibus emicans, ſcripſit, & in meliorem formam redegit, Italico idiomate:

Artem vnionis cum Deo; olim editam à P. Joanne de Fano, quam anno 1622. Romæ iterùm cum ſua reſtauratione, & additione typis mandavit vnà cum vita ſupradicti P. Joannis. Ex Uvadingo, Genuenſi, & Jacobillo de Scriptoribus Umbriæ, qui addit eum objiſſe Peruſijs anno 1623. & poſteris ſanctimoniæ famam reliquiſſe.

DIONYSIUS BONAQUA, Minorita Raguſinus, teſte Fr. Petro de Alva, col. 339. ſuæ Militiæ Univerſalis, Hiſpanicè publicavit:

Officia pia de Sanctiſſimo Sacramento, Immaculata Conceptione, ac Sancto Antonio Patavino, in devotorum gratiam. Matriti 1657. & 1658. in 16.

DIONYSIUS DE CARLIS, Capuccinus, natione Italus, Patria Placentinus, Bononienſis Provinciæ, Concionator, & olim Miſsionarius Apoſtolicus ad Regnum Congi, ſcripſit vulgari idiomate:

Narrationem ſui Itineris ad ſupradictum Regnum, addita relatione de moribus illius Nationis. Prodijt primum Rhegij apud Proſperum Vedrotum, anno 1672. deindè Bononiæ apud Joſephum Longum anno 1674. in 8. & in 12. Ex Genuenſi, pagina 93.

DIONYSIUS DARECORTESIUS, Bergomenſis, ex Provincia Sancti Antonij ſtrictioris Obſerv. Reformatorum, generalis Lector, ac S. Inquiſitionis Conſultor, edidit:

Exercitia Scholaſtica in univerſam Theologiam Practicam, & Speculativam, opus eruditum, ac bipartitum in libros ſeptem diſtributum. Agit in primo, *de Theologia quantum ad omnes ejus cauſas.* In ſecundo, *de Deo Uno, & Trino.* In tertio, *de Angelorum Creatione.* In quarto, *de Materialis creaturæ creatione.* Prodijt Patavij typis Petri Mariæ Frambotti 1677. in 4. Pars ſecunda continet libros tres, in quibus agit primo, *de Statu primorum Parentum*: ſecundo, *de Incarnatione, ac Deipara Immaculata*: tertio, *de Reſtitutione hominis ad amiſſam perfectionem.* Prodijt Patavij typis Petri Mariæ Frambotti 1677. in 4.

DIONYSIUS A GENUA, hujus Provinciæ Minorum Capuccinorum Concionator, ac Diffinitor, non exiguo ſtudio concinnavit:

Bibliothecam Scriptorum Ordinis Minorum S. Franciſci Capuccinorum. Genuæ apud Antonium Georgium Franchelium 1680. in 4. Prodijt ſecundò vltrà ducentorum Scriptorum elucubrationibus locupletata ex Genuenſi typographia Joannis Baptiſtæ Scionici 1691. in folio. Hæc eſt qua paſsim vtor impræſentiarum. Inſupèr non mediocri labore contexuit alia de quibus teſtimonium perhibet pagina 324. ſuæ Bibliothecæ hiſce verbis: Inſupèr tranſtuli ex Gallico idiomate Italicè opera varia Patris Ivonis Pariſienſis, videlicèt:

Felices eventus pietatis, ac triumphum vitæ religioſæ. Tom. 1. in 4.

Morales Chriſtianæ. Tom. 2. in 4.

Vanas excuſationes peccantium. Tom. 1. in 4.

Progreſſus Divini Amoris. Tom. 2. in 4.

Exercitia pietatis in vita ſæculari. Tom. 1. in 4.

De Agente Dei. Tom. 1. in 4.

Opera miſericordiæ. Tom. 1. in 4.

DIONYSIUS JUANCOVIC, Minorita, M. S. reliquit:

Hiſtoriam Provinciæ Boſnæ Argentinæ, de qua agit vt oculatus teſtis Fr. Petrus de Alva in ſua Militia, col. 340.

DIONYSIUS LUXEMBURGENSIS, Capuccinus, natione Germanus, Provinciæ Rhenanæ filius; Vir non minùs in declamandis Concionibus fervens, & erudi-

tus,

tus, quàm doctrinæ authoritate in ſua Provincia commendatus, edidit opus inſcriptum:

Inſpectio Bibliorum in quo fundamenta Hæreticorum ægregiè convellit. Coloniæ 1684. Prælo ſubmiſit etiam:

Conciones Quadrageſimales, tom. 1. Ibidem 1684.

Conciones Annuales, tom. 1. 1686.

Conciones de Sanctis, tom. 2. Ibidem 1685.

De Antichriſto Germanico idiomate, tom. 1.

Blateramentum prædicantium, tom. 1.

De quatuor Noviſsimis Germanico idiomate 1685.

Legendam Sanctorum per totum anni decurſum 1684.

De Sextiduana Recollectione, tom. 1.

Conciones de Jeſu Chriſto, tom. 1. 1689.

Lata porta, & ſpatioſa via, quæ ducit ad perditionem, anno 1690.

Fuga via infernalis, tom. 1. 1690. Ex Genuenſi, & Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. Vivebat anno ſalutis 1690.

DIONYSIUS MASSILIENSIS, Capuccinus, Gallus, alumnus Provinciæ S. Ludovici, ac ſæpiùs Guardianus, Vir non ſolùm doctrina, ſed etiam morum perfecta compoſitione ornatus, qui publicis, & privatis diſputationibus Calviniſtarum perfidiam ſæpiſsimè deteſtatus, Fidei Catholicæ propugnatorem ſeſe oſtendit, ſcripſit latinè, & vulgavit:

Reſponſiones quaſdam ab eo datas contra falſam doctrinam nonnullorum Hæreticorum Secta Calviniſticę. Maſsiliæ 1657. in 8. Extat hujuſce mentio apud Dupin in Supplemento, & Genuenſem, pag. 92.

DIONYSIUS PALEOTTUS, Italus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Bononienſis, doctrina, ac pietate clarus, ſcripſit methodicè:

Vitam S. Catharinæ Bononienſis, quæ prodijt Italicè primum, deindè latinè abſque Authoris, aut typographi nomine. Opus commendat Jacobus Graſſetus Societatis Jeſu, in prologo vitæ ejuſdem Divæ à ſe nuperrimè conſcriptæ. Compoſuit inſupèr:

Officium proprium, ac Miſſam S. Catharinę Bononienſis, quod in ejus natali recitatur ex conceſsione Clementis VII. in Monaſterio Bononienſi Corporis Chriſti. Vixit anno 1526. quo etiam hoc inſtituit Officium. Laudatur à Poſſevino, Uvadingo, ac Chriſtophoro Manſueti, cap. 37. vitæ ejuſdem Sanctæ editæ Bononiæ, anno 1611. apud Vittorium Benaccium in 8.

DIONYSIUS PLACENTINUS, Capuccinus, ac Congi Miſsionarius Apoſtolicus unà cum Michaele Angelo de Guatini à Regio ejuſdem Familiæ alumno, ſcripſit proprio idiomate:

Itinerarium Regni de Congo. Prodijt Bononiæ in 12. Vide Ephem. XXIV. Eruditor. Gall. anno 1678.

DIONYSIUS PULINARI, Florentinus, Regul. Obſerv. Provinciæ Tuſciæ, quem grandævum, veridicumque Scriptorem appellat Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, pag. 196. vernaculè ſcripſit:

Chronica Provinciæ Tuſciæ in duas partes diſtincta, anno 1580. ex quibus Gonzaga ſuam hujus Provinciæ Tuſciæ concinnavit hiſtoriam: Bartholomæus Cimarella plura deſumpſit, & in 4. part. Chron. expreſsit. Extant manuſcripta Florentiæ in Conventu omnium Sanctorum.

Tranſtulit Italicè opus conformitatum Bartholomæi Piſani. Extat in Bibliotheca præfati Conventus omnium Sanctorum. Alia item plurima ſcripſit, alia tranſtulit, ſed cuncta perierunt. Obijt in Conventu S. Michaelis Ducciæ ad miſſos Fæſulanos anno 1582. Ex laudato Terrinca, & Uvadingo.

DIONYSIUS DE RIVES, Capuccinus, natione Gallus, Patria Avenionienſis, Divini Verbi fervidus Declamator, in Sacris Scripturis abundè verſatus, cujus ingenij, doctrinæ, ac ſapientiæ præclara extant in Provincia S. Ludovici teſtimonia; ſcripſit, ac prælis commiſsit Latino idiomate opus doctiſſimum, in quo agit:

De Primatu S. Petri Eccleſiæque viſibilis infallibilitate contra Athęos, Judęos, & Hęreticos. Lugduni ſumptibus Benedicti Caroli, anno 1662. tom. 1. in fol. Inſuper edidit:

Triplicem tractatum Sacrę Scripturæ, in quibus multa præclarè dilucidat ad Sacrum Textum ſpectantia. Ibidem apud eumdem anno 1660. tom. 1. in fol.

Tractatum de mutatione Sabbati in Dominicam. Ibidem in 8. 1661. apud eumdem.

Tractatum de ſignificatione Verbi Creo. Ibidem 1661. Vidi. Has Genuenſis. Extat inſupèr hujus Authoris:

Diſſertatio de Origenis Hexaplis, & Octaplis. Romæ typis Michaelis Herculis anno 1671. in 4. Vidi. Item cum Co-

rollario Joſephi Mariæ Suareſij Epiſcopi Vaſion. Lugduni apud Joannem Certe 1676. in 4. Ex Bibliotheca Telleriana, fol. 10. Extat hujuſce mentio apud Bibliothecam Latino Hæbraicam Caroli Joſephi Imbonato, litt. D.

DIONYSIUS SOULECHAT, Minorita, recenſente Poſſevino, tom. 1. Apparatus, exaravit:

Revocationem Articulorum publicè in Diſputationibus ſolemnibus per eum ſemel, atque iterùm factam Pariſijs, & in Curia Romana, anno Domini 1365. 1369. tom. 4. Biblioth. SS. PP. edit. 2.

DIONYSIUS SYLVESTER, Lavallenſis, Minorita:

Hiſtoriam Francicam mihi ignotam, exaravit; adducitur enim ab Attuto in Martyrologio Franciſcano ad diem 7. Augusti, §. 7. hiſce verbis: *Dionyſius Sylveſter in Carolo VIII. Rege Francorum ad annum* 1493. Et in Syllabo Authorum littera D. *Dionyſius Sylveſter, Lavallenſis, Ordinis Minorum.*

DIONYSIUS A TURRE DE MARTINIS, Italus, ſtrictioris Obſervantiæ Provinciæ S. Franciſci, Paulo V. Summo Pontifici à conſcientiæ arcanis, Epiſcopus Nepeſinus, & Sutrinus, ſtylo ſignavit:

Commentarios in Logicam. Romæ anno 1614. in 4. Obijt anno 1627. Pertractant de eo poſt Uvadingum Sannig in Synopſi, ac Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana.

DIONYSIUS VARESIUS, ſeù A GENUA, ex Minoritis Reformatis in Theologiæ ſtudijs apprimè verſatus, Divini Verbi Præco, Sacræque Conſultor Inquiſitionis, in Archiepiſcopatu Genuenſi Examinator, Provinciæ ſuæ Pater, alijſque pluribus titulis ampliſsimis cohoneſtatus, typis Genuæ mandavit opus cum titulo:

Vicarius Provincialis expenſus, & juxtà ſtrictioris Obſervantiæ jura dilucidatus. Prodijt ex officina Joannis Ambroſij de Vincentijs 1664. in 4. Vidi. Item teſte P. Oldoino in ſuo Athenæo Liguſtico, fol. 135. Librum alium compoſuit prænotatum:

Via lactea, ſeù quæſtiones ſatis opportunę pro ſervandis timoratorum Sacerdotum conſcientijs, celebrare dubitantium. Idem collegit:

Miſſas proprias, & feſtivas in occurrentibus ſolemnitatibus, Eccleſiarum præſertim Monialium Ritui Romano addictarum, diſcuſſas, examinatas, & enucleatas in gratiam, & obſequium Sanctimonialium, maximè Regulam S. Claræ profitentium, tùm ſub Ordinariorum jurisdictione, tùm S. Franciſci Prælatorum gubernio degentium. Item ſcripſit:

Harmoniam Diœceſis Genuenſis, & Franciſcanę Religionis circà Divinorum Officiorum penſum in Romano Ritu, quatuor continentem Sanctorum claſſes Romani ſcilicèt Kalendarij, Genuenſis, Franciſcani, Liberenſis, ſeù Vagi, necnon perfectam componentem modo muſico Eccleſiaſticam Semphoniam juxtà Breviaria Pij V. Genuæ 1667. in fol. uti recenſet Alphonſus Laſſor, tom. 1. Univerſi Scriptorum calamo delineati, pag. 435. Panxit etiam, ſubdit laudatus Oldoinus, *Odam, & Annagrammata in laudem P. Clementis de Genua pro traductione Regulæ Minoriſſarum.* Habebat etiam prælo paratum librum cum titulo:

Directorium feſtivum pro præſtando Obſequio Virgini Marię, & SS. Patronis Urbis Genuenſis, &

Tractatum Apologeticum in reſponſionem ad conſultum I. C. Ineditam quoque reliquit:

Hiſtoriam Reformatę Provincię S. Franciſci Januenſis, in fol. Erat apud noſtrum Alva, uti ipſemet aſſerit, col. 340. ſuæ Militiæ Univerſalis.

DIONYSIUS VIRIENSIS, Gallus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Normanniæ, Vir ſapientiæ, pietatis, ac zeli animarum muneribus illuſtratus, emiſit.

Schedulam charitativę provocationis ad certamen ſimulatæ Synodi Quivillianæ menſe Majo, anno 1650. celebratę, & toti univerſaliter Hugonotiſmo ſui erroris venenum reſpergenti. Opuſculum quidem parvum mole, ſed magni ponderis, ac utilitatis, plurimiſque idiomatibus ſæpiùs impreſſum. Pariſijs anno 1650. & ſequentibus apud Joannem Nauclerum Latinè, ac Gallicè teſte Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. Obijt ipſo die S. Dionyſij, anno 1656. ad cujus ſepulchrum, uti recenſet Dionyſius Genuenſis, pag. 94. ab Incolis Bellimontis in ipſius honorem ſequens Epitaphium fuit appoſitum:

I. M. F.

I. M. F.

Siſte Viator,
Et quod inſcius calcas, reverere, & time:
Suo quippè ſepultus triumpho
Illa ſub tumba quieſcit, qui numquam quievit
R. P. Dionyſius Virienſis Concionator Capuccinus,
Eccleſiæ propugnaculum, Hæreticorum fulmen,
Donec excitetur tuba Dei ſonante.
Hunc Sorbona formavit Theologum,
Religio Seraphica reddidit Seraphicum,
Et Sancta Sedes Miſſionarium Apoſtolicum delegavit.
Vixit vt alter Jo: Baptiſta, neque manducans,
neque bibens,
Solis leguminibus contentus
Per triginta tres annos:
Converſatus eſt vt alter Paulus, omnibus omnia factus,
Ut omnes Chriſto lucrifaceret:
Quotidiè ſibi moriens, vt alter Franciſcus,
Soli ſuo vixit Ordini.
Quem vnum ſibi Concionatorem fecit,
Magiſtrum Novitiorum, Guardianum, Lectorem,
Tùm in Philoſophiâ, tùm in Theologia.
Quatuor millia, & ampliùs virorum, ac mulierum,
Quos Calviniana Hæreſis eripuerat Chriſto,
Eccleſiæ ejus ſponſæ reſtituit:
Ac tandem Definitor tertiò electus,
Et Bellimontis cum duodecim aliis Capuccinis
Miſſionem exercens per quadraginta dies,
Raptus eſt in Cœlum tempore Autumni anno 1658.
Quaſi mortuus æternitati.
In Libra, quia juſtus, in die Sabbati tamquam ad
requiem deſtinatus,
Et die nona Octobris, vt nominis omen impleret,
Ætatis anno 65. Relig. 42. Vade, & ipſum imitare.

DIONYSIUS UVEILENSIS, Capuccinus, natione Germanus, Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor Colonienſis Provinciæ, Vir pius, & eruditus, in litteras ſedegit Gallicè:

Tractatus de vera pœnitentia ex cana, venerandaque Antiquitate collectus, perditiſſimis hiſce temporibus, quibus innumeri per falſas, & incongruas pœnitentias miſerrimè decipiantur, maximè neceſſarius. Coloniæ 1684. Item edidit Germanicè

Librum de virtutibus antiquorum Germanorum, in quo graviores fidei Controverſiæ pacificè pertractantur. Item evulgavit alia duo opuſcula Latino idiomate, quorum titulus eſt:

Philantom, ſivè animadverſio in animadverſionem, quam Dominus Hermannus Coringius Profeſſor Helmoſtadienſis in Novenam S. Antonij de Padua anno 1675. Hannovaræ editam in feliciſſimè attentavit, cui inſerta eſt curioſa, & ſolida *pertractatio totius materiæ controverſiæ De Invocatione Sanctorum.* Hannovaræ typis Uvolffagangi Scheuvendimani 1676.

Philanton vindicatus, ſivè Hermannus Coringius ob Andabaticam ſuam 1677. Helmoſtadij editam diſcuſſionem, juſtè, ſed tamen miſericorditèr, caſtigatus, Ibidem anno 1678. Inſupèr typis dedit opera, quorum inſcriptiones:

Pſeudo pœnitens, tom. 1. Coloniæ anno 1688.

De falſa pœnitentia, tom. 1. Ibidem 1688. Ex Genuenſi, pag. 92. & Ludovico Dupin, ſæculo 17.

DOMINICA A PARADISO, Florentina, Ordin. Secundi, Monaſterij S. Crucis fundatris, ex revelatione ſibi facta, dictavit:

De Stellario B. Mariæ opuſculum, quod M. S. extat Florentiæ in prædicto Monaſterio. Alia plura ſcripſit, quæ aſſervantur in eodem Monaſterio, teſte Fr. Antonio Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, fol. 196. Extat hujuſce memoria apud Uvadingum, & Marracium. Lege laudatum Terrinca.

DOMINICUS DE BARTA, Minorita, Provinciæ Aquitaniæ Miniſter, ſcripſit:

Poſtillam in Apocalypſim. Obijt anno 1343. in Monte Peſulano. Ex Uvadingo, & Jacobo Le-Long, pag. 226. Bibliothecæ Sacræ.

DOMINICUS VIOTA (alijs BIOTTA, ſed per perам BIATTA) Hiſpanus, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Aragonum devotus alumnus, plura opuſcula pia Caſtellanè reddidit ex Latino, & Italico idiomate, publicique juris fecit Illerdæ apud Ludovicum Maneſcal 1616. in 8. Cæſaraugaſtæ 1580. Et ibidem typis Michaelis de Hueſca 1576. in 8. in editione, qua vtor, extant hæc omnia ſimùl.

Stimulus amoris.

Lignum vitæ.

Soliloquium.

Colloquium Peccatoris, & Crucifixi.

Collatio contemptus mundi.

Epiſtola eorum, qui piè volunt vivere in Chriſto.

Forma præparationis Miſſæ.

Meditationes S. P. N. Franciſci per totam Hebdomadam. Inſupèr ex Nicolao Antonio, pag. 253. tom. 1.

Incendium Divini Amoris.

Alphabetum ſpirituale.

Regimen animæ. Emiſsit quoque Hiſpanicè:

Modum placendi Deo unà cum ſententijs B. Ægidij ſocij B. P. N. Franciſci. Cæſaraugaſtæ apud Petrum Bermuz 1566. in 8. Laudatur à Fr. Didaco Murillo in ejus Hiſtoria Virginis del Pilar, tractatu 2. fol. 443. Vide ſuperiùs *S. Bonaventura.*

DOMINICUS BLANCO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Compoſtellanæ, Lector Jubilatus, ac Diffinitor, typis dedit:

Panegyrim de Laudibus S. Antonij Patavini ad Capitulum Generale Ordinis habitam. Prodijt cum alijs, & extat à fol. 293. Hiſtoriæ Capituli Generalis Toletani.

DOMINICUS BONAVENTURÆ DE FESTO, Picenus, ex Oppido Fabiani, Minorita, ac Beati Franciſci Fabrianenſis nepos, ſcripſit:

Chronica brevia Ordinis Minorum.

Patrui ſui Franciſci vitam. Floruit circà ann. 1340. Ex Toſigniano, & Uvadingo.

DOMINICUS A BUSCHETO, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ S. Franciſci alumnus, Vir ob ejus morum compoſitam integritatem, vti recenſet Genuenſis pagina 557. Angelus paſsim ab omnibus appellatus, erga Deiparam ſemper Virginem admiranda devotione affectus, publici juris fecit tractatum:

De Sanctiſsimæ Virginis Dei-Genitricis Mariæ nominis invocatione, impreſſum Romæ anno 1610. & anteà Venet. 1580. Obijt ſanctiſsimè in ſuo Cœnobio Tiphernenſi anno 1589. die 8. Septembris. Extat hujuſce memoria cum laude apud Mar-

Marracium, ac Jacobillum de Scriptoribus Umbriæ.

DOMINICUS CARPANI, Neapolitanus, priùs Ordinis Prædicatorum, deinceps Minorita, ad Joannam Aragoniæ Reginam miſsit Italicè:

Tractatum diffuſum de Immaculata Conceptione Virginis. Excudit Neapoli Ayolfus de Canrono 1496. die penultimo Decembris in 4. Vidi. Extat etiam parr. 2. Monumentor. Italo-Gallicorum in publicum miſſa à noſtro Alva anno 1666.

DOMINICUS A CONCEPTIONE, Luſitanus, Regul. Obſerv. Prov. Portugalliæ, ſcripſit, quæ inedita adhùc eſt,

Vitam V. Laici Fr. Gaſparis à Spiritu Sancto. Laudat opus Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano*, die 29. Aprilis, pag. 762. apud Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pág. 253. Inſupèr ex eodem in Appendice, pag.289. litteris conſignavit:

Vitam Fr. Antonij de Chriſto ejuſdem Provinciæ alumni, de quo agit Fr.Emmanuel à Spe in Chronic. Provinciæ Portugalliæ, 1.part. lib.1. cap. 27. & ſequentibus. Inſupèr:

Vitam V. Fr. Chriſtophori à Conceptione, laudatæ Provinciæ alumni. Conſule tomum 3. Agiologij Luſitani, die 9.Maji, littera M. pag.146.

DOMINICUS A CRUCE ROMERO, natione Hiſpanus, in Provincia Bætica Regul. Obſerv. Artium Profeſſor, pro laude, & honore Immaculatæ Conceptionis Matris Admirabilis vernaculè vulgavit volumen eruditum, cui nomen factum:

Victoria originalis gratiæ. Hiſpali litteris Thomæ Lopez de Haro, anno 1680. in 4. Vidi. Spem fecit in Prologo *Sanctoralis, Marialis, Concionum variarum, ac Quadrageſimalis*, ſub titulo: *Arma vtriuſque Davidis.*

DOMINICUS DABILA, Hiſpanus, Diſcalceatæ Provinciæ S. Gabrielis Concionator, ac Provincialis Miniſter, juſſu Reverendiſsimi P. Fr. Joannis à Palma:

Suamet Provinciæ Hiſtoriam quouſque ad ann.1645. perveniens, elaboravit in fol. M. S. aſſervatur in Archivio ejuſdem Provinciæ. Eum commendat Fr. Antonius Truxillo præfatæ ProvinciæChronologus, lib.8. cap.24. num.8.

DOMINICUS FOROLIVIENSIS, in Æmilia, Minorita, contra Hæreticos Inquiſitor, compilavit:

Tractatum de Officio Inquiſitionis. Teſtatur Petrus Rodulphus ſe habuiſſe Romæ M. S. Laudatur à Fr. Joanne Evangeliſta Ortiz ejuſdem Inſtituti alumno, *Concione de S. Dominico*, edita Granatæ litteris Franciſci Sanchez 1652. in 4. Extat hujuſce memoria apud Alphonſum Laſſor in ſuo *Univerſo calamo delineato*, qui tom. 2.fol.18.non rectè inquit librum ſcripſiſſe *de Officio Imperatoris*.

DOMINICUS FRANCAVILLA, Capuccinus, natione Italus, Provinciæ Hydruntinæ Concionator, Diffinitor, ac Miniſter Provincialis, edidit opuſculum Latino idiomate compoſitum, ſub titulo:

Directorium quotidianum, tàm Religioſi Sacerdotis, quàm Sæcularis. Neapoli 1687.

DOMINICUS GERMANUS DE SILESIA, Epiſcopatus Uratiſlavienſis, ex Reformatis Provinciæ Romanæ, Sacræ Theologiæ Lector, Ordinis Pater, Linguarum Orientalium Magiſter, & authoritate Apoſtolica Magnæ Tartariæ Præfectus, impenſis Sac. Congregationis de Propaganda Fide typis commiſit Dictionarium Arabicum hoc titulo inſignitum:

Fabrica Linguæ Arabicæ. Prodijt Romæ 1636. in 4. deindè auctum valdè 1639. in fol. Vidi. Scripſit inſupèr opus prænotatum:

Veni mecum ad Mohhammedanos, ſeù tractatum brevem de Divinis Proceſſionibus, & Incarnatione Verbi, Latinè,& Arabicè. Extat in Regia Bibliotheca Scorialis IV. XI. Vidi. Complevit hoc opus in Civitate Aſphan Regia Perſarum Regis, anno 1647. in 4.

Impugnationem Alchorani, Arabicè, & Latinè. Extat ibidem pluteo 2. & 15. Perfecit in Vigilia S. Mathiæ anno 1669. in fol. Philippo IV. Hiſpaniarum Regi obtemperans. Vidi. Ejuſdem, ni fallor, ſunt:

Doctrina Arabico-Italica in 8.

Eccleſiæ Græcæ Orthodoxa Orientalis cum Romana Catholica Occidentali Concordia, in 4.

Septem Pſalmi Pœnitentiales, Arabicè in 8. Hæc apud Elenchum librorum typographiæ S. Congregation. de Prop.Fide.

DOMINICUS GUBERNATIS A SOSPITTELLO, ex Reformata Provincia D. Thomæ Apoſtoli, Sacræ Theologiæ Lector, ac Chronologus totius Ordinis Minorum, Romæ præmittens typis Rev.Cameræ Apoſtolicæ, anno 1688.in 4. opuſculum inſcriptum:

Idea Orbis Seraphici, opere vt complectet, ex numquam ſatis laudato Viro Annaliſta

liſta noſtro R. P. Fr. Luca Uvadingo, ex inſtrumentis authenticis Religionis, ac ex varijs Authoribus, tùm exteris, tùm domeſticis; maxima induſtria, ſummoque labore opus verè egregium concinnavit plures in tomos partitum hoc titulo inſignitos;

Orbis Seraphicus, Hiſtoria de tribus Ordinibus à Seraphico Patriarcha S.Franciſco inſtitutis, deque eorum progreſsibus, & honoribus per quatuor Mundi partes. Hujus operis intentionem deſcribit Author tom. 1. benevolum lectorem ita præerudiens; „ Opus prægrande non attenta tenuitate „ mea, cum merito ſanctæ obedientiæ aſ„ ſumpſi, quod octodecim integris volu„ minibus concludi poſſe non confido. „ Superſt ergo vt tractationis ſeriem bre„ vibus aperiam. Tres in partes repa.ti„ tum opus (Deo dante) recipies. In pri„ ma tomis quatuor comprehenſa trium „ Ordinum à Seraphico Patriarcha Inſti„ tutorum eſſe phyſicum, vel quaſi phyſi„ cum, quoad quatuor ejus cauſas natu„ rales, & quoad eſſe politicum, nempè, „ de cauſa efficiente, finali, materiali, „ atque formali, cum ſuceſsibus omnibus, „ qui tùm in Ordine Minorum, & Clariſ„ ſarum Monialium, tùm in Tertio Ordi„ ne, qui de Pœnitentia dicitur à princi„ pio in hodiernum vſque diem evene„ runt: ſimùl & de officijs ipſorum, de„ que omnibus, quæ ad ipſorum eſſe, aut „ complementum deſiderari poſſunt; etiam „ de Capitulis, atque Statutis Generali„ bus ibidem editis, à Religionis exordio „ ad annum vſque 1682. tractatus vniver„ ſus abſolvitur. In ſecunda parte per to„ mos plurimos diſtributa Provincias or„ dinatè in Familia primò Ciſmontana, „ deindè in Ultramontana, Conventus, & „ Monaſteria, quæ ſingulis in Ordinis „ noſtri Provincijs per Europam, Aſiam, „ Aphricam, & Americam, vel fuerunt „ olim, vel impræſentiarum exiſtunt à Re„ ligionis initio vſque nunc, tùm ex anti„ quis Scriptoribus, præſertim ab Uvadin„ go, tùm ex noviſsimis notitijs, ſeù „ Chronicis, quæ jubente Reverendiſsi„ mo P. Fr. Joſeph Ximenez Samaniego, „ Ex-Miniſtro Generali, atque in Ciſmon„ tanis cooperante Reverendiſs. P. Anto„ nio à S. Joanne, Ex-Commiſſario Ge„ nerali per ſingulas Provincias, prævio „ Diffinitorij juramento collecta, hùc „ tranſmiſſa ſunt, integro, quantum fieri „ poterit, complemento deſcribemus; „ vbi Fundatores, Protectores, Benefac„ tores, & Religioſi, vel martyrio, vel „ ſanctitate, aut fama pietatis, aut offi„ cijs inſignibus, vel legationibus, aut „ alio ex conſiderabili titulo conſpicui re„ cenſentur.; deſcriptis tandem Provin„ cijs per Orbem Univerſum, de Miſsio„ nibus ilidem ad partes Infidelium deſti„ natis per integrum agetur. In tertia par„ te quidquid vel ad titulum doctrinæ, vel „ ſanctitatis, vel Officiorum, tàm intrà, „ quàm extrà Ordinem; de honoribus tan„ dem vel à Romanis Pontificibus, vel à „ Regibus, deque favoribus ſingularibus „ à Deo Ordini conceſsis plenè tractabi„ tur.

Tomus primus prodijt Romæ ex typographia Stephani Caballi 1682. in folio. Tomus 2. Lugduni per Joannem Poſuel 1685. in fol. Tomus 3. Romæ apud Nicolaum Angelum Tinaſsium 1684. in fol. Tomus 4. ibidem, ac eiſdem typis 1685. in fol. Tomus 5. ibidem formis Joannis Jacobi Komarek Bohemi 1689. in folio. Vidi. Scripſit inſupèr opus prænotatum:

Umbra illuminata. Commentarius ad umbram Apologeticam P.Ludovici Rozicijs de primo, & genuino ſenſu præcepti de pecunia in Regula Minorum appoſiti. Romæ 1687. in fol. Vidi.

Deſcriptio ſtatus, quem Seraphica Religio habebat anno 1680. Prodijt Romæ ex typographia Michaelis Herculis an. 1680. in Chartis expanſis. Legi.

DOMINICUS GUGLIELMINUS, Catanenſis, ex Minoritis Conventualibus Bacalaurei munere ornatus, Vir Poeſi, ac Oratoria facultate excellens, in gratiam nobilium Romanorum Italicè edidit:

Opera duo Regi Comica, impreſſa Romæ 1687. in 12. & Catanæ apud Bixanium 1688. in 12.

De Victoria Viennæ Poemata. Panormi typis Auguſtini Epiro 1694. in 4.

Diſcurſum Allegoricum de Panormo liberato interceſsione S. Roſæ, ibidem. Inſupèr eodem idiomate publicavit:

Cataneam deſtructam vnà cum deſcriptione Civitatis, ac terræmotus. Ibid. apud eumdem 1695. in 8.

Carmina multa, & varia expanſis folijs excuſa Venetijs cum alijs 1686. in 12. Plura hujus generis ad prælum paravit anno 1706. quo ab honorum faſtigijs abhorrens, vel carmina pangendo, vel telas pingendo Romæ vacabat, vti fuſo calamo narrat Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, littera D.

DOMINICUS HERNANDEZ A TURRI,

TURRI, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Burgenſis Lector emeritus, ac Hiſtoricus, ineditam, & incompletam reliquit:

Chronicorum Provinciæ Burgenſis partem primam, quæ, ſtudio alterius ejuſdem Provinciæ alumni, completa prodijt Matriti, ex typographia Hieronymi Roxo, anno 1722. in fol. Vidi.

DOMINICUS HESIUS, Provinciæ Auſtriæ Provincialis Miniſter, vti legitur in Relatione ejuſdem Provinciæ, apud Archivium Ordinis Matritenſe.

Tredecim libros ſcripſit. Rediens à Capitulo Generali in Hiſpania celebrato, Ticini, apud Fratres noſtros obijt ann. 1593. menſe Decembri.

DOMINICUS A JESU, Gallus, ex Minoritis Capuccinis, Latinè ſcripſit:

Monarchiam Hiſtoricam, *Chronologicam*, *ac Genealogicam Galliæ*, de qua inferiùs verbo *Modeſtus à S. Amabili* redibit ſermo.

DOMINICUS DE JESU, Hiſpanus, ſtrictioris Obſerv. Diſcalceatorum Provinciæ S. Pauli, doctus Concionator, ac rei Poeticæ non ignarus, pro cunctis ſolemnitatibus Puriſsimæ ſemper Virginis conſcripſit:

Elegiam Epanalepſicam, *Pentametricam*, *& Exametricam Gratulatoriam*. Incipit:

Sit benedicta dies, hilaris qua deſtinat ante
Te Deus alta Parens ſit benedicta dies.

Communem feci in mea Bibliotheca Minorum Diſcalceatorum, part. 1. à pagina 286.

DOMINICUS INTERIANUS, Capuccinus Genuenſis, ejuſdem Provinciæ alumnus, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; Vir doctus, & eruditus, ad omnes ſcientias facilis, ac prompti ingenij, qui in pluribus Italiæ Civitatibus facundiſsimi, ac admirandæ memoriæ Concionatoris nomen ſortitus eſt, & famam, evulgàvit opuſculum ſub hac Epigraphe:

Genua illuſtrata, *Panegyricum ligato ſermone*, *vnà cum diſcurſu in laudem Poeſis*. Genuæ apud Calenzanum 1644.

Theatrum Principum de Cybo in duas partes diſtributum. Demùm Latinè:

Sermonem ad Fratres, Mediolani 1641.

DOMINICUS A S. JOSEPH, ex Urbe S. Pauli ab Aſſumptione, Diſcalceatus alumnus Arrabidenſis Provinciæ, Miſſionariorum Procurator, necnon Examinator Synodalis Diœceſis Mirandenſis, vnicam, quod viderim, Concionem communem fecit

De Solitudinibus Doloriſſilma Virginis. Ulyſſipone apud Antonium Pedrozo Galran, anno Domini 1722. in 4.

DOMINICUS LANTUSCA, ex Comitatu Niciæ, Sacerdos ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum alumnus, Romæ in Conventu S. Franciſci ad Ripam Aromatarius, & à Summo Pontifice ad Xenodochium S. Spiritus in ſaxia translatus, ſcripſit, teſte Auguſtino Oldoino in ſuo Athenæo Liguſtico, fol. 155. librum Italica lingua prænotatum:

Compendium Secretorum in quatuor partes diſtributum, bis Romæ annis 1660. & 1665. Venetijs 1663. & Taurini 1665. publici juris factum. Habebat etiam prælo paratum opus inſcriptum:

Praxis Pharmacia vtriuſque Dogmaticæ, *& Chimicæ*. Ex Andrea Roſſoto in Bibliotheca Pedemontij.

DOMINICUS LOPEZ DE BAYLO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Aragonum, Eccleſiaſtes, ac Diffinitor, convertit in Hiſpanum ex Etruſco ſermone P. Fulvij Androcij, Societatis Jeſu alumni:

Tractatum de Vita, *& Morte Domini noſtri Jeſu Chriſti*.

Tractatum de iterata Communione.

Tractatum de Perfecto Statu Viduarum. Prodierunt ſimùl Cæſaraguſtæ ex officina Joannis Ibar 1664. in 8. Vidi.

DOMINICUS LOSSADA, Hiſpanus, Mantuæ Carpentanorum natus, Caſtellanæ Prov. Regul. Obſerv. adſcriptus, ac ſcientijs probè inſtructus, Lectoris Jubilati Complutenſis, Commiſſarij Viſitatoris Provinciæ Compoſtellanæ, ac Examinatoris Synodalis Toletani Archiepiſcopatus munera obivit. Demùm, optimè de Religione meritus, Provincia ſua prudentèr gubernata, à Secretis Generalibus fuit, ac in præſentiarum Commiſſarius Generalis Indiarum. Hactenùs exaravit, præſoque ſubmiſit:

Defenſorium Virginitatis conjugalis V. Servi Dei Fr. Sebaſtiani de Apparicio, Hiſpani Regul. Obſervantiæ alumni. Incipit: *Cum fratrum negotia defendere*. Prodijt in fol. anno Virginei partus anno 1721. ad cujus calcem extat ejuſdem Authoris pulcherrima *declamatio in Hiſpanorum*, *ac Fratrum Minorum*, converſioni *Indorum vacantium*, laudem. Legi.

Panegyrim de laudibus SS. Patriarcharum Dominici, *& Franciſci* à ſe habitam Matriti. Excudit ibidem Joannes de Arizia

tia 1717. in 4. Hiſpanicè. Vidi. Eodem ſermone publicavit:

Orationem funebrem in Exequijs Ducum de Eſcalona laudata Provinciæ Patronorum. Compluti 1718. in 4. Vidi. Demùm ſubtilitèr, ac elegantèr, Doctorum judicio, eruditam, ſub titulo cenſuræ, concinnavit:

Apologiam pro operibus V. Fr. Joſephi à S. Benedicto Laici Benedictini Conventus S. Mariæ à Monte Serrato, alumni, in qua, præjactæ, ac prævisæ objectiones dilucidè ſolvuntur, Latinè. Præfixam habes prædictis operibus, ac opuſculis Latinè, & Hiſpanè ſimùl cuſis Matriti 1725. vnico volumine in fol. Legi. Aliæ ejuſdem lucubrationes deſiderantur.

DOMINICUS A MALDURRA, aliàs A CASALINOVO, Minorita, Italus, ex illis verbis Eccleſiæ: *Felix namque es Sacra Virgo Maria, &c.* confecit: *Anagramma pulcherrimum cum explicatione diffuſa omnium verborum.* Habebat apud ſe M. S. Fr. Petrus de Alva, quem conſulas in ſua Militia, col. 348.

DOMINICUS MARIA PASINI, Italus, Bononienſis, ex Tertiarijs Regularibus, Doctor Theologus, ſcripſit, ac emiſsit vernaculè:

Vitam V. Servi Dei Fr. Joannis Vincentij Ferrerij nobilis Panormitani ejuſdem Inſtituti alumni. Panormi per Joſephum Gragminanum 1699. in 4. Vidi. Inedita reliquit varia Poemata *pro Immaculata Conceptione Virginis Mariæ.* Habebat M. S. noſter Alva, vt ipſemet teſtatur in ſua Militia Univerſali, col. 349.

* DOMINICUS A S. MARIA, Hiſpanus, ex Sebaſtianopoli, Diſcalceatæ Provinciæ S. Joſephi alumnus, ac celebris Concionator reliquit vernaculè ſui ſpiritus monumentum, opus, nempè myſticum:

De via perfectionis in tres partes diſtributum. Conſule Fr. Martinum à S. Joſepho, tom. 2. Chron. lib. 3. cap. 10. vbi & ejus vitam recenſet.

DOMINICUS MARTINEZ, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinciæ S. Gregorij in Philippinis Inſulis, Eccleſiaſtes, Ex-Commiſſarius Provincialis Provinciæ Camarinenſis, à Synodalibus examinibus illius Archiepiſcopatus, Guardianum agens Manilenſis Conventus S. P. N. Franciſci, litteris conſignavit idiomate Bi-Oldicto in illis Regionibus:

Expoſitionem Doctrinæ Chriſtianæ vnà cum alijs pijs opuſculis. Manilæ typis Franciſci de los Santos 1708. in 8. Vidi.

DOMINICUS A S. MICHAELE, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Pauli, Prædicator, & Guardianus Regalis Conventus S. Froilani Legionenſis efformavit:

Cæremoniale Miſſale typis cuſum Valliſoleti apud Joſephum à Rueda, anno 1684. in 4.

DOMINICUS A MONACO, Siculus, ex Oppido Burgij, ſtrictioris Obſervantiæ, inſigni morum candore, & inculpatæ vitæ exemplo claruit in Provincia Vallis Mazariæ, in qua aliquot Cœnobijs præfuit. Ob eximium erga Divinam Annam Deiparæ Matrem (de qua numqnam ſine jucundo lachrymarum flaxu elocutus fuit) amorem, evulgavit Italicè:

Modum recitandi novem Salutationes Angelicas in honorem novem Privilegiorum S. Annæ. Panormi typis Dominici de Anſelmo 1664. in 12.

Triumphum fœcunditatis, ſeù *Vitam SS. Joachimi, & Annæ.* Part. 1. Ibidem apud Carolum Adamum 1690. in 4.

Miracula, gratias, & favores conceſſa à Deo cultoribus S. Annę. Part. 2. Ibidem apud Thomam Romulum 1690. in 4. Obijt in Patria 1703. Hunc laudat Tognolet. in Paradiſo Seraphico, part. 1. lib. 5. cap. 1. apud Mongitore in Bibliotheca Sicula, tom. 1.

DOMINICUS A MONTE LEONE, Minorita, Italus, vernaculè communem fecit:

Tractatum de ſtatu viduali. Romæ 1616. in 8. typis Andreæ Fei, Authore mihi Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, littera D.

DOMINICUS MORAN, natione Hiſpanus, profeſsione Minorita, ſtylo ſignavit, teſte D. Nicolao Antonio, tom. 1. Biblioth. Hiſp. pag. 255.

Epilogum, ac Declarationem principalium fundamentorum S. Fidei Catholicæ, ac authoritatum Sacræ Scripturæ. Matriti anno 1644. in 4. Agitur de eo in *Militia* Fr. Petri de Alva, col. 348.

DOMINICUS DE PADUA, Minorita, Vir magnæ ſanctitatis, & non vulgaritèr doctus, qui egregiè Concionatus in Urbibus Italiæ famoſioribus, ſuis fervidiſsimis exhortationibus complures ad pœnitentiam revocavit; edidit:

Meditationes Vitę Chriſti, aliaque *Opuſcula* ſui animi teſtes. Claruit anno 1450. Eum commendant Meliſſanus in

Sup-

Supplementis Annal. Minor. pag. 326. & Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 13. Auguſti.

DOMINICUS PALAMENGHI, Siculus, curriculis Philoſophiæ, ac vtriuſque juris abſolutis, Minorum Conventualium habitum ſuſcepit, ac ſub diſciplina Fr. Bonaventuræ Belluti gravioribus facultatibus opera data, Sacræ Theologiæ Bachalaureus, Concionator celeberrimus, & inter inſignes inſignior Poeta clarebat magna apud ſuos extimatione, initio hujus ſæculi. Apud Antonium Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, & in Appendice, monumenta ſequentia, ſed patrio emiſsit idiomate:

Panegyrim de Sanctiſſimo Eucharlſtia Sacramento. Neapoli apud Dominicum Maccarono 1677. in 4.

Orationem funebrem in Obitu Mariæ Ludovicæ de Borbon Hiſpaniarum Reginę. Panormi per Thomam Romulum 1689. in 4.

Orationem Eucharlſticam in votiva ſolemnitate Immaculatæ Conceptioni pro Panormi liberatione à terremotu. Ibidem litteris Auguſtini Epiri 1696. in 4.

Orationem funebrem in Obitu Annę Marię Reginę Hiſpaniarum. Bononiæ in 4.

Orationem funebrem in Exequijs D. Dominici Montaperto. Ibidem.

Concionem Panegyricam de S. Petronio Epiſcopo Bononiæ. Ibidem.

Orationem Panegyricam de S. Catbarina Bononienſi ſub typo *Mulieris fortis.* Ibidem.

Aliam in aſſumptione D. Ranucij ad Purpuram Cardinalitiam. Ibidem.

Aliam in Obitu Illuſtriſ. Comitis Vincentij Mareſcbon. Ibidem.

Panegyrim de S. Pio V. Pontifice Maximo. Ibidem.

Aliam de S. Roſalia Virgine Panormitana. Panormi typis Dominici Corteſij 1709. in 4.

Hymenæum Epitalamicum Bononiæ, vti recenſet laudatus Mongitore, ſed ſub nomine Anagrammatico Nicodemi Palmaneghi, vel Gipomenis Maldachino, ſicuti, & ſequentia:

Odam Pindaricam in laudem S. Marię Magdalenę. Bononiæ.

Aliam de S. Antonio Patavino ad piſces ſermonem habente. Ibidem.

Aliam de Sanctis Innocentibus, ſub titulo: *Apollo dolente.* Ibidem.

Aliam, ſub titulo: *Vaticinij.* Ibidem. Inſuper aliam:

Odam pro Doctoratu Carminati.

Dialogum de Immaculata Conceptione Deiparæ ſemper Virginis.

Dialogum in laudem linguæ S. Gerlandi. Bononiæ cum præcedentibus; quamvis minimè exprimantur typographus, nec annus à memorato Mongitore ibidem ſubdente edenda etiam ſcripſiſſe Italicè:

Orationem Paraneticam ſuper illa verba S. P. N. Franciſci, Magna promiſsimus, &c.

Operum Criticorum Moralium, part. 1. & 2.

Orationes Panegyricas Sacras.

Orationes funebres, ac Morales.

Epiſtolas Didaſcalicas Doctrinales.

Religioſum inſtructum in omni ſtatu, tomis 8.

Tragædiam Sacram, ſub titulo: *Margarita Antiochena.*

Tragicomædiam Sacram, cui titulus: *La Clotilde.*

Tragicomædiam Idealem Moralem de Sponſatione fortunæ cum vitijs.

Epicedij hominis inſignis litteris, vel dignitate, partem primam.

Epicedij in obitu hominis ſanctitatis nota inſignitι partem ſecundam.

Odarum Sacrarum, & Moralium, partem primam, & ſecundam.

DOMINICUS PAMPILONENSIS, Capuccinus, natione Hiſpanus, Provinciæ Navarræ Definitor; Vir doctus in varijs ſcientijs, & præcipuè in Sacris Canonibus eruditus, religioſis moribus decorus, ſcripſit, & edidit:

Allegationes varias valdè, copioſas, & eruditas. Laudatur ex Torrecilla à Fr. Dionyſio Genuenſi, ſed vterque editiones reticet. Nonnullæ habentur apud laudatum Torrecilla, tom. 2. ſuarum Conſultationum à pag. 133. & tom. 1. Conciliorum Regularium à pag. 424. & tomo *Propoſitionum* à pag. 43.

DOMINICUS DE PANTALEONIBUS, Florentinus, quem Ordini Prædicatorum adſcribunt Antonius Senenſis, Alphonſus Fernandez, Thomas Malvenda, Marracius, ac Michael Pocciantius in ſuo Catalogo Scriptorum Florentinorum, producitur ab Uvadingo in Serie Scriptorum Ordinis Minorum. Sed placeat audire Fr. Antonium Terrinca in ſuo *Theatro Genealogico Provinciæ Tuſciæ*, pag. „ 290. *Modo in pervetuſto*, inquit, „ *& Authentico M. S. in Pergameno*, cuius „ titulus eſt: *Necrologium* Venerabilis Con„ ventus S. Mariæ Novellæ de Florentia,

Or-

„ Ordinis Prædicatorum, in quo dietim „ ſcripti ſunt Fratres ejuſdem Ordinis de- „ functi ab anno 1225. (en antiquitas) vſ- „ que in hodiernum diem, *qui de Civita- „ te Florentia, ſivè de ejus prædicatione „ originem contraxerunt* aſſervato penès „ R. P. Fr. Raphaelem de Badijs, Sacræ „ Theologiæ Magiſter, Virum eruditiſsi- „ mum, Hiſtoriographum, ac Scriptorem „ non vulgarem, Examinatorem Synoda- „ lem Florentinæ, ac Feſulanæ Diœceſis „ S. Officij Conſultorem in Civitate Feſu- „ lana, mihi in amicitijs conjunctiſsimum, „ cuique per omnia multum debeo, at- „ que ejuſdem Regeſti, ſeù Necrologij „ continuatorem, fol. 50. pag. 1. ſub num. „ 478. relatum reperi obitum *R. P. Do- „ minici de Pantaleonibus*, Sacræ Theolo- „ giæ Magiſter de quo item referuntur ac- „ ta, ac ſtudia in juventute, & virilitate, „ Angliæ, & Pariſijs ſtuduiſſe fertur, Bac- „ calaurei, ac Magiſtrali Laurea in Uni- „ verſitate patria promeritum, præfati „ Conventus Præfecturam cum laude, & „ emolumento tenuiſſe, aliamque ad in- „ tegram luminis hiſtoriam pertinentia re- „ cenſentur vſque ad diem, & horam mor- „ tis: concluditur n. his verbis: *Cum ve- „ rò eſſet in* 40. *anno gravi detentus infir- „ mitate, plenè confeſſus, receptiſque de- „ votè omnibus Sacramentis, à cunctis fra- „ tribus humilitèr petens veniam, & eis be- „ nignè indulgens, ex hac luce migravit ad „ Dominum Jeſum Chriſtum, anno Domi- „ ni* 1376. *die* 28. *Auguſti de ſerò in feſto „ S. Auguſtini, quem fuerat in omnibus „ ſuis operibus, & ſcholaſticis artibus imi- „ tatus.* Et quod ad rem attinet præſen- „ tem fertur ſcripſiſſe excellentes tracta- „ tus, & pulchros ſequentes, videlicet:

„ *De Monte Communis Florentiæ.*

„ *De Conceptione B. Mariæ Virgin. per „ modum Dialogi.*

„ *Item alium pulcherrimum de eadem „ materia.*

„ *Item alium ſupra Averroem de ſubſ- „ tantia Orbis.*

„ *Item alium de forma conſecrationis „ Sanguinis Jeſu Chriſti.*

„ *Item alium ſuper Miſerere mei, &c.* „ Extant in Bibliotheca S. M. Novellæ. „ Modò hæc omnia ſcripſiſſe dicit Uva- „ dingus, & nos ex eo *Dominicum Panta- „ leontum Minoritam Florentinum*, atque „ eodem anno obijſſe, quo & iſte Domi- „ nicanus deceſsit. Quamobrem niſi di- „ catur (quod veriſimile non videtur) „ quod ſimùl, ac ſemèl, eodemque tem- „ pore fuerint duo inſignes Viri ejuſdem „ nominis, cognominis, Patriæ, ſtudij, „ litteraturæ, indolis, ſcientiæ, doctrinæ, „ atque per omnia eadem ſcripſerint opuſ- „ cula, vnus Dominicanus, Franciſcanus „ alter; qui fuit, & ſcripſit præclariſsimo „ Prædicatorum Sodalitio certo certius „ adſcribendus eſt. Qui n. talia opuſcula „ ſcripſit, non ſolùm Minorita non fuit, „ ſed (ipſo Necrologio teſte) contra Mi- „ nores ſcripſit. Opus quidem de *Monte „ communis Florentiæ*, nominatim contra „ Patrem Franciſcum Emporienſem Mi- „ noritam, de quo eadem part. 3. tit. 1. „ ſerm. 5. num. 8. agimus. Tractatum *per „ modum Dialogi* contra Minores ſcripſit. „ Prædicatoribus igitur reſtituendus ve- nit. Hactenùs Terrinca. Dominicum iſ- tum excipiunt Authores noviſsimæ Bi- bliothecæ Scriptorum Ordinis Prædicato- rum, tom. 1. pag. 653. ſubdentes: *SS. Pa- renti Dominico librum de Corpore Chriſti affingunt, quibus erroris occaſionem dedit quod Dominicus de Pantalonibus librum ſcripſerit de conſecratione Corporis, & San- guinis Chriſti.* In hoc ſanè audiendi non ſunt; liber enim hujus Dominici habetur Florentiæ, liber verò à S. Dominico conſ- criptus, in quo etiam agebat *de Corpore Chriſti* adverſus Albigenſes perijt, teſti- bus Authoribus ejuſdem Bibliothecæ Do- minicanæ, tom. 1. pag. 87. Sed de his alibi, cum noſtro Alva. Turpius errat P. Graveſon, tom. 5. ſuæ Hiſtor. Eccleſ. aſ- ſerens dumtaxàt *Schedulam* adverſus Hæ- reticos conſcriptum à S. Dominico. Conſ- cripſit ſanè *Schedulam*, & *Librum*. Illa incombuſta penitùs ab igne reſilivit in Monte Regali, iſte illæſus permanens in Fano Jovis, etiam de flammis in longin- quum exilijt, vti apertè narrant laudi Au- thores Bibliothecæ Dominicanæ miracu- lum à miraculo, & *librum à ſchedula ſe*cernentes, tom. 1. pag. 7. & pag. 87.

DOMINICUS A S. PETRO DE ALCANTARA, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum, Sacræ Theologiæ præclarus Lector, Ex-Diffini- tor, Ex-Cuſtos, ac impræſentiarum ſuæ Provinciæ S. Gabrielis in Extremaduræ Provincialis Miniſter, elaboravit ad men- tem Subtilis Doctoris *Curſum integrum Artium*. Prodierunt

Tractatus in Logicam parvam, & mag- nam, necnon in Metaphyſicam. Matriti ex typographia Viduæ Joannis Garcia Infan- zon, anno 1729. tomis duobus in 4. Vidi, ac legi Cenſoris munere, necnon

In

In octo libros Phyſicorum Ariſtotelis. Partem tertiam excuſam Matriti typis Emman. Martinez 1731. in 4.

DOMINICUS DEL PICO, Hiſpanus, ex Oppido de Sariñena Oſcenſis Diœceſis, dùm eſſet Minorita Conventualis, fuit Aragonenſis Provinciæ Præfectus, & poſteà Vicarius, & Commiſſarius Generalis: In tranſmigratione autem Patrum Conventualium ab hoc Aragonenſi Regno, cum Obſervantibus Seraphicis permanſit. Hic, vti recenſet Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ, pag. 255. delectus à Carolo Cæſare, vt ſibi in Belgium proficiſcentia Concionibus Sacris eſſet, ætatem excuſavit provectam, ne honorem admitteret cum eo onere peregrinandi. Scripſit:

Trilogium, ſivè ejus *primam partem. De ordinaria converſione peccatoris recedentis à Deo Patre in Parabola Lucæ 15. à Salvatore propoſita, Conciones.* Cæſaraugustæ apud Bartholomæum de Naxera 1549. in fol. Vidi. Scripſit etiam ſecundam, ac tertiam partem Trilogij, de quibus rationem in Prologo reddens, ita ad R. P. D. Joannem à Pogio Sedis Apoſtolicæ Legatum, ac Hiſpaniarum Nuntium loquitur: *Quod* „ *ſi gratum* (vt ſpero) apud tuam Domi- „ nationem Reverendiſsimam intellexe- „ ro, duas alias quadragenas, alteram „ (quæ de ejuſdem hominis ad Deum jam „ converſum in opere meritorio, exerci- „ tatione ex Exodo deſumpta proloqui- „ tur) aliam (quæ de ejuſdem hominis „ proficientis exercitatique in merito Sa- „ crificijs Deo offerendis ex Levitico ac- „ cepta deſinit) adhùc in noſtro ſcrinio „ latentes, vt in lucem pro fidelium pro- „ fectu, & vtilitate prodeant, diligentia, *qua potero, nitar.* Item:

Funiculum Apologeticum. Hoc recenſet opus Michael Majus Regni Aragoniæ Vice-Cancellarius Epiſtola ad noſtrum Authorem præfixa parti primæ ſui laudati Trilogij: *Opus*, ait, *quod Funiculum Apo-* „ *logeticum inſcripſeras*, ac Epiſtolam è „ regione præfixam, quam Illuſtriſs. & „ RR. Cardinali nuncupaveras, diligen- „ ter eidem obtulimus, Religioſiſsime Pa- „ ter. Qui cum eam alacri animo ſuſce- „ piſſet, ſtatim pollicitus eſt ſe, vt diſſer- „ torum examen ſubiret, elaboraturum. „ Non dubium eſt, quin id quod promiſ- „ ſerat, re ipſa præſtitiſſet, modo longio- „ rem vitam agere licuiſſet. Ego vero vbi „ eum vita functum intellexi, Alexo Fon- „ tane, qui mihi à Secretis erat, operis „ ſervandi curam tradidi, quod equidem „ cum in manus meas venerit, *ad te mittendum curabo*, Spem fecit:

Declamationum ſuper Viſionibus Apocalypſis, teſte Fr. Didaco Murillo in Hiſtoria Dominæ noſtræ del Pilar. Scripſit inſupèr:

De Conceptione Virginis, vti recenſet P. Salazar, ſæculo 16. Noſter Alva col. 348. ſuæ Militiæ teſtatur ſe vidiſſe opus ejuſdem Authoris in fol.

De Arte Cabaliſtica, ſed fortè, ſubjungit, eſſe ſuprapoſitum, nempè *primam partem Trilogij*, in cujus laudem legi præfixum hoc, Joannis à Campo Presbyteri Compoſtellani tetraſticon:

Ut Picus, natos herba ſat ſoſpitat omnes;
Nidi cum reſerat limina clauſa ſui;
Sic reduces mentes, tu noſtras afficis ipſe
Compedibus ruptis dogmate, Pice, tuo.

DOMINICUS A SOLITUDINE, Hiſpanus, Provinciæ S. Didaci in Bætica alumnus, Concionator, ac Tertiariorum Commiſſarius in Gadibus, vulgavit ferè cunctas Excellentias V. Tertij Ordinis Seraphici, volumine parvo inſcripto:

Sol Seraphicus. Opus eſt erudita devotione plenum, Profeſſoribus quoque Tertij Ordinis vtiliſsimum. Prima editio Hiſpali, ſecunda cum additionibus Gadibus apud Hieronymum de Peralta 1728. in 16. Vidi.

DONATUS A S. AGATHA, Italus, Regul. Obſerv. Provinciæ Marchiæ, ſeu Æmiliæ, dùm in ea eſſet hæreticæ pravitatis Inquiſitor, ſcripſit:

Tractatum adverſus hæreticos. Incipit: *Spiritus Sancti gratia.* Hunc celebrant Uvadingus, Poſſevinus, Toſignianus, alijque Nomenclatores.

DONATUS A BEMBO, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum, ſcripſit Hiſpanicè volumen in fol. ſub titulo:

Transfiguratio glorioſa S. Petri de Alcantara in ejus Canonizatione, ac Coronatione. Extat M. S. in Biblioth. Matritenſis Conventus Regul. Obſerv. Vidi.

DONATUS A CORTENO, Capuccinus, natione Italus, Prov. Brixiæ alumnus, fervidus Concionator, ac ſalutis animarum zelator, ſcripſit:

Opuſculum Catechicum de Controverſijs ad Fidem ſpectantibus pro vſu Miſsionum. Pertractat de eo Fr. Marcellinus de Piſe, apud Genuenſem, ac Ludovicus Dupin, tom.

tom. 3. in Supplemento. Obijt ann. 1630.

DONATUS LEXOVIENSIS, Gallus, Tertij Ordinis S. Franciſci Provinciæ S. Ivonis, exaravit:

Opuſcula de Devotione S. Mariæ Vallis Benedictæ. Ex Uvadingo, & Fr. Joanne Antonio Maria Veronenſi in Annalibus Tertij Ordinis.

DONATUS, (nullo addito cognomine) Gallus, Tertiarius Regularis, ineditam reliquit:

Hiſtoriam Ducum Lotharingiæ. Aſſervatur in ſuo Nancejenſi Conventu, teſte Jacobo Le-Long, lib. 4. ſuæ Bibliothecæ Gallicæ, num. 15491.

DONATUS MONOEUS, Hybernus, Midenſis, Provinciæ Hyberniæ Miniſter, Vir doctus, & inſignis Concionator, ſcripſit:

Brevem Hiſtoriam ejuſdem Provinciæ, quam M.S. habuiſſe penès ſe teſtatur Uvadingus.

DORMITIUS THADDÆUS. Vide ſuperiùs *Antonius Hiquęus.*

DOROTHÆUS AQUENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ S. Ludovici alumnus, Vir candidis moribus præditus, regularis diſciplinæ ſtudioſus, & ſingulari in Divam Mariam Magdalenam devotione affectus, ſcripſit Gallico idiomate:

Tractatum de Pœnitentia S. Mariæ Magdalenæ. Prodijt Aquis Sextijs anno 1649. in 12. Ex Genuenſi, pag. 96.

DOROTHÆUS DE BETERRA, Italus, Patria Brixienſis, ejuſdem Prov. Minor. Capuccinor. celebris Eccleſiaſtes, ac Theologus, Vir cujus ſapientiam, doctrinam, prudentiam, Fideique Catholicæ zelum agnoſcentes Eminentiſſimi Patres Congregationis de Propaganda Fide, cum ſibi Romæ in Theologum adſciverunt, ſcripſit Italico ſermone, teſte Genuenſi, pag. 97.

Expoſitionem ſuper Regulam Fratrum Minorum, quæ paſſim legitur in Provincia Brixienſi.

Septem monita præcipua, cuilibet Chriſtiano neceſſaria ad ſecurè incedendum in viam ſalutis. Brixiæ apud Vincentium Sabbium anno 1590. Extat hujuſce memoria apud Uvadingum, ac P. Vincentium Coronelli, tom. 5. Biblioth. Univerſalis, num. 4189. Claruit anno 1624.

DURANDUS CAMPANUS, natione Gallus, Canonum, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor inſignis, & à Confeſſionibus Reginæ Galliæ, & Navarræ, ſcripſit Summam Confeſſariorum, quæ inſcribitur:

Directorium in quatuor partes diſtinctum. Extat Toleti in Bibliotheca Conventus S. Joannis Regum ſub FF. numero 27. pluteo 2. ſub hoc titulo: *Summa caſuum.* Incipit: *In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, incipit: Summa Confeſſionum inſtructa à Venerabili Patre Fr. Durando, Ordinis Fratrum Minorum Illuſtriſſimæ Reginæ Franciæ Confeſſore principalitèr edita, & per quendam Fratrem ejuſdem Ordinis poſtmodùm ſecundum Alphabeti ſeriem brevitèr ordinata.* Extat etiam in Bibliotheca Colbert. codic. 451. uti ex Dupin refert Ludovicus Moreri *in Dictionario Gallico* littera D.

In quatuor libros Sententiarum. Vidit Toſignianus Bononiæ M. S. in Bibliotheca Franciſcana, qui appellat hæc Commentaria opus inſigne. Obijt Galliæ ſub ann. 1340. uti Uvadingus narrat.

S. ELI-

E

S. ELISABETHA, Hungariæ Regis filia, Tertij Ordinis S. Franciſci Primipila, orta eſt anno 1207. quando Beatiſsimus Pater noſter Franciſcus converſus eſt ad Dominum: ſponſata in cunis; Ludovico Lantgravio Thuringiæ, anno 1209. in quo initium ſumpſit Ordo Minorum, obijtque eodem anno, non vero eodem menſe, quo S. Antonius Patavinus. Hæc igitur prudentiſsima Regina, de qua, Lectione prima ſecundi Nocturni diei Octavæ, ita legitur apud Breviarium Romano-Seraphicum: *Beata Eliſabeth fuit famoſa in ſapientia: ſapiens enim fuit theſauraria, ſcholaſtica, operaria, &c.* Hæc, inquam, revelationibus Divinis aſſueta, ſcriptas reliquit:

Duodecim Revelationes, quas M. S. vnà cum alijs pijs *Meditationibus ejuſdem* habuit Uvadingus noſter, ex quibus quintam circà tempus aſſumpti Corporis Virginis Sacratiſsimæ Mariæ in Cœlum, examinat in Annalibus anno Chriſti 1227. & Illuſt. Cornejo in Hiſpanis Chronicis Ordinis, tom. 2. Pariſijs anno 1631. prodijt *Originale ſanctitatis*, in quo tom. 3. habentur Meditationes in Vitam S. Eliſabeth. Ejus res geſtas, miracula, & Canonizationem à Gregorio IX. factam habes apud tom. 1. Annal. laudati Uvadingi. De ejus genere latè Fr. Didacus Lequile, tom. 1. Hierarchiæ Franciſcanæ, diſtinct. 7. à folio 282. Conſule Arturum in Martyrologio Franciſcano ad diem 19. Novemb. De hujus Eliſabethæ *ſtupenda, & inexplicabili claritate procedit* (inquit Chriſti Vicarius Gregorius IX. in Bulla ſuæ Canonizationis) *quod illius ſpiritus, & in ſuperni fulgoris abyſſo rutilat; & in hujus profundo caliginis, multis coruſcat miraculis glorioſis, quorum virtute Catholicis, fidei, ſpei, & charitatis augmenta proveniunt, perfidis via veritatis exponitur, & Hæreticis confuſionis multæ materia cumulatur, dùm ſtuporis turbine obvoluti, quod dictæ S. meritis, quæ dùm carnis clauſa carcere teneretur, pauper ſpiritu, mitis mente, propria, vel potiùs aliena peccata deplorans, juſtitiam ſitiens, miſericordiæ dedita, munda corde, verè pacifica, attrita perſecutionibus, & opprobrijs extitit laceſſita; vita mortuis, lumen cæcis, auditus ſordis, verbum mutis, & greſſus claudis, Cœleſti dextera conferuntur: partes Theutoniæ ſpatioſas, quas mortis dogmate geſtiebant inficere, in doctrinæ Cœleſtis amplexibus cernunt multiplicitèr exultare.* Hactenùs Gregorius IX. Legant ſcioli (ſunt etenim) glorioſiſsimum diploma Pauli III. Pont. Max. cujus initium: *Trium Statuum Tertij Ordinis*, datum Romæ 1547. pridiè Kal. Martij, maximè ad illa verba: *Ac pro Sanctis veſtri Ordinis de Pœnitentia hujuſmodi S. Lucium::: S. Angelam, ac Eliſabeth Hungariæ Regis filiam.*

S. ELISABETH HISPANA, (Arturo vtor) *naſcitur anno 1271. patre Petro Aragoniæ Rege, matre verò Conſtantia Regina Siciliç: quç à pueritia totius ſanctitatis ſpecimen dedit. Nàm annos 8. nata, cœpit Divinum recitare Officium, quod vſque ad finem vitæ adamuſsim ſervavit: ſçpè jejunijs vacabat, egenis eleemoſynas faciebat, pauperibus maximè compatiebatur. Inter Regales delitias enutrita, mundi oblectamentis haùd animum relaxabat: judicium certum emittens futuræ ſuæ honeſtatis, puritatis, & ſinceræ intentionis. Vix annum 11. attigerat, quando Dionyſio, Regi Portugalliæ anno 1282. deſponſata eſt in vxorem: quo in ſtatu ſpiritualia pietatis adaugens exercitia, ampliori ſpiritus fervore, ſanctæ orationi intendebat: nocte, dieque preces ad Deum fundebat, quas pro fluvijs lachrymarum irrigabat. Operi, ac labori manuum nonnumquam, per tempus, otium dabat, vt exindè quidpiam miniſterio Altaris, & cultui Divini aptandum conficeret. Patientia enituit eximia, Regis ſponſi ſui depravatos mores, æquo animo ferens, & prudentiſsimè in omnibus ſe habens. Quo mortuo anno 1325. protinùs Habitum Ordinis S. Clarç aſſumpſit: ſed ab alijs præpedita, ſimplex coacta eſt Tertij Ordinis Minorum Inſtitutum ſervare:* vti Sacra Rituum Congregatio anno 1625. (quo eam Faſtis Sanctorum adſcripſit Urbanus VIII. Pont. Max.) die 24. Novembris cenſuit illis verbis: *Sanctam Eliſabetham quondam Portugalliç Reginam fuiſſe, & eſſe Sanctam Tertij Ordinis S. P. Franciſci: & vt talem Miſſa, & Officio eſſe re-*

co-

colendam, & celebrandam in toto Ordine die 4. Julij. Hæc Sancta Regina *in Luſitania*, verba adduco R. A. P. Franciſci de Mendoza, Societ. Jeſu clariſsimi alumni (in Viridario, lib. 6. Orat. 3.) *Litterarum inſtituit officinam, ſi auditorem ſpectes, numeroſam; ſi doctrinam, ſalutarem; ſi redditus locupletem; ſi favorem, quo Auguſtiſsima Regina inſtar Mæcenatis adſpirabat, præ omnibus, quę vſquam florent Academicis, fortunatam.* In expeditione Capituli Generalis noſtri, Romæ anno 1625. peracti die 25. Maji, feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, Translationis S.P.N. Franciſci, ac S. Urbano Papæ, & Martyri Sacra, ſummo Orbis, & Urbis applauſu incredibili hominum frequentia, tùm ob annum Sanctum Jubilæi, tùm etiam multorum Capitulorum Generalium celebrationem, apparatu ſacro, & verè Regio relata eſt in numerum Sanctorum S. Eliſabetha, cujus

Teſtamentum tanto ſpiritu dignum, ineditum aſſervatur in Bibliotheca Dominæ noſtræ de Saliceto, vti habetur in ejus Hiſtoria, lib. 3. pagina 682. Ejus Corpus integrum in Regio, ac Religioſiſſimo ab ipſa condito S. Claræ Connimbricenſi Conv. Prov. Portugalliæ colitur. De ea pluribus Artur. ad diem 4. Julij.

EDMUNDUS URSULANUS. Vide inferiùs *Franciſcus Maſthei.*

ELECTUS LAUFFEMBURGENSIS, natione Germanus, Provinciæ Auſtriæ Anterioris, in qua ſe religioſo ſtatui inter Minores Capuccinos mancipavit, Concionator non vulgaris, Miſsionarius Apoſtolicus in Regionibus Orientis, ſcripſit Germanicè:

Chronicon Provinciæ Capuccinorum Anterioris Auſtriæ, &c.

Relationem de ſua Miſsione in Archipelagum. Obijt anno 1672. Genuenſi teſte, pag. 97.

ELEONORA DE LUNA, Hiſpana, Monialis Clariſſa, ſingulari in Deiparam devotione affecta, concinnavit:

Carmina varia circa Immaculatam Conceptionem Virginis, impreſſa cum alijs, vti refert Fr. Petrus de Alva, col. 368. ſuæ Militiæ Univerſalis.

ELEUTHERIUS ALBERGONUS, Mediolanenſis, Ordinis Minor. Convent. Doctor Theologus, & in Gymnaſio Mediolanenſi Regens, Epiſcopus Montis Marani, edidit:

Reſolutionem Doctrinæ Scoticæ, in qua quidquid Doctor Subtilis circa ſingulas, quas excogitat quæſtiones, ſentiat, etſi oppoſitum alij opinentur, brevibus oſtenditur. Ticini apud Paulum Mejottum, anno 1593. in 4. Alia editio prodijt in 8. Lugduni multo correctior, anno 1643. ex officina Joannis Amati Candy. Vidi.

Connexionem Evangeliorum Quadrageſimalium, & Pſalmorum. Romæ typis Guilielmi Facciotti 1631. In 4. Regali. Vidi.

Conciones Sabbatorum de excellentijs B. Mariæ Virginis ex Evangeliſtis, & Cantico Virginali. Ibidem. Vidi.

Adventuale recitatum in S. Petro apud Urbem. Neapoli 1631. in 4. Ex noſtro Alva, col. 369. ſuæ Militiæ.

ELIAS DE ANNIBALDIS. Vide *Elias Nabinalis.*

ELIAS DE BOURDEILLE, Gallus, Arnaldi Vicecomitis Bourduellij Pro-Regis in Provincia Petragoricenſi, & Joannæ Chambarlacenſis, clariſsimi ſanguinis conjugum filius, annos natus decem poſt frequentia colloquia cum P. Petro de Cambort Franciſcano in Caſtro Agonancenſi inſtituta, Regulam D. Franciſci (reluctante licet matre) profeſſus, in Cœnobio Toloſano ſtrenuam, tùm Philoſophicis, tùm Theologicis ſtudijs operam dedit, ita diligentèr, vt anno ætatis decimonono Theſes Theologicas octo dierum ſpatio propoſitas in Capitulo Generali illic celebrato ſuſtinuerit. A Nicolao V. creatus Epiſcopus Petragoricenſis, natus annos dumtaxat viginti quatuor, obicem minoritatis oppoſuit; ſed Pontifex ſublatum voluit diſpenſatione. Inde translatus ad Archiepiſcopatum Turonenſem creatus eſt à Sixto IV. Presbyter Cardinalis tit. S. Luciæ in Silice, miſſuſque eſt galerus, licèt abſenti, ad cujus aſpectum, ille nullum lætitiæ edidit ſignum. Scripſit:

Pro Pragmaticę Sanctionis abrogatione, & de poteſtate Papę, lib. 1. Toloſæ 1518.

Tractatum de Concordato circa beneficia Galliæ.

Decreta contra dejerantes, quos pœnis varijs perſecutus eſt ſemper.

Sermones Sacros, plurimos, & vtiles. Aliaque nonnulla. Obijt miraculis clarus die 5. Julij, anno 1484. ſepultus in Eccleſia Cathedrali Turonenſi omnium mœrore. Meminere de eo Arturus, Uvadingus, & pluribus Georgius Joſephus Eggs in ſua Bibliotheca Purpurea. Ejus in laudem accinebat quidam Minorita:

Gallia, quem peperit præclara inſignia gentis;
Aurea fert meritò lilia, deindè Roſas.

ELIAS

ELIAS CORTONENSIS, S. P. N. Franciſci Diſcipulus, & Generalatu ſucceſſor, Vir variæ fortunæ, ſed aliundè doctus, & humana ſapientia clarus, ſcripſit anno 1626. ad vniverſas Ordinis Provincias:

De morte S. P. N. Franciſci Epiſtolam gravem, in qua ejus eruditio in Sacris Scripturis apparet, & erga ſuum Inſtitutorem pietas filialis declaratur. Eam habes apud Uvadingum, tom. 1. Annal. & Chronologiam Ordinis, fol. 2. Hiſpanico autem idiomate apud tom. 1. Chronic. Illuſtriſ. Cornejo, fol. 530. Obijt anno 1253. Cortonæ (de quo vide tomum 2. Annalium, num. 30.) extrà Ordinem; ſed pœnitens. Non eſt igitur ille, qui ſepultus eſt Veſuntione anno milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto, vt optimè Chiflerius infert, & duos fuiſſe ſuſpicatur.

ELIAS N. natione Gallus, ex Tertiarijs Regularibus, proprio idiomate emiſsit:

Hiſtoriam Ordinum Mendicantium, Militarium, ac Congregationum Sacularium. Pariſijs 1721. litteris Joannis Baptiſtæ in 4. Conſule Memorias Trevoux in menſe Novembri, pag. 1896.

ELIAS NABINALIS (alijs, ſed non rectè DE ANNIBALDIS, alijs DE S. HEREDIO) Gallus, Provinciæ Aquitaniæ, Sacræ Theologiæ Magiſter, anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo, à Clemente VI. tribus inſignitus dignitatibus Archiepiſcopatus Nicoſienſis, Patriarchatus Jeroſolymitani, & Cardinalatus tituli S. Vitalis, tandemque ſub Urbano V. factus Sacri Collegij Decanus, Epiſcopus Oſtienſis, & Veliteranus ſcripſit:

In quatuor libros Sententiarum Commentaria.

In Apocalypſim.

De Vita contemplativa, & alia. Circa cognomen, & tempus ad Cardinalatum aſſumptionis, titulum, quem habuit, Eccleſias, quas rexit, diem, quo obijt, diſcordant Authores, quorum ſententiam examinavit Uvadingus, tom. 3. Annal. ad annum Chriſti 1342. num. 4. Obijt Avenione 4. Nonas Octobris, anno 1363. ſepultus ad Minores. Laudatur à Caſtaneo de Cardinalibus Scriptoribus, Poſſevino, & Jacobo Le-Long, fol. 874. ſuæ Bibliothecæ Sacræ.

ELIAS PETIOT, Gallus, Conventus Engoliſmenſis, Doctor Pariſienſis, ſcripſit Gallicè:

Adverſus Langarium hæreticum, Miniſtrum Cognacenſem. Extat hujuſce mentio apud Uvadingum, & Lequile, tom. 2. Terlegiſlat. tract. 6. lib. 11.

ELIGIUS BASSEUS, Capuccinus, natione Belga, Provinciæ Vallonïæ alumnus, Vir, ait Genuenſis, pag. 97. in moralibus doctrinis noſtro ævo ſatis notus; qui pluribus naturæ, & gratiæ prærogativis inter multos excellens, Regularis Obſervantiæ, & Obſervantioris profeſsionis æmulator, compoſitis moribus, & vitæ integritate fuit ſemper laudabilis; inter multa laboris ſui, ſuo ingenio, & genio digna opera, & ſtudio profutura poſteritati; confecit, & in lucem emiſit duo volumina in folio Theologiæ Moralis, quibus hunc appoſuit titulum:

Flores totius Theologiæ Practicę, tùm Sacramentalis, tùm Moralis ex probatiſsimis Doctoribus fideli manu collecti. Primus tomus prodijt primùm Antuerpiæ apud Petrum Bellerum, anno 1643. ſecundò ibidem 1645. tertiò Venetijs 1648. & poſtremò Lugduni 1653. ſumptibus Hieronymi de la Garde. Vidi. Secundus tomus, qui eſt Supplementum primi, prodijt Lugduni ſumptibus Laurentij Aniſſon, & Joannis Baptiſtæ Devenet 1659. & noviſſimè novo ordine Alphabetico compilati, & locupletati prodierunt, ibidem 1663. Vidi.

ELIGIUS HARDUINUS A S. JACOBO, Gallus, ex Recollectis Provinciæ S. Dionyſij, Diffinitor, libellum emiſit:

De imperio Chriſti Domini patientis. Ex Annalibus hujus Provinciæ, fol. 215. M.S. apud Archivium Ordinis Matritenſe.

ELISABETH ASTORCTI, Hiſpana, vna ex Monialibus Capuccinis Barcinonenſis Conventus, vernaculè ſcripſit

Vitam V. Matris Angela Margarita Seraphina Fundatricis Monialium Capuccinarum in Hiſpania. Prodijt auctior Barcinone ex officina Catharinæ Mathevad 1653. in 4. ſtudio Fr. Laurentij de Zamora Ciſtercienſis, conſulendi, fol. 203. prædicti operis. Vidi.

ELISABETH AUTA, Luſitana, genere clara; fuit enim filia Marchionis Alegretenſis, & profeſsione Clariſſa in Cœnobio Ulyſſiponenſi Matris Dei, ſtylo ſignavit:

Relationem mirandi obitus V. ac Illuſtriſsima Matris Maria Magdalena à Jeſu, Comitis de Briceira filię, ac laudati Monaſterij Abbatiſſa. Aſſervatur M. S. Ulyſi-

 Ea po-

pone in Bibliotheca Comitis de la Ericeira.

ELISABETHA DE FARNESIO, Marchionis de Saragna in Lombardia filia, Monialis Clariſſa, compoſuit:

Sacra Poemata, quæ vnà cum Poeticis operibus ſuæ Sororis Franciſcæ de Farneſio ejuſdem Inſtituti alumnæ excudit Venetijs, Joannes Jacobus Hertz 1679. Lege Petrum Antonium de Venetia, tom. 2. part. 2. cap. 3. ſui Hortuli Seraphici.

ELISABETH LOSA, litteris Græcis, Latinis, & Hæbraicis, & quod maximum in Sacra Theologia verſatiſsima, in Italiam remeans, Xenodochium fundavit, ſub auſpicio Dominæ noſtræ de Loreto: poſteà habitum S. Claræ induit, quo ſub Inſtituto animam ſuam Creatori reddidit. *Multa pretioſa ſcripta* reliquit; ſed ob injuriam temporum, ſeù potius ob incutiam communiſsimam, memoria eorum evanuit, vti obſervavit idem Venetia præcitatus, ibidem.

ELISABETH MARIA A PASSIONE, Sicula, in ſæculo Eliſabeth Morſo, & Lancea, ſanguine clara, Antonij Morſo Gibillini Marchionis ſponſa fuit, mortuo verò Antonio, eodem die, quo ſepulturæ ejus corpus traditum fuit, ſtatim ad Monialium S. Mariæ omnium Gratiarum Monaſterium (vulgò *S. Viti*) ſub S. Franciſci Regula degentium convolavit. Ibi aſperrimam vitam per aliquot annos duxit, cui pretioſa mors ſecuta eſt 8. Junij 1639. Miraculis adhùc claret, teſte Authore Bibliothecæ Siculæ. De ea mentionem faciunt præter allegatos Fortunatus Huever in Monologio Franciſcano 24. Martij, vbi mendoſe Eliſabeth Siſala vocatur, & Joannes Bonifacius Bagatta in admirandis Orbis Chriſtiani, tom. 2. lib. 6. cap. 3. §. 5. num. 39. Scripſit Italicè:

Spirituales litteras. Has primum edidit cum ejus vita Bernardus Collis, Panormi typis Nicolai Bua, & Michaelis Portanova 1641. in 8. & iterùm cum alijs in lucem emiſsit vnà cum ipſius vita Franciſcus Sclafani, ibidem typis Joannis Baptiſtæ Aiccardi 1706. in 4.

ELISABETH A MEDINA, Hiſpana, Tertij Ordinis Franciſcani filia, omnium virtutum genere, illuſtrationibus, varijſque donis ſupernaturalibus prædita, ad ſuum V. conſanguineum Fr. Franciſcum de Medina, gravem conſcripſit:

Epiſtolam Aſceticam Symbolicam. De ipſa agit Hiſtoricus Diſcalceatæ Provinciæ S. Joannis, tom. 2. fol. 256. Floruit anno 1636.

ELISABETH DE VILLENA (in ſæculo Leonora) Hiſpana ex Valentino Regno genere illuſtris, Abbatiſſa Clariſſarum Valentini Conventus Sanctiſsimæ Trinitatis, ſtylo ſignavit:

Sermones varios idiomate proprio, ſed excuſi non fuere. Item volumen magnum in fol. eadem lingua conſcripſit, ſub titulo:

Vita Chriſti. Prodijt primò Valentiæ, ex officina Lupi de la Roca 1497. die 22. Auguſti. Secundò ibidem per Georgium Coſtilla 12. Octobris 1513. Tertiò Barcinone apud Carolum Amoros 1527. Vidi. Claruit anno 1490. Fragmentum capitis primi, in quo agit de Immaculatæ Conceptione Virginis, habes apud Bibliothecam Valentinam, pag. 42. vbi pluribus de ea, à Nicolao Antonio, & Uvadingo illaudata.

ELISEUS DE BELLAGRANDIS, Capuccinus, ab Oriano in Italia, Theologus, Juris vtriuſque Doctor, ac ſuæ Provinciæ Brixienſis Provincialis Miniſter, Vir religioſis virtutibus, ac ſingulari prudentia inſignis, ſcripſit, ac edidit teſte Genuenſi, pag. 92.

Compendium rerum criminalium theoricè, ac practicè digeſtum. Venetijs ex officina Petri Antonij Brigontij 1672. tom. 1. in 4. Scripſit etiam:

Quaſtionum criminalium ſtylo ſcholaſtico digeſtarum volumina duo in folio. De horum impreſsione dubitat laudatus Author. Obijt devotiſsimè anno 1675.

ELISEUS PESENTIUS, Italus, Bergomenſis Provinciæ Brixienſis Minorum Capuccinorum alumnus, in Sanctæ Linguæ ſtudio, poſt Theologicas diſputationes, tantum profecit, & excelluit, ait Fr. Dionyſius Genuenſis, fol. 98. ſuæ Bibliothecæ vt non ſolùm per totam triginta annorum ſeriem illam quotidiè publicè explicaverit, quinimò propter explicationum ſubtilitatem, ſenſuum acumen, verſionum excellentiam, vocum interpretationem, omnes alios Doctores, qui ante illum Gloſſas, Lexica, & Dictionaria de Lingua Sancta ſcripſerunt, longè ſuperare communi omnium opinione, ſingulari præconio fuerit exiſtimatus. Extant de hac veritate præclatiſsima monumenta in ingentibus voluminibus, quæ M. S. reliquit poſteritati, ſuamque Brixienſem Bibliothecam decorantibus, in quibus ſignificationes, Arcana, Myſteria, Ethymologias commentando, ſimùl & explicando; etiam inſtrumenta ad formandas, & ar-

articulandas in eadem lingua voces exhibet. Ejus igitur opera ita prænotantur:

Sal Eliſei Viri Divini, ſivè, *Dictionarium Hebraicum*, ſtudio, ac labore Fr. Eliſei Peſentis Bergomatis Capuccini Theologi confectum, & in quatuor tomos in fol. diſtributum, atque diſſectum.

Favus mellis ex floribus delibatus. Horti clauſi, ſivè, *Grammatica Hebrea*, Authore, Lectore, & opifice Fr. Eliſeo Peſente Bergomate Capuccino, Theologo, Oratore Eccleſiaſtico, tom. 1. in fol.

Anotomia Alphabeti Hebraici, addita Phyſica pronuntiationis, & ratione ſymbolica litterarum, tom. 1. in fol.

Cabala Proſelyta, *&* *Cana*, tom. 1.

Canones Grammaticales, unà cum Scripturalibus advertentijs ad legitimam Sacræ Scripturæ intelligentiam, tom. 1. in 4.

Tropi, *Figuræ*, *&* *Schemmata Linguæ Sanctæ*, tom. 1.

Phraſes communes, *&* *vulgares*, *&* *claves Sacrorum Arcanorum*, *atque Myſteriorum*, tom. 1.

Methodus ad difficultates Scripturales diſſolvendas, *additis varijs obſervationibus*, tom. 1. in 4.

Parœneſis ad Doctores, *&* *Diſcipulos Habræorum*, tom. 1.

Lectiones de antiquitate, *nobilitate*, *neceſſitate*, *&* *facilitate Linguæ Sanctæ*, tom. 1.

Commentaria litteraria ſuper Pſalmos, tom. 1. Obijt anno 1637. Laudatur à Donato Calvo, lib. 2. ſuæ Scenæ Litterariæ. A Joanne Baptiſta Clerico Regulari, inquit laudatus Fr. Dionyſius Genuenſis ibidem, Ambroſio Calepino, Viro incomparabili fuit coæquatus in hoc nobili, & eruditorum Epigrammate, quod initio ſuorum operum appoſuit.

Bergomeæ Ambroſius quondam Urbis Civis, altis
Auguſtini aluit, quem Sacra Eremus agris,
Explicuit voces libro uberiore latinas,
Auſonidum haud paſſus ſcripta latere virum;
At nunc Bergomea Civis Peſentus in ora
Altera Franciſci, quem nova Eremus alit;
Eruit, explicuitque novo myſteria libro
Abdita Judaicis, quæ latuere notis.
Ut par ſit labor, atque opus utriuſque prophanis;
Ille tamen ſtudijs profuit, iſte ſacris.
Ille etiam externa magis auctus luce niteſcit;
Externa alterius non eget iſte face.

ELISEUS VIROLENSIS, Italus, Provinciæ Brixienſis Minorum Capuccinorum filius, Vir omnigenæ perfectionis exemplar, atque in devotione erga Sacratiſsimam Deiparam excellens, Italicè ſcripſit in ejuſdem Dei Genitricis honorem:

Hymnos plures diverſi generis, impreſſos Brixiæ, & alibi abſque ejus nomine. Fides ſit penès Genuenſem, pag. 100. ſuæ Bibliothecæ. Prænuntiato ſuæ mortis die, ac miraculis clarus curſum conſummavit anno 1625. cujus vitam ad eumdem annum deſcribit Marcellinus de Piſe, tom. 3. Annalium Capuccinorum.

ELZEARIUS DOMBARIENSIS, Gallus, Tertij Ordinis, Viſitatoris Generalis ſocius, & à Secretis, edidit:

Collectionem, *&* *compilationem Privilegiorum Apoſtolicorum FF. &* *Sororum de Pœnitentia Tertij Ordinis S. Franciſci, tam Regularis, quàm ſtrictioris Obſervantiæ*. Lugduni apud Claudium Morillon 1614. Hæc Uvadingus. Scripſit inſuper Gallicè:

Manuale pro Tertiarijs Regularis Sancti Franciſci. Ibidem 1647. in 12. Hunc celebrant Elzearium Bordonius, Veronenſis in Annalibus Tertij Ordinis, Author Gallus Hiſtoriæ omnium Ordinum initio tomi primi, & Lenglet tomo 3. in Catalogo Hiſtoricorum, pag. 158.

ELZEARIUS A MIRTO, Italus, Provinciæ Siculæ Tertiariorum Regularium Diffinitor, ſermone Italico prælo dedit:

Vitam, *&* *geſta V. Fr. Vincentij Ferrerij*

ſone in Bibliotheca Comitis de la Ericeira.

ELISABETHA DE FARNESIO, Marchionis de Saragna in Lombardia filia, Monialis Clariſſa, compoſuit:

Sacra Poemata, quæ vnà cum Poeticis operibus ſuæ Sororis Franciſcæ de Farneſio ejuſdem Inſtituti alumnæ excudit Venetijs, Joannes Jacobus Hertz 1679. Lege Petrum Antonium de Venetia, tom. 2. part. 2. cap. 3. ſui Hortuli Seraphici.

ELISABETH LOSA, litteris Græcis, Latinis, & Hæbraicis, & quod maximum in Sacra Theologia verſatiſsima, in Italiam remeans, Xenodochium fundavit, ſub auſpicio Dominæ noſtræ de Loreto: poſteà habitum S. Claræ induit, quo ſub Inſtituto animam ſuam Creatori reddidit. *Multa pretioſa ſcripta* reliquit; ſed ob injuriam temporum, ſeù potius ob incuriam communiſsimam, memoria eorum evanuit, vti obſervavit idem Venetia præcitatus, ibidem.

ELISABETH MARIA A PASSIONE, Sicula, in ſæculo Eliſabeth Morſo, & Lancea, ſanguine clara, Antonij Morſo Gibillini Marchionis ſponſa fuit, mortuo verò Antonio, eodem die, quo ſepulturæ ejus corpus traditum fuit, ſtatim ad Monialium S. Mariæ omnium Gratiarum Monaſterium (vulgò *S. Viti*) ſub S. Franciſci Regula degentium convolavit. Ibi aſperrimam vitam per aliquot annos duxit, cui pretioſa mors ſecuta eſt 8. Junij 1639. Miraculis adhùc claret, teſte Authore Bibliothecæ Siculæ. De ea mentionem faciunt præter allegatos Fortunatus Huever in Monologio Franciſcano 24. Martij, vbi mendoſe Eliſabeth Siſala vocatur, & Joannes Bonifacius Bagatta in admirandis Orbis Chriſtiani, tom. 2. lib. 6. cap. 3. §. 5. num. 39. Scripſit Italicè:

Spirituales litteras. Has primum edidit cum ejus vita Bernardus Collis, Panormi typis Nicolai Bua, & Michaelis Portanova 1641. in 8. & iterùm cum alijs in lucem emiſsit vnà cum ipſius vita Franciſcus Sclafani, ibidem typis Joannis Baptiſtæ Aiccardi 1706. in 4.

ELISABETH A MEDINA, Hiſpana, Tertij Ordinis Franciſcani filia, omnium virtutum genere, illuſtrationibus, varijſque donis ſupernaturalibus prædita, ad ſuum V. conſanguineum Fr. Franciſcum de Medina, gravem conſcripſit:

Epiſtolam Aſceticam Symbolicam. De ipſa agit Hiſtoricus Diſcalceatæ Provinciæ S. Joannis, tom. 2. fol. 256. Floruit anno 1636.

ELISABETH DE VILLENA (in ſæculo Leonora) Hiſpana ex Valentino Regno genere illuſtris, Abbatiſſa Clariſſarum Valentini Conventus Sanctiſsimæ Trinitatis, ſtylo ſignavit:

Sermones varios idiomate proprio, ſed excuſi non fuere. Item volumen magnum in fol. eadem lingua conſcripſit, ſub titulo:

Vita Chriſti. Prodijt primò Valentiæ, ex officina Lupi de la Roca 1497. die 22. Auguſti. Secundò ibidem per Georgium Coſtilla 12. Octobris 1513. Tertiò Barcinone apud Carolum Amoros 1527. Vidi. Claruit anno 1490. Fragmentum capitis primi, in quo agit de Immaculatæ Conceptione Virginis, habes apud Bibliothecam Valentinam, pag. 42. vbi pluribus de ea, à Nicolao Antonio, & Uvadingo illaudata.

ELISEUS DE BELLAGRANDIS, Capuccinus, ab Oriano in Italia, Theologus, Juris vtriuſque Doctor, ac ſuæ Provinciæ Brixienſis Provincialis Miniſter, Vir religioſis virtutibus, ac ſingulari prudentia inſignis, ſcripſit, ac edidit teſte Genuenſi, pag. 92.

Compendium rerum criminalium theoricè, ac practicè digeſtum. Venetijs ex officina Petri Antonij Brigontij 1672. tom. 1. in 4. Scripſit etiam:

Quæſtionum criminalium ſtylo ſcholaſtico digeſtarum volumina duo in folio. De horum impreſsione dubitat laudatus Author. Obijt devotiſsimè anno 1675.

ELISEUS PESENTIUS, Italus, Bergomenſis Provinciæ Brixienſis Minorum Capuccinorum alumnus, in Sanctæ Linguæ ſtudio, poſt Theologicas diſputationes, tantum profecit, & excelluit, ait Fr. Dionyſius Genuenſis, fol. 98. ſuæ Bibliothecæ vt non ſolùm per totam triginta annorum ſeriem illam quotidiè publicè explicaverit, quinimò propter explicationum ſubtilitatem, ſenſuum acumen, verſionum excellentiam, vocum interpretationem, omnes alios Doctores, qui ante illum Gloſſas, Lexica, & Dictionaria de Lingua Sancta ſcripſerunt, longè ſuperare communi omnium opinione, ſingulari præconio fuerit exiſtimatus. Extant de hac veritate præclariſsima monumenta in ingentibus voluminibus, quæ M. S. reliquit poſteritati, ſuamque Brixienſem Bibliothecam decorantibus, in quibus ſignificationes, Arcana, Myſteria, Ethymologias commentando, ſimùl & explicando; etiam inſtrumenta ad formandas, & ar-

articulandas in eadem lingua voces exhibet. Ejus igitur opera ita prænotantur:

Sal Eliſei Viri Divini, ſivè, *Dictionarium Hæbraieum*, ſtudio, ac labore Fr. Eliſei Peſentis Bergomatis Capuccini Theologi confectum, & in quatuor tomos in fol. diſtributum, atque diſſectum.

Favus mellis ex floribus delibatus. Horti clauſi, ſivè, *Grammatica Hæbrea*, Authore, Lectore, & opifice Fr. Eliſeo Peſente Bergomate Capuccino, Theologo, Oratore Eccleſiaſtico, tom. 1. in fol.

Anotomia Alphabeti Hæbraici, addita Phyſica pronuntiationis, & ratione ſymbolica litterarum, tom. 1. in fol.

Cabala Proſelyta, & Cana, tom. 1.

Canones Grammaticales, unà cum Scripturalibus advertentijs ad legitimam Sacræ Scripturæ intelligentiam, tom. 1. in 4.

Tropi, Figuræ, & Schemmata Linguæ Sanctæ, tom. 1.

Phraſes communes, & vulgares, & claves Sacrorum Arcanorum, atque Myſteriorum, tom. 1.

Methodus ad difficultates Scripturales diſſolvendas, additis varijs obſervationibus, tom. 1. in 4.

Parænesis ad Doctores, *& Diſcipulos Hæbreorum*, tom. 1.

Lectiones de antiquitate, nobilitate, neceſsitate, & facilitate Linguæ Sanctæ, tom. 1.

Commentaria litteraria ſuper Pſalmos, tom. 1. Obijt anno 1637. Laudatur à Donato Calvo, lib. 2. ſuæ Scenæ Litterariæ. A Joanne Baptiſta Clerico Regulari, inquit laudatus Fr. Dionyſius Genuenſis ibidem, Ambroſio Calepino Viro incomparabili fuit coæquatus in hoc nobili, & erudito Epigrammate, quod initio ſuorum operum appoſuit.

Bergomeæ Ambroſius quondam Urbis Civis, altis
Auguſtini aluit, quem Sacra Eremus agris,
Explicuit voces libro vberiore latinas,
Auſonidum haùd paſſus ſcripta latere virum:
At nunc Bergomea Civis Peſentus in ora
Altera Franciſci, quem nova Eremus alit,
Eruit, explicuitque novo myſteria libro
Abdita Judaicis, quæ latuere notis.
Ut par ſit labor, atque opus vtriuſque prophanis,
Ille tamen ſtudijs profuit, iſte ſacris.
Ille etiam externa magis auctus luce niteſcit:
Externa alterius non eget iſte face.

ELISEUS VIROLENSIS, Italus, Provinciæ Brixienſis Minorum Capuccinorum filius, Vir omnigenæ perfectionis exemplar, atque in devotione erga Sacratiſsimam Deiparam excellens, Italicè ſcripſit in ejuſdem Dei Genitricis honorem:

Hymnos plures diverſi generis, impreſſos Brixiæ, & alibi abſque ejus nomine. Fides ſit penès Genuenſem, pag. 100. ſuæ Bibliothecæ. Prænuntiato ſuæ mortis die, ac miraculis clarus curſum conſummavit anno 1625. cujus vitam ad eumdem annum deſcribit Marcellinus de Piſe, tom. 3. Annalium Capuccinorum.

ELZEARIUS DOMBARIENSIS, Gallus, Tertij Ordinis, Viſitatoris Generalis ſocius, & à Secretis, edidit:

Collectionem, & compilationem Privilegiorum Apoſtolicorum FF. & Sororum de Pœnitentia Tertij Ordinis S. Franciſci, tàm Regularis, quàm ſtrictioris Obſervantiæ Lugduni apud Claudium Motillon 1614. Hæc Uvadingus. Scripſit inſupèr Gallicè:

Manuale pro Tertiarijs Regularis Sancti Franciſci. Ibidem 1647. in 12. Hunc celebrant Elzearium Bordonius, Veronenſis in Annalibus Tertij Ordinis, Author Galius Hiſtoriæ omnium Ordinum initio tomi primi, & Lenglet tomo 3. in Catalogo Hiſtoricorum, pag. 158.

ELZEARIUS A MIRTO, Italus, Provinciæ Siculæ Tertiariorum Regularium Diffinitor, ſermone Italico prælo dedit:

Vitam, & geſta V. Fr. Vincentij Ferre-

rij, ejuſdem Inſtituti. Panormi apud Joſephum Gramignanum 1649. in 4. Vidi.

ELZEARIUS SALIERES, Gallus, Lector Theologus, ac Pater Provinciæ Recollectorum Avinionenſium, ſermone patrio emiſsit:

Occupationes diarias Chriſtiani, unà cum varijs pijs opuſculis. Editio 2. quam vidi, facta eſt Maſsiliæ typis Claudij Garcin 1684. in 12.

Reflexiones ad veram pœnitentiam, unà cum exercitijs diarijs veri Chriſtiani. Ibidem in 12. Vidi.

EMMANUELA A SANCTISSIMA TRINITATE, Hiſpana, ex Monialibus Diſcalceatis Salmantinis, tertiò Abbatiſſa, Virgo virtutibus eximia, ac fama ſanctitatis illuſtris, vernaculè ſcripſit:

Hiſtoriam Conventus Puriſsimæ Conceptionis Excalceatarum S. Franciſci Salmanticenſium. Prodijt in eadem Urbe ex officina Mariæ Eſtevez 1696. in 4. Vidi.

EMMANUEL ALCONCHEL, Hiſpana, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum, in S. Gabrielis Provincia Novitiorum Moderator, in domo Hiſpalenſi ſcripſit:

Regimen vitæ ſpiritualis. Hiſpali anno 1612.

Tractatum de Oratione Mentali, qui à ptimo indiſtinctum credidit Nicolaus Antonius, & Balthaſar de Medina. Conſule Antonium Truxillo, tom. 2. Chronic. præfatæ Provinciæ, lib. 8. cap. 24.

EMMANUEL ALVAREZ, Hiſpanus, ex Provincia Conceptionis Regularis Obſerv. Concionator Conventualis Abulenſis Conventus, communem fecit vernaculè:

Panegyrim de Laudibus S. Fructi ad Eccleſiam Segovienſem. Segoviæ per Bernardinum de Hervada 1668. in 4. Vidi.

EMMANUEL AB ANGELIS, Luſitanus, Concionator Prov. Tertiariorum Regularium illius Regni ſuæque Curiæ Commiſſarius, edidit:

Triumphum Sacratiſsimæ Virginis Mariæ Dominæ noſtræ conceptę ſine peccato originali. Ulyſsipone apud Laurentium Craesbeeck 1638. in 4. Vidi. Ad finem libri extant *varia carmina* Hiſpanico idiomate in laudem Immaculatæ Conceptionis. Habentur quoque ejus initio: *Hymni 4. de eodem Myſterio.* Primus incipit:

O prædicanda Fœmina
Sublimis inter ſydera,
A Matris Evæ crimine
Te confitemur liberam.

Inſuper, ſermone patrio evulgavit:

Hiſtoriam univerſalem Regnorum Mundi. Conimbricæ per Emmanuelem Diaz 1651. in 4. Vidi.

Doctrinam Moralem, ac Politicam prædicabilem pro Mundi gubernio. Ulyſsipone litteris Michaelis Deslandes 1693. in fol. Vidi. Hunc, ſed immeritò, nonnulli appellant *Antonium ab Angelis.*

EMMANUEL A S. ANTONIO, Hiſpanus, ex Oppido Fuente la Peña in Veteri Caſtella Provinciæ S. Pauli Minor. Diſcalceatorum filius, Collegio Saguntino Miſsionariorum aggregatus, Vir pius, ac zelo animarum inſignis, M.S. reliquit:

Doctrinam Chriſtianam, ac Sermones varios pro Miſsionarijs. Opera ſanè Apoſtolicis Concionatoribus perutilia, à nonnullisque, magna diligentia exſcripta. Extat ejus honorica mentio apud tom. 1. Chronic. Provinciæ S. Pauli, folio 121. num. 261.

EMMANUEL ASSENSIO ESCUDERO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Conceptionis, Eccleſiaſtes, ac Tertiariorum Viſitator, vernaculè eorum in gratiam publicavit:

Summarium Indulgentiarum Tertij Ordinis Franciſcani, unà cum ejus Regula, ac Sacra Novena S. P. N. Franciſci. Pinciæ in officina Joſephi de Rueda 1721. in 32. Vidi.

EMMANUEL A S. ATHANASIO, natione Luſitanus, ſtrictioris Obſervantiæ Profeſſor in Diſcalceata S. Aotonij Provincia, ejus Theologus, ac Pater, necnon S. Officij Qualificator, communem fecit non ſpernendæ authoritatis:

Concionem gratulatoriam, pro quodam Indulto Innocentij XI. Pontif. Max. pro electione cujuſdam Cardinalis, &c. Ulyſsipone per Michaelem Maneſcal, anno 1688. in 4. Vidi.

EMMANUEL A S. BERNARDINO, Luſitanus, Cuſtos Provinciæ Portugalliæ Regul. Obſerv. ac propoſitionum ad S. Tribunal Fidei ſpectantium Cenſor, publici juris fecit, vernaculè, Orationem gratulatoriam:

De Exaltatione Benedicti XIII. Pontificis Maximi in populo gravi habitam. Ulyſsipone prodijt ex officina Paſchalis à Sylva 1725. in 4. Vidi.

EMMANUEL BENTURA DE LYZARZA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Mexicanæ S. Evangelij, ejus Pro-Miniſter, & à Secretis Ordinis, in publicum miſsit:

Pa-

Panegyrim de S. P. N. Franciſco. Mexici 1674. Laudatur à Ventancurt in de incrementis glorioſis laudatæ Provinc. ab anno 1600. vſque ad 1681.

EMMANUEL A CONCEPTIONE, Luſitanus, Apoſtolicus Concionator Provinciæ Algarbiorum Regul. Obſervant. ac Cuſtos, vernaculè emiſsit:

Expoſitionem Regulæ Seraphicæ. Ulyſsipone per Dominicum Carneyro 1689. in 16.

Enchiridion judiciale Ordinis Fratrum Minorum, Latinè. Ibidem typis Emmanuelis Lopez Ferreyra 1693. in 4. Vidi.

EMMANUEL A CONCEPTIONE, alter, Luſitanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Algarbiorum, Vicarius Chori Jubilatus, publici juris fecit ſermone patrio:

Cæremoniale Romano-Seraphicum. Ulyſsipone per Jacobum de la Araud 1730. in fol. Vidi.

Manuale Romano-Seraphicum. Ibidem, eiſdemque formis in 4. Vidi.

EMMANUEL A S. DAMASO, Luſitanus, munere Eccleſiaſtes, & à Secretis Provinciæ Portugalliæ Regul. Obſerv. vernaculè ſcripſit, ac edidit, teſte Fr. Ferdinando à Solitudine, part. 5. Chronic. laudatæ Provinciæ, Apologiam eruditam, ſub titulo:

Veritas elucidata, ac falſitas convicta. Propugnat in eo Illuſtriſs. D. D. Didacum de Sylva, Bracharenſem Archiepiſcopum, ac primum Inquiſitorem Generalem Luſitani Regni, Minoritam ex Diſcalceatis Provinciæ Pietatis fuiſſe. Prodijt Ulyſsipone ex officina Muſicæ 1730. in folio. Emiſsit inſuper:

Summarium Indulgentiarum conceſſarum Minoritis pro Canonizatione Sanctorum Jacobi de Marchia, ac Franciſci Solano. Editio 2. vnà cum duabus Appendicibus facta eſt ibidem typis Petri Ferreyra anno 1727. in 16.

Vitam S. Margaritæ à Cortona, Tertiariæ Franciſcanæ, ex Caſtellano Luſitanam fecit, ac edidit ibidem formis Joſephi Maneſcal 1721. in 8.

Epitome Indulgentiarum conceſſarum Archiconfraternitati Chordigerorum S. P. N. Franciſci. Ibidem, eiſdemque typis 1720.

Epilogum gratiarum conceſſarum Archiconfraternitati Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis. Ibidem ex typographia Paſchalis de Sylva 1722.

EMMANUEL A DEO, Luſitanus, in Oppido Amiyeira nullius Diœceſis natus, ex Apoſtolicis Concionatoribus Religioſiſsimi Seminarij de Varatojo in Portugalliæ Regno, zelo animarum ductus, vernaculè conſcripſit perutile volumen, ac in publicum miſsit ſub titulo:

Peccator in viam veritatis converſus. Ulyſsipone ex typographia Michaelis Rodriguez anno 1728. in 8. Vidi. Perutilem quoque librum inſcriptum:

Devotus in Templo. Ibidem in 8. anno 1730. quo devixit exemplaritaris nota clarus.

EMMANUEL EVANGELISTA, Luſitanus, Regul. Obſerv. Prov. Algarbiorum, Lector Jubilatus, ac S. Officij Qualificator, typis commiſsit à ſe habitam:

Orationem in publico Actu Fidei. Conimbricæ per Nicolaum Carvallo 1619. in 4. Vidi.

EMMANUEL FELIX CARVAJAL, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Profeſſor in Malacenſi Conventu Regul. Obſerv. Provinciæ Bæticæ communes fecit nonnullas Conciones. Vidi dumtaxàt:

Orationem funebrem in Obitu Illuſt. D. D. Fr. Franciſci a S. Joſepho, Epiſcopi Malacenſis. Excudit ibidem Vidua Hidalgo anno 1713. in 4.

EMMANUEL FERNANDEZ DEL RIO, Hiſpanus, Prov. Burgenſis Regul. Obſerv. filius, Lector Jubilatus, Cuſtos, à Secretis Ordinis in Romana Curia, Generalis Commiſſarius Hieroſolymitanæ Cuſtodiæ, ac ſuper Cauſa Beatificationis, & Canonizationis V. Matris Mariæ Jeſu de Agreda Procurator Generalis, compilavit, ac edidit:

Bullarium Terræ Sanctæ. Romæ prodijt ex typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ 1727. in fol. parvo. Vidi. Inſuper vulgavit:

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis, impreſſam Burgis 1710. in 4. Vidi. Alia emiſit, ſed ſuppreſſo nomine.

EMMANUEL FERNANDEZ SIDRON, ex Oppido Orataba Inſulæ Tenerifenſis, Lector Jubilatus Prov. Canarienſis S. Didaci Regul. Obſervant. opus egregium exaravit Hiſpanico idiomate, nempè:

Expoſitionem Epiſtolarum S. Franciſci de Paula ad Petrum de Limena. Eſt opus eruditiſsimum, quod penès ſe habuit Author anno 1728. & Inſcribi poteſt *Expoſitio Apocalypſis*; ferè enim librum integrum Apocalypſis interpretatur. Ex tela tu laudatæ Provinciæ.

EMMANUEL FRAGUELA, Luſitanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Antonij Portugalliæ alumnus, atque alterius Provinciæ Braſilienſis Cuſtos, edidit Luſitanica lingua:

Ætates hominis, Ulyſsipone. Item:

Obſervationes Mathematicas. Quod opus, moriens, ineditum, ſed perfectum reliquit. Nicolaus Antonius, ac Medina apud meam Bibliothecam Minor. Diſcalceat.

EMMANUEL GODIÑO, Luſitanus, Apoſtolicus Concionator, communem fecit vernaculè:

Vitam V. Fr. Antonij à Plagis, Minoritæ, Fundatoris Seminarij Miſsionariorum de Varatojo. Excudit Michael Deslandes Ulyſsipone 1687. in 4. Vidi.

EMMANUEL GONZALEZ, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Compoſtellanæ, Lector emeritus, ac S. Officij Qualificator,

Varia opera ſcripſit hactenùs mihi ignota. Aſſervari ferunt Salmanticæ in Conventu S. P. N. Franciſci. Emiſsit:

Orationem Eucharisticam pro Natali Ludovici Primi, Hiſpaniarum Regis, habitam ad Sanctæ Inquiſitionis Tribunal. Prodijt Compoſtellæ ex typographia Antonij de Aldemunde 1708. in 4. Vidi.

EMMANUEL GRANATENSIS, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis, Theologus, propoſitionum ad Fidem ſpectantium Cenſor, ac Provincialis Miniſter Provinciæ Granatenſis, prælo dedit:

Orationem de Immaculata Conceptione Virginis, habitam in ſolemni Octiduo. Prodijt cum alijs Granatæ ex officina Franciſci Sanchez 1651. in 4. Vidi. Laudatur à Marracio, ex noſtro Alva in Militia.

EMMANUEL A GRATIA, Luſitanus, Ulyſsiponenſis, ex Provincia Indica S. Thomæ Regul. Obſerv. Theologus, ab Examinibus Synodalibus Goenſis Archiepiſcopatus, & S. Officij Qualificator, ad prælum maturum habebat, anno 1731. egregium

De Cenſuris opus in fol. Ex relatu Fr. Ubaldi à Viſitatione Theologi, ejuſdemque Provinciæ alumni.

EMMANUEL JACOMELLUS, Pinarolienſis, Regul. Obſervantiæ alumnus, Vir pius, ac regularis vitæ amator, ſcripſit:

Compendium Vitæ S. Paſchalis Baylon, impreſſum Saviliani 1622. teſte Andrea Roſſoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij, litt. E.

EMMANUEL DE JAEN, Hiſpanus, Apoſtolicus Concionator, ac Guardianus Conventus Octoduri Provinciæ Caſtellæ Minorum Capuccinorum, opus vtiliſsimum conſcripſit, ac vernaculè publicavit ſub titulo:

Inſtructio ad confeſsionem peculiarem, & generalem unà cum præparationibus ad Sacram Communionem. Editio quinta, quam vidi, prodijt Matriti 1728. in 12. ſumptibus Joſephi Palacios. Acceſsit: *Directio devota pro diario exercitio cujuslibet horæ.*

EMMANUEL JANGUAS, Hiſpanus, in Urbe Guadalaxara natus, emiſsa ſolemni profeſsione Matriti in Conventu Regul. Obſerv. Provinciæ Caſtellæ, Sacriſque Litteris inſtructus, ad converſionem Indorum Cumanagotorum gradum fecit. Quot ad gremium Matris Eccleſiæ in odorem ſuorum exemplorum, ac ſermonum traxerit, quot diſcordias ſedaverit longum erat recenſere. Scripſit in Neophitorum maximam vtilitatem:

Catechiſmum idiomate proprio Cumanagotorum; necnon ligato ſermone eademque lingua:

Carmina multa de Natalicio Chriſti Domini, de Sacratiſsimo Euchariſtiæ Sacramento, de Puriſsima Virgine, alijſque Sanctis. Magnum ſui deſiderium relinquens cum non exigua ſanctitatis opinione obdormivit in Domino in Conventu de Caracas die Aſcenſionis Domini circà annum 1689. Scripſerat etiam:

Artem illius idiomatis, impreſſam Burgis typis Joannis de Viar 1683. in 4. Vidi. Ex Fr. Luca Janguas V. Authoris Germano Fratre à fol. 331. Hiſtoriæ Provinciæ Caſtellæ M. S. apud Archivium Matritenſis Conventus S. P. N. Franciſci. Legi.

EMMANUEL A JESU, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinciæ S. Gabrielis, Vir ſanè morum compoſitione, ac myſtica eruditione nobilitatus, ſcripſit vtiliſsimum:

Tractatum de Oratione Mentali ſatis commendatum à Fr. Joanne à Trinitate, lib. 3. Chron. Provinciæ S. Gabrielis, cap. 70.

EMMANUEL A S. JOANNE, Hiſpanus, Provinciæ S. Pauli Minorum Diſcalceatorum clariſsimus filius, poſt iptius ingreſſum in Provinciam S. Gregorij Philippinarum, ſalutis animarum zelo plenus anno 1694. Sinas ingreſſus, & in Provinciam Kan-tung profectus ibi duas erexit Eccleſias, in quibus Apoſtolico miniſterio deditus, in lucem dedit:

... Pſal-

Pſalterium B. Virginis Mariæ ex D. Bonaventura. Ex Petro de la Piñuela in ſuo Catalogo Religioſorum S. P. N. Franciſci, qui Sinarum Imperium ad Jeſu Chriſti Evangelium prædicandum ingreſsi ſunt, fol. 5.

EMMANUEL JOSEPHUS DE VILLEGAS, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij, ejuſque Procurator in Regia Curia, publicavit in fol. anno 1682.

Quæſtionem Politicam Regularem, Matriti impreſſam. Vidi.

EMMANUEL A S. JOSEPHO, Hiſpanus, Theologus, Diffinitor, ac Cuſtos Diſcalceatæ Provinciæ Sancti Joſephi, Commiſſarius quoque Viſitator Provinc. S. Petri Alcantarenſis in Granatenſi Regno, typis dedit à ſe habitas in Populo gravi:

Orationem funebrem in Obitu Caroli II. Hiſpaniarum Regis. Matriti anno 1701. in 4. Vidi.

Panegyricam Concionem de S. Joanne à Deo, in ejus Canonizatione. Prodijt cum alijs ibidem anno 1693. & habetur folio 305. libri Hiſpanicè inſcripti: *Lauros Panegyricos en la Canonizacion de San Juan de Dios.*

EMMANUEL DE ISLA, Luſitanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum in Provincia S. Antonij Portugalliæ, ſcripſit:

Hiſtoriam ſuæ Provinciæ, velut Supplementum eorum quæ Illuſtriſsimus Gonzaga ſcripſerat, quam apud ſe habuit Vadingus. Ejus memoriam faciunt Nicolaus Antonius, & Medina apud meam Bibliothecam Diſcalceatorum.

EMMANUEL A S. LUDOVICO, Luſitanus, Theologus Jubilatus, ac Ex-Provincialis Miniſter Provinciæ S. Joannis Evangeliſtæ Regul. Obſervantiæ in Terciarijs Inſulis, vernaculè dedit:

Rudimenta Concionatoria, Ulyſsipone apud Joſephum Lopez Ferreyra in 4. 1708. Vidi.

EMMANUEL MAIGNAN, Minorita, conſcripſit:

Diſſertationem Theologicam de uſu licito pecuniæ, impreſſam Lugduni 1675. tomis duobus in 12. Ex Bibliographia Aniſſoniana edita Genuæ 1726.

EMMANUEL A S. MARIA, natione Luſitanus, ex Minoritis Diſcalceatis Provinciæ S. Antonij, Braſilienſis Cuſtos, Guardianum agens Conventus S. Antonij Ulyſsiponenſis, ſcripſit:

De Vocatione Divina volumen eruditum vernaculè prænotatum:

Peregrinus exul. Opus, & Authorem commemorat Fr. Chriſtophorus Ulyſsiponenſis, fol. 11. ſui operis Luſitanicè inſcripti: *Jardin da Sagrada Eſcriptura*, de quo ſuperiùs egi.

EMMANUEL A S. MARTINO, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi alumnus, Eccleſiaſtes, & digniſsimus Cuſtos, typis dedit in 4. librum inſcriptum:

Solemnia Canonizationis S. Petri de Alcantara in Conventu Arenarum celebrata. Prodijt Matriti anno 1670. in 4. Vidi.

EMMANUEL A MATRE DEI, Hiſpanus, Minorita, edidit:

Tractatum ſuper Canticum Magnificat; uti ex Daza, & Alva refert Marracius in Appendice ad ſuam Bibliothecam Marianam.

EMMANUEL A S. MATHIA, Luſitanus, in Provincia S. Thomæ Regul. Obſerv. Divini Verbi inclytus apud Indos Orientis Diſpenſator, (uti narrat Nicolaus Antonius tom. 2. ſuæ Biblioth. Hiſpanæ in Appendice, pag. 322.) egregijs virtutibus claruit Goæ, & per tractus illos gentium barbararum, quæ à Luſitanis viam ſalutis doceri ſolent. Scripſiſſe is dicitur: *Utiliſsima quadam opera ijs qui hoc miniſterio ſe exercent, in quibus dialogiſticè in examen vocat, atque eruditè confutat earum omnes ſuperſtitiones.* Obijt Goæ haud ſine fama ſanctitatis 5. Junij 1632. Qua die in *Agiologio Luſitano* Georgius Cardoſus laudat hominem ejuſque opera totidem ferè verbis ex Paulo à Trinitate ejuſdem Ordinis in libro: *Conquiſta eſpiritual do Oriente* nuncupato.

EMMANUEL MIMBELA, Hiſpanus, Fragæ Ilerdenſis Diœceſis natus, Seraphic. Aragon. Prov. Regul. Obſervant. filius, & Magiſter Studentium, prævio Superiorum Decreto in Occidentalem Indiam Novæ Hiſpaniæ perrexit, ubi Lector Jubilatus S. Inquiſitionis Qualificator, Ex-Diffinitor Prov. Zacharhecarum, Indiarum Procurator Generalis, & electus primùm Epiſcopus de Panamà, ſecundò de Goagaca, & anno 1714. electus, & conſecratus Goadalaxarenſis in Nova Hiſpania Antiſtes eluxit. Dum in Matritenſi Curia Procuratoris Generalis Indiarum miniſterio fungeretur, typis dedit in fol. lingua patria:

Tractatum pro conſervatione Regalium Privilegiorum Minoritis conceſſorum in No-

Nova Hiſpania. Obijt in Goadalaxarenſi Epiſcopali Sede die 4. Maji 1721. ex relatu Aragonenſis Provinciæ.

EMMANUEL MONFORTE, Luſitanus, ex ſtrictiori Obſerv. Diſcalceatorum, Concionator, ac dignus Provincialis Miniſter ſuæ Provinciæ Pietatis in Luſitano Regno, paucis perſtrinxit:

Chronica Provinciæ Pietatis. In publicum miſsit Ulyſsipone Michael Deslandes typographus Regius anno 1696. in 4. Ex relatione laudatæ Provinciæ ad me miſſa anno 1727.

EMMANUEL MONTEMAYOR, Hiſpanus, Concionator, ac Guardianus Conventus de Theba in Provincia Bætica Regul. Obſervantiæ, ſermone Hiſpano conſcripſit:

De Solemnitatibus Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis in Civitate Syngilienſi. Excudit Malacæ Matthæus Lopez Hidalgo, anno 1664. in 4. Vidi.

EMMANUEL A MONTE OLIVETI, Luſitanus, ex Oppido Villa del Conde, Provinciæ Portugalliæ Regul. Obſervant. alumnus, Jubilatus Lector, Diffinitor, ac in Jure Canonico, & Regulari eruditiſsimus, prælo dedit vernaculè ſatis egregium opus inſcriptum:

Practica regularis, ac modus procedendi in viſitationibus, & correctionibus judicialibus alumnorum Seraphicæ Religionis. Ulyſsipone typis Laurentij Craesbeeck, anno 1635. in 4. Vidi. Item idiomate patrio:

Expoſitionem ſecundæ Regulæ S. Claræ. Ibidem per Petrum Craesbeeck, an. 1621. in 8. Vidi. Vernaculè quoque:

De Statu Fratrum Sæcularium Tertij Ordinis Seraphici de Pœnitentia, unà cum reſolutione quorundam dubiorum. Ibidem per eumdem 1629. in 8. Vidi. Ineditam reliquit:

Hiſtoriam prædictæ Provinciæ, quam apud ſe habuit Uvadingus, ut in ſuo de Scriptoribus Minoritis teſtatur pag. 106. Inſupèr ex Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, pag. 269.

Reſponſionem ad propoſitionem, quam contra defenſores, & devotos Puriſsimæ, atque Immaculatæ Conceptionis Dominæ noſtræ quidam Canonicus, & Præbendatus Cæſarauguſtanus in eadem Civitate propoſuit, ac publicavit. Quod opuſculum habuiſſe apud ſe M. S. in fol. teſtatur Petrus de Alva in *Militia Conceptionis.*

De Caſibus reſervatis opus aliud reliquit poſteris edendum, vita ipſe functus anno 1635.

EMMANUEL MONZAVAL, Hiſpanus, in Conceptionis Provincia Regul. Obſerv. Lector Jubilatus, ac Controverſiarum Fidei Cenſor, luci dedit vernaculè:

Hiſtoriam S. Petri Regalado. Pinciæ per Philippum Franciſcum Marquez 1684. in 4. Vidi.

EMMANUEL DE NIZA, Luſitanus, ſtrictioris Obſerv. Diſcalceatorum (quos Luſitani Capuccinos vocant) Provinciæ Pietatis Theologus, ac Concionator, ſcripſit Hiſpanico idiomate non autem edidit:

Hiſtoriam ſuæ Provinciæ. Ex Nicolao Antonio in Appendice, & Georgio Cardoſo in Agiologio Luſitano ad diem 31. Maji, & alibi; ſæpè enim hac utitur *Hiſtoria.*

EMMANUEL ORCHIUS, Italus, Novocomienſis, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Mediolanenſis, ejus Diffinitor, ac Sacræ Theologiæ Interpres, cujus ingenij ſublimitas, mentis felicitas, doctrinæ puritas, ingenua morum honeſtas, miranda in Concionibus facundiæ lepor, & eloquentia in Evangelicis ſuggeſtibus ſui temporis illi primatum obtinuerunt; ſtylo ſignavit:

Conciones Quadrageſimales, quæ fuerunt impreſſæ Mediolani, & Venetijs apud Junctas anno 1650. in 4. opera, & labore P. Benedicti Mediolanenſis, Capuccini.

Encomium Gloriæ Auſtriacæ, Bambergæ in 4. teſte Lippenio, tom. 1. Bibliothecæ Philoſophicæ, fol. 151. Inedita reliquit *Multa ad Poëſim ſpectantia.*

Lectiones quoque Philoſophicas, ac Theologicas, pluribus tomis in 4. diſtributas, uti receuſet laudatus Genuenſis. Obijt anno 1649. De ipſo agit Ludovicus Dupin in Supplemento, tom. 3.

EMMANUEL PALOMINO, Hiſpanus, Lector Sacræ Paginæ, ac Concionator Granatenſis Conventus Regul. Obſervant. publicavit:

Panegyrim de S. P. N. Dominico. Granatæ per Antonium Sanchez 1672. in 4. Vidi.

EMMANUEL PEREZ DE QUIROGA, Hiſpanus, Valliſoletanus, Lector JubilatusProvinciæ Immaculatæ Conceptionis Regul. Obſerv. in Veteri Caſtella, ejuſque Ex-Diffinitor, & Pater, Vir ob doctrinæ præſtantiam meritò commendabilis, veritatis indagandæ ſtudio ductus, emiſsit Commentaria:

In primum librumSententiarum ad mentem

tem Doctoris Subtilis. Vidi. Tomum 1. excudit Thomas Lorienre in Conventu S. P. N. Franciſci Segovienſi 1704. in fol. Tomum 2. ibidem 1705. Sebaſtianus Rodriguez. Tomus 3. prodijt Valliſoleti ex typographia Antonij Figueroa 1708. Agit in primo de Deo Uno, Viſione, & Scientia Dei. In ſecundo, de Voluntate Dei, & Prædeſtinatione. In tertio de Trinitate.

In tertium Sententiarum. Tomos tres Valliſoleti ex typographia Regia apud Viduam Joſephi à Rueda anno 1709. & 1714. in fol. Vidi. Agit in illis *de Incarnatione.*

In 2. Sententiarum, tomum primum, & vltimum in Illuſt. Godoy. Ibidem anno 1715. in fol. Vidi. Pertractat, *de Beatitudine, de Peccatis, ac de Peccato Originali.* Prælo quoque dedit:

Bellum de Sanguine Chriſti. Valliſoleti 1721. in 4. Vidi. Ejus in calce extat *Appendix, in qua examinantur reſponſiones, & objectiones cujuſdam Recentioris contra Scoti doctrinam, circà adæquatam rationem diſtinguendi Spiritum Sanctum à Filio.* Ejuſdem ſunt etiam:

Quæſtiones Theologicæ ſelectæ. Valliſoleti apud Viduam Joſephi de Rueda 1716. in fol. Vidi.

Domeſtica bella Philoſophica. Ibid. in 4. 1721.

Vera axiomatum explicatio. Ibid. in 4. 1723.

Varia argumenta Theologica. Ibid. 1721. in 4. Claruit initio hujus ſæculi.

EMMANUEL A S. PLACIDO SALTA, Luſitanus, Concionator Jubilatus Provinciæ Portugalliæ Regul. Obſervant. communes fecit vernaculè:

Sermones varios. Tomum primum excudit Emmanuel Lopez Ferreyra 1709. in 4. Vidi. Spem facit aliorum.

EMMANUEL A PLASENCIA, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalcearorum S. Gabrielis, Vir ſanè mitis, & humilis corde, Theologiæ quæ moribus regulas præfinit Lector, ſuæ Provinciæ Diffinitor, Cuſtos, Vicarius Provincialis, ac diligentiſsimus Hiſtoricus exaravit vernaculè:

Tertiam partem Chronicorum ſuæ Provinciæ, quam prælo paratam vnà cum *Memoriali in fol. ad Sanctiſsimum pro declaratione Indulgentiæ Portiunculæ lucrandæ, vel non lucrandæ à Chriſti Fidelibus in Conventibus Monialium, tàm Regularibus, quàm Epiſcopis ſubditarum*, dudum vidi, laudatam Provinciam viſitans. Inſuper ſcripſit:

Apologeticum pro vera filiatione V. Mariæ à Chriſto Tertiariæ Franciſcanæ. Aſſervatur M.S. in 4. in Archivio laudatæ Provinciæ. Vidi.

De Calculo Eccleſiaſtico, tom. in 4. Vidi in Conventu S. Onuphrij de la Lapa, in eadem Provincia.

EMMANUEL RAMIREZ, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinciæ Granatenſis S. Petri de Alcantara, Sacræ Theologiæ Lector, & digniſsimus ſuæmet Provinciæ Pater, dedit Granatæ ad prælum apud Franciſcum Ochoa, anno 1704. opus inſcriptum:

Interior animæ Chorus in 4. & ibidem 1699. in 4.

Nativitas Chriſti in anima. Vidi.

EMMANUEL RECIO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Conceptionis, Apoſtolicus Concionator, opuſculum emiſit vernaculè:

De modo viſitandi Viam Crucis. Pinciæ prodijt ex officina Viduæ Joſephi de Rueda in 16. Vidi.

EMMANUEL RODRIGUEZ, Luſitanus, ex Oppido Extremoz anno 1570. Religioni Seraphicæ in celeberrima S. Jacobi Provincia, & anno 1613. in Conventu S. P. N. Franciſci Salmanticenſi natus fuit Cœlo, non exiguam ſanctitatis opinionem reliquens. Vir doctiſsimus fuit, maximè Juris Canonici, & Theologiæ vulgò *Moralis* appellatæ. Semèl, atque iterùm in ſua Provincia Diffinitor immerſus ſtudijs, alia munera, etiam domeſtica, conſtantiſsimè reſpuit, Provincialatus quoque fugiens honorem. Publicæ vtilitati dedit:

Quæſtionum Regularium, & Canonicarum tria volumina. Salmanticæ 1598. Lugduni apud Horatium Cardon 1609. & 1613. Antuerpiæ apud Belleros 1616. & 1638. in fol. Coloniæ apud Petrum Henning 1613. in 16. Adjungitur his omnibus editionibus quartæ partis, ſeù tomi Dauli Bertij Lucenſis Auguſtiniani:

Praxis criminalis Regularium, & Sæcularium. Quam Author ipſe Appendicem Emmanuelis noſtri trium partium, etiam cum ſcriberet, deſignavit. Compendium hujus operis confecerunt Patres Recollecti Provinciæ S. Andreæ in Belgio per aphoriſmos Alphabetico Ordine digeſtos, edideruntque apud Belleros Antuerpiæ 1622. atque alijs locis. Deindè aliud copioſius formavit Hieronymus Ro-

Rodriguez Emmanuelis noſtri ex Fratre Nepos, atque edidit Lugduni 1634. in 8. Ad finem tertij voluminis prodijt vbique:

Collectio, & compilatio Privilegiorum Apoſtolicorum Regularium Mendicantium, & non Mendicantium ab Urbano II. vſque ad Clementem VIII. conceſſorum. Seorſimque duobus tomis Lugduni 1609. Antuerpiæ 1616. Duaci 1613.

Opinionum communium circa caſus conſcientiæ, librum vnum Venetijs 1616. Hiſpanè verò ſcripſit:

Summam caſuum conſcientię. Cui additur,

Practica judicialis pro viſitatione Prælatorum quatuor tomis, ſeù duobus voluminibus. Prior bis prodijt Salmanticæ 1604. & 1607. deindè Barcinone 1616. Matriti, atque alibi, Poſterior Cæſarauguſtæ apud Joannem de la Naja 1607. Nempè Author duas Summas, Alphabeticas caſuum conſcientiæ formavit; poſtremam ſcilicèt, poſtquam edidiſſet primam, ex his quæ prætermiſſa fuerant, quotidièque ſibi in mentem, & examen veniebant. Has in vnam, eandemque redegit, atque Salmanticæ edidit 1616. Uvadingus noſter. Primum horum volumen ſtatim ac foràs fuit emiſſum, latinitati donavit Balthaſar de Canonizat. Palentinus, quæ interpretatio Duaci prodijt 1614. Coloniæque apud Hyerat 1620. in 4. & Venetijs 1622. Italica etiam ibidem excuſa eſt anno 1603.

Catechesim Doctrinæ Chriſtianę. Salmanticæ 1602. Inſupèr ſcripſit:

Expoſitionem Bullæ Cruciatæ cum additionibus. Elucidatis ſimùl proprijs motibus Pij V. de *Cenſibus, & de non admittendis fœminis in Religioſorum domos interiores.* Hoc opus dedit in lucem Salmanticæ 1594. & ibidem 1599. præmiſſa licentia V. Miniſtri Provincialis Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi Fr. Bartholomæi à S. Anna. Item Compluti 1590. & ibidem 1589. apud Joannem Iñiguez. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1597. Ibidem 1607. 1612. ac Valentiæ 1610. Tranſtulit hoc opus in Italicum Julius Cæſar, Valentinus, Capineti in Sabinis Parochus, prodijtque cum additionibus Vincentij Ricci Meſſinenſis. Panormi 1620. Ineditam reliquit:

Expoſitionem Conſtitutionis Clementis VIII. de Largitione munerum, Hiſpanè. Extat M. S. in fol. in Archivio Provinciæ S. Gabrielis in Extremadura. Vidi. Hunc celebrem Authorem Diſcalceatis adſcribunt Poſſevinus in Appendice ad tom. 1. ſui Apparatus, ac Elias à S. Tereſia, tom. 2. de Purgatorio in Catalogo AA. quod cum grano ſalis intelligendum eſt. Sanè, *inter Excalceatos decus maximum vixit*; vti ait Nicolaus Antonius, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, fol. 271. Conſule meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, pag. 68. & tom. 1. meorum Chronicorum Provinciæ S. Pauli, lib. 2. cap. 16.

EMMANUEL RODRIGUEZ, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Conceptionis, Concionator Conventualis, typis tradidit vernaculè:

Panegyrim de extenſione cultus Immaculatæ Conceptionis Virginis Marię, proprio motu facta à Clemente XI. Pontif. Max. in 4. Vidi.

EMMANUEL A S. ROSA VITERBIENSI, Luſitanus, Jubilatus Lector Provinciæ Portugalliæ Regul. Obſerv. ſcripſit, ac edidit libellum pium, cui titulus:

Hora Seraphica Immaculatæ, ac ſemper Virginis Mariæ ex opuſculis S. Bonaventuræ deſumptæ. Conimbricæ apud Joannem Antunes 1711. in 16. Inſupèr communem fecit:

Concionem de S. P. N. Dominico. Ibidem typis Joſephi Ferreyra 1698. in 4. Pertractat de eo Fr. Ferdinandus à Solitudine in Chronicis laudatæ Provinciæ.

EMMANUEL A SS. SACRAMENTO, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Pauli Apoſtoli in Veteri Caſtella ſodalis, Philoſophiæ Lector, Concionator Apoſtolicus, quem zelus animarum comedit, ardore ſingularis cultus erga Puriſsimam, ejuſque dulciſsimum Sponſum accenſus, tractatum edidit:

De Privilegijs Marię Sanctiſsimę ejuſque Sponſi S. Joſephi ad duo brevia exercitia reductis. Mantiſæ ex typographia Thomæ Conado 1705. Legi. Ineditam reliquit:

Doctrinam Miſsionariorum, cujus ingeminatis Apographis, haùd ſine fructu, vſi ſunt Miſsionarij non pauci, maximè in Bætica, & in Caſtella Nova. Claruit exemplaritatis nota anno 1713. Fuſiùs pertractavi de eo in mea Bibliotheca Minorum Diſcalceatorum, pag. 71.

EMMANUEL A SEPULCHRO, Luſitanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Portugalliæ, Lector emeritus, ac Vir, tùm eruditione, tùm virtutibus, inſignitùs, in Religioſorum gratiam conſcripſit,

ac

ac edidit vernaculè volumina duo in fol. ſuper Evangelia Dominicarum totius anni, ſub titulo:

Refectio ſpiritualis menſæ Religioſæ. Ulyſsipone per Joannem à Coſta 1669. Vidi. Inſupèr emiſsit:

Vitam S. Roſæ Viterbienſis. Ibidem prodijt ex officina Antonij Rodriguez de Abreu 1673. in 4. Vidi.

EMMANUEL TAMAYO, Hiſpanus, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Granatenſis Lector emeritus, à cenſura Theologica apud Sanctum Inquiſitionis Tribunal, ac Provincialis Miniſter, Vir doctus, & gravis, edidit Hiſpanicè:

Diſcurſus Apologeticos de reliquijs Boſoſi, Maximiani, aliorumque Sanctorum inventis in Urgavonenſi Municipio. Baezæ 1635. in 4. Vidi. Laudatur à Uvadingo, & Nicolao Antonio.

EMMANUEL TELLESIUS SYLVIUS, Luſitanus, Alegretenſis Marchio, Regi Luſitaniæ à Sanctioribus Conſilijs, & è Primarijs Cubicularius, Tertij Ordinis Franciſcani devotus alumnus, ac Miniſter, ſcripſit:

De rebus geſtis Joannis II. Luſitanorum Regis. Ulyſsipone apud Michaelem Maneſcal 1689. & Hagæ Comitum 1712. in 4.

ENECUS DE MENDOZA, Hiſpanus, Minorita, omnimodis diſtinctus ab Eneco Mendoza de Zuñiga S. R. E. Cardinali, Hiſpanicè, ſed ligato ſermone edidit:

Vitam Chriſti. Prodijt Hiſpali 1611. in 8. Pinciæque apud Fernandez de Cordova 1615. in 8.

Juſtam rationem contra ſenſualitatem. Opus etiam metricum Cæſaraugustæ impreſſum in fol. 1509.

Devotionum opus, ibidem excuſum 1492. Authorem hunc Uvadingo ignotum, Franciſcanis, & rectè adſcripſit D. Thomas Tamayo in *Catalogo librorum Hiſpanorum* apud D. Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 275. hærentem, at tom. 2. in Appendicibus ad Bibliothecam, pag. 290. certior factus, ſic affatur: *Poſt editum hujus elogium, vidimus in Bibliotheca Sapientiæ Romanæ ab Alexandro Septimo P. M. conſtructa, quæ olim fuit Ducis Urbini, Vitam Chriſti Authore Fr. Eneco de Mendoza, quam ſcripſiſſe dicitur, ut D. Joanna à Cartagena obſequeretur.* Incipit: *Aclara Sol Divinal la cerrada niebla eſcura, &c. Sequuntur varia carmina diverſorum, & inter hæc ejuſdem Eneci Coplas à la Veronica: Los ſiete Gozos de nueſtra Señora: La juſta de la razon contra la ſenſualidad*: in quo ultimo, *quod Eliſabethæ Reginæ Scribiſſime inſcribit ſodalem ſe Ordinis Minorum Obſervantiæ eſſe demonſtrat. Editio hæc Cæſaraugustæ facta eſt in officina Pauli Hurus de Conſtantia 1495. in fol. Diverſus igitur eſt Author hujus operis ab Eneco Cardinali.* Hæc D. Nicolaus Antonius. Ego autem, in Bibliotheca Regalis Conventus S. Lazari Arevalenſis, Provinciæ S. Pauli, vidi noſtri Eneci de Mendoza, ſub titulo Minoritæ Regularis Obſervantiæ, opus metricum laudatum, nempè:

Hiſtoriam ſenſualitatis, & rationis ſuper hominis felicitatem, impreſſam Matriti anno 1565. unà cum Gloſsis operum Joannis de Menna, in 4.

ENGELBERTUS PAUCK, ſtrictioris Obſerv. alumnus, Theologus, Prov. Saxoniæ S. Crucis Vocalis perpetuus, ac Nationis Germano-Belgicæ in Romana Curia agens, communis juris fecit librum prænotatum:

Tertia Seraphica vinea, ſivè Tertius Ordo de Pœnitentia. Coloniæ ſumptibus Kierchen 1720. in 4. Vidi.

EPIPHANIUS DE MOYRANS, Capuccinus, Burgundus, Provinciæ Comitatus Burgundiæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Regionibus Indiarum, ubi multa paſſus eſt adverſa propter ſalutem animarum procurandam, libertatemque Eccleſiaſticam defendendam; plura ſcripſit opera, quæ ſub his titulis Fr. Dionyſio Genuenſi fuerunt exhibita:

Chriſtianus crucifixus in quinque partes diviſus. Hic liber practicè continet omnem perfectionem vitæ Chriſtianæ per aſsimilationem ad Chriſtum Crucifixum.

Myſtica Theologia, lib. 4.

Sententiarum Myſticarum practica ſententia. Eſt liber Sapientialis ad modum Proverbiorum per ſententias digeſtus.

Hiſtoria Apoſtolica, in qua continentur glorioſa Capuccinorum opera in nova Andalucia, in qua ad Fidem Indos converterunt. Tom. 1.

Appendix ad Expoſitionem litteralem Apocalypſis. Tom. 1.

Conventio Chriſti ad Belial, ſeù Catholicorum Indorum impietas. Eſt liber in deſtructionem impietatis Demolatriæ, quæ ſtabilita eſt in Indijs ſuper baſem ſuam. Tom. 1.

Servi liberi, ſeù naturalis mancipiorum

rum Aphrica libertatis juſta defenſio. Tom. 1.

De Vita S. Joſeph, Sponſi Beatiſsimæ Virginis. Liber Theologicus, & Hiſtoricus. Tom. 1.

Clavis Myſtica Civitatis Dei, in quo libro demonſtrantur veras eſſe revelationes factas V. Mariæ à Jeſu de Agreda de Vita Beatiſsimæ Virginis Mariæ. Tom. 1.

Clavis Apocalypſis futura referans Prophetarum. Tom. 1.

Fatum Religionis Seraphicæ. Tom. 1.

De Vera humilitate. Lib. 2.

Ars memoriæ admirabilis omnium neſcientium excedens captum.

Reſponſum ad quandam Epiſtolam amici continens reſolutionem quæſtionum difficilium Theologiæ, quæ ſunt in controverſia.

Littera ad Miniſtrum Claudium Calviniſtam Pariſienſem, ut vincens intellectum ejus, argumentis ad hominem ex ſcriptis illius depromptis, ſecreto moveret affectum.

Vera via perfectionis breviſsima, & facillima. Eſt liber totus de Divino Amore in praxi dirigendo. Vivebat anno 1685. pluraque alia elaborabat ad ſui nominis memoriam, & poſterorum utilitatem. Extat hujuſce memoria apud Jacobum Le-Long, pag. 871. ſuæ Biblioth. Sacræ.

EPIPHANIUS SILVANECTENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Provinciæ Lutetiarum Concionator, Vir pietate, ac ſanctis moribus venerandus, ſcripſit:

Opuſculum meditationum de Vita, & Paſsione Domini, quod morte præventus perficere, & typis ſubmittere haùd potuit. Mortuus eſt in Civitate Carnotenſi, anno 1629. pro ſalute proximorum ſuorum, peſte laborantibus inſerviendo. Plura de eo Fr. Marcellinus de Piſe apud Genuenſem, pag. 101.

ERNESTUS HELVETUS, Concionator Provinciæ Auſtriæ Minorum Capuccinorum, Vir, apud laudatum Genuenſem, pius, ac perfectionis religioſæ zelo fervidus, edidit Germanico idiomate:

Tractatum de Perfectione Religioſa pro Novitijs. Tom. 2.

ERNESTUS SCHAFF; Theologus Reformatæ Provinciæ S. Uvenceslai in Bohemia, anno 1684. ediderat:

Philoſophiam compendiatam. Ex Relatione hujus Provinciæ apud Archivium Ordinis Matritenſe.

ESTENIUS EMONERIUS, Minorita Conventualis, Sacræ Theologiæ Doctor, & apud Saleſsios Commiſſarius, publici juris fecit volumen inſcriptum:

Splendor veritatis Moralis, cum Apologetico contra Joannem Barneſium. Lugduni apud Antonium Berterium anno 1627. in 8. Vidi.

EVANGELISTA A BONONIA, cognomine Sattonius, Sacrarum Litterarum peritus, & in Politicis non mediocritèr verſatus, vernaculè digeſsit:

Civitatem Reipublicæ regularis.

Exercitium Politicæ magnorum Eccleſiaſticorum, & Sæcularium, anno 1618. Ex Uvadingo.

EVANGELISTA CANOBIO, in Mediolanenſi Ducatu Provinciæ S. Franciſci Minorum Capuccinorum alumnus, quorum Miniſteriatum Generalem geſsit; Vir Gregorio XIII. Pontif. Max. admodùm familiaris, tùm ob præclaram ejus doctrinam, tùm ob ſingularem vitæ ſanctimoniam, magnoque habitus in honore à Patribus Concilij Tridentini, cui interfuit, Latinè ſcripſit; Genuenſi teſte:

Conſilia varia in Jure Canonico.

Annotationes in libros Decretalium. Mediolani anno 1591. Obijt Peruſiæ anno 1595. ætatis ſuæ 84. Ejus Vitam deſcripſit Boverius, tom. 2. Annalium Capuccinorum.

EVANGELISTA MARCELLINUS, Etruſcus, Piſtorienſis, Regularis Obſervantiæ Prov. Tuſciæ alumnus, Doctor Pariſinus, ſincerus, & valdè proficuus Eccleſiaſtes, S. Caroli Borromei, B. Felicis à Cantalicio contemporaneus, & familiaris amicus qui à Principibus, Prælatis, S. R. E. Cardinalibus, ſummiſque Pontificibus, ob ingentem pietatis, & Religionis famam maxima in reverentia habitus. Hic ſuo humili ſtatu Minorum Obſervantum contentus, numquam aſpirare voluit ad dignitates intrà, vel extrà Ordinem oblatas, Epiſcopatus reſpuit, & Cardinalatum, ſolùm animarum appetens profectum. Terram deſpiciens, Cœlum appetens, humilis ſpiritu, arduus merito, ingenio clarus, ſcientia plenus, eloquentia profluus, in Urbe numquam interrupto curſu annis 24. prædicavit, magno Auditorum, ingenti populorum fructu, perpetuo univerſorum applauſu, & numeroſo auditorum concurſu. Scripſit Chriſtiana doctrina, & eloquentia reſperſa, ſequentia opuſcula:

Tractatum de Converſione peccatoris in Deum. Prodijt Florentiæ; & Mantuæ, deindè Venetijs 1589.

Metamorphoſim ſtudioſi Viri.

Expoſitionem in libros Judicum. Venetijs apud Junctas 1589. in 8.

In

In Libros Regum.
In Pſalmum 67. Exurgat Deus, Expoſitionem myſticam.
In Pſalmum 109.
in Cantica. Florent. anno 1599.
In Ruth. Ibidem anno 1586.
In Tobiam.
In Danielem Prophetam. Venetijs apud Junctas anno 1588. in 8.
In Abacuch Prophetam. Florentiæ apud Georgium Mareſcottum, anno 1584.
In Jonam Prophetam. Camerini anno 1581.
In Apocalypſim.
In Epiſtolam ad Hebreos.
Meditationes de quinque diebus creationis Mundi.
De Virtutibus Lectiones varias.
Conciones de Paſsione Domini ſuper titulo ſeptenarij.
De Vanitate Mundi.
Conciones varias. Venetijs anno 1596.
Super Cantica Zacharia, & B. Virginis. Florentiæ anno 1599.
Coronam duodecim Stellarum. Venetijs apud Junctas anno 1589.
Dialogos duodecim virtutum. Florentiæ apud Georgium Mareſcottum anno 1581.
Sermones 15. in Pſalmum 109. apud eumdem anno 1583.
Concionem, Florentia in majori ade babitam feria 6. in Paraſceve. Ibidem anno 1585.
Concionem, Neapoli in Archiepiſcopali Eccleſia habitam eodem die alterius anni. Venetijs apud Junctas 1588. Obijt Romæ in Cœnobio Aracœli non ſine opinione ſanctitatis (inquit Poſſevinus in ſecunda Appendice, tomi primi ſui Apparatus) anno 1593. quem & penè moribundum, eructantem ad graves morbi dolores ferendos *Divina Jobi verba*, ſe audiſſe teſtatur. Ejus præclara facinora recenſet Fr. Antonius Terrinca Theatro 1. Provinciæ Tuſciæ, part. 2. & alibi. In Aracœlitana Eccleſia, apud Sacellum Crucifixi ſepultus hoc Epitaphio honoratur:

Fr. Evangeliſtæ Marcellino ex Ordine Minorum de Obſervantia, & caſtro S. Marcelli Diœceſis Piſtorienſis, Viro Chriſtiana eloquentia, doctrina, & vitæ ſanctitate celebri, qui obijt 3. Nonas Januarij anno Dom. M.D.XCIII. Vixit ann. LXIII. menſes 2. Religioni L. Concionibus IIXL. equeis Romæ auditus aſſiduè XXIV. ſtudijs ingentibus animorum, & bono. Zeno de Zenonibus opt. Avunculo mærens.

EVANGELISTA A MOMIGNO, ſeù MOMINIO, Etruſcus, Diœceſis Piſtorienſis, Provinciæ Tuſciæ Regul. Obſervant. olim Miniſter, & Familiæ Ultramontanæ Vicarius, & Definitor Generalis, Vir doctus, & inſignis Prædicator, magno Etturiæ Duci adeo charus, vt ejus opera, & prudentia vſus ſit apud Philippum IV. Hiſpaniarum Regem, ad quem, Virum vtique ſolertem, & in rebus peragendis dexterum, deſtinavit; prælis ſubmiſit:

Directorium Superiorum Regularium, & Eccleſiaſticorum, quibus Monachorum, aut Sanctimonialium regimen incumbit. Prodijt Piſtorij opera Fr. Gregorij Cortoneuſis apud Petrum Antonium Fortunatum, anno 1644. in 4. Vide ſuperiùs *Bruno Neuſſer.*

Diarium Quadrageſimale, ſeù Sermones pro ſingulis diebus Quadrageſimæ, tom. 1. Ibidem apud eumdem anno 1646. in 4. Ineditum reliquit:

De Ferijs Quadrageſimæ tomum alium, aſſervatum in Bibliotheca Conventus Lacherini extrà Piſtorium teſte laudato Terrinca ibid. part. 3. titul. 1. fol. 199. Grandævus, die 11. Septemb. 1646. curis humanis finem impoſuit in Florentino Cœnobio omnium Sanctorum.

EVANGELISTA ZIGNANUS, (verbis viri Auguſtini Oldoini in Athenæo Liguſtico, fol. 168.) Genuenſis Ordinis Minor. de Obſerv. Theologus, & Concionator egregius, necnon religione multa, ſingularique animi candore ſpectabilis, anno 1631. Panormi typis excudit Italica lingua:

Concionem in laudem S. Margarita Virginis, & Martyris. Ex Michaele Juſtiniano.

EUGENIUS BURGENSIS, Capucinus, Sacerdos Provinc. Flandriæ, ſcripſit opuſculum ſub titulo:

Ultima vox celatricis innocentia indignè patientis, ſivè, *Libellus ſupplex indignè* pa-

patientis ad Innocentium XI. Pont. Max. Coloniæ anno 1689.

EUGENIUS A S. JOSEPHO, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitor, & Cuſtos Provinciæ Diſcalceatorum S. Joſephi, necnon Commiſſarius Viſitator Provinciæ S. Petri de Alcantara in Granatenſi Regno, emiſsit à ſe habitam in populo gravi:

Orationem in Exequijs Caroli II. Hiſpaniarum Regis. Matriti anno 1701. in 4. Vidi. Inſupèr:

Panegyrim de S. Joanne de Deo, in ejus Canonizatione. Extat à pagina 305. libri Hiſpanicè inſcripti:

Lauros Panegyricos en la Canonizacion de San Juan de Dios. Legi.

EUGENIUS MARTINELLUS DE GABARBO, Italus, Regul. Obſervant. Provinciæ Brixiæ, collegit ex tractatu Andreæ Peruzzini ab Orziano, ejuſdem Inſtituti, & Provinc. de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ:

Speculum, in quo relucet D. Thomæ ſententia, quod Beata Virgo fuerit ſine peccato concepta. Patavij apud Joannem Baptiſtam de Martinis, & Livium Paſquatum, anno 1628.

EUGENIUS ODOUVHEE, Hybernus, Regul. Obſerv. inſignis Concionator, compoſuit idiomate Hybernico:

Poemata multa Sacra, in quibus vatis more multa prædicit. Paſsim memoritèr ab Hybernis recitantur. Vixit ſub anno 1600.

EUGENIUS OLIVA, Hiſpanus, Valentinæ Provinciæ Minorum Capuccinorum Fundator, (erat primitùs Regularis Obſervantiæ alumnus) Vir celebris doctrina, ac vitæ ſanctitate, ſingularis fuit, inquit Genuenſis pag. 103. in eruendis difficultatibus circà Seraphicæ Regulæ intelligentiam emergentibus, omneſque Fratres ad ipſum, tanquam ad oraculum confluebant; quare ad eorum conſolationem, & preces ſcripſit:

Expoſitionem ſuper Regulam Fratrum Minorum ſecundum mentem S.P. N. Franci, M. S. Senio confectus, copioſiſque donis à Deo cumulatus, inter crucifixi oſcula, & amplexus, Fratribus omnibus mærentibus, & lugentibus, ſpiritum Deo reddidit Valentiæ anno 1613. ætatis ſuæ 78. Videndus Marcellinus de Piſe, tom.3. Annal. ad ann. ſignatum num.33. qui ejus vitam copiosè deſcribit.

EUGENIUS PASTRANA CORONEL, Hiſpanus, Archi-Presbyter de Caſſo, Regius Cappellanus, Generalis Viſitator Diœceſis Ovetenſis, ac Tertij Ordinis Seraphici expreſsè alumnus, vernaculè publicavit opus tripartitum cujus titulus:

Silva Rationalis, ac Spiritualis Divinorum, ac Eccleſiaſticorum Officiorum S. Eccleſiæ. Procedit expoſitiva methodo, agitque in prima parte de Eccleſia Sancta. In ſecunda de Sacramentis. In tertia de Sacroſancto Miſſæ Sacrificio. Prodijt Matriti ex officina Juliani de Paredes, anno 1664. in fol. Vidi. In calce ſe gloriatur Patrem habere S. Franciſcum hiſce verbis Latino idiomate conſcriptis: *Utinàm hoc opuſculum cedat ad honorem, laudem, & gloriam Summæ Sanctiſsimæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Dei Omnipotentis, necnon intemeratæ ſemper Virginis Dei-Genitricis Beatiſsimæ Mariæ Patrocinatricis meæ, & S. Eugenij Patroni mei, cujus ego nomine inſignitus ſum, & Seraphici S. P. mei Franciſci, cujus militiæ nomen dedi, &c.*

EUGENIUS A PETRA RUBEA, Italus, Prov. Bononienſis Minorum Capuc. alumnus, ac celeberrimus Eccleſiaſtes, poſteris reliquit inedita, ſed, uti ait Genuenſis, digna typis:

Volumina plura Sermonum, & Concionum de Tempore. Mortuus eſt Bononiæ anno 1616. ibique magno populorum concurſu ejus merita implorantium, fuit tumulatus. Vitam ipſius deſcribit Marcellinus de Piſe, tom.3. Annal. Capuccinor. ex M. S. Provinciæ Bononienſis.

EUGENIUS ROGER, Gallus, ex Minoritis Recollectis Provinciæ S. Dionyſij, Gallicè publicavit:

Deſcriptionem Terræ Sanctæ cum tractatu 14. nationum diverſæ Religionis eam inhabitantium, & alio tractatu de præcipuis articulis Alcorani. Pariſijs in 4. anno 1646. litteris Antonij Bertier. Vidi.

Hiſtoriam Vitæ, & Mortis Principis de S. Drus. Ibidem apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pagina 311.

Relationem Zagæ Chriſtiani Principis Æthiopiæ. Ibidem anno 1638. apud eamdem Bibliothecam ibidem. Laudatur à Laſſor, Uvadingo, & Le-Long.

EUGENIUS TRIESTIUS, Capuccinus, Gandavenſis nobilis, Prov. Flandriæ alumnus, Vir valdè eruditus, ſubtilis ingenij, ſpectabilis vitæ, humilitatis, & cujuſvis alterius virtutis amantiſsimus, ſed

po-

potiſſimùm inſigni erga Beatam Virginem Dei-Genitricem Mariam devotione affectus: quare in illius honorem ſcripſit, & edidit Latinè:

Elegiam devotiſsimam, & valdè eruditam, qua eidem Deiparæ Virgini pro vocatione ſua ad Religionem Capuccinorum, aliiſque beneficijs gratias agit per eam acceptis. Antverpiæ 1630. Scripſit etiam, & evulgavit:

Funus Philippi Trieſtij Patris ſui Equitis, & Viri conſularis, tum proprijs, tum aliorum Poetarum verſibus exornatum. Ibidem anno 1628. De illo pluribus Genuenſis, pagina 104.

EUPHRASIA, ſeu EUFROSINA, vel EUFRASIA ALPHANA, (malè alij Alpharam cognominant) Patria Peruſina, Monaſterij S. Mariæ Montis Lucis propè mœnia Peruſij, Sanctimonialis Clariſſa, pia, & erudita, ſcripſit materna lingua:

Chronicon prædicti Monaſterij, aſſervatum M. S. in Bibliotheca Sancti Iſidori de Urbe, & apud Sanctimoniales Peruſinas ſui Ordinis. Meminere tantæ mulieris Uvadingus, (qui faſſus etiam eſt habere apud ſe prædictum Chronicon) Ludovicus Jacobillus de Scriptoribus Umbriæ, ac Oldoinus in Athenæo Peruſino, pagina 96.

EUSEBIUS ANCONITANUS, Italus, ex Provincia Picena Regul. Obſerv. cui nomen deerat, ac radijs virtutum, ac ſapientiæ effulſerat, ac Minores Capuccinos gradum faciens, eorum Generalis Vicarius electus fuit anno 1552. Scripſit ad communem vtilitatem:

Tractatum de paupertate Fratrum Minorum.

Opuſculum Divinarum Meditationum. Obijt Scapetiani in Piceno, anno Incarnationis Dominicæ 1569. octogeſsimum annum agens. Pluribus agit de eo Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 21. Januarij, §.4.

EUSEBIUS GONZALEZ, Hiſpanus, Prov. Caſtellæ Regul. Obſervant. Sacræ Theologiæ Lector, Pater, ac Hiſtoricus generalis Ordinis, Vir profectò eruditus, ac rei Poeticæ non ignarus, ſtylo ſignavit, publicique juris fecit, quæ Hiſpanorum manibus frequentèr teruntur, nempè:

Chronicorum Ordinis partem V. Matriti ex officina Viduæ Joannis Garcia Infanzon, anno 1719. in fol.

Chronicorum Ordinis partem VI. Ibidem, eiſdemque formis 1725. in fol.

Chronicorum Ordinis partem VII. Ibid. ex eadem typographia anno 1730. in fol.

Compendium Vitæ S. Jacobi de Marchia, Ibidem, ac eiſdem typis 1727. in 8.

Carmina varij generis, Hiſpanicè. Prodierunt cum alijs Compluti 1730. in 4. Legi. Adhùc vivit.

EUSEBIUS A S. MARIA, Luſitanus, ex Minoritis Regul. Obſerv. Provinciæ Portugalliæ, Lector emeritus, ac S. Officij Qualificator, communem fecit vernaculè:

Orationem de Quadraginta Horis. Ulyſſipone typis Hæredum Paſchalis de Sylva 1725. in 4. Ex Fr. Ferdinando à Solitudine in Chronicis laudatæ Provinciæ.

EUSEBIUS MELLOTENSIS, Capuccinus, natione Gallus, Prov. Pariſienſis alumnus, Vir zelo animarum inſignis, erga Beatam Virginem ſingulari devotione affectus, ac fama virtutum, & doctrinæ clarus, ineditos reliquit, ait Genuenſis pagina 105.

Sermones plurimos ſatis devotos ſelectis Hiſtorijs, & exemplis intextos ad conciliandum devotionis affectum erga Deiparam, in quibus etiam demonſtrat hujus Patronæ neceſſariam nobis eſſe clementiam. Deceſſit Provinij 1618. annos natus 33. menſes 3. & diem vnum feria 6. poſt meridiem, & eadem quoque hora, qua Sacrum Chriſti Corpus fuit tumulo conditum. De eo, tom. 3. Annal. Capuccin. §.153. agitur.

EUSTACHIUS DE CURIA, Minorita, Doctor Pariſienſis, Eximius Concionator, qui vita, & virtutibus fulſit, ſcripſit:

Super Magiſtrum Sententiarum, vti aſſerit Arturus, quem conſulas in Martyrol. Franciſcano ad diem 1. Februarij, §.5.

EUSTOCHIA, ſeu EUSTOCHIUM, (Smaragdam priùs audivit) Meſſanenſis, alijs Catanenſis, Virgo, ſanguine præclara, profeſsione Clariſſa, ac Fundatrix Meſſanenſis Conventus ejuſdem Inſtituti, vbi ſanctitatis radijs, ac miraculis in vita, & poſt mortem emicuit, Italicè, non exigua Diaboli pœna, ſcripſit:

Tractatum de Paſsione Domini, erga quam magno ferebatur affectu. Commendatur vnà cum ejus heroica Vita, ab Octavio Cajetano in Vitis SS. Siculorum, tomo 2. Marracio in Lilijs Marianis, pagina 104. §.13. Fr. Euſebio Gonzalez, tom.5. Chron. Ordinis, lib. 5. Hiſpanicè, & à pluribus alijs apud Arturum ad diem 13. Decembris, in Martyrologio Franciſcano. Ad Sponſum migravit 20. Januarij anno 1491. Inter innumera miracula, quæ poſt

mortem patrat perpetua ſuntcommendantur, quod Corpus ejus integrum, pulchrum, molle, odoriferum, & aſpectu gratum perſeveret, & quod ſemper præmoneat aliquam ex ſororibus morituram, pulſata ſenſibilitèr arca in qua jacet.

EUSTACHIUS NORMAVILLUS, Anglus, vti ſcribunt Lelandus, & Eccleſtonus, primò Artium liberalium Magiſter, deindè Juris vtriuſque Doctor, tandem Academiæ Oxonienſis fuit Cancellarius. In Religione legere cœpit, quando Rodulphus Coleburgus, prælegere deſivit. Nonnulla doctrinæ ſuæ monumenta poſteris reliquiſſe ſibi perſuadet Pitſeus, quæ vel hominum incuria, vel temporum injuria perierunt. Claruit anno 1280.

EUSTACHIUS PICOT, Gallus, Minorita Recollectus, vernaculè emiſsit:

Vitam Sororis Galon de Biezzers, Monialis Clariſſę. Maſsiliæ 1683. in 8. teſte Jacobo Le-Long, lib.2. Bibliothecę Gallicæ, num.6397.

EUTROPIUS BERTRAND, Gallus, in Provincia Toloſana Recollectorum SS. Sacramenti dicta, Sacræ Theologiæ Lector, opus egregium conſcripſit ſub titulo:

Summa Theologia Scotica ad inſtàr Summa D.Thoma, in qua doctrina R.P.Joannis Scoti Duns, Doctoris Subtilis per eaſdem quæſtiones, & articulos, ac ſub eiſdem titulis, quibus D.Thomas ſuam expoſuit, diſtribuitur, dilucidatur, ſtabilitur. Vidi in Generali Ordinis Matritenſi Archivio *Ideam hujus operis*, typis datam in 4. opus verò prædictum ad manus meas hactenùs non pervenit.

EUTROPIUS ISLEBONENSIS, (vulgò *de Islebonin*) Capuccinus, Provinciæ Turoniæ alumnus, & Concionator, Vir perfectus in humilitatę, in paupertate, in charitate, qui proximorum ſalutis zelo excandeſcens, plurimos rebelles Hæreticos juſſu Regis Chriſtianiſsimi Nannetæ carceri detentos, aperto ſuæ vitæ diſcrimine, omnia non tantum animæ, ſed etiam corpori neceſſaria ſubminiſtrando ad Catholicæ Eccleſiæ gremium adduxit; emiſsit:

Tractatum Catechicum de ſeptem Sacramentis Eccleſię pro inſtruendis junioribus in Fide Catholica, & Doctrina Chriſtiana. Nannetæ., ſuppreſſo ejus nomine anno 1616. Laudatur a Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. Obijt devotiſsimè in eadem Civitate anno 1622. febre peſtilenti correptus, pro æterna vita alijs procurata.

Videndus Marcellinus de Piſe à Genuenſi citatus pag. 105.

* * *

S. FRAN-

F

S FRANCISCUS SOLANUS, Hiſpanus, ex Urbe Montilla Diœceſis Cordubenſis, Regularis Obſervantiæ jubar, inclytus Indiarum Occidentalium Apoſtolus, Peruani Imperij vniverſalis Patronus, ac recens Thaumaturgus, Sanctorum numero adſcriptus 27. Decembris, anno 1726. à Benedicto XIII. Pont. Max. inedita reliquit:

Conciones varias, ex quibus *fragmentum* edidit R. A. P. Fr. Petrus de Alva (olim in Romana Curia Procurator in Cauſa Canonizationis ejuſdem Servi Dei) col. 457. ſuæ Militiæ. Sexagenario major ad Cœlum migravit, anno 1610. die 14. Julij. Ejus Acta habes apud Illuſtriſſ. Fr. Ludovicum de Ore, Didacum Alvarez de Paz, Didacum Cordova de Salinas, Tiburcium Navarro, Petrum de Menna, Arturum ad diem 6. Auguſti in Martyrologio Franciſcano, Uvadingum tom. 4. & noviſsimè apud tom. 7. Chronic. Ordinis, editum Matriti anno 1730.

S. FRANCISCA ROMANA, quæ nobilitatem generis ... notum operum fructu in conjugali, ... viduali ſtatu conjungens, ſui Angeli ... dis, cujus aſpectu ſæpè fruebatur ... ita præſidio, congregationem muli[illegible]um inſtituit ſub S. Benedicti Regula, quod Inſtitutum à Eugenio IV. approbatum, marito orbata amplexata eſt. Alumnam fuiſſe Tertij Ordinis S. Franciſci, Patremque ſpiritualem ejuſdem Ordinis habuiſſe nomine Bartholomæum, ſcribit Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 9. Martij, §. 6. Arturo adhærent alij plures, & noviſsimè Fr. Euſebius Gonzalez, tom. 5. Chronic. Ordinis, lib. 5. cap. 27. pag. 541. Multis cumulata meritis obijt 9. Martij, anno 1440. quam in vita, & poſt mortem plurimis miraculis illuſtrem in Sanctorum album retulit Paulus V. Pont. Max. 29. Maji, anno 1608. Extant hujuſce:

Septem ſupra nonaginta viſiones, quas vnà cum ejus vita ſcripſit Joannes Mattioti ejus Confeſſarius. Editas habes apud Papebrochium ad diem 9. Martij à fol. 92. Feſtum ejus recenſitum eſt inter feſta Ordinis Minorum, ſub ritu duplici in Kalendario Romano Seraphico, cujus Author R. P. Fr. Joannes Flander, impreſſo Pariſijs in typographia Caroli Abelly, anno 1630. teſte laudato Arturo, quem conſulas. Nihilominùs, vt Dominicus Gubernatis inquit tom. 2. Orbis Seraphici, lib. 13. cap. 7. num. 49. *De S. Franciſca legimus, quod primum ſub Patris Bartholomæi Minoritæ Confeſſarij ſui ad Conventum S. Franciſci trans Tiberim obedientia & directione omnia ſua conſilia ſine diſpenſatione promoverit. Ego autem contentiones ſupra modum, exoſus, firmiorem de biſce deciſionem ab alijs expecto.*

B. FRANCISCUS BLANCO, Hiſpanus, Provinciæ S. Jacobi filius; ſed audiatur Tiburtius Navarro, fol. 34. cap. 6.
„ *Genuit Ordini Seraphico* Francum Blan-
„ cum Regularis Obſervantiæ; ſed eum
„ Eccleſiæ, & Cœlo Philippini Conven-
„ tus educarunt, in quibus domicilium
„ habitationis accepit, & Minoribus Diſ-
„ calceatis eſt aſſociatus. Iſte Sanctiſsimæ
„ Virgini Deiparæ addictiſsimus fuit, ora-
„ tioni, & pœnitentiæ indefeſſus vacavit;
„ Ter ſingulis diebus diſciplina corpus
„ afflixit, puritatem cordis, & linguæ in-
„ nocentiam ſemper coluit. Cum in Ja-
„ ponium tranſiiſſet, intra tres menſes ſuf-
„ ficientem confeſsionibus audiendis lin-
„ guæ intelligentiam acquiſivit: ſummâ
„ charitate leproſis ſervivit. His virtu-
„ tum, & bonorum operum gradibus ad
„ Crucis mortem pervenit, quam læto, &
„ ſereno vultu aſpiciens, & in hæc verba
„ erumpens: *In manus tuas, Domine, &c.*
„ ſe lanceis transfigendum obtulit, & ad
„ vltimum vſque halitum à divinis laudi-
„ bus non ceſſans, ſtolam jucunditatis ac-
„ cepit in ſanguine Agni dealbatam. Hac-
tenus Navarro. Scripſit:

Monita quædam ad Comitem de Monte Rey, quorum meminit V. P. Fr. Marcellus de Ribadeneyra apud meam Bibliothecam Minorum Diſcalceatorum, part. 1. pag. 83.

Epiſtolas fervore plenas.

Epiſtolam Japponico idiomate, Latinè redditam à R. P. Ludovico de Frois de *morte 26. Crucifixorum*. Eam habes in laudata Bibliotheca, pag. 84. De illo pluribus, ibidem, & part. 2. pag. 26. Ejus

feſtum colitur in Malinenſi Diœceſi, & in Ordine Minorum die 5. Februarij, quò mortem ſubijt anno 1597.

B. FIDELIS A SIMARINGA, natione Suevus, olim Juris vtriuſque Doctor, vt eſſet Fidelis Servus, & prudens, Regulam Seraphicam profeſſus, inter Minores Capuccinos Provinciæ Helvetiæ, ſanctitate, atque eruditione floruit. Ex præſcripto Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Apoſtolicis Miſsionibus deditus, indefeſſus extitit Chriſti operarius, Hæreticorumque per Germaniam malleum, adverſus quos conſcripſit maximè Calviniſtas:

Apologiam doctrinæ Catholicæ Eccleſiæ. Inſuper:

Diſputationem contra quoſdam Hereticos Prativogienſes de Sancto Sacrificio Miſſe, editam Latino ſermone, ſed abſque anno, & loco impreſsionis. Demùm:

Symbolum Fidei, typis datum, juſſu Apoſtolicæ Sedis ad vſum Germanorum, illius Provinciæ, in qua, Martyr inclytus, conſpiratione Hæreticorum, in Brecticola Geaçaviæ effectus, in Cœlum migravit, anno 1622. die 24. Aprilis. Ejus corpus vſque ad horam circitèr octavam ſequentis diei in ſepultum jacuit; ſed poſteà à pijs Catholicis tumulatur, è medioque tumuli flos flavus, ac rubicundus excrevit, non aliter, ac ſi ſanguinis guttis eſſet perfuſſus. Pluribus de eo Arturus ad diem 11. Julij in Martyrologio Franciſcano, ac Marcellinus de Piſe, tom. 3. Annal. Capuccin. ad annum 1622. Ejus vitam conſcripſit Latino idiomate Fr. Lucianus Montifontanus, Capuccinus, de quò inferiùs. Hiſpanico ſermone conſcripta à quodam Capuccino, prodijt Matriti in 8. ad cujus calcem per opportunè: *Eſto Fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.* In Beatorum numerum retulit Benedictus XIII. Pont. Max. anno 1729.

FABIANUS, vnà cum Hugolino, & alijs Minoritis S. P. N. Franciſco coævis, Author fuit libri inſcripti:

Speculum vitę B. Franciſci, & ſociorum ejus, opus caſtigatum, & adnotatum à Fr. Philippo Boſquiero, ac poſt aliàs editiones in publicum miſſum Coloniæ Agrippinæ typis Viduæ Joannis Crithij 1623. in 8. Vidi. Laudatur à Teiſſerio in Catalogo Authorum, pag. 479.

FABIANUS UNECHOVOSLU, Provinc. Poloniæ Majoris Regularis Obſervantiæ alumnus, multa ab Hæreticis Uvechovæ perpeſſus, qui (verbis vtor Fr. Auguſtini Cieplinski laudatæ Provinciæ Chronologi, fol. 218. ſuæ Topographicæ, ac Chronologicæ Deſcriptionis) *poſt patrata multa mirabilia in vita ſua, moritur anno* 1515. *Hic etiam fuit Scriptor quarundam rerum geſtarum Ordinis in Regno Poloniæ.* Exaravit quoque:

Vitam B. Raphaelis Uvarthiæ quieſcentis, *ac SS. Quinquaginta Martyrum Caſimirienſium, Polonorum metro (quamvis rudi minerva) ſatis tamen decentèr deſcriptam.*

FABIUS SINIS DE MONTE REGALI, Umber, Provinciæ S. Franciſci Minorum Conventualium Sacræ Theologiæ Magiſter, ſcripſit Italicè opuſculum inſcriptum:

Sex diſcurſus affectuoſi, & myſtici, deſumpti ex Cantico Salomonis. Romæ 1640. apud Andream Phæum, & aliud Latinè intitulatum:

Spiritualis induſtria pro confeſsione. Romæ 1641. apud Joannem Baptiſtam Robletum.

Opuſculum de caſibus conſcientiæ. Extat hujuſce mentio apud Uvadingum, & Nicolaum Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, littera F.

FABIUS PAPAZONIUS, Ordinis Minorum, Italus, edidit:

De Conceptione Immaculata Virginis Mariæ opuſculum. Ita Hyppolitus Marracius in Bibliotheca, part. 1. fol. 316. & Piſtoja, fol. 158. Apud Alva, col. 384. ſuæ Militiæ.

FAUSTINUS DE COMMILITONIBUS, Minorita Venetus, Scriptoribus adſcribitur à Toſigniano, celebrante:

Orationem de Nativitate Domini publicè recitatam, Paduæ in lucem editam. Præbuerat ſui ingenij, atque eruditionis non vulgarem ſpectationem. *Alia* edidit. Uvadingo teſte, verbo: *Fauſtus*; eorum autem inſcriptiones ſubticet.

FAUSTINUS DIESTENSIS, Belga, ſanguine clarus, Provinciæ Flandriæ Minorum Capuccinorum Provincialis Miniſter, Vir tùm doctrinæ, tùm Evangelica perfectione illuſtris, Latinè ad litteras redegit *vitas Joannis de Forbes, & Dominæ Margaritę Gordoniæ*, ſub titulo:

Alter Alexius, natione Scotus, profeſſione Capuccinus, ſub nomine Fratris Archangeli. Coloniæ per Joannem Chriſtophorum, anno 1620. in 12. Teneramundæ 1607. Et in Italicum converſum Mutinæ apud Julianum Caſsianum 1634. Vi-

Vidi. Pluribus agit de eo Genuenſis, pag. 106.

FAUSTINUS GEDEONUS A BRIXIA, Provincialis Provinc. Brixienſ. Minor. Capuccinor. erga Beatiſsimam Virginem maximè affectus, Latino ſermone poſteris dedit:

De B. Virginis præſtantia, ejuſque Sacratiſsima, & Immaculata Conceptione, tractatum vnicum quem I. V. D. Carolus Romelius, Venetijs evulgavit anno 1641. Scripſit etiam in honorem ejuſdem Beatiſsimæ Virginis aliud volumen, ſub titulo:

Septizonium Marianum; hoc eſt, *de Nominibus Deiparæ*. Opus noviſsimum, & pulcherrimum in 7. libros diſtributum, in quo multa, variaque nomina, tùm ex Divinis Scripturis, tùm ex SS. Patribus deprompta explicantur. Ex Uvadingo, Genuenſi; Martacio, & Dupin in Supplemento.

FAUSTINUS A GENUA, Italus, Provinciæ Mediolanenſis alumnus, ſcripſit:

Deſcriptionem ſuæ Provinciæ, quam ineditam habuit noſter Alva, ipſomet atteſtante, col. 385. ſuæ Militiæ Univerſalis. Floruit circa annum 1680.

FAUSTINUS A MATRE DEI, Luſitanus, Regularis Obſervantiæ Provinciæ Portugalliæ Eccleſiaſtes, & à confeſſionibus Monialium Clariſſarum Connimbricenſis Cœnobij; publicavit vernaculè:

Horologium ſpirituale moralium diſcurſuum ſuper Pſalmum Beati Immaculati. Prodijt Connimbricæ ex officina Emmanuelis Diaz 1656. in 4. teſte Fr. Ferdinando à Solitudine in Chronicis laudatæ Provinciæ.

FAUSTUS NAIRONUS, Banenſis, Minorita, laudatur ab Antonio Teiſſerio, fol. 80. ſui Catalogi editi Genuæ 1686. in 4. ceu à quo prodijt Romæ opuſculum prænotatum:

Diſſertatio de origine, nomine, ac Religione Maronitarum, in 12.

Catalogus Virorum, qui inter Maronitas doctrina excelluerunt, Ibidem.

FAUSTINUS TASSUS, aliàs JASON, Venetus, ab in eunte ætate vividi exiboit ſpecimen ingenij, ſemper aliquid ſcribens, ſivè ſoluta oratione, ſivè carminè, idiomate materno. Pueluſit verſibus amatorijs, quos poſteà damnans, Religionem ingreſſus Minorum Obſervantum, alium peperit ingenioſum:

Libellum metricum omni pietate refertum. Carmine etiam:

Orationem Jeremiæ Prophetæ explicuit. Duas habuit *Orationes funebres*, vnam Pragæ in Bohemia, *in Ferdinandi Imperatoris obitu*; alteram Novariæ *in morte Marchionis Montis Gribelli*, quibus non mediocrem laudem aſſecutus eſt:

Libris tredecim res inter Catholicos, & Hæreticos geſtas complexus eſt, rogatu Philiberti Ducis Sabaudiæ, teſte Uvadingo. Fortè hoc opus indiſtinctum eſt ab illo vernaculè ſcripto, ſub titulo:

Hiſtoria ſui temporis, edita Venetijs 1583. in 4. Vidi. Scripſit inſupèr:

De converſione peccatorum ad Deum, Italicè, Venetijs, anno 1578. in 4.

Sermones 12. in honorem Deiparæ Virginis, quos ad Populum habuerat Venetijs in æde S. Franciſci à Vinea. Prodierunt ibidem ex officina Joannis Baptiſtæ Somaſci 1589. tomis duobus in 4.

Sermones totidem ſuper Canticum Magnificat. Vidi. Ibidem.

Sermones viginti de Sanctiſsimæ Trinitatis Myſterio, & de Adventu Meſsiæ Neapoli habitos.

Diverſarum Concionum; lib. 1.

Tractatum de Adventu Meſsiæ. Venetijs 1585. in 4. typis Antonij Rumparetto. Vidi.

Genuæ, & Taurini Sacras Scripturas profeſſus eſt: hìc cum eas explicandas ſuſcepiſſet, Philibertus ſupradictus ſibi Concionatorem delegit, cui etiam Niciæ in hoc munere deſervivit. Floruit anno 1586. Eum paſsim celebrant Nomenclatores.

FELICIANUS A MIRANDA, Gallus, Capuccinus, Regul. Obſervantiæ, & ſingulari devotionis ſpiritu clarus, ad vſum Novitiorum ſuorum, quos opere, & ſermone docebat, vernaculè emiſit:

Exercitia ſpiritualia, edita anno 1690. vti narrat Genuenſis, pag. 107.

FELICIANUS DE SEVILLA, Hiſpanus, ex Provincia Bætica Minorum Capuccinorum, Miſsionibus Apoſtolicis deditus, plura, ac valdè vtilia elaboravit. Quæ ad manus meas devenere ſunt:

Sol increatus Deus Trinus, & Unus. Opus in 4. in quo agit de magna excellentia ſui cultus, editum Gadibus 1707. in 4. per Chriſtophorum Requena.

Vita V. Fr. Pauli de Cadiz, Minoritæ, ſub titulo: *Nubes Occidentis.* Ibidem, apud eundem 1702. in 4.

De Angelicis Principibus Empyrei. Hiſpa-

pali typis Hæredum Thomæ Lopez 1711. in 8.

Inſtructio vitæ ſpiritualis ſuccinta, & clara. Gadibus in officina Chiſtophori Requena 1696. in 16. & Matriti 1700.

De Suffragijs Animarum, ſub titulo: *Cymbalum igneum.* Gadibus apud eumdem 1704. in 4.

Cantionum ſpiritualium de Chriſtiani obligationibus, & adverſus cantica vitioſa, tomus primus impreſſus Hiſpali formis Franciſci Leoſdael 1705. in 8.

Cantionum ſpiritualium, tomus ſecundus ibidem excuſus in Typographia Hæredum Thomæ Lopez 1698. in 8.

Cantionum ſpiritualium, tomus tertius, editus Gadibus formis Chriſtophori Requena 1699. in 8.

Florida Corona Imperialis magnæ Reginæ Angelorum, & hominum Sanctiſſimæ Mariæ. Ibidem, ac eiſdem typis 1698. in 8. Alia non vidi.

FELIX ALAMIN, Hiſpanus, Provinciæ vtriuſque Caſtellæ Minorum Capuccinorum alumnus, Concionator Apoſtolicus, Vir peritiſsimis merito comparandus, quemadmodùm præclara ejus, quæ ſequuntur, monumenta teſtantur, Hiſpanico exaravit idiomate, ac emiſsit:

Portam ſalvationis, ac ſpeculum veræ, ac falſæ confeſsionis. Matriti per Laurentium Mojados 1724. in 4. Vidi.

Effigiem veri Sacerdotis, ac Manuale ſuarum obligationum. Ibidem apud Joannem Garcia Infanzon 1704. in 4. Vidi.

Theſaurum beneficiorum, abſconditorum ſuper Symbolum Apoſtolorum. Opus eſt tripartitum, publicatum Matriti 1727. in fol. litteris Mojados. Vidi.

Impugnationem Judæorum Mahometanorum, ac Hæreticorum. Ibidem 1727. in 4. Vidi. Continet tractatus quinque.

Speculum veræ, ac falſæ contemplationis, in 4. libros diſtributum. Prodijt ibidem ex officina Antonij de Zafra 1691. in 4. Vidi.

De Beatitudine hominis naturali, ac ſupernaturali. Ibidem 1723. in fol. formis Emmanuelis Roman. Vidi.

Exhortationes ad exactam cuſtodiam Decalogi. Ibidem per Blaſium de Villanueva 1714. in fol. Vidi.

De fallacijs dæmonum, ac vitiorum. Ibidem litteris Antonij de Zafra 1693. & 1694. volum. 2. in 4. Nonnullis additionibus locupletatum prodijt ibidem ex typographia Blaſij de Villanueva 1714. in fol. Vidi. Alia deſidero.

FELIX ALMONTE, Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ Apoſtolicus Concionator, Hiſpanicè ſtylo ſignavit:

Epilogum Vitæ S.P.N.Franciſci, excuſum Cordubæ in officina Stephani de Cabrera 1714. in 8. Vidi.

FELIX BARCINONENSIS, Capuccinus, Hiſpanus, Provinciæ Cathaluniæ, Verbi Dei, non ignoti nominis, Declamator, Sacræ Theologiæ Lector, & plurium Conventuum Præfectus, edidit Hiſpanicè:

Documenta ad Concionatores, ad efformandas conciones, & vtilitèr declamandas. Barcinone apud Joſeph Forcada, anno 1679. in 4. Ex Genuenſi, pag. 107.

FELIX DE BENIS, Aſsiſienſis, Minorita Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, ſive Doctor, olim Cuſtos, & Commiſſarius S. Conventus Aſsiſij, edidit, vt in ſuo Catalogo Scriptorum Umbriæ teſtatur Ludovicus Jacobillus,

Apologiam in Salutationem Angelicam. Clarebat anno 1658. Hæc Marracius in Appendice.

FELIX BRANDIMARTE, Caſtriveteranenſis Capuccinus, Vir doctrina, & eloquentia ſatis inſtructus, per plures annos apud ſuos Rethoricam, Philoſophiam, & Theologiam eximia cum doctrinæ laude docuit. Sacræ Inquiſitionis Siculæ fuit Conſultor, & Cenſor, Panormitanam Provinciam non ſine prudentiæ nota gubernavit, & apud ſuos veneratione procefcus inclaruit. Edidit Latinè opus præ notatum:

Sapientiæ tuba ſcientiæ; id eſt, *tractatus Scholaſticus de Arte Sacra concionandi, in quo ſex diſtinctionibus omnia comprebenduntur, quæ Sacris neceſſaria ſunt Concionatoribus pro Concionibus dicendis, ſimùl & componendis.* Panormi apud Dominicum de Anſelmo 1667. in 4. Vidi. Evulgavit etiam Italicè:

Arcum Triumphalem Panegyricum in laudem S. Roſaliæ Virginis Panormitanæ. Ibidem 1659. apud Auguſtinum Bottum. Vidi.

Conciones varias Panegyricas, adjectis Concionibus quatuor generis deliberativi. Ibidem apud Dominicum de Anſelmo, anno 1677. in 4. Vidi. Ineditum reliquit, aſſervatum verò Panormi in ſuorum Bibliotheca.

Curſum Theologicum ad mentem Scoti per quatuor annos juxtà 4. Sententiarum libros commodis lectionibus diſtributum, novis Recentiorum doctrinis locupletatum, & in

in 4. tomos diviſſum, quibus etiam ſuperadditur quintus, in quo pro Fide tuenda ipſius Sacræ Theologia ſit uſus, & praxis. Obijt 1683. Laudatur à Fr. Vincentio Coronelli, tom. 6. Biblioth. Univerſ. numer. 2883. & pluribus à Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, poſt Genuenſem.

FELIX BRETOS A PAMPILONE, Hiſpanus, ex Minoritis Capuc. Cantabricenſis Prov. Concionator doctus, publici juris fecit Hiſpanicè volumen in 8.

Pro adjuvandis agonizantibus, & conſolatione aſſiſtentium. Pampilone per Martinum Gregorum Zabala anno 1687. Vidi.

Opuſculum inſcriptum malitia nota, in 16.

Conciones varias, tomis 2.

Quadrageſimalium Concionum, tom. 1. Hæc, ſed editionibus non expreſsis recenſet Fr. Dionyſius Genuenſis, pag. 108.

FELIX BRUNORI, ab Oppido Monte Scudolo, Italus, Doctor Theologus, Diffinitor, ac Pater perpetuus Provinciæ Bononienſis Minorum Conventualium, cujus egregiæ Conciones, non ſolùm omnes ferè Italiæ populos, ſed ejus præcipuas Cathedrales Eccleſias præcones habuerunt, in publicum miſsit Italicè:

Conciones duas Sabonæ habitas. Inſcriptio prima: *La gran viſione*, in qua agit de quadam miraculoſa apparitione Puriſsimæ Virginis Mariæ. Secundæ autem: *El cruore in voto.* Lege P. Coronelli, tom. 6. Biblioth. Univerſ. num. 3622.

FELIX DE CABRA, Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ Minorum Capuccinorum Theologus, ac iteratò Guardianus, typis tradidit:

Panegyrim de S. Felice Cantalicio, habitam ad ſuum Capitulum Provinciale. Granatæ per Franciſcum Ochoa 1682. in 4. Vidi.

Concionem de Canonizatione S. Joannis à S. Facundo. Malacæ typis Matthæi Lopez 1692. in 4. Vidi.

FELIX CABRERA, Hiſpanus, Concionator Capuccinus Provinciæ Cathaluniæ, ſemel, ac iterùm Guardianus, compoſuit Latinè opus, cui titulus:

Catena moralis diverſorum Annalorum, ex tribus partibus compoſita, in quarum prima habetur: *De Reſervatione in communi, & in genere.* In 2. *De Reſervatis in Diœceſibus Gotbolaniæ.* In 3. demùm: *De Bulla S. Cruciatæ*, in 4. Ineditum vidit Barcinone in Cella R. P. Fr. Felicis de Premia Miniſtri Provincialis laudatæ Provinciæ, meus Coadjutor, ac Germanus Frater Petrus à S. Bonaventura anno 1729.

FELIX CIALTUS, Ordinis Minorum Conventualium Sacræ Theologiæ Magiſter, edidit Italicè:

Paradoxum Hiſtoricum de Origine Eccleſia Cathedralis Peruſinæ, & de primo ejuſdem Epiſcopo, ad Cardinalem Ubaldeſcum Legatum Bononienſem, Epiſcopum Peruſinum. Venetijs apud Sarcinam anno 1634. in 4.

Annalium, & Hiſtoriarum Peruſinarum, partem primam. Peruſij apud Angelum Bartoli anno 1636. in 4. Præterea Italicè vulgavit:

Vitam Nicolai parvuli, ac Bracij Forte bracij unà cum Apologetico Patria Bracij. Peruſiæ 1636. in 4. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 1. pag. 272. Demùm, apud eamdem ibidem, opus Italicè prænotatum.

Il Fratre Academico, el Color Bigio Diſcorſi. Pertractat de hoc Felice Uvadingus, ac Laſſor *in Univerſo calamo delineato*, tom. 2. pag. 326.

FELIX A CONCEPTIONE, Luſitanus, ex Minoritis Diſcalceatis Provinciæ Luſitanicæ S. Antonij, ac devotus Eccleſiaſtes, ex Hiſpano ſermone Luſitana fecit:

Exercitia V. M. Maria à Jeſu de Agreda, adjecta ad praxim ſuccinta methodo. Connimbricæ apud Ludovicum SecoFerreyra, anno 1730.

FELIX CUCILLENS, Gallus, Regul. Obſerv. alumnus, ac Regius Concionator, Gallicè publicavit:

Conciones pro Tempore Adventus. Pariſijs anno 1677. in 8. apud Edmundum Couterot.

Conciones de Beatiſsima Virgine. Ibidem, eodem anno apud eumdem. Agitur de eo in Diario Scevans, tom. 5. fol. 320.

FELIX GRANATENSIS, Hiſpanus, Capuccinus, Provinciæ Bæticæ alumnus, Concionator pius, & religioſis moribus decorus; deſcripſit Hiſpanico idiomate:

Vitam, & Martyrium B. Fidelis à Sigmaringa Concionatoris Capuccini, extractum ex M. S. Ordinis, & ex relatione impreſſa Molsbemij in Helvetia, opera cujuſdam Abbatis ex Ordine S. Benedicti. Matriti anno 1669. in 8. Ex Genuenſi pag. 107.

FELIX JEVENES, Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ Minorum Capuccinorum Theologus, hactenùs edidit:

Panegyrim de Sanctiſsimo Eucharistiæ Sacramento, Salmanticæ habitam, ibidemque

que cuſam in officina Matiæ Eſtevez, Viduæ, anno 1696. in 4. Legi.

FELIX JOSEPH DE UBRIQUE, Hiſpanus, Capuccinus, Sacræ Theologiæ Lector, dupliciter Diffinitor ſuæ Provinciæ Bæticæ, & Regius Prædicator, emiſit:

Orationem funebrem in Exequijs Ducis de Aveyro. Hiſpali apud Hæredes Thomæ Lopez de Haro 1716. in 4. Vidi.

FELIX MOLINA, Hiſpanus, in Diſcalceata Provincia S. Joannis Baptiſtæ Sacræ Theologiæ Lector, Diffinitor, & Cuſtos, ac Commiſſarius Viſitator Diſcalceatorum Provinciæ S. Joſephi, Concionum eruditarum Ternarium edidit, quarum primam ſub titulo:

Sanctus Sanctiſsimi per participationem S. Paſchalis Baylon; ad Ayorenſes in ſolemnitatibus ſuæ Canonizationis habuit anno 1691. Secundam inſcriptam:

Sancta Sanctiſsimi S. Barbara Virgo, & Martyr, ad Valentinos anno 1692. Tertiam deniquè:

De Puriſsima Conceptione, ad eoſdem anno 1692. Prodierunt Valentiæ apud Franciſcum Meſtre anno 1703. Vidi.

FELIX DE LOS MOLINOS, Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ Minorum Capuccinorum filius, Miſsionarius Apoſtolicus, Concionator fervidus, ac ſalutis animarum cupidus, Vir probatæ virtutis; edidit tria opuſcula Hiſpanico idiomate, videlicèt:

De Veritate, & Falſitate Confeſsionis.

De Exhortatione ferventi Orationis Mentalis.

De Querelis vehementibus Chriſti ad Sacerdotes. Ex Genuenſi pag. 107.

FELIX PASSERA, Bergomenſis, Capuccinus, alumnus Provinciæ Brixiæ, in Arte Pharmacopolea valdè ingenioſus, ac longa temporis exercitatione excellens; ad communem Pharmacopolarum commodum, infirmorum vtilitatem, ejuſdemque Artis ſtudioſorum profectum, ex ijs, quæ experientia didicit, non ſine ingenti labore confecit, ac typis evulgavit volumen in folio, cujus titulus eſt Italicè:

Theſaurus novus Secretorum Pharmacopoleorum Galenicorum, & Chimycorum in tres libros diſtributus. Venet. apud Joannem Pare annis 1688. & 1699. Hæc Genuenſis pag. 108. Præterea emiſit eodem idiomate:

Practicam vniverſalem Medicinæ. Mediolani 1693. apud Carolum Antonium Malateſta in fol. Vidi. Agit in libris 5. de notioribus infirmitatibus, eorumque curatione. Subjicio Fr. Valeriani Calviſano, Capuccini, in hujus Felicis laudem Epigramma:

Deſinat imberbem conſultum pergere Delphos;
Quiſque ducem, medica pharmaca vi quid agant;
Hic tibi proficuus, novus eſt, epidautius Heros,
At Felix mavult Pæonis eſſe comes.
Auriferum ſpectabo lubens vernare liguſtrum;
Paſſere cuncta ferunt te comitante penum:
Hoc Gentilitio morbis valedicis amaris,
Incolumes Author, dùm tibi ſpondet opes.

FELIX PERETTUS. Vide *Sixtus V.*

FELIX POTESTA, Panormitanus, ex Obſervantum Familia, in Sicula Provincia Lector Jubilatus, S. Officij Conſultor, Regiæ Monarchiæ Siculæ Theologus, ſuæ Provinciæ Diffinitor, & ſeptem Martyrum Commiſſarius Viſitator, dùm Philoſophiæ editionem meditabatur, juſſu Bonaventuræ Poerij Ordinis Generalis, Theologiæ Moralis explanationem ſuſcepit, docuitque ſuos non ſine eruditionis, ac doctrinæ laude. Hinc ex oblata occaſione in lucem emiſit:

Manuale Ordinandorum, duos complectens tractatus de Sacramento Ordinis, & de Sacroſancto Sacrificio Miſſæ. Panormi typis Angleſe, & Leonis 1694. in 12. & apud Thomam Aiccardum 1697. in 12.

Examen Eccleſiaſticum, complectens tractatum de Denuntiationibus ad monita Papæ, & Epiſcoporum, ad edicta Inquiſitorum, & pro Confeſſarijs ſolicitantibus, atque Examen Confeſſariorum, Prædicatorum, & Ordinandorum, tom. 1. & 2. Ibidem typis Adami 1697. in 12.

Examen Prædicatorum, in quo aptæ, atque expeditæ traduntur Regulæ ad Apoſto-
li-

Rcum Sacra Concionis miniſterium rectè exercendum. Ibidem typis Thomæ Aiccardi 1697. in 12. Prædicta omnia novis, & ampliſsimis acceſsionibus, aliiſque lucubrationibus locupletata prodiere, ac tribus tomis diſtributa, hoc titulo:

Examen Eccleſiaſticum adauctum, tres complectens tomos, in quo diverſa materiæ morales, omneſque, ferè excogitabiles caſus conſcientiæ, ſolidè, & clarè perſolvuntur, cum Denuntiationibus ad monitoria Papæ, & Epiſcoporum, ad edicta Inquiſitorum, ac pro Confeſſarijs ſolicitantibus, Inſtructione Sacrę Pœnitentiariæ, Propoſitionibus damnatis, Examine Ordinandorum, & Arte prædicandi. Panormi typis Michaelis Coſtanzo, Venetijs cum novis additionibus anno 1723. in fol. parvo. In hujus editionis noviſsimæ limine laudat N. Authorem Editor hiſce verbis: *Felix nomine, Felix moribus, Felix ingenio, in aliorum vtilitatem ſemper ſcribendo feliciter laboravit, nec vnquam labori defuit animus, ſed defuit anima, laborum præmium in Cœlis* (vt piè creditur) *acceptura* :::::: *Igitur gratantèr accipe, quod anhelanti animo cupiebas: nec dubites ob funeris eventum totum eſſe Authoris quidquid in opere reperitur, hujus enim operis complementum fuit ſua conſumationis initium, & cum finem huic examini feciſſet, laudemque Deo ſcripſiſſet; poſtridie in febrem incidens, ad alterius ſęculi examen ſe diſpoſuit, ad quod vocabat Divina Majeſtas.* Obijt Panormi in Cœnobio S. Mariæ Angelorum 23. Auguſti 1702. Inedita, ſed ad prælum matura, vti recenſet Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ reliquit:

Philoſophię curſum integrum.

Theologiam Myſticam.

Tractatum de Monialibus.

FELIX REINUCIUS A BRANDEBRUG, Germanus, ex Reformatis Provinciæ de Tirol, Vir apprimè doctus, ſcripſit:

Sapientiam Franciſcanam, quam diſtribuit in ſex partes, quarum in prima latinè ſcripta, quam nominat *Solonem Franciſcanum*, oſtendit Religionem Franciſcanam fuiſſe ſapientèr, & miraculosè diffuſſam per Orbem, recenſetque deniquè acta ejus ſapientèr facta in vtriſque Indijs Orientali, & Occidentali. Hoc vtitur opere Fr. Patritius Duffius in ſuo *B. Alberto de Sarciano*, fol. 97. In ſecunda, quam latinè ſcripſit, & nominat *Biantem Franciſcanum*, enumerat ſapientèr acta Pontif. Summor. hujus Religionis. Prodijt Æneponti 1650. in 12. teſte noſtro Alva, col. 401. ſuæ Militiæ. In tertia enumerat Imperatores Religionem Franciſcanam ſecundum aliquam ejus Regulam indutos, eorumque acta recenſet Germanica lingua, maximè eorum, quæ ſunt de Sereniſsima Domo Auſtriaca. In quarta, recenſet lingua latina acta ſapientèr facta à Regibus Galliæ, & Hiſpaniæ, eorumque filijs hanc Religionem amplexis. In quinta, lingua Germanica, aliorum Regum, eorumque filiorum Religionem Franciſcanam indutorum acta. In ſexta, lingua Germanica monſtrat conformitatem Religionis Franciſcanæ cum Eccleſia Catholica. Tandem idem Felix Sereniſ. Ferdinandi Caroli Concionator Aulicus, & ſuæ Provinciæ Diffinitor:

Deſcriptionem ſuæ Provincię Tirolis latinè compoſuit. Extat M. S. in fol. in laudato Archivio Ordinis. Incipit: *Quod ante paucos annos*. Vidi, Matriti.

FELIX ROTUNDUS, Italus, Muſcæ ortus, ex Minoritis Conventualibus, Theologus, ac eorum Generalis Magiſter, alijs, bonis avibus, impletis muneribus, typis commiſit:

Enchiridion Rethorico-Dialecticum, Sacro prophanum.

Poemata Sacra, Italicè.

Philoſophiæ contemplatricis, & Moralis curſum, quo Atomiſtas refellit, Peripateticos tuetur.

Tractatus Theologicos in 4. libros Sententiarum, quibus oſtendit Scotum fuiſſe Dogmaticum.

Synopſim Profeſſorum Conventualium, qui in Patavino Archilyczo Metaphyſicam diverſis annis, & Sacram Theologiam ab anno 1396. hactenùs docuere.

Elogia virorum, & mulierum Peruſiæ ex S. Minor. Conventualium Ordine, vel ſanctitate, vel doctrina, vel rebus præclarè geſtis inſignium.

Orationes ad laurea inſignia habitas.

Prologos, & Diverſationes Theologicas: Extat hujuſce honorifica mentio apud Nicolaum Commenum in ſua Hiſtoria Gymnaſij Patavini.

FERDINANDUS ALARCA, Hiſpanus, Carthaginenſis Provinciæ Regularis Obſervantiæ Theologus, ac Diffinitor, ineditum morte præventus reliquit à ſe conſcriptum volumen in 4. prænotatum:

Theologia Moralis; aſſervabatur M. S. Illicitade in Conventu Minorum, anno 1720. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

FER.

FERDINANDUS ALMEIDA, Luſitanus, ex Oppido Alberca, Minorita doctus, ſcripſit:

Summam caſuum conſcientiæ, vti exCardoſo refert D. Nicolaus Antonius in ſuis Appendicibus M. S. aſſervatis Matriti in Bibliotheca Regia. Legi.

FERDINANDUS A S. ANTONIO CAPILLA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ S. Michaelis Lector emeritus, ac iteratò Provincialis Miniſter, publici juris fecit:

Vitam V. Mariæ à Chriſto Virginis Fundatricis domorum Beatarum in Oppidis Extremaduræ, vulgò dictis *Parra, & Almendralejo.* Matriti typis Emmanuelis Ruiz de Murga 1716. in 4. Vidi.

Orationem funebrem in Exequiis memorata Mariæ à Chriſto. Hiſpali apud Franciſcum Garay 1711. in 4. Vidi. Inedita reliquit:

Curſum Philoſophicum in fol.

Tractatus varios Theologicos. Aſſervantur Extremaduræ in Bibliotheca Conventus S. Benedicti de Zafra, ſub Q. num. 39. & ſub V. num. 17. Vidi.

FERDINANDUS ARIAS MALDONADO, Hiſpanus, Civitatenſis, olim Pro-Comes, nunc Fuentelabratenſis Dominus, ex Tertio Ordine Seraphico, Vir litteris deditus, ac Muſarum amicus, ad prælum habet, hoc anno 1732. ligato ſermone Latino, & Hiſpano:

Laudes Marianas, in 4.

Poematum Sacro-prophanorum, volumen in 4.

Hymnorum expoſitionem. Vivit, gloriaturque conſanguineum ſe habere S. Petrum Alcantarenſem.

FERDINANDUS BASDEUS, Minorita, Hiſpanus, vernaculè edidit:

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, vt teſtatur Marracius in Appendice ex noſtris Alva, & Daza.

FERDINANDUS BASACIUS, Minorita, Aquitanus, Uvadingo teſte, convertit in Indicum idioma:

Sermones varios.

Epiſtolas.

Evangelia.

FERDINANDUS BELVEDERIO, Italus, Provinciæ Marchiæ Regul. Obſervantiæ alumnus, emiſit vernaculè:

Diſcurſus Morales ſuper præcepta Pythagoræ. Prodierunt Æſij anno 1641. tomis duobus. Inedita reliquit volumina duo:

Super Cantica Canticorum. Aſſervantur in Bibliotheca Conventus Montis Carotti ejuſdem Provinciæ, vti ab ejus relatione accepi.

FERDINANDUS CAMBEROS, Hiſpanus, Presbyter eruditus, ac Tertij Ordinis Franciſcani alumnus, eleganter ad litteras redegit:

Vitam S. Petri de Alcantara, ſub titulo Hiſpanico: *El Heroe Seraphico.* Prodijt Salmanticæ in 4. Hac vtor Hiſtoria in meis Chronicis Provinciæ S. Pauli. Alia ad prælum parat, quorum inſcriptiones me fugiunt.

FERDINANDUS DEL CAMPO, Hiſpanus, Vir gravis, & doctus Provinciæ S. Jacobi Miniſter, Guardianus Salmanticenſis, multis ſuæ Religionis functus muneribus, & Epiſcopus Barancæ in Indijs Occidentalibus Peruvianis, edidit:

Doctas adnotationes in Evangelia Quadrageſimalia. Salmanticæ 1599. Ex Nicolao Antonio poſt Uvadingum.

FERDINANDUS DAVILA, Hiſpanus, & Aſculanus Pontifex, Authoribus Poſſevino, & Uvadingo, publicavit:

Annotationes in Evangelia Adventus; Venetijs 1590. Inſupèr ſatis prolixam:

Orationem in funerè Philippi II. Hiſpaniarum Regis in Archiepiſcopali Eccleſia Neapolitana, Kal. Februarij M. D.XC.IX. in eadem Urbe impreſſam litteris Pauli Venturini 1599. in 4. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 1. pag. 329. Conſule Nicolaum Antonium, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, pag. 282.

FERDINANDUS DE MENESES, Luſitanus, Comes à Ericeira, à Conſilio de rebus ad Luſitani Regni ſtatum pertinentibus, Tribunalis domus à ſupplicatione Præſes, ac Tingienſis Præfectus, ex Tertio Ordine Franciſcano, ejuſdem quoque tertiò Miniſter, Vir Marte clarus, ingenio nobilis, & humanis præcipuè litteris probè excultus, ex arte ſcripſit:

Vitam, & Acta D. Joannis I. Luſitaniæ Regis. Ulyſſipone, ex officina Joannis Galrao 1677. in 4.

Hiſtoriam Tigienſem, vernaculè *de Tangere.* Ibidem in typographia Ferreriana 1732. in fol.

Elegiam, Hiſpanicè, variaque *Carmina* Latinè. Habentur in *Compendio vitæ Marchionis de Tavora*, impreſſo Ulyſſipone typis Antonij Rodriguez, anno 1674. in 4. Latinè quoque:

*Epiſtolam ad Marchionem de Alegrete Emmanuelem Tellium, vnà cum Epigram-*ma-

bitæ. Extat apud tomum *de rebus geſtis Joannis II. Luſitanorum Regis*, à laudato Marchione conſcriptum, & excuſum Hagæ Comitum 1712. in fol. Inedita reliquit:

Compendium vitæ Mariæ Sabaudiæ Luſitaniæ Reginæ.

Panegyrim de ejuſdem meritis, ſub titulo: *Monumenta Hiſtorica*.

Orationes Academicas.

Relationes Hiſtorico-Militares.

Triumphum Divini amoris, vnà cum alijs *tractatibus ſpiritualibus*.

Poemata multiplicia, Italicè, Latinè, Caſtellanè, ac Luſitanicè.

Epiſtolarum Familiarium, lib. 2.

Hiſtoriarum Luſitaniæ opus egregium in X. libros diſtributum, ab anno 1640. vſque 1656. in folio, quod ad præſens ad prælum paratur. Aſſervantur Ulyſsipone in Bibliotheca Comitis de Ericera. Abijt ad plures anno 1699.

FERDINANDUS DE PAEZ, Hiſpanus, ex Oppido Penalvez Toletani Archiepiſcopatus, Doctor Complutenſis, ac Cathedræ Subtilis Doctoris primarius Moderator, in odorem S. Didaci currens, ac Minorita factus in ſuo Complutenſi Cœnobio, Provinciam Caſtellanam Regul. Obſervantiæ doctrina, ac ſanctimonia illuſtravit. Inedita reliquit *non pauca eruditione, ac pietate plena*, præcipuè verò:

Commentaria in 1 librum Sententiarum, quorum nulla apud Uvadingum mentio. Extat verò apud Fr. Ludovicum Rebolledo, quem legit Nicolaus Antonius, apud Fr. Antonium Rojo in ſua Hiſtoria S. Didaci, lib. 5. cap. 2. & noviſsimè apud Gonzalez, tom. 6. Chronicor. Ordin. lib. 3. cap. 31. Floruit anno 1583.

FERDINANDUS PEREZ, Hiſpanus, olim Majoris Collegij Complutenſis alumnus, demùmque Regularis Obſervantiæ Provinciæ Caſtellæ, teſte Fr. Petro Salazario, lib. 2. Hiſtoriæ hujus Provinciæ, cap. 49. ſcripſit, non autem edidit:

In 1. librum Sententiarum.

De Angelis. In Bibliotheca Ambroſiana, vti monet D. Nicolaus Antonius, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, pag. 294. extat, *Ferdinandus Perez*, *De Matrimonio*. Florebat anno 1522.

FERDINANDUS A SOLITUDINE, Luſitanus, Provinciæ Portugalliæ Regularis Obſervantiæ, aliâ poſt munera, Pater, ex numero Academicorum ejuſdem Regni, litteris probè excultus, præclara ingenij doctrinæque monumenta evulgavit. Ea ſunt:

Chronicorum Provinciæ Portugalliæ Regul. Obſervantiæ. Pars 3. Prodijt Ulyſsipone ex typographia Joſephi Lopez Ferreyra, anno 1705. in fol.

Eorumdem Chronicorum. Pars quarta. Ibidem, anno 1709. in fol.

Chronicorum ejuſdem Provinciæ, pars quinta. Ibidem in officina Antonij Pedroſo 1721. in fol.

Multiplicium Concionum, tomus primus. Ibidem typis Joſephi Lopez Ferreyra anno 1713. in 4.

Concio de Domini Sepulchro. Ibid. 1697. in 4.

Oratio habita in Exequijs D. Mariæ Sophiæ, Reginæ Luſitaniæ. Ibid. 1699. in 4.

Catalogus ſexcentorum ac ſeptuaginta Venerabilium Tertij Ordinis Franciſcani alumnorum, vnà cum Concione Panegyrica de S. P. N. Franciſco. Ulyſsipone ex typographia Muſicæ anno 1727.

Statio ad S. Franciſcum P. N. Ulyſsipone formis Joſephi Lopez 1708.

Statio ad S. Antonium Ulyſsiponenſem. Ibidem anno 1711.

Statio ad S. Claram. Ulyſsipone per Mathiam Pereyra à Sylva anno 1720. Ex relatu ejuſdem Authoris, cujus aliàs deſidero Lucubrationes; adhùc enim vitam degit.

FIDELIS A S. GERMANO, Italus, Provinciæ Mediolanenſis Minorum Capuccinorum in Mediolanenſi Provincia, Apoſtolicus, ac celebris Concionator, Vir erga Deiparam ſemper Virginem ſumma devotione devinctus, qui ſuæ humilitati Cardinalitiam purpuram à Gregorio XV. oblatam, rarò ſanè exemplo, poſtpoſuit; Italicè ſcripſit:

Exercitium pro reductione peccatoris, ab ipſo in praxim Romæ redactum in Oratione 40. Horarum, in S. Damaſo habita. Prodijt Novocomi apud Hieronymum Froovam anno 1614. Evulgavit etiam:

Concionem de laudibus S. Caroli Borromæi ab eo habitam Mediolani eadem die 7. Novembris, in occaſione Canonizationis ejuſdem Sanctiſsimi Cardinalis. Fuit impreſſa ibidem 1610. Obijt Romæ 1612. Ejus poſt Roſſotum, meminit fuſiori calamo Genuenſis, pag. 108.

FIDELIS LUCENSIS, Italus, Provinciæ Reformatæ Bononienſis alumnus, Cuſtos, & Miniſter, Theologus, ac celeberrimus Concionator, vti narrat Fr.

Antonius Terrinca, part. 3. Provinc. Tuſciæ, pag. 199. ediderat anno 1682.

Conciones Quadrageſsimales.

Conciones per Adventum.

FIRMINUS (alijs FERMINUS, vel FIRMANUS) CAPITIS, Gallus, Doctor Pariſienſis, Vir doctus, præſertim in controverſijs Fidei contra Hæreticos, Gallicè exaravit librum prænotatum:

Salvus conductus, & protectio Fidei Catholicæ contra præcipuos Hæreticos noſtri temporis. Prodijt in lucem Rhemis in Galliæ Campania anno 1579. Ex Uvadingo. Latinè conſcripſit:

Expoſitionem in Geneſim ab Adami noxa ad natum Iſaac uſque, aliquot Homilijs partitam, ac Concionibus tempore Adventus Salvatoris accommodam. Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau 1570. in 8. Vidi.

De Immaculata Virginis Conceptione. Ibidem.

De Sanctiſsimo Euchariſtię Sacramento Homilias aliquot. Ibidem, & Romæ anno 1567.

Homilias 27. Expoſitionis in Exodum Concionibus tempore Adventus Salvatoris accommodas. Pariſijs apud laudatum Cheſneau 1579. in 8. Vidi. Eum commendat Ludovicus Dupin in Supplemento, tom. 3. ac Ludovicus Bail, part. 2. Bibliothecæ Concionatoriæ, cap. 104. hiſce verbis: *Stylus harum homiliarum non eſt inconcinnus, & egregiè quæ circà Agnum Paſchalem geſta ſunt Euchariſtiæ noſtræ accommodat per plures Homilias, Hæreticos identidem vellicans. Interim crebro à ſenſu litterali tranſit ad tropologicum, aut allegoricum per conceptum ſubtilem, ac ſatis acutum.*

FLAMINIUS BONERA, Italus Bergomenſis, ex Reformata Provinc. Brixienſis, Theologiæ ad mores ſpectantis Profeſſor, ac Cuſtos, anno 1664. quo florebat, publici juris fecerat, teſte P. Donato, Auguſtiniano, parte 2. ſuæ Scenæ Litterariæ, fol. 28.

Tabularum Legalium Conſiliorum celebris I. C. Achillis Pedrocca, quatuor magna volumina.

Initia, & progreſſus Prov. Brixienſis Reformatorum.

Hiſtoriam ejuſdem Provinciæ, ac ſuorum Venerabilium alumnorum. Ad prælum quoque maturum, ac cenſuris fulcitum habebat egregium volumen:

De Ritibus Sacris, Monaſticis, ac Civilibus, ordine alphabetico.

FLAMINIUS DE GRITTIS, Capuccinus, natione Italus, Vir vitæ innocentia, zeloque animarum inſignis, nec non Evangelicæ prædicationis munere ſuo ævo conſpicuus; ſcripſit Italicè opuſculum ſub titulo:

Pia meditationi, ſivè, præparationes ad ſanctè moriendum. Maceratæ apud Petrum Salvionum anno 1620. in 8.

FLORENTINUS BURGOINUS, ſeù BURGONIUS, Pariſienſis Minorita, (quem non deſunt qui Franciſcum nominent) addidit:

Indicem, ac Scholia ad opera D. Auguſtini, in quibus item emendandis laboraverat, anno 1541. Pariſijs. At Lovanienſis, & Pariſienſis poſtremæ editiones omninò primas ferunt. Conſentiunt Uvillotus, Poſſevinus, & Uvadingus. Conſule editionem operum D. Auguſtini factam Pariſijs apud Hugonem, & Hæredes Æmonis à Porta, anno 1541.

FLORENTINUS CALETENSIS, Gallus, Provinciæ Pariſienſis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctus, & vitæ innocentia, ac fervore pro Catholica Fide propaganda ſingularis, vernaculè publicavit:

Tractatum Theologicum contra communem Hæreticorum propoſitionem ab illis pertinaciter aſſertam; nimirum: Bona opera noſtra non eſſe ad ſalutem neceſſaria, cum abundè Chriſtus pro nobis ſatisfecerit; laudatum à Ludovico Dupin in Supplemento, ac Gennenſi pag. 110. ejus tranſitum, imò martyrium ex Marcellino de Piſa ſuccinctè recenſente; Toxici enim ſpiculo ab Hæreticis mortifere ſauciatus placidiſsimè obdormivit anno 1625.

FLORENTIUS BONNENSIS, Germanus, Provinciæ Coloniæ Minorum Capuccinorum Concionator, ac Sacræ Theologiæ Lector emeritus, elaboravit ad uſum ſuæ Provinciæ, & prælis ſubmiſit, teſte Gennenſi pagina 111. ſuæ Bibliothecæ.

Cæremoniale Sacrum ſecundum Ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Tom. 1. 1690.

FLORENTIUS BOULANCHYER, Gallus, Cuſtos antiquus, ac Recollectionis Provinciæ S. Dionyſij Promotor præcipuus, vulgavit:

Conſtitutiones, & Cæremoniale pro ſuis Monialibus Virdunenſibus. Item librum alium:

De Clauſura Monialium. Ex Annalibus laudatæ Provinciæ, fol. 214.

FLORENTIUS BURGOINUS, Vide *Florentinus.*

FLO-

FLORENTIUS CONRIUS, Hybernus Conacienſis, Salmantini Conventus Regul. Obſerv. filius, Provinciæ Hyberniæ Miniſter, Collegij S. Antonij de Padua pro Fratribus Hybernis ſtrictioris Obſervantiæ apud Lovanienſes Fundator; à Clemente VIII. in Hyberniam amandatus, vt exercitui à Rege Catholico Philippo II. in Subſidium Catholicorum miſſo, ſuo adeſſet conſilio, mox Archiepiſcopus Tuamenſis, per Anglos proſcriptus modò in Belgio, modò in Hiſpania, à Patria exulabat, ſubſidio per Hiſpanum miniſtrato. In hoc diuturno exilio totum ſe dedit S. Auguſtini operibus evolvendis, mentem Sanctiſsimi Doctoris circà gratiæ neceſsitatem, & efficaciam haud improbo aſſecutus labore. Univerſam librorum molem ſepties perlegit, & vicies quidquid ad gratiæ controverſias cum Pelagio, alijſque Hæreticis ſpectabat. Ubi hærendum erat loci difficultate, vel verborum obſcuritate, orationem adhibebat, & jejunium, idque plurium aliquandò dierum, donec ſibi videretur genuinum ſenſum attigiſſe. Scripſit itaque in hoc genere graviſsimè, & doctiſsimè Auguſtini ſenſui, & verbis ſemper adhærens:

Integrum volumen de gratia Chriſti, aliquandò, dùm Sedis Apoſtolicæ remora de hac re libros edendi prohibitione, licuerit, proditurum. Prodijt tamen Pariſijs diù poſt ejus mortem anno 1646.

Compendium doctrinæ S. Auguſtini circà gratiam, ab eo compoſitum in 4.

Tractatum de ſtatu parvulorum ſine Baptiſmo decedentium ex hac vita, juxtà ſenſum B. Auguſtini. Prodijt primò Lovanij anno 1624. & ſecundò ibidem apud Henricum Haſterium anno 1635. tertiò Rothomagi anno 1643. Gabrieli Cardinali de Trejo dicatum, Doctorum fermè omnium Virorum, Academiarum Lovanienſis, & Duacenæ encomijs commendatum. Vidi.

Alterum de flagellis Juſtorum, juxtà mentem ipſius S. Doctoris, quem ipſe citat in Initio præcedentis tractatus.

Tertium de miſero ſtatu naturæ lapſæ, de vulneribus per peccatum inflictis, de remedij neceſsitate, eoque per Chriſtum adhibito: ſubjecta pro operis argumento parabola illius, qui deſcendebat ab Jeruſalem in Jericho, & incidit in latrones, qui diſpoliaverunt eum, plagaſque impoſuerunt. Prænotavit itaque librum hoc titulo: *Peregrinus Jierichontinus*. Pariſijs anno 1644. Prodierat ibidem ex officina Claudij Colleville anno 1641. in 4. Regali. Vidi.

Quartum de Aguſtini ſenſu cira B. Mariæ Virginis Conceptionem, ad Antonium de Trejo ex Vicario Generali Ordinis Minorum Epiſcopum Carthaginenſem, Philippi III. Hiſpaniarum Regis ad Paulum V. Oratorem pro definienda hac controverſia. Antuerpiæ apud Joannem Keerbergium anno 1619. in 4.

Speculum vitæ Chriſtianæ, nuncupatum, *Deſiderium* erudiendis Catholicis Hybernicis per quam opportunum. Hybernicè edidit Lovanij in Collegio Minorum anno 1626. in 4.

Epiſtolam diffuſſam contra eos, qui aſſenſum præbuerunt in Parlamento Hyberniæ proſcribendis bonis quorundam Principum Catholicorum, qui pro Fide Catholica contra Hæreticos Anglos decertarunt, Eam exſcripſit Philippus Oſſulevanus in compendio Hiſtoriæ Hyberniæ, tom. 4. lib. 12. cap. 9. Obijt Matriti 1629. Memoratur à Dupino, & cum laude à Uvadingo noſtro, ac tom. 1. Chronic. Provinciæ Compoſtellanæ, pag. 116.

FLORENTIUS GRAIUS, Hybernus, primum Lovanij ad D. Antonij Collegium, deindè Dublinij Theologiæ Lector, ſcripſit:

Grammaticam Hybernicam. Hæc Uvadingus.

FLORENTIUS HANSUVYCK, Capuccinus Belga, Patria Mechlinienſis, (vulgò *de Mechelen*, ſivè *de Malines*) Provinciæ Flandriæ Concionator, ac Diffinitor; Vir doctrina, ac multiplici eruditione illuſtris. Hìc effulſit pijſsimo erga Immaculatam Dei Matrem affectu, in cujus laudem, cui impar eſt omnis humanæ linguæ præconium, ſequentes ad populum Conciones habuit, è quibus grande conflavit volumen, ſpiritum, devotionem, & Viri ſapientiam mirificè exhalans, illudque Latinè vulgavit ſub hoc titulo:

Cornucopia Concionatorum de Sacratiſſimæ Virginis Dei-Genitricis Mariæ Myſterijs. Tom. 2. in fol. Antuerpiæ apud Guilielmum Leſteenium anno 1646. Vidi. De illo meminerunt Hippolytus Marracius de Scriptor. Marianis, litt. F. & Uvadingus de Scriptoribus Ordin. Minor. apud Genuenſem. Alia ad prælum paraſſe narrat Aubertus Myræus de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſæculo 17. cap. 242. Ex his emiſit:

Concionum, maximè de Beatiſsima Virgine, tomum in folio, editum Lovanij anno

anno 1655. teſte noſtro Alva, col. 399. ſuæ Militiæ.

FLORENTIUS LEYDANUS, Belga, Regul. Obſerv. in Germania inferiori alumnus, prælo dedit:

Hiſtoriam novorum in Germania inferiori Martyrum Ordinis S. Franciſci, cui accedit, *Enarratio Martyrij aliorum quorundam ejus Ordinis Religioſorum in partibus Galliarum.* Ingolſtadij anno 1582. typis Uvolfgangi Ederi. Et Neapoli 1581. in 8. Vidi.

FLORENTIUS VOUROPINUS, Minorita Pariſienſis,

Opera S. Auguſtini recognovit, addictis, completiſque opuſculis auxit, Sacræ Scripturæ, & rerum Indicem copioſiſſimum S. Patris doctrinæ ſectatoribus gratiſſimum, & utiliſſimum attexuit. Pariſijs 1541. & Valentiæ 1552. Fides ſit apud Uvadingum.

FORTANERIUS VASSELI, (quem alij Sertotium appellant) Gallus, Valuenſis, Vaſco, (quem in Diœceſi Cardurcenſi ortum ait Author Appendicis Chronici Bernardi Guidonis,& tamen Trithemius, ac Pirſeus in Anglia natum affirmant) in Aquitaniæ Monaſterio Cordonienſi Minorum ſubijt inſtitutum. Propter multiplicem virtutem, & doctrinam factus eſt ptimum Regens Avenionienſis, mox aſſumpto Fr. Gerardo Odonis, Miniſtro Generali ad Patriarchatum Antiochenum, & adminiſtrationem Eccleſiæ Caranenſis deſignatus eſt à Clemente VI. Vicarius Generalis vſque ad futurum Generale Capitulum, in quo electus eſt totius Ordinis Miniſter, deindè ab eodem Clemente Archiepiſcopus Ravennæ renunciatus eſt, relicto ei regimine Ordinis, ſub titulo Vicarij vſque ad proxima Comitia generalia; demùm translatus eſt ad Patriarchatum Gradenſem. Ante hæc, Epiſcopum fuiſſe Maſſilienſem ſcribunt, etſi perperàm, Claudius Roberti in ſua Gallia Chriſtiana, & Nomenclator Cardinalium. Miſſus eſt pacificator ad Venetos, & Genuenſes, feralibus odijs diſſidentes; vbi cum prudentiſsimè hoc munus obijſſet,& res Pontificias in Æmilia promoviſſet, aliaque egregiè in Sedis Apoſtolicæ obſequium præſtitiſſet, Innocentius VI. anno 1361. Kalend. Decembris eum Cardinalem procreavit. Cum verò Avenionem ad galerum ſuſcipiendum proficiſceretur, obijt Patavij eodem anno, ſepultus in D. Antonij Baſilica. Scripſit:

In omnes fermè Sacror. Bibliorum libros, *Aliquot Auguſtini libros*, *præſertim vigeſſimum ſecundum de Civitate Dei graviter expoſuit.*

Sermonum ad vtrumque ſtatum Eccleſiaſticum, & Sæcularem, librum vnum conſcripſit.

Lectionum Theologicarum, lib. vnum,

Quodlibeta diſputata. Petrus Friſon in Gallia Purpurata, Eyſengrenius. Hæc Uvadingus, qui alibi accinebat:

Cujus eras Rector Sarrano indute galero
Hic, Fortaneri, te tuus Ordo colit.

FORTIUS, Minorita, natione Gallus, individuus Comes Sancti Ludovici Epiſcopi,

Hujus Vitam conſcripſit, teſte Arturo in Martyrologio Franciſcano die 19. Auguſti, §. 3.

FORTUNATUS ALAMANDINUS, Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Minorum Capuccinorum Concionator, Philoſophicæ, ac Theologicæ doctrinæ, Politiarumque litterarum, variæque eruditionis laude commendatus, edidit Italicè:

Hiſtoriam de Miſsionibus Angolæ, Congi, & alijs Regnis Aphricæ, ac Indiarum, cum moribus illarum Regionum, tom. 1. in fol. Bononiæ 1688. per Jacobum Montium. Vidi.

FORTUNATUS FIDELIS, de quo Uvadingus, indiſtinctus eſt à *Benedicto Fideli* ſuperiùs laudato, licèt eum pariter Fortunatum appellet Fr. Joannes Maria in Annalibus Tertij Ordinis Franciſcani, in Catalogo Scriptorum.

FORTUNATUS HUEVER, ex Reformatis Provinciæ Babariæ, ejus, alijs muneribus functus, digniſsimus Pater, generalis Scriptor, ac per Germaniam Hiſtoricus, exquiſita eruditione, plura, & minimè pœnitenda opera condidit. Ex his ad manus meas devenere:

Menologium, ſeù brevis, & compendioſa illuminatio relucens in ſplendoribus Sanctorum, Beatorum, miraculoſorum, incorruptorum, extaticorum, beneficorum, & quorumcumque ſanctimoniæ, vel virtutis fulgore, illuſtrium, ſingularium, aut præcellentium famulorum, famularumque Dei, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, Viduarum, Pœnitentium ab initio Minoritici Inſtituti vſque ad moderna tempora ex triplici Ordine: Primo Fratrum Minorum, qua Conventualium, qua Obſervantium, qua Reformatorum, qua Diſcalceatorum, qua Recollectorum, qua Capuccinorum: Secundo Clariſſa-

ſarum; ſeù Incluſſarum, qua Damianitarum, qua Urbaniſtarum: Tertio vtriuſque ſexus Pœnitentium, qua Sęcularium, qua Clauſtralium, qua Solitariorum: Quos omnes Seraphicus Pater N. Franciſcus ab Aſſiſio in Umbria lucidatuc, ex medulla S. Evangelij Militanti, ac Triumphanti Eccleſijs parturivit, germinavit, produxit, fundavit, inſtruxit, educavit, roboravit, legibus, verbis, & exemplis, per modum Martyrologij juxtà dies obitus, & anni periodos compilatum, vulgatum, ac publicæ vtilitati, ędificationique authenticè conſecratum. Monachij typis Joannis Lucæ 1698. tom. 4. in fol. Agit in primò: *De neceſſarijs quibuſdam Hiſtoricis prologuijs ad triplicem Ordinem FF. Minorum.* In ſecundo: *De ſervis Dei ex toto Ordine FF. Minorum per priores quatuor anni menſes.* In tertio: *De eiſdem per Majum, Junium, Julium, & Auguſtum.* In quarto: *De eiſdem per poſteriores quatuor anni menſes.*

Chronologia Moralis. Bavieræ anno 1698. tomis duobus in fol.

Chronica Hiſtoria triplex, qua vtitur N. Amandus Herman in ſuo opere inſcripto: *Capiſtranus triumphans*, ſect. 29. cap. 6. hæc verba præmitens: *In ſua triplici Chronica annotatione 25. plures addu-cit emeritos, & ſanctitate præclaros Viros Germanos præter jam enumeratos, tanquam ſocios, quos ego verius credo fuiſſe S. Patris Capiſtrani diſcipulos.*

Ornithologia Moralis per diſcurſus prædicabiles formata, tomis duobus in fol. in quorum primo *Conciones exhibet Dominicales.* In ſecundo autem, *De Sanctis.* Monachij apud Joannem Jercklinum 1678.

Vitam S. Joannis à Capiſtrano, teſte memorato Amando in Proloquio Generali ad ſuum opus præſcriptum: *Capiſtranus triumphans.*

Sanctuarium Prælatorum, ſeù exhortationes Regulares, & Eccleſiaſticæ ad ſublimia virtutum exercitia, & converſationem Apoſtolicam directæ ſub varijs figuris, ac ſymbolis, potiſsimùm ex Sacra Scriptura Analogicè depromptum, impreſ. in 8. Monachij typis, & impenſis Joannis Jæcklini typographi Electoralis, & Bibliopolæ 1684. Symbolorum brevem Elenchum hic ſubjicio.

Trias fortium David.
Joſeph incarceratus.
Meſſorum negotium.
Statuę Nabuchodonoſoris.
Vox Turturis.
Gladius Pauli, & Malchi.

Tom. I.

Siblius Elię.
Virga Moyſis.
Speculator domus Iſrael.
Machabæi Fratres.
Currus Ezechielis.
Aſinus Iſſachar.
Martha ſolicita.
Mulier fortis.
Hortus Salomonis.
Regina ſpecioſa.
Caſtra filiorum Iſrael.
Sponſa Expaliata (forſàn Expoliata)
Abel afflictus vſque ad internetionem.
Iſraelis Pactum.
Juditha glorioſa.
Sexaginta fortes ad lectulum Salomonis.
Semei maledicens.
Olla ſpei.
Linteum Petri.
Rabulę forenſes.
Lapis abſciſſus.
Pharao Ægyptius.
Serpens in deſerto.
Cymba Joannis.
Amàbilis Jonathas.
Caſta Suſana.
Filia Jephtęa.

FORTUNATUS A PERUSIO, cognomento CORPOLUS, Regularis Obſervantiæ, pietate, & doctrina florens ſæculo decimotertio poſt Virginis partum, ſtylo ſignavit:

Conſilium circa licitam, & juſtam erectionem Montium Pietatis. Meminere hujuſce Uvadingus, ac Jacobillus, & alij apud Athenæum Peruſinorum, pag. 105.

FORTUNATUS A SOSPITELLO, Italus, Reformatæ Prov. S. Thomæ Apoſtoli alumnus, ac Sacræ Theologiæ Lector, tomum in fol. foràs emiſsit, cui titulus:

Antiquitoritas Franciſcana ad libram Hiſtoricę veritatis examinata. Lugduni apud Aniſſenios 1685. Vidi.

FORTUNATUS DE VIRAIL, natione Gallus, ac Minorita doctus, vernaculè edidit opus pijſsimum ſub titulo:

Amor omnium ſæculorum erga Immaculatam Conceptionem Deiparę ſemper Virginis, ac connexio hujus puriſsimi Myſterij cum Auguſtiſsimo Sacramento Altaris. Pariſijs 1655. in 4. Regali, teſte noſtro Alva in ſua Militia Univerſali, col. 402.

FRANCISCA DE FARNESIO, Marchionum de Soragna in Lombardia filia, S. Claræ præclara Monialis, Cœnobiorum S. Mariæ Gratiarum in Farneſio, Puriſsimæ Conceptionis in Albano, & in Roma Fundatrix, Reformatrixque Monaſte-

terij S. Mariæ Angelorum in Paleſtrina, poſteris reliquit, obedientiæ ſui Confeſſarij obtemperans,

Vitam ſuam, præſertim verò copioſiſſimas à Deo acceptas gratias. Tractatum compoſuit:

De Meditationibus ſuper Pater noſter, ſeptem capitulis diſtinctum, profunditate doctrinæ plenum, & tenerrimorum affectuum abundantiſſimum.

Aliquas orationes particulares ſcripſit ad ſuas diarias actiones, nempè dùm è ſtrato ſurgebat, dùm ad divinas laudes ſe præparabat, dùm in domum gradiebatur, in laboribus, & ad quæcumque alia opera, ante initium, ſpecialem fecit orationem. Compoſuit etiam:

Sacra diverſa Poemata, quæ typis commiſſa fuerunt Venetijs anno 1679. per Joannem Jacobum Hertz. Alia etiam opera compoſuit Virgo Franciſca Latino idiomate ex Sacra Scriptura, & Sanctis Patribus deprompta, in quibus agit

De Amore Dei. Concinnavit

Canticum de Aſſumptione B. Mariæ Virginis, impreſſum anno 1654. in 8. teſte N. Alva, col. 402. ſuæ Militiæ Univerſalis. Demùm ſcripſit

Litteras quaſi ultimæ voluntatis, ſivè Nuncupativum, ſui Cœnobij Monialibus directum pro Conſtitutionum Obſervantia, & ſui inſtituti recordatione. In Domino requievit 17. Octobris, anno 1651. & in Monaſterio Romano Puriſſimæ Conceptioni Sacro, ſepulta manet magna opinionis fama. Ejus vita excuſa fuit Romæ anno 1660. quam ſtylo ſignaverat D. Andreas. Nicoletti, & ex eo Mazzara in Legend. Franciſcano 17. Octobris.

FRANCISCA A JESU, Hiſpana, Joannis de Borja Ducis Gandiæ filia, una ex fundatricibus Conventus Excalceatarum Gandiæ, Cœnobij Valliſoletani, ejuſdemmet Inſtituti Venerabilis Abbatiſſa, Monialibus ſuis ſcripſit:

Monita ſpiritualia, in publicum miſſa à Fr. Joanne Carrillo Provinciæ Aragoniæ alumno, tomo ſuo inſcripto: *Relatio Hiſtorica fundationis Regalis Monaſterij Excalceatarum S. Claræ Matritenſis*, edito Matriti typis Ludovici Sanchez 1616. in 4. à fol. 76. Vidi. Floruit quinquagenaria Valliſoleti die 28. Octobris 1557.

FRANCISCA DE SERRONE, Itala, digna plantula Tertij Ordinis Franciſcani, de cujus vita admirabili dicere tantum liceat Reginam Angelorum fuiſſe ejus Magiſtram, nàm quidquid ſcientiæ, cogitationis, eruditionis, doctrinæ conſecuta fuit, à B. Virgine hauſit, ab ea etiam didicit calamum ſumere, legere, intelligentiam Latinæ linguæ, necnon lucida, & fluenta carmina fundere. His omnibus ergo imbuta, & prompta:

Poemata devotiſſima de Paſſione Chriſti ſcripſit. Cœleſtibus Paranymphis domeſtica, & familiariſſima fuit, ad quorum conſortium abijt die 7. Aprilis, anno Domini 1607. Miraculis adhùc reſplendet, de ipſiuſque Beatificatione agitur, Authore mihi Fr. Petro Antonio de Venecia in ſuo *Hortulo Seraphico*, tom. 2. part. 5. cap. 3.

FRANCISCHINUS VICEDOMINUS, Ferrarienſis, egregia indole, ingenioque prompto, ad quaſlibet ſerias diſciplinas capeſſendo; ab ineunte juventute, Latinis, Græcis, & Hæbreis litteris ornatus, Magiſterij ſuſcepto inter Patres Conventuales honore, celeberrimi Collegij Bononienſis, necnon aliorum factus eſt moderator. Vir fuit integerrimæ vitæ, ingenij ſublimis, eruditionis, & eloquentiæ ſummæ, Declamator Sacrarum Concionum rota Italia celebris, & veluti Demoſthenes alter, in vita, & prorsùs reluctante natura præſtantiſſimus Orator redditus. Nàm cum ei lingua, & vox naturali quodam, ac perpetuò offendiculo ita interrumperetur, hæreretque loquentis ut primas dictionum ſyllabas in privatis colloquijs iterùm, atque iterùm anhelando repetere cogeretur, ſic tamen repugnantis naturæ malignitatem fortiſſimo laterum robore, & validiſſimo ſpiritum omnium conatu domuit, & expugnavit, ut miraculum ſit, quomodo Vir lingua hæſitans, & in familiari congreſſu, vix ſubmiſſâ voce verba referens, potuerit in publicis declamationibus expeditiſſima lingua exactiſſimè, gratiſſimèque loqui, & quod mirabilius eſt, concitatiſſimo curſu, ab exordio uſque ad finem concionando in offenſa lingua decurrere, eodem ſemper actionis impetu. Sic igitur priſcum illum concionandi morem Baſilio Magno, Gregorio, & Chriſoſtomo, cæteriſque eloquentiſſimis Patribus olim in Eccleſia Dei viſitatum, & multis poſteà ſæculis remiſſum, primus apud Italos revocavit, editis Latina, & Etruſca lingua in omnes ferè Divinæ Scripturæ libros eruditiſſimis, diſſertiſſimiſque juxtà litteralem, ac Tropologicam intelligentiam ſermonibus. Ea evulgavit, quorum aliqua, ipſo adhùc vivente, alia poſt mortem prodierunt, nempè:

Ho-

Homilias decem de Spiritu Sancto, Italicè habitas. Amicis efflagitantibus edi permiſit Venetijs per Hieronymum Scotum, anno 1565. & ibidem per Andream Arrivaberne 1557. in 8. Vidi. In tribus prioribus agit de Adventu Spiritus Sancti, in reliquis Dona ejuſdem eleganter explanat.

Homilias ex Catechiſmo Romano. Venetijs apud Hæredes Hieronymi Scoti 1557. in 4. Regali. Vidi.

De Articulis Fidei. Ibidem.

De Sacramentis. Ibidem.

De Decalogo. Ibidem.

Super Orationem Dominicam. Prodierunt ibidem ex officina Giordani Tilleti 1575. tom. 2. in 8. Vidi.

Homilias in Sacroſancta de Adventu, & Quadrageſima Evangelia. Ibidem per Hæredes Scoti 1576. in 4. Et ibidem 1591. Vidi.

Homiliae pro reliquo totius anni tempore. Ibidem 1591. in 4. & 1626. Vidi.

Diſcurſus Morales in Evangelia à Dominica Septuageſimæ uſque ad octavam Paſchatis. Ibidem litteris Joannis Baptiſtæ Bozzola 1565. in 4. Vidi. Præterea, Uvadingo teste, cui adhæret Jacobus Le-Long, pag. 102. ſuæ Bibliothecæ Sacræ, ſcripſit:

Homilias in Pſalmos Davidis, ac præcipuè in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.

In Iſaiam.

In Evangelium S. Joannis.

In Epiſtolam D. Pauli ad Coloſſenſes.

In Epiſtolam D. Petri primam.

Diſputationes aliquot de rebus fidei, quas in Concilio Tridentino habuit cum Hereticis. In eodem Concilio habuit diſſertiſsimam orationem Dominica 24. poſt Pentecoſtem, anno 1562. cui titulus: *De duplici Myſterio: Abominationis uno, Deſolationis altero*. Prodijt Brixiæ eodem anno apud Damianum Turlinum:

Homilias de pœnis, & Suffragijs Animarum.

Homilias de Sanctiſsima Trinitate.

Homilias de imitatione Chriſti, anno 1562.

Hunc Cornelius Muſſus Epiſcopus Bitontinus, *Suggeſti delitias, & Citharam noſtræ ætatis* appellare conſueverat. Vita exceſsit anno 1573. die 29. Octobris, pronuntians illa verba: *Me expectant juſti donec retribuas mihi*. Pulchrum de eo habet elogium Federicus Borromæus, Cardinalis, Archiepiſcopus Mediolanenſis, libro primo ſui operis *De Sacris noſtrorum temporum Oratoribus*. Bononiæ in domo PP. Conventualium, hoc ejus legitur Epitaphium:

Franciſco Vicedomino Ferr.
Viro liberalium Artium ſcientia, Theologia,
Sacrarumque Concionum facultate,
Quas aggreſſus à puero perpetuò conſtantiſsima,
Summaque cum omnium Italiæ Civitatum
Admiratione habuit, præſtantiſsimo.
Qui Provincia Bonon. mirabilitèr adminiſtrata,
Honeſtiſque muneribus
Pro Religione perfunctus, piè felicitèrque
Obdormivit anno ætatis ſuæ LIX.
Die XXIX. Octob. M.D. LXXIII.

FRANCISCUS DE ABBATIBUS, Aſtenſis, Minorita, Theologus, ac Divini Verbi, ut ait Roſſotus, eximius Explicator, nomen ſuum ab oblivione vindicans, reliquit:

Poſtillae ſuper Evangelia Dominicalia totius anni. Extant illius exemplaria Duacis apud PP. Ciſtercienſes, claſſ. 4. num. 42. Paravij in Bibliothecis PP. Eremitarum S. Auguſtini, & PP. Conventualium S. Antonij. Salmanticæ in Biblioth. Majoris Collegij S. Bartholomæi, ſcrinio 177. Eas vidi in chartis pelliceis illuminatis in fol. Incipit à Dominica prima Adventus, &

& agit de Dominicis totius anni. Initium: *Incipit Poſtilla ſuper Evangelia Dominicalia compilata per Fr. Franciſcum de Aſt, Ordin. Fratrum Minorum, cujus anima requieſcat in pace.*

Poſtillam ſuper Quadrageſſimalia Evangelia. Eam legi in eadem Bibliotheca. Eſt Quadrageſſimale integrum in fol. amplectens Conciones de ſingulis Ferijs, ac Dominicis, vſque ad Feriam tertiam Paſchæ.

Sermones de Sanctis. Aſſervantur antiquis caracteribus in Bibliotheca S. Eccleſiæ Toletanæ in 4. Claruit ante annum 1400. Laudatur à Poſſevino, Uvadingo, & Epiſcopo Albenſi in ſuis Monumentis Subalpinæ Prov. D. Thomæ, fol. 288.

FRANCISCUS ABILA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ S. Evangelij Lector Jubilatus, ac Diffinitor, dumtaxat publicavit:

Panegyrim de S.P.N. Franciſco. Prodijt Mexici ex officina Lupercij 1689. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DE ABILA, alter, Cyprus, ex Ordine Minorum ad Epiſcopatum Aſcalitanum aſſumptus, prælo dedit:

Conciones Quadrageſſimales. Venetijs 1590. Ex Ludovico Dupin, ſæculo 17. & Joanne Hallevordio in ſua Bibliotheca Curioſa, impreſſa Francofurti 1676. in 4. Floruit ad finem ſæculi 16. Hunc appellat Franciſcum Davila Uvadingus noſter.

FRANCISCUS ÆSINUS. Vide inferiùs *Franciſcus Repantus.*

FRANCISCUS A S. AGNETE, Hiſpanus, Peñarandinus, in Salmantino Epiſcopatu, Diſcalceatæ Provinciæ Sancti Pauli in Veteris Caſtellæ Regione filius, Sacræ Theologiæ Lector, ſemel, atque iterùm Pater, ac Hiſtoricus Provinciæ S. Gregorij in Philippinis Inſulis, elaboravit duobus tomis in fol.

Chronica Provinciæ Diſcalceatorum S. Gregorij. Unum, ac alium juſſu R.A.P.Fr. Dominici de Noriega, Nova in Hiſpania Commiſſarij Generalis, Cenſoris munere vidit eruditus Author Chronic. Provinciæ Mexicanæ S. Didaci anno 1681. ad prælumque maturos ipſe judicavit. Ex ipſomet Balthaſare de Medina in Centuria Scriptorum Diſcalceatorum. Deſignatus Epiſcopus Camarinenſis Eccleſiæ obijt, circa annum 1709.

FRANCISCUS AGUILAR, Hiſpanus, Jubilatus Lector, Ex-Cuſtos, ac Ex-Provincialis Miniſter Provinc. S. Michaelis Regul. Obſerv. necnon Canarienſis Provinciæ Pater, non in humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, tres libros confecit perutiles valdè, ac Latinè vulgavit, nimirùm:

Pſalterium decem Chordarum ſuperadditum Hyeroglyphicis Marianis decem Orationibus compoſitum, in quibus dolores B.V. Mariæ in Paſſione Filij ſui imprimuntur. Salmanticæ per Eugenium Garcia Honorato anno 1724. in 4. Vidi.

Hyeroglyphica, ſeu Symbola Mariana, quibus Matris Dei myſteria laudantur, cum Novena de Myſterio Conceptionis, vigintique Orationibus exarata, & Pſalterio decem Chordarum ſuperaddito. Ibidem. Vidi. Item tomum in 4. prænotatum:

Orbis Euchariſticus, ubi materialis Mundi creatio, figuraque antiqui Teſtamenti, ad Euchariſtiæ Sacramentum adaptantur, aliaque argumenta vſque ad 25. Orationes de hoc Myſterio, inter quas duplex Octavarium, invenitur. Ibidem, eadem typographia, & tempeſtate. Vidi. Vivit.

FRANCISCUS DE ALCOZER, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Compoſtellanæ, Vir judicio præſtans, ac Divinarum, atque humanarum Litterarum cognitione, Hiſpanicè prælo dedit:

Confeſſonarium breve, ſeu Summam caſuum Conſcientiæ. Salmanticæ 1572. apud Alexandrum de Canova in 8. Cordubæ 1592. Matriti 1598. & alibi. Vidi.

Tractatum de Ludo. Salmanticæ 1559. apud Andream Portonarijs in 4. Vidi. Ei attribuunt nonnulli libellum *de Miſſa Cæremonijs*, ſed immeritò, vti inferiùs oſtendam, verbo *Joannes de Alcozer.* Floruit anno 1580. Extat hujuſce mentio apud Uvadingum, & Nicolaum Antonium.

FRANCISCUS ALVAREZ AB HINOJOSA, Hiſpanus, ex Tertiarijs Regularibus Provinciæ Bæticæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, communem facit à ſe habitam:

Orationem in Exequijs Fr. Joannis à S. Bernardo laudatæ Provinciæ Patris. Hiſpali typis Joannis de la Puerta anno 1700. in 4. Vidi.

FRANCISCUS ALVATUS, Aſtenſis, Minorita eruditus, ac celebris Theologus, ſcripſit:

Poſtillas in Evangelia.

Sermones Quadrageſſimales. Habentur omnia M. S. vti ex Uvadingo recenſet Roſſotus in Syllabo Scriptorum Pedemontij, in vno Codice magno, in Bibliotheca Cœnobij Valdeſcoperij, Provinciæ Conceptionis in Hiſpania.

FRAN-

FRANCISCUS A S. AMBROSIO, Luſitanus, in Provincia ſua Algarbiorum Regul. Obſerv. non ſemèl Guardianus, Concionator egregius, ac S. Officij Qualificator, poſteris dedit vernaculè tom. in 4.

Multiplitium Sermonum. Ulyſsipone litteris Bernardi de Acoſta anno 1696. Vidi. Spem fecit in Prologo alterius tomi prædicabilis. Item idiomate proprio vulgavit opus prænotatum:

Ultimus finis humanæ vitæ. Ibidem, eademque typographia anno 1698. in 4. Vidi. Communem fecit etiam ſingillatim Concionem:

De S. Clara. Ulyſsipone apud Antonium Craesbeeck anno 1681. in 4. aliamque

De S. Petro Apoſtolo. Ibidem per Antonium Craesbeeck anno 1681. in 4. Vidi.

FRANCISCUS AMEJUGO, Hiſpanus, Lector Jubilatus, ac Provincialis Miniſter Provinciæ Burgenſis Regul. Obſerv. in Concionatorum gratiam concinnavit opus prænotatum:

Rethorica Sacra pro inſtructione Tyronum, *ad praxim adjectis* 24. *Concionibus*, ſermone Hiſpanico. Prodijt Cæſarauguſtæ ex officina Joannis de Ibar 1667. in 4. Et Matriti 1673. Vidi. Prætereà ſcripſit:

Vitam V. Mariæ Sor. Joannæ à Jeſu Mariæ, Clariſſæ. Matriti per Joannem Garcia Infanzon 1677. in 4. Et ibidem 1673. apud Villadiego. Vidi.

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Burgis litteris Didaci de Nicoa 1657. in 4. Vidi.

Aliam de S. Bernardo. Pinciæ per Bartholomæum Portolès 1649. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DE AMORE, Corleonenſis, Regul. Obſerv. Prov. Siculæ, edidit vernaculè de Vanitatibus hujus Mundi:

Orationem in Obitu Philippi II. Hiſpaniarum Regis. Panormi typis Joannis Antonij Franciſci 1599. in 4. Laudatur tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

FRANCISCUS AMPULLUS, ſivè DE AMPULLIS, Minorita:

Juris Canonici Decreta Commentarijs illuſtravit, cujus authoritate Angelus à Clavaſsio ſuam Summam Angelicam comprobandam exiſtimavit. Hæc Uvadingus Poſſevino adhærens.

FRANCISCUS ANDEGAVENSIS, Gallus, Pariſienſis, hujuſque Provinciæ Minorum Capuccinorum, Vir doctrina, morum exemplaritate, Verbi Dei prædicatione, Fideique Catholicæ dilatandæ zelo, in ſua Provincia, ſatis notus; ſuppreſſo nomine deſcripſit:

Hiſtoriam Miſsionis Fratrum Capuccinorum ad Regnum Marrochij in Aphrica, cura, & ordinatione P. Joſeph le Clerc, Pariſienſis Capuccini, omnium Miſsionum, tàm Orientalium, quàm Occidentalium Commiſſarij Generalis. Nyorti apud Viduam Joannis Bureau anno 1644. in 8.

Vitam, & geſta ejuſdem P. Joſeph le Clerc, Capuccini. Pariſijs per Dionyſium Thierry anno 1645. in 4. Alia opera ſcripſiſſe, habuit ex relationibus Genuenſis, poſt Uvadingum.

FRANCISCUS ANDREAS, natione Hiſpanus, in Burgenſi Provincia Regul. Obſerv. profeſſus, zeloque animarum ad Cyprenſe Regnum translatus, Prædicatoris Apoſtolici, ac linguæ Græcæ Lectoris munera exercuit initio hujus ſæculi, ac pro utilitate Græcorum, eorum idiomati tradidit in fol.

Hiſtoriam Glorioſiſſimæ ſemper Virginis Mariæ, quam Hiſpanicè conſcripſerat V. Mater Maria de Agreda. Græcum ergo fecit tomum primum. Aſſervatur in Bibliotheca noſtri Hoſpitij Urbis Nicoſiæ in Cypro, teſte Fr. Michaele Gonzalez de Balbuena, Concionatore Apoſtolico Terræ Sanctæ, qui præ manibus habuit ibidem, ut ex ore ejus accepi Extremaduræ in Conventu Sancti Benedicti Zafrenſis, anno 1730.

FRANCISCUS A S. ANDREA, Hiſpanus, ſtrictioris Obſerv. Diſcalceatorum in S. Gabrielis Provinciæ Eccleſiaſtes Conventualis, publici juris fecit diffuſam

Orationem funebrem R. Fr. Fr. Joannis à S. Franciſco Mohedas, ejuſdem Provinciæ Miniſtri Provincialis, ac Viri exemplaritatis nota inſigniri in gravi Conventu habitam. Salmanticæ 1728. in 4. Vidi.

FRANCISCUS ANDREAS DE LA TORRE, Hiſpanus, Lector emeritus in ſua Burgenſi Provincia, ac Commiſſarius Viſitator Provinciæ Angelorum, ſcripſit:

Super Regulam S. P. N. Franciſci, teſte noſtro Alva, tabul. 2. Inſupèr ad Bernardinum de Sena, Commiſſarium Generalem Ordinis, miſsit:

Adverſus Vicarios Generales independentes, volumen in 4. impreſſum abſque loco editionis. Vidi. Hiſpali in Bibliotheca Conventus S. Antonij. Incipit vernaculè: *Eſcuſado eſtaba.*

FRAN-

FRANCISCUS ANFRONT, Gallus, Provinciæ Normanniæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctus, ac varia eruditione inſignitus, ſcripſit, & edidit Gallico idiomate librum inſcriptum:

Scientia Principis, 1. in 4. Hæc Genuenſis pag. 112.

FRANCISCUS AB ANGELIS, Hiſpanus, ex Oppido Caſtri Viridis Diœceſis Legionenſis, ſanguine clarus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum, in Provincia S. Pauli inſignis Eccleſiaſtes, Vir ſanè ingenio, ac eruditione præſtans, dedit in publicum Latino idiomate:

Conſiderationes pias ſuper Antiphonam: Tota pulchra. Matriti 1643. & 1648. apud Franciſcum Garcia in 4. Uvading. Nicolaus Antonius, Petrus de Alva, Balthaſar de Medina, Matthæus à Nativitate, ac Hippolytus Martacius in Appendice Bibliothecæ Marianæ. Laudatur à Fr. Salvatore Montalvan, Capuccino, apud tom. 2. Chronic. laudatæ Provinciæ, lib. 1. cap. 7. Vidi.

Concordantias utriuſque N. Patriarchæ S. Dominici cum Franciſco. Ibidem vnà cum præfato opere. Inſupèr M. S. reliquit nobis eodem idiomate, & in fol. tomum ſecundum, cujus titulus eſt:

Conſiderationes in Evangelia Feſtivitatum Chriſti, & Angelorum cum Patriarchis noſtris Dominico, & Franciſco cum alijs Sanctis. Incipit: *Cur Sancta Religio?* Cuſtoditur in S. Didaci præfatæ Provinciæ Valliſoletano Conventu approbatum, & cum Ordinarij licentia ad impreſsionem. Tomum tertium ſub titulo:

Conſiderationes in Evangelia præſtantiorum Dei Myſteriorum, Sanctorumque noſtræ Seraphicæ Religionis. Incipit: *Cur Chriſtus baptizari voluit?* Ibidem extat.

Conſiderationes in Evangelia Feſtivitatum Sanctorum cum Hiſtoria Ruth. Incipit: *Conſideratio prima de Sancto Joanne Baptiſta.* Tomus quintus continèt:

Elucidationes in ferè totam Sacram Scripturam, initio caret.

Elucidatio in Geneſim; ſic incipit: *Quis fuit primus Scriptor?*

In Exodum; incipit: *Rabbanus ex Præfatione.*

In Leviticum; incipit: *Quid ſignificet Leviticus.*

In Libr. Numer. incipit: *Sanctus Athanaſius.*

In Deuteronomium; incipit: *In Oleaſtri Commentarijs.*

In Libros Joſue, Judicum, & Ruth; incipit: *Cenſet Abulenſis.*

In Libros Regum, Paralypomenon, Eſdræ, & Tobiæ; incipit: *Cajetanus notat.*

In Judith, & Eſther; incipit: *Liber Judith.*

In Job; incipit: *Doctiſsimus Titelman.*

In Pſalmos; incipit: *Concilium Tridentinum.*

In Proverbia, & Eccleſiaſtem; incipit: *Magiſter Curiel.*

In Cantica, librum Sapientiæ, & Eccleſiaſticum; incipit: *Sanctus Auguſtinus.*

In Prophetas majores; incipit: *Hanc magnam.*

In Prophetas minores; incipit: *Lege Elucidationem.*

In Libros Machabæorum; incipit: *Sixtus Senenſis.*

In Sanctum Matthæum; incipit: *Aſſerit Bellarminus.*

In Sanctum Marcum; incipit: *Sancti Marci.*

In Sanctum Lucam; incipit: *Noſter Stella.*

In Sanctum Joannem; incipit: *Cur Sanctus Joannes.*

In Acta Apoſtolorum; incipit: *Venerabilis Beda.*

In Epiſtolas S. Pauli; incipit: *Beatus Petrus Damianus.* Scripſit inſupèr:

Elucidationem in Evangelia; incipit: *Multa de ipſis Evangelijs.* Tomus ſextus bipartitus eſt. Agit in prima parte

De Sermonum ſpeculatione; incipit: *An maximus Rhetorum.* In ſecunda pro Sermonum praxi perfecit:

Adventuale, Quadrageſimale, & Mariale; incipit: *De Angelo Nuntiante.* Ibidem cum præcedentibus reponitur, vbi non ſemèl vidi, & legi. Claruit anno 1640.

FRANCISCUS DE ANGELIS. Vide inferiùs *Franciſcus Quignonius.*

FRANCISCUS ANGOSTO, Patria Carthaginenſis, genere clarus, olim Salmantinæ Academiæ alumnus, ejuſque Supernumerarius Juris Moderator, Religioſiſsimus Vir, abſtinentia, humilitate, zelo paupertatis, & animarum donatus, magnuſque Prædicator, in ſua Diſcalceata Provincia S. Joannis Baptiſtæ Cuſtodiſmunere functus poſteritati reliquit M.S. opus inſcriptum:

Bona mors, quod in 4. vidi in noſtra S. Antonij Abulenſis Bibliotheca. Inſupèr ſcripſit:

Defenſionem Franciſcanæ paupertatis, alioſque non ſpernendos tractatus, de quibus Antonius Panes, part. 2. Chronic. lauda-

datæ Prov. pag. 639. Reliquit etiam M.S.

Quæſtionem Regularem ſuper quartum caput Seraphicæ Regulæ, quæ quæſtio in Archivio Generali ſuæ laudatæ Provinciæ in Valentino Conventu S. Joannis de la Ribera aſſervatur vnà cum alio ſuo opere M.S. in fol. inſcripto:

Epilogus diſcurſus Morales continens authoritatibus vtriuſque juris roboratus. Demùm:

Ordinem judicialem vnà cum alijs opuſculis ad Regulares ſpectantibus. Eſt opus in 4. cujus initium: *Judicium*.

Reſolutiones Morales in 4. Aſſervantur ibidem vnà cum quæſtione laudata, cujus titulus eſt: *Altiſſimæ, & Evangelicæ paupertàtis Decachordum.* Vidi.

FRANCISCUS DE ANGULO, Hiſpanus, Concionator, ac Diffinitor Granatenſis Provinciæ Regul. Obſerv. nonnulla eruditè ſcripſit, quæ inedita aſſervantur. Ea ſunt:

Vita V. Fr. Joannis Cabrera Laici ex Diſcalceatis Provincia S. Gabrielis. Extat M. S. in 4. in Archivio Provinciæ S. Gabrielis, loculo 7. num. 33. Vidi.

Tractatus 12. *ſuper Regulam Fr. Minor.* vernaculè. Eſt opus in 4. quod ineditum aſſervatur Hiſpali in Bibliotheca magni Conventus Regul. Obſerv. ſub litt. C. num. 129. Vidi.

Meditationes ſuper Regulam Seraphicam pro ſingulis diebus Hebdomadæ. Habetur ibidem. Vidi.

Deſcriptionem Hiſtoricam Conventuum S. Stephani, S. Claræ, ac S. Laurentij de Montilla vnà cum vitis exemplaribus quorundam Minoritarum. Extat M. S. Matriti in Archivio Generali Ordinis, capſa 56. manipulo 3. num. 50. Vidi.

FRANCISCUS A S. ANNA, Hiſpanus, Provinciæ S. Joſephi Diſcalceatorum filius, perpetuuſque Pater, Regiuſque Eccleſiaſtes, edidit in lucem:

Sermonem unicum de Sanctis Franciſco, & Dominico, impreſſum anno 1647. teſte Fr. Petro de Alva, tab. 1. aurei ſui operis, *Naturæ prodigium* inſcripti.

Quadrageſimale integrum. Cæſaraugustæ apud Joannem de Ibar 1641. in fol. Vidi. Deſideratur Latino ſermone opus aliud, ſub titulo:

Seminator Cæleſtis in calce ſui Prologi promiſſum.

Orationem funebrem in Exequijs Chriſtianiſſimæ Galliarum Reginæ Eliſabethæ de Borbon. Cæſaraugustæ anno 1645. in 4. Vidi. Et Matriti 1647. Demùm aliam Concionem in tempore belli habitam, & inſcriptam:

Exhortatio Catholica. Excudebat ibidem Carolus Sanchez 1640. Legi.

FRANCISCUS A S. ANTONIO, Hiſpanus, Cantaber, alumnus primo Mexicanæ S. Didaci Provinciæ, demum verò Diſcalceatæ S. Didaci in Bætica, Sacræ Theologiæ Lector, ac S. Officij Qualificator, ſtylo ſignavit:

Officium parvum S. Antonij de Padua. Ipſum legi novitèr excuſum, & emmendatum. Matriti 1705.

FRANCISCUS A S. ANTONIO, Hiſpanus, ex Aſturica Auguſta, ſtrictioris Obſervantiæ in Diſcalceata Provincia S. Didaci in Bætica ſectator, ac demùm Provinc. S. Gregorij Philippinarum alumnus, elaboravit tomis duobus:

Artem, & Vocabularium linguæ Tagalæ, ſub titulo: *Inſtitutio linguæ Tagalæ.* Opus ſanè Miſsionarijs valdè neceſſarium, cujus apographa præ manibus habentur, teſte Fr. Franciſco à S. Petro de Alcantara Provinciæ S. Pauli filio, & præfatæ S. Gregorij Cuſtode, anno 1723. Laudatur à Fr. Antonio de la Llave, triennio 14. cap. 12. fol. 1445. Chronic. Provinciæ S. Gregorij.

FRANCISCUS A S. ANTONIO, Hiſpanus, Segovienſis, cognomine ſuò Vergara commendatus, Pater Diſcalceatæ Provinciæ S. Pauli, ac Regius Concionator, juſſu Reverendiſ. Patris Fr. Bonaventuræ Poerio totius Ordinis Miniſtri Generalis edidit in 4. idiomate proprio Valliſoleti 1695.

Compendium gratiarum Provinciæ S. Pauli factarum à Catholicis Regibus Hiſpaniarum. Suppreſſo quoque nomine in publicum miſsit ibidem ſecundò typis Joſephi de Rueda, anno 1703. tertiòque, anno 1708. *Opuſculum mortis*, ex Seraphico Doctore depromptum. Novitèr emmendatum, ſub titulo:

Pueriſsimæ erga Dei Genitricem devotio ad impetrandam gratiam pro articulo mortis, vulgavit etiam Emmanuel Ruiz de Murga. Noſter Author ſanguine, & devotione erga Deiparam clarus, trium Provinciarum Viſitator fuit, tèrque ſermonem habuit ad tria Generalia noſtri Ordinis Capitula, de quibus, & alijs in Memoriali noſtræ Provinciæ ad Capitulum Generale Romæ miſſo 1723. meiſque in Chronicis. Demùm M.S. reliquit:

Volumina quatuor in 4. Sermonum Chriſti, & Chriſtiparæ, Sanctorum, ac defunc-

torum, quæ ſtudioſè aſſervantur in Bibliotheca N. Conventus Salmantini, vulgò *del Calvario*. Legi. Obijt Valliſoleti apud ſuos, in Conventu S. Didaci tumulatus, anno 1708.

FRANCISCUS ANTONIUS BLONDUS A S. SEVERINO, Italus, ex Minor. Conventualibus, Collegij S. Bonaventuræ in Urbe Regens, ad Epiſcopatum Capritanum primo, deindè ad Ortonenſem aſſumptus, ſcripſit:

Diſputationes Scoticas, in quibus Divinæ prædeſtinationis, & reprobationis myſterium juxtà doctrinam Scoti elucidatur, Bononiæ anno 1625.

Opus de Cenſuris, & Irregularitate. Romæ apud Ludovicum Grignanum, anno 1636. in 4. Vidi. Ejus in laudem Fr. Joſephus Ferretus (alia mitto) accinebat:

Hoc duce germanis lętantur dogmata ſenſis, Doctrina Scoti ſpirat ubique decus. Scripſit inſupèr, ac emiſsit:

De adequato naturalis Philoſophię objecto. Romæ 1631. in 4. Inedita reliquit, teſte Fr. Vincentio Coronelli, tom. 6. ſuæ Bibliothecæ Univerſalis, num. 546.

De Intellectu Divino.

De Voluntate Dei.

De Scientia Dei.

De Unitate, & Trinitate in Divinis. Extat hujuſce Franciſci mentio apud Uvadingum, Bibliothecam Neapolitanam Nicolai Toppi, ac Leonem Allatium de Viris illuſtribus, pag. 103.

FRANCISCUS ANTONIUS CASIMIRUS, Neapolitanus, ex Minoritis Conventualibus, edidit opus Theologicum, quod inſcripſit:

Scotus dilucidatus; in ſecundum ſententiarum. Neapoli 1597. Teſtantur Uvadingus, Nicolaus Toppi, ac Sannig in Synopſi Hiſtorica Scriptorum.

FRANCISCUS ANTONIUS COLELLA A BARI, Minorita Conventualis, ac Sacræ Theologiæ Magiſter, Authore mihi Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana, litt. F. edidit opus prænotatum:

Morales affectus. Panormi 1665. in 12. typis Petri ab Iſola.

FRANCISCUS ANTONIUS GUARNIERUS DE MONTE REGALI, Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, ac in Aſsiſienſi Provincia Miniſter Provincialis, & Commiſſarius Generalis, pro inſtructione, & commoditate Tyronum ſuæ Religionis, emiſsit:

Opus de Eccleſia Militante, capite, & membris ejuſdem, tùm in toto Orbe Terrarum diſperſa, tùm in Concilijs congregata, diviſum in 4. libros; in quorum primo agitur de Eccleſia Militante in genere: In ſecundo de Capite ejuſdem Militantis Eccleſiæ, ſcilicèt, de Chriſto capite principali, & Romano Pontifice Capite Miniſteriali: In tertio de Membris Eccleſiæ Militantis: In quarto de Concilijs, ſeù de Eccleſia Militante in Concilijs congregata. Romæ ex typographia Hæredum Corbelleti 1694. in fol. Vidi.

FRANCISCUS ANTONIUS DE LEONIBUS, à Rutiliano, Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, ſcripſit Italicè:

Pias inſtructiones pro Chordigeris. Hæc Uvadingus.

FRANCISCUS ANTONIUS MONCADA, Hiſpanus, Matritenſis, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ utriuſque Caſtellæ, Vir doctus Hiſpanos fecit:

Annales R. P. Fr. Zacharia Boverij ejuſdem Inſtituti alumni, tribus tomis in fol. Matriti anno 1644. 1645. & 1647. Vidi. Latinè quoque evulgavit:

De pactis, volumen in 8. Matriti anno 1639.

Proſodiam noviſsimam. Ibidem in 8. Conſule Torrecilla in Catalogo AA. pag. mihi 135.

FRANCISCUS ANTONIUS POMA, Siculus, ex Tertio Ordine Regulari, Sacræ Theologiæ Magiſter, Concionator egregius, Procurator in Romana Curia, & Definitor Generalis, anno 1714. Caroli Columnæ S. R. E. Cardinalis Theologus, nominis ſui decus amplificabat, uti recenſet Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ. Ediderat Italicè:

Reflexiones, ſeu conſiderationes ſuper quindecim Myſteria Sanctiſsimi Roſarij Beatiſsimæ Virginis. Romæ typis Barnabo 1712. in 8.

Hiſtoriam Panegyricam, & Moralem S. Joannis Baptiſtæ. Ibidem apud eumdem 1714. in fol.

FRANCISCUS DE APIGNIANO, Italus, Provinciæ Marchiæ Regul. Obſervantiæ filius, concinnavit:

Commentaria in primum Sententiarum Scoti. Ex relatu laudatæ Provinciæ.

FRANCISCUS AB AQUA PUTRIDA, ex Regno Neapolitano, Prov. Terræ-Laboris, & Cuſtodiæ Beneventanæ Philoſophus, ac Theologus inſignis, ſcripſit:

Compendium concluſionum univerſæ Phi-

lo-

loſophia : Diadema Philoſophorum , in quo recondita natura arcana aperit. Floruit circa ann. 1340. Agunt de eo Poſſevinus, Uvadingus , Toſignianus , ac Nicolaus Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana.

FRANCISCUS AQUILANUS, Capuccinus, Provinciæ Aprutiorum , Sacræ Theologiæ Profeſſor , ac Concionator ſuo tempore celeberrimus , ob eloquentiæ, ac doctrinæ titulos recolendus , edidit, vti recenſet Genuenſis ex Antonio Toppio in ſua Bibliotheca Neapolitana:

Conciones nonnullas de diverſis materijs.

FRANCISCUS AB AQUIS BORMIJS (quod eſt Oppidum in Rhetia) Provinciæ Mediolanenſis Minorum Capuccinorum alumnus , Vir vitæ Sanctitate, doctrinæ excellentia , ingenij felicitate , ac concionandi munere ſuo ævo illuſtris. Hìc , cum à Gregorio XIII. Pontif. Max. opera S. Caroli Borromæi , apud Catholicos Helvetiorum Principes cum Commiſſarij Generalis poteſtate fuiſſet deſtinatus, vt Orthodoxas veritates coràm illis proteſtarentur , cuncta illius Regionis Oppida permeans , Hæreticos Miniſtros , quocumque loco illos offendebat , veræ fidei argumentis coarguens , non ſolùm eorum perfidiam improbabat , verum etiam Divini ſpiritus virtute , ac veritatis luce , Catholicam Religionem virilitèr propugnando , non modo in illa imbecilles confirmavit , quinimò ex Miniſtris , alijſque Hæreſum diſſeminatoribus , plurimos ad Romanæ Eccleſiæ Gremium reportavit. Scripſit , ac emiſsit:

Acta diſputationis ab eo habitæ in Rhetia cum quodam Miniſtro Hęretico de la Rochelf nuncupato , de Sanctiſsimo Eucharistia Sacramento , anno 1576. Magna cum ſanctitatis fama obijt Uraniæ in Helvetia , anno 1583. de cujus morte, recenſente Genuenſi , pag. 113. ex Annalibus ſui Boverij , nuncium accipiens S. Carolus Borromæus , acerbè lachrymatus , in hæc verba prorrupiſſe dicitur : *Magnus Dei Servus Eccleſiam deſerit ; ejus morte illa hodie gravem jacturam patitur.*

FRANCISCUS DE ARACÆLI, Luſitanus , Provinciæ Portugalliæ Regularis Obſervantiæ, munere Eccleſiaſtes, Vir non vulgaritèr doctus , ſtylo ſignavit:

Vivam normam Monialium , ſuper Acta V. Clariſſę Matris Leocadię à Conceptione. Ulyſsipone 1708. in 4. typis Maneſcal.

Panegyrim de S. Paſchale Baylon in ejus Canonizatione. Conimbricæ per Antonium Diaz 1692.

Aliam de S. Joſepho , habitam in ſolemni profeſsione cujuſdam Sororis ſuæ. Ibidem. Vidi. Commendatur à Fr. Ferdinando à Solitudine , tom. 5. Chronic. laudatæ Provinciæ.

FRANCISCUS DE AREGATIJS, Italus , Cremonenſis. Hunc immeritò diſtinguit Uvadingus à *Franciſco Ragatio*, de quo inferiùs.

FRANCISCUS ARENA , Meſſanenſis Capuccinus , egregius Concionator, & ſuæ Siculæ Provinciæ non ſemèl Prælatus, Drepani vivebat anno 1706. edideratque Italico idiomate:

Panegyrim de S. Philippo Nerio. Drepani apud Francum 1700. in 4. Scripſit , ac edidit etiam Italicè:

Conciones Sacras. Panormi , typis Domini Corteſij 1709. in 4. Alia ſcripſit edenda ad Concionatorum vtilitatem , teſte Mongitore , tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, & in Appendice.

FRANCISCUS ARETINUS , Reg. Obſerv. Provinciæ Tuſciæ , edidit:

Expoſitionem in Regulam Fratrum Minor. Florentiæ anno 1594. Ex Uvadingo. Scripſit inſupèr:

InterpretationemCommentariorumChriſoſtomi in Evangelium S. Joannis. Pariſijs 1545. in 8. apud Bibliothecam Barberinam , tom. 1. pag. 67.

FRANCISCUS ARJONA , Hiſpanus , Doctor Theologus , ac Cuſtos Carthaginenſis Provinciæ Regul. Obſerv. publici juris fecit:

Orationem funebrem in Exequijs RR. P. Fr. Juliani Chumillas Commiſſarij Generalis Ciſmontanæ Familię Ordinis. Matriti 1697. in 4. Vidi.

FRANCISCUS AROLA , Minorita, Sacræ Theologiæ Doctor , compoſuit:

Concordantias majores Bibliorum. Lugduni apud Sebaſtianum Griſum , anno 1551. Ex Poſſevino , & Uvadingo.

FRANCISCUS DE ARRIBA , Hiſpanus , Provinciæ Conceptionis Regul. Obſervantiæ Theologus , ac Provincialis Miniſter , Reginæ Chriſtianiſsimæ Annæ Auſtriacæ à Confeſsionibus , & Epiſcopus primum Segovienſis , demùm Civitatenſis deſignatus ex Clementis VIII. Pont. Max. præſcripto , opus egregium perficiendum ſuſcepit:

De Conciliatione prædeſtinationis , & gratiæ cum humana libertate. Prodijt in 4. ex officina Laurentij Sonnij 1622. libros in quatuor diviſum , in quibus præcipuè agit de ſimplicitate Divini eſſe , ac Perſonarum Trinitate , de coexiſtentia vera , & reali omnium creaturarum ab æterno in

æternitate Divina, de duplici Ordine, ſub quo Deus operatur ad extra, & alijs. Vidi. Opus commendans Michael Riberius laudatæ Reginæ Archiatrus, accinebat:

I. Liber, & doctis doctus voluendus adeſto:

I. Liber, indoctis dummodò clauſus eas.

FRANCISCUS AB ASCENSIONE, Hiſpanus, ex Oppido Aguilar de Campo, Diœceſis Burgenſis, Provinciæ S. Pauli Diſfinitor, Vir ſanè Theologiæ Myſticæ valdè deditus, cultui SS. Sacramenti addiEtiſſimus, vniverſæ mortificationis, ac ſtrictioris Obſervantiæ communi calculo exemplar, elaboravit in 4.

Vitam V. ſerva Dei D. Beatricis de Lanaga. Communem feci Hiſpano idiomate in meis Chronicis laudatæ Provinciæ, tom. 2. lib. 5. à pag. 404. Floruit in noſtro S. Didaci Vallitoletano Conventu, anno 1654. Ejus Acta habes in præfatis Chronicis ibidem à pag. 399.

FRANCISCUS ASCULANUS, Minorita, *Doctoris Succinti* nomen ſortitus, ſcripſit:

In quatuor libros Sententiarum.

Reportata in eoſdem.

Opus contradictionum.

Improbationes quaſdam; quæ habentur Florentiæ M. S. in Bibliotheca S. Crucis. Eſt hujuſce memoria, apud Toſignianum, & Sannig in Synopſi. Vide Uvadingum, ad annum 1344. num. 7. tom. 3.

FRANCISCUS A S. AUGUSTINO MACEDO (minimè Italus, vt perperàm P. Graveſſon, part. 2. tom. 8. ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ) Luſitanus, Patria Conimbricenſis. Fuit ſanè iſte Saul inter doctos, S. Ignatij primitùs Regulæ ſubjectus, ſed ſub Franciſco penitùs militare decernens, ſtrictiorem Obſervantiam profeſſus fuit in Provincia Diſcalceatorum S. Antonij Ulyſſiponenſis in Conventu Paduano Doctori Sacro præfatæ Civitatis, & Provinciæ apud Fr. Berardum à Martyribus Provincialem Miniſtrum die 28. Decembris, anno 1643. diſpenſatis ſex menſibus ſui anni approbationis ab Urbano VIII. Elapſis autem aliquot annis, quibus in præfata Diſcalceatorum Provincia Philoſophiam, Theologiamque docuit, à Concionibus Joannis III. Regis Luſitaniæ, hujuſque Regni Hiſtoricus Latino ſermone factus, novo ſpiritu ductus inter Regularis Obſervantiæ profeſſores Provinciæ Portugalliæ, velut inter ignes Luna Minores affulſit, Romæ, Paduæ, Venetijs. In Tyburini Conventus PP. Obſervantium Bibliotheca vidi decentèr erectum vilem lichnum ſequenti agnomine inſignitum:

Hoc eſt candelabrum, quo Pater Macedo litteris vacabat. Sed quibus litteris?. Sanè, vt verbis Nicolai Comeni vtar: Scientiarum videri, vocarique *Monſtrum* meruit, non aliundè id nominis adeptus, quam ex theſibus habitis in Urbe Veneta, quas inſcripſit: *Leonis S. Marci rugitus litterarij.* In his publicè de Dogmatibus diſputavit, tanta, tàm ſtupenda memoria ad omnia parata cum pompa, vt miraculo fuerit non ſolùm tùnc ibi præſentibus, ſed etiam vbique poſteris. Nàm ex fama, plauſuque Theſium hujuſmodi ad exedram Philoſophiæ Moralis Patavinam provectus eſt anno 1667. cum die vltimo habitæ diſputationis, extemporarius ex Theologo Poeta, mille verſus effudiſſet in publicum, addito Epigrammate de laudibus Venetorum, quorum decreto ejus iconi ſuppoſitum in Marciana Bibliotheca meruit oculis poſterorum exponi: ipſi verò præter exedram Patavinam Venetam quoque Civitatem promeruit. Theſes ſubjicio.

LEONIS MARCI

Rugitus Litterarij Per dies octo continuos opera P. Macedi Obſervantis Minoritæ prolati

I. SACER.

Sereniſſimo Principi Domino D. Dominico Contareno Venetiarum Duci.

De Sacra Scriptura, tùm veteris, tùm novi Teſtamenti

deque ejus ſenſibus, verſionibus, interpretatione, Expoſitione.

II. SACER.

Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. Aloyſio D. Marci Procuratori Contareno.
De Romanorum Pontificum ſerie, Succeſsione, Authoritate Suprema, deque Concilijs OEcumenicis, ac eorum cauſis, Præſidibus, doctrina.

III. DICATUS.

Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. Andreæ D. Marci Procuratori Contareno.
De Hiſtoria Eccleſiaſtica, tùm ab Adamo vſque ad Chriſtum, tùm à Chriſto vſque ad annum præſentem.

IV. DICATUS.

Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. Angelo D. Marci Procuratori Corraro.
De Sanctorum Patrum, & Græcorum, & Latinorum ætate, & doctrina, ac præcipuè S. Auguſtini, cujus opera omnia exponuntur, ſententiæ afferuntur, defenduntur.

V. CONSECRATUS.

Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. Nicolao D. Marci Procuratori Sagredo.
De tota Philoſophia, & Theologia, Speculativa, & Morali, ac illius Scholis, præcipuè Scotica, Thomiſtica, Jeſuitica: deque Sacris Canonibus, & Inſtitutis, ac Libris Juris Civilis.

VI. CONSECRATUS

Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. Baptiſtæ D. Marci Procuratori Nanio.

De Hiſtoria Græca, Latina, Barbara præcipuè Itala, & Veneta.

VII. DEDICATUS.

Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. Petro D. Marci Procuratori Baſadona.

De Rhetorica, ac illius Arte, ac Methodo: ad vſum ita redacta, vt quamcumque quis Quæſtionem dicenti ponat, de ea extemporè dicentem audiat.

VIII. DEDICATUS.

Illuſtriſsimo, ac Excellentiſsimo D. Antonio Grimano ad Summum Pontificem Oratori electo.

De Poetica ad mentem Ariſtotelis, deque illius formis, & verſibus. Poetis præcipuis Græcis, Latinis, Italis, Hiſpanis, Gallis oblata quavis materia, ex temporalis eam Poeta ſuſcipiet, & verſu deſcribet.

Cuilibet diſputaturo ponere, & rogare quid velit licitum eſto. Incipiunt à die Lunæ 26. Septembris 1667. publicè in Eccleſia S. Franciſci de Vinea Venetiarum.

Hæc litterario Orbi ad Solem, & Lydium propoſita, & per octonum diem continuum fœcundo, ac facundo eloquentiæ labro ab ipſo pro roſtris expoſita. Nunc ad aliam ipſius Encyclopediam, nempè ad ejus ſubtili, ac ſublimi ingenij acie, ac calamo exarata opera. En, haùd ſine ſtupore ſunt:

Panegyris de S. Thoma Apoſtolo in Sacello Regio habita, ac prælo data Laurentij Craesbeeck. Ulyſsipone 1637. in 4. Vidi.

Theſes Rhetoricæ, ſub titulis: *Theſaurus eruditionis pro Sole Zodiacum percurrente. Parnaſi nemus poeticis arboribus conſitum. Viridarium eloquentiæ Rhetoricis floribus diſtinctum.* Hæc omnia vnico volumine prodierunt Matriti anno 1628.

Apotheoſis S. Franciſci Xaverij Lyrico car-

carmine, libris 3. Ulyſsipone anno 1620. in 8.

Apotheoſin S. Eliſabethæ Reginæ Luſitaniæ, Epico carmine. Gonnimbricæ 1625. in 4.

Elegiæ ſeptem in obitu præclariſsimi Interpretis P. Franciſci de Mendoza ejuſdem ſocietatis alumni. Lugduni 1626. Eas habes præfixas Viridario laudati Mendocij.

Epitome Chronologicum à principio mundi vſque ad Chriſti adventum; Hiſpanico ſermone Matriti 1633. in 4.

Vita Ludovici de Atayde Pro-Regis Indici, Hiſpanicè. Matriti 1629. in 4.

Ars Poetica juſto volumine. Hæc in ſocietate edidit, vti recenſet cum P. Philippo Alegambe Compilatore Scriptorum ejuſdemmmet ſocietatis, D. Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ dempta Panegyrica Concione ab eis illaudata. Sed hæc quid? Minoribus agregatus multo plura edidit, ſcilicèt:

Hyſtoriam Martyrum Jappouenſium Hiſpanicè. Matriti 1632. in 4. Laudatur à Fr. Ferdinando à Solitudine, tom. 5. Chronic. Provinciæ Portugalliæ, lib. 5. cap. 2.

Luſitaniam vindicatam, Apologeticum excuſum, Pariſijs 1641. in 4. Ex eodem ibidem.

Apis Barberina. Lyra Barberina. Roma vetus, & nova. Hæc tria Metrica opuſcula in laudem Urbani VIII. Pont. Max. Prodierunt Romæ 1642. in 4.

De Jure ſuccedendi in Regno Luſitaniæ tum Hiſtoria Luſitaniæ liberatæ, & ſchemmate Competitorum de Regno Luſitaniæ. Pariſijs apud Sebaſtianum Cramoyſi, anno 1641. in 4. & ibidem 1642. in fol. fidem ſi facias memorato Hiſtorico Provinciæ Portugalliæ.

Elogia Gallorum. Aquis Sextijs 1642. in 4. Vidi.

Deſcriptionem Villæ Juquij, & Speluncæ S. Magdalenæ, ligato ſermone. Ibidem 1641. in 8. Ex eodem Chronologo.

Elogium Eminentiſsimi Michaelis Mazzarini S. R. E. Cardinalis. Pariſijs, teſte Nicolao Antonio.

Officium S. Joannis Evangeliſtæ. Ulyſſipone: Ex eodem.

Honorem vindicatum. Rupellæ anno 1642. in 8.

Orationem funebrem in obitu Ludovici XIII. Galliarum Regis, habitam in Sacello Regio. Ibidem per Antonium Alvarez 1643. in 4. Vidi.

Mentem Divinitùs inſpiratam S. S. P. Innocentio X. ſuper quinque Propoſitionibus Cornelij Janſenij. Londini 1643. in 4. apud Nortonum.

Philippicam Luſitanicam, eodem idiomate. Ulyſsipone 1644. in fol.

Propugnaculum Luſitanico-Gallicum contra calumnias Hiſpano-Belgicas, in quo fermè omnia vtriuſque Regni, tùm domi, tùm foris præclarè geſta continentur. Pariſijs apud Antonium Bertier 1647. in fol.

Concionem de Solitudinibus Deiparæ ſemper Virginis habitam in Regio Sacello Ulyſsipone apud Paulum Craesbeeck 1645. in 4. Vidi.

Opus prænotatum *Laurus Arcbourtia*. Pariſijs 1648. in 4. Ex Chronicis Provinciæ Portugalliæ.

Scrutinium D. Auguſtini de Prędeſtinatione, gratia, & libero arbitrio. Pariſijs 1648. Monaſterij 1649. Londini apud Thomam Roycroft 1644. in 4. Vidi.

Cortinam D. Auguſtini de Prædeſtinatione. Pariſijs 1648. in 4. Monaſterij 1640. Vidi.

Controverſias Eccleſiaſticas inter Fratres Minores. Londini 1653. in 8.

Lituum Luſitanicum, hoc eſt, *Apologiam mentis innocentij X. adverſus Thomam Anglum.* Londini 1654. in 4.

Teſſeram Romanam Authoritatis Pontificiæ adverſus Buccinam Thomæ Angli, & Claſsicum Eterodoxorum. Ibidem 1654. in 4. Vidi. Extat etiam tom. 12. Bibliothecæ Pontificiæ Maximæ.

Mentem D. Auguſtini illuſtratam de duplici adjutorio gratiæ. Londini 1655. in 4. Vidi.

Vitam S. Joannis de Matha, & Felicis de Valois, Fundatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum. Romæ typis Angeli Bernabo 1660. in 8. Vidi.

Theatrum Meteoralogicum, in quo Ætherea, aerea, ignea, aquea, terreſtria, ſubterranea, ac ex his mixta meteora ſpectantur. Romæ apud Jacobum Dragondellum 1660. in 16. Vidi.

Domum Sadicam, ſeù Hiſtoriam Geneologicam nobilis inter Luſitanos Stemmatis de *Saa*. Lugduni 1653. in fol. ſeù vt vult Erneſtus in ſua Bibliotheca Geneologica, fol. 131. Londini anno 1654.

Roſas Alexandrinas pro electione Alexandri VII. Pontificis Maximi ligato ſermone. Romæ 1655. in 4.

Paladem Togatam ad Reginam Sueciæ in fidem converſam. Ibid. 1656. in 4.

Encyclopediam, ſeù ſcientiam ſcientiatum. Ibidem anno 1657. in fol.

Hiſtoriam Expeditionis Braſilicæ ad Bajam recuperandam, editam in 4. anno 1625. teſte laudato Fr. Ferdinando à Solitudine. Ibidem.

De clavibus Petri, lib. 4. Romæ apud Philippum Mariam Manzini, anno 1660. in fol. Vidi. Extat etiam apud tom. 1 a. Bibliothecæ Pontificiæ Maximæ. Libro primo agit de Clavi Papalis dignitatis poteſtatis, & juriſdictionis. Libro ſecundo, de Clavi interpretationis, ac intelligentiæ Sacræ Paginæ. Libro tertio, de Clavi Fidei Dogmaticæ. Libro quarto, de Clavi Sacramentorum in genere, & in ſpecie.

Archigymnaſij Romanæ ſapientiæ deſcriptionem. Romæ 1661. in 8.

Diatribam de adventu S. Jacobi in Hiſpaniam. Romæ per Philippum Mariam 1662. in 4. Vidi.

Controverſias ſelectas contra Hæreticos, & Schiſmaticos. Romæ apud Manzinum 1663. in 16. Vidi. Controverſiæ ſunt:

De Purgatorio.

De funere, & ſepultura.

De poſsibilitate, & impoſsibilitate mandatorum Dei.

De Canonizatione, & Beatificatione Sanctorum.

De Communione ſub vtraque ſpecie.

Scholas Theologiæ poſitivæ ad Doctrinam Catholicorum, & confutationem Hæreticorum apertas. Romæ 1664. in fol. litteris Philippi Mariæ Manzini. Vidi. Scholæ apertæ ſunt 20. nempè:

De Verbo Dei dicto.

De Verbo Dei viſo.

De Divinitate Spiritus Sancti.

De Proceſsione Spiritus Sancti à Patre, & Filio.

De Principio Spiritus Sancti, & diſtinctione ipſius a Filio.

De judicio veritatis Fidei, & morum in dubijs circa illam ortis.

De infallibili authoritate Pontif. Rom.

De Eccleſia Chriſti.

De Monarchia, & Hierarchia Eccleſiæ.

De Traditionibus.

De Immunitate Eccleſiaſtica.

De Sacramentalibus, & Caremonijs.

De Anti-Chriſto.

De Peccato, & juſtificatione à peccato.

De Purgatorio.

De Continentia Clericorum.

De funere, & ſepultura.

De poſsibilitate, & impoſsibilitate mandatorum Dei.

De Canonizatione, Beatitudine, cultu, & invocatione Sanctorum.

De Communione ſub vtraque ſpecie. Exaravit inſupèr opus prænotatum:

Aſſertor Romanus adverſus calumnias Hetherodoxorum, Anglorum præſertim, & Scotorum in Academijs Oxonienſi, Cantabrigienſi, & Aberdonienſi. Romæ in fol. ex typographia Philippi Mariæ Mancini 1667. SS. D. N. Clementi IX. Vidi.

Luſitaniam infulatam, ſeù de Pontificibus Luſitanis. Pariſijs 1663. in 4. Ex Alphonſo Laſſor, tom. 2. ſui *univerſi calamo delineati*, fol. 440.

Vitas Tereſiæ, & Sanciæ Reginarum Luſitanarum. Romæ 1667. in 8. Vide Papebrochium ad diem 17. Junij, fol. 473.

Concentum Euchologicum S. Matris Eccleſiæ in Breviario, & S. Auguſtini. Venetijs 1668. apud Cieras in fol. Vidi.

Harmoniam Exercitiorum S. Ignatij Societatis Jeſu Fundatoris, ac operum S. Auguſtini Eccleſiæ Doctoris. Vidi. Prodijt ibidem vnà cum Concentu laudato.

Vitam S. Thuribij Archiepiſcopi Limani Venetijs 1668. in 4. Vidi.

Picturam Venetam. Venetijs 1669. in 4. De ea laudatus Laſſor ibidem fol. 642.

Collationes doctrinæ S. Thomæ, & Scoti cum differentijs inter vtrumque, in Primum Sententiarum. Patavij 1671. typis, & ſumptibus Petri Maria Frambolti in fol. Vidi.

Medullam Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Patavij 1671. in fol. apud Bibliothecam Sluſianam.

Azimum Euchariſticum. Veronæ 1673. in 8. Ex Chronicis Provinciæ Portugalliæ.

Diſquiſitionem Eccleſiaſticam ſuper Azimum Euchariſticum, ſeù de ritu azimi, & fermentati. Veronæ per Franciſcum Gamba 1673. in 4. Vidi.

Collationes Doctrinæ S. Thomæ, & Scoti in ſecundum Sententiarum. Patavij apud Petrum Maria 1673. in fol. ad Emminentiſ. Cardinalem Otobonum. Vidi.

Adventoriam contra Henricum Noris. Florentiæ 1674. in 4. apud Bibliothecam Sluſianam.

Commentationes duas Polemicas pro S. Auguſtino. Veronæ 1674. in 4.

Reſponſiones ad Joannem Guidiccionum. Venetijs 1676. in 4. apud Bibliothecam Sluſianam.

Com-

Digitized by Google

Commentationes duas Eccleſiaſtico Polemicas pro S. Vincentio Lyrinenſi, & S. Hilario Arelatenſi, & Monaſterio Lyrinenſi. Veronæ 1674. in 4. Vidi. & in fol. Moguntiæ per Joannem Petrum Zubrodt 1676. ſub hoc titulo: *Commentatio Eccleſiaſtica Polemica pro S. Vincentio, Authore P. Fr. Franciſco à S. Auguſtino Mazedo Luſitano Ordin. Fratrum Minorum ſtrictioris Obſervantiæ.* Ita habetur ad calcem libri inſcripti: *Prodomus veritatis* ibidem editi.

Reſponſiones ad notas nobilis critici Anonimi in Apologiam Thomæ Mazza pro Joanne Annio Viterbienſi. Veronæ in 4. Vide Ephemer. 1. Erudit. Italiæ, anno 1675.

Librum Allegationum pro Sereniſ. Dom. Catharina adductarum à Doctoribus Conimbricenſibus, ex Luſitanico Latinum fecit. Prodijt Pariſijs 1641

Schemma Sacræ Congregationis S. Officij Romani cum elogijs Emminentiſ. Principum Cardinalium, & Corollarium de infallibili Authoritate Romani Pontificis in Myſterijs Fidei proponendis, & ejuſdem controverſijs decidendis. Patavij 1676. in 4. Vide Ephemer. 13. Eruditor. Italiæ anno 1676. Extat etiam tom. 12. Biblioth. Pontificiæ.

Collationes S. Thomæ, & Scoti in tertium Sententiarum, SS. Innocentio XI. Patavij apud Cadorinum, anno 1680. in fol. Vidi. Opus eſt ſingulare in quo agit: De ineffabili, & altiſsimo Incarnationis Myſterio, & alijs continentibus, cum apparatu ad idem Myſterium, & tractatu de Immaculata B. Mariæ Virginis Conceptione, & de Adoratione, & inſtitutione vitæ Apoſtolicæ.

Mirothecium ex documentis moralibus. Paduæ 1675. in 4.

Triſavium Mazedi compoſitum ex Panegyrico Poemate ad Illuſtriſ. Archiepiſcopum Bracharenſem D. Ludovicum de Souſſa. Paduæ apud Cadorinum 1677. in 4.

Elogia Poetica in Rempublicam Venetam, ejuſque Duces. Patavij 1680. in fol. cum figuris. Demùm, recenſente memorato Chronologo Provinciæ Portugalliæ, ſcripſit opera prænotata:

Hiſtoria de bello Luſitano, Titi-Livij æmulator.

De Concilijs generalibus, ac peculiaribus, volumen in fol.

Apologiæ adverſus Caronem, & Valſium Romanæ Eccleſiæ adverſarios, in 4.

Calamitas erudita, in 4.

Lucerna Macedi, in 8.

Diſſertatio de validitate Matrimonij Ethnicorum præſertim Tunchinenſium Barbarorum, in 4. Eam commendat D. Nicolaus Antonius in Append. M.S.

Traductio Latina Ludovici Camoes Principis Poetarum Luſitaniæ, in 4. Laudatur etiam à D. Nicolao Antonio in Append. M. S. ſuæ Biblioth.

Proſper redivivus contra Narratorem. Erat ſub prælo, anno 1690.

Accipiter, ſivè ſperaverius Rufrati plumis veſtitus deplumatus, & viginti quinque errorum convictus. Etiam ſub prælo eodem anno.

De generibus, ac differentijs ſtyli, tùm Rhetorici, tùm Poetici, tùm Hiſtorici, tùm Epiſtolaris. Connimbricæ in 8.

Vita pij Viri Dominici Joannis Laici Jeſuitæ, in 8.

Scientia Poetica, in fol.

Scientia Rhetorica, in fol.

Bellum Hiſpanorum, & Gallorum, Hiſpanicò idiomate, in 4.

Metrica deſcriptio Boni Receſſus, Hiſpanicè, *del Buen-Retiro.* Conſtat termillibus heroycis carminibus, & aſſervatur inedita in Bibliotheca Ducis de Olivares.

Vita S. Roſæ Limenſis, in 4. Cuſtoditur Romæ in Bibliotheca Dominicani Conventus Minervæ.

Ad Auguſtiſsimam Reginam Heroynam Chriſtinam Corona. Sunt carmina ſelecta impreſſa Ulyſsipone, anno 1683.

Adverſaria collecta ex omnibus operibus S. Auguſtini, in fol. opus egregium, ſed à quodam Locali Præfecto diſsipatum. Ecce tanti Authoris, à quo diſces laborem, fortunam verò ex alijs, Encyclopedia. Romæ in Aracœlitano Conventu appoſitum extat hoc ſuorum munerum Epicedium, ſeù Epitaphium, licet Paduæ Sacramentis munitus mortem viderit nonagenarius. Ipſo fruere.

P. M. S.

P. M. S.

Viro omniſcio P. Fr. Franciſco à S. Auguſtino Macedo,

Patria Luſitano, Veneto Civi, Minor. Obſervantium Provinciæ Portugalliæ Lectori Jubilato. In Patavina Academia Ethico Profeſſori. Galliarum Reginæ Annæ Concionatori, & Conſiliario. Regis Luſitaniæ Joannis IV. Chronologo Latino. Sancti Officij Romæ Qualificatori. In Collegio Propagandæ Fidei Controverſiarum Lectori. In Romana Sapientia Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Magiſtro. Poetæ extemporaneo celeberrimo, Pluribus in Catholicæ, & Litterariæ Reipublicæ obſequium laboribus claro. Adverſæ fortunæ ictibus intrepido, ingenio acri, memoria infallibili. Septuaginta voluminum Patri, die 1. Maji 1681. ætatis ſuæ anno 88. Paduæ ad ſuperos profectò.

FRANCISCUS AURELIANENSIS, Conventus Engoliſmenſis Guardianus, ſcripſit:

Hiſtoriam Martyrum Japponenſium circà annum 1633. Uvadingo teſte.

FRANCISCUS AZEBEDO, Hiſpanus, Cuſtos Diſcalceatæ Provinciæ S. Gabrielis in Extremadura, vulgò dedit:

Concionem in Capitulo Provinciali habitam. Salmanticæ in officina Suſanæ Muñoz, anno 1615. Legi ſub themate *Rex unus erit in nobis imperans, &c.* Ezech. 37. 22.

FRANCISCUS BACA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Compoſtellanæ Provinciæ, teſte Fr. Jacobo de Caſtro, tom. II. memoratæ Provinciæ, lib. 3. cap. 6. pag. 117. in publicum miſsit volumina duo. Primum:

Concionum per circulum totius anni. Secundum:

Epiſtolarum ad Principum conſolationem. Nullum vidi.

FRANCISCUS A BAGNONE, Capuccinus, Concionator Provinciæ Inſubriæ, Vir probitate vitæ, ac ſingulari animi demiſsione inſignis, propter morum ejus candorem, & ſimplicitatem, Sereniſsimis Parmæ, & Placentiæ Principibus, apprimè charus, ac familiaris, ad eorum inſtantiam ſcripſit, ac typis dedit Italicè volumina duo, ſub titulo:

Devote conſiderationi ſpirituales de Myſterio Redemptionis. Parmæ apud Galerium Roſatum, anno 1683. tom. 1. in 8.

Spirituaila exercitia. Ibidem anno 1685. tom. 1. in 8. Floruit anno 1690. teſte Dupino, ſæculo 17. poſt Genuenſem.

FRANCISCUS BARAHONA, Hiſpanus, Provinciæ S. Michaelis Reg. Obſervantiæ Cuſtos, ac Vicarius Provincialis, necnon Supremi Senatus S. Inquiſitionis Qualificator communem fecit vernaculè:

Panegyrim de Converſione S. Pauli. Matriti apud Franciſcum Maroto 1641. in 4. Vidi. Laudatur in Chronicis laudatæ Provinciæ, lib. 1. cap. 32.

FRANCISCUS BARBARANUS, natione Italus, Patria Vicentinus, ex Comitibus de Barbaranis in illa Urbe nobiliſſimis, profeſsione Capuccinus, Vir Divini

hi honoris zelo plenus, doctrina, ac ſingulari vitæ integritate præornatus, ſcripſit Italicè:

Hiſtoriam Eccleſiaſticam Urbis Vincentinæ, necnon *ejus Territorij, & Diœceſis* in duos tomos in 4. diſtributam. Primus tomus impreſſus eſt Vicentiæ apud Chriſtophorum Rubeum, anno 1649. Secundus ibidem apud eumdem anno 1652. Scripſit etiam tria opuſcula valdè vtilia, quorum tituli:

Horologium ſpirituale, ſeù Conciones in omnes Sanctiſsimæ Virginis feſtivitates cum exercitio ad B. Virginem ſalutandam. Venetijs anno 1641.

Directorium vitæ ſpiritualis. Venetijs apud Joannem Baptiſtam Coſtanum 1647. in 8.

Monile ſpirituale hominis Chriſtiani. Vicentiæ apud Hæredes Petri Groſsi, anno 1651. in 4. Peſte ſublatus fuit Vicentiæ 1656. Laudatur poſt Marracium, & Uvadingum à Genuenſi, pag. 113.

FRANCISCUS BARTHOLDUS, Sacræ Theologiæ Doctor Aſsiſias, ſcripſit ſub annum 1325.

De Paſsione Domini.

Hiſtoriam S. Mariæ de Portiuncula.

Sermones feſtivos, & feriales, quos Refugium pauperum prænominavit. Hæc Uvadingus. Hiſtoriæ laudatæ titulus hic eſt:

Demonſtratio Indulgentiæ Portiunculæ. Prodijt Trevij circà annum 1470. Vidit, & in membranis caractere valdè antiquo conſcriptam Illuſtriſ. Octavius Epiſcopus Aſsiſienſis, ex quo eam exſcripſit Fr. Mathias Crouvels in ſua Hiſtoria Critica ejuſdem Sacræ Indulgentiæ à pag. 187.

FRANCISCUS BAUCELLS, Hiſpanus, ex Principatu Catalauniæ, hujuſque Provinciæ Regularis Obſervantiæ Apoſtolicus Concionator, in animarum vtilitatem ſcripſit de quatuor partibus Doctrinæ Chriſtianæ ſermone proprio volumen in 4. prænotatum:

Fons myſticus. Barcinone apud Joſephum Texido 1711. Vidi. Hæc eſt editio ſecunda; prodierat enim ibidem ex officina Joannis Jolis 1704. in 4.

FRANCISCUS BELL, Provinciæ Anglicanæ Definitor, Sacræ linguæ Profeſſor, primus reſtauratæ Provinciæ Scotiex Miniſter, poſt varios labores in Miſſione Anglicana toleratos, martyrio Londini anno 1643. coronatur. Tranſtulit in linguam vernaculam:

Vitam Venerabilis Sororis Joannæ à Cruce, ſanctimonia illuſtris. Audomari anno 1625. Item:

Sui Inſtitutoris teſtamentum Anglicè edidit *cum doctis, ac pijs adnotationibus ex Sanctis Patribus, & Sacra Scriptura depromptis.* Duaci apud Balthaſarem Bellin, anno 1632. Laudatur à Nicolao Antonio, tom. 2. ſuæ Bibliothecæ, pag. 366. ſed fuſiùs à noſtro Uvadingo in Appendice.

FRANCISCUS BELLUS, Siculus Saccenſis, Tertij Ordinis Regularis, Sacræ Theologiæ Magiſter, ac Concionator celebris, tùm in Sicilia, tùm in Gallia Subalpina, ſtylo ſignavit:

Librum veritatis Chriſtianæ, in quo plures figuræ Veteris Teſtamenti circa myſteria Fidei explanantur. Ticini apud Petrum Bertolum 1601. in 12. Addit Bordonus: *Ferunt opus edidiſſe valdè eruditum ſuper Decalogum, quod nondùm ad manus noſtras pervenit.* Ex Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ. Conſule Bordonium in Chron. Tertij Ordinis, cap. 38. Floruit circà annum 1600.

FRANCISCUS BERMINGHAM A GALVIA, Provinciæ ſtrictioris Obſerv. Hyberniæ Pater, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, & Ex-Definitor generalis publicavit:

Summam Scoticam S. Theologiæ de Deo Uno, & Trino, juxtà Angelici Doctoris methodum, & Subtil. Doctoris mentem; dicatam Alexandro VII. Pontif. Max. impreſſ. in fol. Romæ apud Hæredes Colinij 1656. Vidi. Claruit in Romano Collegio Sancti Iſidori.

FRANCISCUS BELLOTI A GUGLIA, Italus, Minorita Conventualis, Bononiæ, ac Paduæ Philoſophus celeberrimæ opinionis, evulgavit:

Prælectionem in laudem Theologiæ, habitam in Univerſitate Patavina. Paduæ typis Sebaſtiani Sarili 1638. in 4.

Examen ſeptimò quæſitis à Fernerio Liceto. Ibidem apud Joannem Baptiſtam Paſquatum 1652. in 4. Refert P. Coronelli in ſua Bibliotheca Univerſali, tom. 5. num. 4236.

FRANCISCUS BLANCO, Minorita Hiſpanus, ſcripſit, ac edidit, vti ex Antonio Daza in tractatu de Conceptione, cap. 6. fol. 53. exſcripſit N. Alva, col. 408. ſuæ Militiæ:

Mariale, hactenùs mihi ignotum.

FRANCISCUS BOHON ET ARJONA, Hiſpanus, Provinciæ S. Jacobi, Regul. Obſerv. Lector emeritus, ac Provin-

vincialis Miniſter, à Cenſuris S. Officij, & Provinciarum Caſtellæ, ac S. Michaelis Commiſſarius Viſitator, valdè eruditus Conciones de S.P.N. Franciſco concinnavit publici juris factas vernaculè, ſub titulo:

Hora Seraphica. Salmanticæ excudit Melchior Eſtevez 1675. in 4. Vidi. Vulgavit quoque adSalmantinam Academiam à ſe habitam.

Panegyrim de Immaculata Conceptione Regina Angelorum. Ibidem per Joſephum Gomez 1664. in 4. Vidi. Alia inedita reliquiſſe, *Apologetica* præcipuè, recenſet Fr. Jacobus de Caſtro, tom. 1. Chronicorum memoratæ Provinciæ, lib. 3. cap. 6.

FRANCISCUS BONAL, Gallus, Provincialis, ac Pater Fratrum Minorum de Obſervant. Regul. Provinciæ antiquæ Aquitaniæ, conſcripſit Gallicè opus prænotatum:

Chriſtianus hujus temporis in quatuor partes diviſus. Agit in parte 1. *De Origine Chriſtianiſmi.* In 2. *De Vocatione omnium hominum ad Fidem Chriſtianam.* In 3. *De Puritate primæva Chriſtianiſmi.* In 4. *De Diſſolutis moribus Chriſtiani temporis hujus.* Latinitati donatum, ſtudio R. P. Udalrici, Societatis Jeſu alumni, excuſum fuit Auguſtæ Vindelicorum formis Joannis Jacobi Lotteri anno 1718. in fol. Vidi.

FRANCISCUS BONNAL, Gallus, Regul. Obſerv. edidit Gallicè:

Panegyrim dicatum Duci Aurelianenſi. Pariſijs 1644. in 4.

FRANCISCUS BON AGRATIA, Capuccinus. Vide ſuperiùs *Bonagratia.*

FRANCISCUS BONARDUS A MONTE REGALI, Minorita, & Epiſcopus de Conſerans in Aquitania, Vir doctiſsimus, & maximę intelligentiæ, ſcripſit:

Super Miſerere: Quod Soli Papa ſpectat convocare Concilium.

FRANCISCUS A S. BONAVENTURA, Hiſpanus, Minorita ex Recollectis Provinciæ Bæticæ, Apoſtolicus Concionator, edidit adverſus indumentorum vtriuſque ſexus luxuriem tractatum brevem, ſub titulo:

Ornatus animę, & corporis incuria. Hiſpali typis Simonis Faxardi 1644. in 4. Vidi.

FRANCISCUS A S. BONAVENTURA, Hiſpanus, Matritenſis, ſtrictioris Obſerv. ſectator in Diſcalceata Sancti Joſephi Provincia, Theologus, ſemel, atque iterum Guardianus, Vir ſanè in Sacris Litteris peregregiè verſatus, ac rei Poeticæ minimè ignarus, multa luculentèr ſcripſit. Quæ in lucem autem prodierunt hæc ſunt:

Panegyris de Doloribus Deipara ſemper Virginis, in gratiarum actionem pro Victoria Philippi V. Hiſpaniarum Regis. Toleti per Auguſtinum de Salas 1710. in 4. Vidi.

Epitome Conſtitutionum antiquitatis, ac privilegiorum Confraternitatis Sanctę Charitatis, apud Oecaniam. Matriti 1717.

Statio ad S. Petrum de Alcantara. Prodijt cum *tractatu de Oratione.* Matriti 1731.

Concio Panegyrica de Domina noſtra del Prado, in ſolemnitate ſua Deſponſationis. Matriti ex typographia Regia 1715. in 4. Vidi.

Compendium prodigiorum S. Bonaventura unà cum ejus Novendiali Sacro. Ibidem 1709. ac 1723. in 8. Vidi.

Comedia de S. Clara Agolancia. Prodijt ibidem, ſed ſuppreſſo nomine.

Chronologica Hiſtoria Provinciæ S. Joſephi ab anno 1723. ad vſque 1729. Latinè. Extat in Archivio ſuæ Provinciæ, & in Archivio Romano Ordinis. Ineditas habet *Reſolutiones morales*, ſed adhùc vivit.

FRANCISCUS A S. BONAVENTURA, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector, ac ſuæ S. Didaci Diſcalceatorum Provinciæ in Bætica Diffinitor, mirabilem vitam, glorioſumque martyrium S. Joannis de Prado, evulgavit ſub titulo:

Sol Marochij. Prodijt in 4. Hiſpali ex officina Joannis Franciſci Blas 1691. Vidi. Laudatur à Chronologo ejuſdem Provinciæ, lib. 7. cap. 5. num. 126. Italicè nonnullis locupletatum additionibus communem fecit Doctor Joannes Baptiſta Vaccondio. Romæ anno 1714. in 4. Vidi. Scripſit inſupèr:

Triſagium Seraphicum, ſeù *tres Sermones de S. P. N. Franciſco.* Prodijt Hiſpali ex officina Franciſci Garay, anno 1712. in 4. Vidi.

Concionem gravem ejuſdem Authoris habitam ad Gaditanam Civitatem in ſolemnitate Canonizationis S. Joannis de Deo, leges à fol. 355. libri inſcripti: *Apparatus ſolemnis*, impreſsi Ulyſsipone anno 1693.

FRANCISCUS BONIFAZ, Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ Regul. Obſervantiæ alumnus, litteris mandavit:

Tabulam S. Bonaventurę cum additionibus

bus Doctrina Chriſtiana , Orationis , & ejus praxis , regulæ , & teſtamenti S. P. N. Franciſci , cum ejus expoſitione. Matriti typis Joannis Ximenez, anno 1720. in 8. Vidi.

FRANCISCUS BORDONUS, Italus, Parmenſis ex Tertio Ordine Regul. Bononienſis Provinciæ Miniſter, ex generali Diffinitore, generalis Miniſter, ac Sancti Officij Conſultor, Vir apprimè doctus, varioque ſcientiarum genere ornatus, in cujus laudem, in ingreſſu Parmenſis Bibliothecæ Cœnobij S. Mariæ de Querriere legitur:

Parma Bordonus , & Orbi
Mortuus,& vivens Bibliotheca fuit.

Plura monumenta reliquit. Extant igitur ex illius penu opera edita, & inedita, quorum ſeries hæc eſt.

Opera edita.

Syllogiſtarium , ſcilicèt , tractatus de conſtructione ſyllogiſmorum , & aliorum Logicalium inſtrumentorum. Mediolani apud Paganum 1630.

Tractatus de Profeſſione regulari ad leges Juris communis , & Conſtitutionum Romanorum Pontificium. Mediolani typis Philippi Ghiſulphij, anno 1635.

De antiquitate Religionis Tertij Ordin. S. P. N. Franciſci , & de abſoluta juriſdictione Itali Generali illius. Bononiæ per Jacobum Montis 1644.

Reſponſio ad argumenta probantium valere in Ordine Hieroſolymitano profeſſionem ſine cingulo emiſſam. Etruriæ 1647.

Theatrum præcedentiæ quarumcumque perſonarum , & præſertim Regularium. Parmæ apud Vignam 1654. in 4. Vidi.

Controverſia Morales etiam Cauſidicis, & Advocatis perutiles. Romæ ex officina Hæredum Corbelleti 1652.

De jure præcedentiæ Canonicorum Regular. Lateranenſium. Parmæ, formis Vignam 1655. & Lugduni apud Huguetam 1665. in fol. Vidi.

De juribus Parochialibus innatis Canonicis Regul. Lateranenſibus , ex Inſtitutione ſui Ordinis. Ibidem 1655.

Eccleſiaſtica Ratiocinatio Feſtorum mobilium , à Chriſti morte ad bis millenarium per Ciclos Eccleſiaſticos. Bononiæ ex typographia Montij 1657.

Archivium Bullarum Privilegiorum, Inſtrumentorum , ac Decretorum Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci P. N. Excudit Parmæ Marius Bignam 1658. Prodijt etiam Romæ 1658. in 4. Vidi.

Chronologium Fratrum , & Sororum Tertij Ordinis Seraphici , tàm Regularis, quàm Sæcularis. Ibidem 1658. in 4. Vidi. Conſule Fr. Didacum de Lequile, tom. 2. *Terlegiſlatoris* , tract. 6. fol. 476.

De Profeſſione Regulari ad leges Juris Canonici,Conſtitutiones Pontificias , ac Sacra Rota deciſiones. Venetijs per Bertanos 1660. in 4. Vidi.

Formalitates Doctoris Subtilis ab objectis vindicata. Parmæ apud Bignam 1661.

Duplex tractatio. Agit in prima *de prima Tonſura* addita reſolutione : *In qua parte capitis ungendus ſit baptizandus à Parocho.* In ſecunda continetur : *Formularium criminale Judicibus Regularibus accommodatum , qui non tenentur ad juris apices* , de quibus in ejus calce. Mutinæ litteris Juliani 1663.

Formularium Licentiarum , Obedientiarum , & Litterarum ad uſum Prælatorum Regularium adjectis Bullis legendis in Capitulis. Parmæ apud Bignam 1664.

Formularium Proceſſuum Criminalium. Ibidem, & Lugduni. Vidi.

Religioſa paupertas reformata ad mentem SS. Patrum Inſtitutorum, Summ. Pontif. Sacrorum Conciliorum, & piiſſimi Imperatoris Juſtiniani. Venetijs typis Hæredum Storti 1664.

Sacrum Septenarium Immaculatæ Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis completum per Bullam Alexandri VII. diviſum in ſeptem Concluſiones. Panormi formis Rua, & Comagna 1664. Quæ ſequuntur varijs in locis impreſſa, demùm additionibus locupletata recuſſa ſimul ſunt, nempe:

Sacrum Tribunal Judicum in cauſis Sanctæ Fidei. Romæ apud Hæredes Corbelleti 1648. in fol. Vidi.

Adjecto diſcurſu , & examine Clericorum ad Beneficia vacantia. Prodijt Romæ ſumptibus Joſephi ab Oleo 1693. in fol. Vidi.

Variarum Reſolutionum , ſeù Conſiliorum Regularium, tomi quinque in fol. Prodijt primus Venetijs ex typographia Bertanni 1641. Secundus Parmæ apud Marium Bignam 1640. Tomus tertius, quartus, & quintus excuſus fuit ibidem. Vidi. Prodierunt omnes Lugduni.

Propugnaculum opinionis probabilis in concurſu probabilioris , adjectis ſex fundamentis ad propugnaculum ejuſdem operis:

Lug-

Lugduni typis Hugueran 1669. in fol. Vidi.

Homicidij proditoris vindicatio, & reſtitutio in eum priſtinum ſtatum, in quo illud Bartholus conſtituerat. Parmæ apud Bignam 1667.

Privilegia Clericorum in Controverſijs occurrentibus inter Judices Eccleſiaſticos, & Laicos. Ibidem per Viothos 1668.

De Succeſsione in bonis Clericorum ab inteſtato decedentium ſine legitimis hæredibus. Bononiæ apud Montium 1670.

Theſaurus S. Eccleſiæ Parmenſis, Ortus Sanctorum, & Privilegiorum publicæ vtilitatis. Panormi apud Viothos 1671.

Deciſiones miſcellaneæ quinquecentum dubiorum. Venetijs typis Pauli Baleonij 1650. in 4. Vidi.

De Legatis, adiectis centum Conſultis, tùm Juridicis, tùm Regularibus. Parmæ apud Joſephum ab Oleo 1688. in folio. Vidi.

Appendices ad Manuale Conſultorum, opus poſthumum editum Parmæ typis Pauli Monrij 1703. in fol. Vidi.

De Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum, opus poſthumum impreſſum ibidem eiſdem typis anno 1703. in folio. Vidi.

De Blaſphemijs.

De Sortilegijs.

Advocatus Mulierum. Quæſtio: *An Deus faciat ſemper id, quod melius eſt.* Habentur vnà cum Appendicibus laudatis.

Opera inedita.

Lilium Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ, opus ad prælum maturum, conſcriptum in fol. anno 1660. Cuſtoditur in Biblioth. Matritenſis Cœnobij Regul. Obſerv. ſub C. D. num. 153. Incipit: *Caput primum de generatione, & conceptione hominis.* Vidi.

Titulus Immaculatæ debitus Conceptioni B. Mariæ ſemper Virginis. Aſſervatur in fol. in laudata Bibliotheca ſub C.D. num. 31. Incipit: *Propoſitio dicendorum.* Vidi. Inſupèr, me docente P. Vincentio Coronelli, tomo 6. Biblioth. Univerſ. numero 2008. præclara alia opera reliquit, quæ M. S. aſſervantur Parmæ in ſuo laudato Cœnobio. Memorabilia autem ſunt:

Tractatus de Homicidio.

Sacrum Syllabarium SS. & BB. Tertij Ordinis S. P. N. Franciſci.

Additio ad propugnaculum opinionis probabilis.

Immunitas Eccleſiaſtica propugnata.

Diatriba antiquiſsimi ejus opinionis probabilis.

Vacuum fiſtulare, ſeù Valerianum extrà mundum relegatum in ſpatijs imaginarijs.

Tractatus de Formalitatibus vndequaque abſolutus.

Decretalium Gregorij compilatio ſummariorum.

De ſeptuaginta duobus Chriſti Diſcipulis Indiculus.

Syllabarium Poeticum, in tres libros diſtributum.

Sanctuarium Sanctorum, ac Beatorum Tertij Ordinis S. Franciſci P. N. compendiosè digeſtum.

Commentaria in Proemium Tertiæ Regulæ S. Franciſci, in triginta capita diſtributa.

De modo profitendi, quem obſervare debent Tertiarij Franciſcani, tùm Regulares, tùm Sæculares, opus perutile.

Compendium ſtatuum omnium Conventuum Tertij Ordinis Franciſcani.

Nomenclatorium nominis, cognominis, Patriæ, & factorum Fratrum Tertij Ordinis Regul. per vniverſum Orbem, & præcipuè Provinciarum Italiæ. Obijt Patriæ anno 1671. die 7. Auguſti. Eum commendant Uvadingus, Marracius, Dupinus, & Sannig. Conſule Fr. Petrum de Alva in Militia.

FRANCISCUS A BOSCHO VALDEBIENSIS, Italus, Provinciæ Venetiarum Minorum Capuccinorum alumnus, in Arte Medica valdè peritus, qui per plures annos in ſua Provincia infirmorum Fratrum curæ Præfectus, ſumma charitate erga illos fuit ſolicitus, compoſuit ad communem vtilitatem, præſertim pro Religioſis, qui obſequijs ægrotantium aſsiſtunt, opuſculum ſermone Italico ſub hoc titulo:

Praxis Noſocomiorum. Veronæ anno 1664. in 4. & 1671. in 8. Venetijs iterùm anno 1674. in 12. apud Joannem Baptiſtam Merlum. Ex Genuenſi pag. 114.

FRANCISCUS BOVILLON, Sacræ Theologiæ Baccalaureus, edidit Gallicè:

Vitam, Miracula, & Purgatorium Sancti Patricij. Pariſijs in 16. apud Carolum Rovillard, anno 1643. Hæc Uvadingus.

FRANCISCUS BRECCIA, Italus, ex Minoritis Conventualibus Sac. Theologiæ Magiſter, ac Theologus Spolitani Epiſcopi, elaboravit vernaculè opus prænotatum:

Hortus myſticus, Paradiſus delitiarum. Vin-

Vincentius Coronelli, tom. 6. Bibliothecæ Univerſalis, num. 3000.

FRANCISCUS BRITO, Luſitanus, Prov. S. Michaelis Regul. Obſerv. Diffinitor, ſcripſit:

De Excellentijs Sancti Joannis Baptiſtę, Hiſpanicè. Salmanticæ apud Franciſcum Roales 1644. in 4. Vidi.

FRANCISCUS BURGONIUS, Minorita, Pariſienſis, Toſigniano teſte, edidit copioſum:

Indicem omnium dictorum S. Auguſtini. Conſentit Illuſtriſs. Gonzaga.

FRANCISCUS DE BURGO, ſtrictioris Obſerv. Hybernus Clanvicardienſis, in Lovanienſi Univerſitate Philoſophiæ Profeſſor, deindè per Regna Britannica Miſsionarius Apoſtolicus, ac poſtmodùm in Collegio S. Iſidori de Urbe S. Theologiæ Lector, Concionatoribus donavit opus prænotatum:

Bibliotheca ſuccincta, & portatilis, ſivè Directorium Concionatorium. Coloniæ ſumptibus Balthaſaris Endteri 1691. tom. 2. in 8. Vidi.

FRANCISCUS BUSTAMANTE, Hiſpanus, Aragonenſis Provinciæ Regul. Obſerv. filius, Vicarius à Choro in Cæſarauguſtano Regio Conventu, ſuperiorum juſſu diſpoſuit anno 1576.

Cæremoniale juxtà Romanum Ritum pro Fratribus, & Monialibus Ordin. S. P. N. Franciſci, poſteà in lucem editum in 4. & Hiſpanè Cæſarauguſtæ 1601. Hæc P. Hebrera in M. S. 3. parte Chronic. ejuſdem Provinciæ, lib. 1. cap. 6. fol. 11.

FRANCISCUS CALDERON, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Conceptionis Eccleſiaſtes, ac Cuſtos, à ſe habitam in populo gravi:

Orationem funebrem in Exequijs Leonoræ Carreto, Marchioniſæ de Mancera, Pro-Reginę Novæ Hiſpaniæ, publicavit anno 1675. in 4. Vidi, ſed abſque typographi nomine. Huic, ſed immeritò attribuit: *Commentaria in Marcum Maximum*, Fr. Emmanuel Leal in Catalogo AA. propugnantium Auguſtinianos Regulares.

FRANCISCUS CALONA, Panormitanus, Tertij Ordinis Regularis, Vir celebris, præſertim apud domeſticos, Sacræ Theologiæ Magiſter, Provinciæ Siculæ Diffinitor, ac S. Officij Cenſor, edidit Italica lingua librum inſcriptum:

Lucerna ſecreta conſcientiæ pro inſtructione confeſsionum generalium, vel particularium. Panormi apud Alphonſum de Iſola 1643. in 12.

Modus devotus recitandi novem Salutationes Angelicas pro ſingulis diebus Hebdómadæ in honorem Sanctæ Annæ. Panormi apud Nicolaum Buam, & Michaelem Portanovam 1645. in 12. & iterùm Panormi apud Dominicum Anſelmum anno 1654. in 12. Dùm ſuam Provinciam ſumma prudentia moderabatur, obijt Panormi 31. Octobris 1651. Hæc ex Bordonio, Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

FRANCISCUS CAMBERIENSIS, Capuccinus, natione Allobrox, Provinciæ Sabaudiæ alumnus, Sacræ Theologiæ Profeſſor, egregius Concionator, ac per totum quinquennium Miniſter, & Commiſſarius Generalis, Vir tùm generis nobilitate, tùm animi præſtantia, ac perfecta Apoſtolici vitæ obſervantiæ admodùm commendatus ſcripſit ad utilitatem ſuorum, librum, ſub titulo:

Religioſę, ac Regulares Fr. Capuccinorum exercitationes in quatuor libros diſtributæ. Fuerunt impreſſæ Lugduni apud Ludovicum Muguet, anno 1624. & 1627. in 4. De eo Genuenſis adhærens Uvadingo, & Roſſoto.

FRANCISCUS DE CAMPOS, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ S. Jacobi, Authoris ipſius rogatu, formavit:

Compendium, ſeù Indicem moralium Conceptuum ex operibus Philippi Diez Luſitani ejuſdem Provinciæ. Salmanticæ 1588. Venetijs apud Societatem Venetam, anno 1597. Genuæ per Hæredes Hieronymi Bartoli, anno 1596. in 4. Vidi.

FRANCISCUS A CANDIA, *Doctor fertilis* appellatus, ſcripſit:

In quatuor libros Magiſtri Sententiarum Uberes Commentarios. Hæc Uvadingus, poſt Poſſevinum, ex Uvilloto ejus ſapientiam commendante.

FRANCISCUS A CANISVILLA, Minorita Flander, teſte noſtro Alva, col. 411. ſuæ Militiæ Univerſalis, emiſsit librum inſcriptum:

Fax Seraphica, ſeù Franciſci Seraphici ad Evangelicam perfectionem praxis optima. Ipris anno 1645. in 24.

FRANCISCUS A CANOBIO, Italus, Capuccinus, Provinciæ Mediolanenſis, Vir vitæ perfectione, ſanctiſque moribus illuſtris, poſteris reliquit ſermone patrio:

Volumen Chronographicum, in quo fidelisſimè exaravit res geſtas ab initio à Viris illuſtribus ſuæ Familiæ uſque ad an-

annum 1570. Ex quo Zacharias Boverius Annalium Capuccinorum Hiſtoriam partim deſumpſit, teſte Genuenſi, pag. 115. Obijt anno 1570. Agit de eo Dupin in Supplemento, tom. 3.

FRANCISCUS CAROPHILUS E CASTRO, Sangrenſi Samnites, Regul. Obſervantiæ Provinciæ S. Angeli, edidit:

Quadrageſsimale, Venetijs anno 1551. Titulum indidit: *Oeconomia Concionalis*. Prodijt in 8. nonnullis adjectis Concionibus de B. Virgine memoratis à noſtro Alva, col. 411. ſuæ Militiæ. Laudatur à Nicolao Toppi in ſua Bibliotheca Neapolitana.

FRANCISCUS CARRIERE, Aptenſis, ex Conventualibus Provinciæ S. Ludovici, Definitor perpetuus, Pœnitentiarius Apoſtolicus, Doctor, & Concionator Regis Chriſtianiſsimi, Vir non vulgari litteratura præditus, ac Polemicis rebus, Sacriſque Litteris mirum in modum exercitatus, egregia opera condidit. Extant:

Medulla Bibliorum, exprimens ſummariè, quæ quilibet Teſtamenti liber Veteris continet, & proferens ordinatam ex quatuor Evangeliſtis ſeriem Vitæ Chriſti, ſervato rerum geſtarum ordine, loco, & tempore cum brevi elucidatione, & Actus Apoſtolicos, Epiſtolas Apocalypſim capitatim exponens. Lugduni in fol. 1660. apud Germanum Nanty, & Claudium Sibert. Vidi.

Hiſtoria Chronologica Pontificum Romanorum cum præſignatione futurorum ex S. Malachia. Prodijt auctior ab ipſomet Authore Lugduni in 12. ſumptibus Horatij Boiſſat, & Georgij Remeus, anno 1663. Vidi.

Commentarius in univerſam Scripturam, ſenſum litteræ referens capitatim cum brevi, & ſolida latentium, & inſurgentium quæſtionum reſolutione, & principalium totius Codicis Biblici Antilogiarum numero quinquagintarum conciliatione in calce cujuſque libri. Lugduni 1663. in fol. apud Horatij Boiſſat, & Georgium Remeum. Vidi.

Fidei Catholicæ digeſtum ſingula ejus dogmata, & Ritus Eccleſiæ juxtà Sanctorum Patrum, & Conciliorum doctrinam exactè declarans, tomis duobus in fol. (ſeorſim) Lugduni 1657. apud Laurentium Aniſſon, & Joannem Baptiſtam Devenet. Vidi. Demùm publicavit:

Panegyrem Luſitaniæ. Pariſijs 1647. in 4. teſte Martino Lippenio, tom. 1. Bibliothecæ Philoſophicæ, fol. 860. Tractatum:

De Menſuris, & monetis Hebræorum in ſuis Commentarijs Sacræ Scripturæ, vti obſervat in ſua Bibliotheca Hebraico-Latina Carolus Joſeph Imbonato. Ejus *Chronologica Hiſtoria*, prodijt etiam Gallicè Lugduni ex officina Antonij Dezallier in 12.

FRANCISCUS CASIMIRUS BIERNAKI, Polonus, Sacræ Theologiæ Doctor, ac Provinciæ Poloniæ Minorum Conventualium alumnus, ſtylo ſignavit:

Speculum Minorum, quo vtitur in Supplementis Annal. Uvadingi, Fr. Antonius Meliſſanus, ad annum Virginei partus 1224. & alibi.

FRANCISCUS CASTANNERI, Minorita, Hiſpanico ſermone litteris mandavit:

Vitam B. Angeli del Pas ejuſdem Inſtituti alumni. Matriti 1623. in 4.

FRANCISCUS DEL CASTILLO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Carthaginenſis, vernaculè emiſit ligato, ac ſoluto ſermone:

Proverbia Salomonis cum Gloſsis. Conchæ per Joannem de Canova 1558. in 12. Vidi.

FRANCISCUS DEL CASTILLO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ alumnus in Provincia Angelorum, ineditum reliquit:

Tractatum de præſervatione Deiparæ ſemper Virginis ab Adamitica labe. Aſſervatum vidi Hiſpali in Bibliotheca peculiari Conventus S. Antonij, ſub num. 200.

FRANCISCUS DEL CASTILLO VELASCO, Hiſpanus, Matritenſis, Lector Complutenſis emeritus, Cuſtoſque Provinciæ Caſtellæ Regul. Obſervantiæ, & in Senatu Religionis vindice per Hiſpanias ſupremo, Cenſor Theologus, Vir doctus, ſcripſit:

Super 3. Sententiarum librum, tomum primum de Incarnatione Verbi Divini, & præſervatione Virginis Mariæ ab originali. Antuerpiæ apud Bellerum 1641. in fol. Vidi.

Super eundem tertium Sententiarum tomum ſecundum, de tribus Virtutibus Theologicis Fide, Spe, & Charitate. Ibidem eodem anno in fol. Vidi. Ibidem habes Fr. Urbani Lothatingij Authoris diſcipuli Acroſticon, cujus initium:

Fran-

Franciſci Fundens Fœcundo Fonte Fluenta.

FRANCISCUS DE CASTRO, Hiſpanus, Lector Theologus in Collegio S. Bonaventuræ Hiſpalenſis Provinciæ Bæticæ Regul. Obſervantiæ litteris mandavit:

Orationem in obitu V. Eliſabethæ à Cruce Tertiaria Franciſcana. Hiſpali per Joannem Franciſcum de Blas, anno 1695. in 4. Vidi.

FRANCISCUS CAVANZO, Hiſpanus, Provinciæ Cantabriæ Regul. Obſervantiæ alumnus, emiſit in fol.

Defenſorium quorundam Conventuum ſuæ Provinciæ, necnon alia hujus generis. Vidi Matriti, minimè autem expreſſo loco, ac nomine typographi in Bibliotheca Conventus Regul. Obſervantiæ ſub X. num. 156.

FRANCISCUS DE CAZERES, Hiſpanus, Ordinis Seraphici, ſcripſit, à Uvadingo illaudatus:

Cæremoniale Divinorum Officiorum juxtà Ritum Romanæ Eccleſiæ. Toleti apud Petrum Rodriguez 1571. in fol.

Summarium Gratiarum, & Indulgentiarum Tertio Ordini conceſſarum. Compluti anno 1585. in 8. Laudatur à Nicolao Antonio, & noſtro Alva in Militia, col. 413.

FRANCISCUS DE CAZERES, Hiſpanus, ſi non eſt idem cum ſuperiore, reddidit ſermone Hiſpanico proſaico:

Septem dies creationis mundi ex Gallico Guilielmi Saluſtij Domini *de Barthas.* Antuerpiæ apud Petrum Bellerum 1612. in 8.

FRANCISCUS A CENTO, Italus, Ferrarienſis (vocatus tamen à Cento ob diuturnam parentum in illo Oppido manſionem) Provinciæ Romanæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctus, & eruditus, & Verbi Dei Declamator fervidus, ſcripſit:

Conciones Quadrageſimales, quas prælo paraverat, ſed morte præventus M.S. reliquit. Aſſervantur in Bibliotheca Genuenſi PP. Capuccinorum, uti aſſerit Fr. Dionyſius Genuenſis, pag. 115.

FRANCISCUS A CHIERCIARIO, Capuccinus, Coſentinæ Provinciæ Concionator, Vir devotus, & religioſæ vitæ exemplis ornatus, edidit Italicè, teſte laudato Genuenſi:

Coronam Sanctiſſimæ Trinitatis ab eo compoſitam, in qua operationes ad intrà, & ad extrà ejuſdem Individuæ Trinitatis recitantur. Conſentiæ apud Mollum 1680.

FRANCISCUS A CIUDAD-RODRIGO, Hiſpanus, Minorita, ac celebris Concionator, eruditam publicavit:

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ, vbi plura ſcitu digna. Compluti 1651. in 4. Laudatur in *Militia*, col. 415.

FRANCISCUS A S. CLARA, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector, & Cuſtos Diſcalceatæ S. Joſephi Provinciæ, à Concionibus Regijs, ac S. Officij Qualificator, Vir, qui non ſemèl oblatos Epiſcopatus ſuæ humilitati poſtpoſuit, tres Conciones ad Catholicum Regem Hiſpaniarum Carolum II. in publicum miſit, quarum prima:

Concio de Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ. Matriti 1692. Secunda:

Oratio funebris in Exequijs Reginæ D. Mariæ Auſtriacæ. Ibidem anno 1696. Tertia:

Dominica quartæ Adventus. Ibidem 1693. Ejuſdem Authoris.

Aliam de S. Petro de Alcantara Concionem habitam ad Capitulum Generale Toletanum leges in ejuſdem Capituli Hiſtoria, in publicum miſſa Matriti à R. P. Fr. Alphonſo Magdaleno Provinciæ Caſtellæ Chronologo, anno 1682. in 4. Vidi. Prodijt alia ab eodem habita.

In ſolemni profeſſione Eliſabethæ Mariæ à S. Tereſia, Regalis Cœnobij Matritenſis de Incarnatione alumnæ, Matriti 1703. in 4. Inſuper:

Oratio ad Fratres ſuæ Provinciæ in Capitulo congregatos. Ibidem 1692. in 4. Demùm publicavit:

Panegyrim de primo miraculo Dominæ noſtræ à Charitate dictæ in Titulatis Toletanè Archiepiſcopatus. Matriti per Lucam Antonium de Bedmar 1686. in 4. Vidi.

FRANCISCUS A S. CLARA DAVEMPORTO, Anglus, Provinciæ Recollectorum Angliæ, Doctor Theologus, iteratò, & tertiò ex Miniſter Provincialis, ac magnæ Britaniæ Reginæ à Sacris, Vir certè in Divinis Scripturis egregiè doctus, poſt multas cum laude decertationes adverſus Hæreticos, non

ſpernenda opuſcula elaboravit, ac Latino idiomate duobus tomis in fol. publici juris fecit. Quæ amplectitur tomus primus juxtà editionem Duaci factam litteris Balthaſaris Belleri, ſunt:

Syſtema Fidei, ſeù tractatus de Concilio univerſali. Et Leodij cum *Appendice de Origine Papatus Romani*, typis Joannis Tournay anno 1648.

Opuſculum de Diffinibilitate Controverſia Immaculatæ Conceptionis.

De Schiſmate ſpeciatim Anglicano.

Fragmenta, ſeù Hiſtoria Fratrum Minorum almæ Provinciæ Angliæ.

Manuale Miſsionariorum, ſeù Commentaria ſuper nobiliores quæſtiones Regulæ S. Franciſci ad Miſsionarios ſpectantes. Seorſim ibidem apud eumdem anno 1658. in 8. Vidi. Contenta in tomo ſecundo in fol. edito ibidem apud eumdem anno 1667. hæc ſunt:

Apologia Epiſcoporum, & ſeorſim ſub hoc titulo:

Apologia Epiſcoporum, ſeù Sacri Magiſtratus propugnatio. Coloniæ per Bernardum Bueno anno 1640. in 8. Vidi.

Liber Dialogorum, ſeù Summa Veteris Theologiæ dialogyſmis tradita.

Problemata ſcholaſtica, & controverſialia ſpeculativa.

Opuſculum de medio ſtatu animarum.

Paralipomena Philoſophica de mundo peripatetico. Et ſeorſim Antuerpiæ typis Joannis Belleri anno 1652. in 8. Vidi.

Religio Philoſophi, ſeù peripatetica diſcuſsio celeberrimi miraculi reſtauratæ tibiæ.

Epiſtolium adverſus judiciariam Aſtrologiam. Duaci anno 1626. Sed horum plurimis monet Author nondùm vltimam appoſuiſſe manum. Inſupèr apud Uvadingum in Appendice, Latinè vulgavit librum Theologicum, quem inſcripſit:

Deus, Natura, & Gratia. Lugduni anno 1634.

FRANCISCUS COCCIA, Minorita, ſcripſit in Germania:

Vitam S. Joannis de Capiſtrano, teſte Hermano in Proloquio ad ſuum egregium opus prænotatum: *Capiſtranus triumphans.*

FRANCISCUS COLLANTES. Vide *Joannes Franciſcus.*

FRANCISCUS A CONCEPTIONE, Hiſpanus, in S. Pauli Apoſtoli Veteris Caſtellæ Provincia ſtrictiorem Minor. Diſcalceatorum Obſervantiam profeſſus, in Provincia Diſcalceatorum Philippinarum Manilæ degebat anno 1700. Anno vero 1672. in Sinas profectus, in Provincia Kuantung Metropoli Chriſti Fidem nuntiavit. Apud Magnates ipſùmque Regulum ſingulari gratia pollens, propè ipſius Palatium Eccleſiæ conſtruendæ facultatem obtinuit. Aliarum Eccleſiarum fundationes promovit, omnibus ſemper acceptas, & gratus. In lucem edidit:

Quæ eſſentialitèr requiruntur ad legem Dei amplectendam, & ſanctum Baptiſmum recipiendam. Ex Fr. Petro de la Piñuela in Catalogo Religioſorum S. P. N. Franciſci, qui Sinarum Imperium ad Jeſu-Chriſti Evangelium prædicandum ingreſsi ſunt, excuſo à Joanne Joſepho Gullena Catraſcoſo anno 1700. in 4. Inſupèr contemplationi valdè deditus, ſtylo ſignavit anno 1695. librum inſcriptum:

Compendiaria breviorque via ſpiritualis ad vltimam cum Deo vnionem adipiſcendam. Vidi. Aliud *opus ſpirituale*, cujus titulum ignoro, valdè commendatum ab Illuſtriſs. D. D. Fr. Emmanuele de Jeſu Maria, Epiſcopo Nankinenſi, etiam vidi Matriti anno 1727. Incipit: *Ante omnia.* Eſt opus in 4. ſicut primum. Claruit Deo, & hominibus dilectus anno 1704.

FRANCISCUS A CONCEPTIONE, Hiſpanus, dignus Miniſter Provincialis Diſcalceatæ Provinciæ S. Didaci in Bætica, Sanctique Officij Qualificator, elaboravit in folio, foràſque emiſsit anno 1654. tractatum Juridicum, ſub ſequenti inſcriptione:

Progreſſus, ſtatuſque litigij ſuper præcedentias inter Auguſtinianos, & Diſcalceatos Franciſcanos. Vidi. Laudatur à Fr. Balthaſare de Medina in ſua Centuria Scriptorum Diſcalceatorum.

FRANCISCUS A CONCEPTIONE, alter, ex Diſcalceatis Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ in Valentino Regno, Apoſtolicus Concionator in Sinarum Imperio, ac Vir doctrina, & ſanctitate inſignis, elaboravit:

De Theologia Myſtica, tractatus 17. Ex relatione miſſa ad Capitulum Generale Ordinis, Romæ celebratum anno 1723.

Adverſus errores Compbutij Philoſophi Sinarum, *tractatus.* Aſſervantur cum præcedentibus in Provincia S. Gregorij Philippinarum, vti ex oculato teſte Fr. Joſepho à S. Ella hujus Provinciæ Pro-Miniſtro didici, Matriti anno 1729.

FRANCISCUS A CONCEPTIONE, Luſitanus, Tertij Ordinis Regularis ejuſdem Regni, Lector emeritus, ac Cuſtos, publici juris fecit vernaculè:

Pa-

Panegyrim de quadam mira nda Imagine Chriſti Crucifixi. Excudit Ulyſsipone Joannes de Coſta, anno 1675. in 4. Vidi.

FRANCISCUS A CONCHA, Neapolitanus, ejuſdem Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir doctus, ac religioſis moribus illuſtris, maximè viliſsimo, ac graviſsimo ſervitutis jugo Algerienſium preſſus, ſtylo ſignavit,

Epiſtolam ad Vicarium Provincialem Neapolitanæ Provinciæ, in qua captivitatem ſuam illi exponit, ſpiritusque ſui fervorem in tribulationibus, & ærumnis illi aperit, impreſſam Panormi anno 1580. Ad Dominum migravit Algerij anno 1584. Ex Genuenſi pag. 115.

FRANCISCUS DE CORDUBA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ S. Jacobi Miniſter, Sereniſsimæ Imperatricis Mariæ, ac Hiſpaniarum Reginæ Annæ Auſtriacæ, à Sacris Confeſsionibus, ſcripſit:

Annotationes in Religionis articulos à ſectarijs controverſos. Viennæ Auſtriæ anno 1567. Colniæque apud Colinum anno 1572. in 8. Item

De Officio Prælatorum, quo opere hæc continentur:

De Reſidentia Prælatorum,

De Legibus abrogandis.

Quomodo pro neceſsitate temporum expediat Sacratiſsimam Euchariſtiam adminiſtrari, ſive de indulgendo Bohemis uſu Calicis. In quo tamen loco editum ſit, ſubticet D. Nicolaus Antonius.

De Hæreticis item recipiendis. Pragæ typis Georgij Malantrici 1562. in 8. Extat hujuſce memoria apud Uvadingum, Nicolaum Antonium, ac Lequile in Indice Scriptorum, qui pro fide Romana dimicarunt.

FRANCISCUS A CORIOLANO, Italus, cognomento Longus, Provinciæ Romanæ Minorum Capuccinorum Concionator, & Diffinitor, & in Provincia Coſentina MiniſterProvincialis, Vir doctrina, & eleganti ſapientia præornatus, acerrimus doctrinæ S. Bonaventuræ ſectator, qui per plures annos Sacram Theogiam ſecundum mentem ejuſdem Seraphici Doctoris explicuit, & exactioris obſervantiæ zelo, Apoſtolicæque vitæ exemplis Seraphicam Religionem illuſtravit. Ea exaravit, quæ diverſis temporibus fuerunt impreſſa, quorum titulos hîc exhibemus ex Genuenſi pag. 117.

Tractatus de Caſibus reſervatis juxtà Regulam Clementis VIII. Regularibus omnibus preſcriptam. Lugduni apud Ludovicum Muguet anno 1616. in 8. Coloniæ apud Antonium Bethzerum anno 1619. in 4. Venetijs 1614. In ultima tamen editione, quæ facta eſt Lugduni anno 1623. adeò in multis locis ab Authore auctus, & locupletatus eſt, ut novum opus jure vocari poſsit.

Tractatus de Judicio regulari, tom. 1. in 8. Coloniæ apud Antonium Bethzerum anno 1619. Vidi.

Summa Theologiæ ad inſtar Summæ D. Thomæ ex operibus D. Bonaventuræ compacta, varijſque illuſtrata annotationibus, & in ſeptem tomos in folio diſtributa, ut conſtat ex Bulla Gregorij XV. quæ eſt impreſſa in principio primi tomi Breviarij Chronologici ejuſdem Authoris. Primus tomus tantùm fuit impreſſus Romæ in typographia Vaticana ſumptibus Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ. Sex reliqui propter Authoris mortem nondùm in Orbe clareſcunt.

Breviarium Chronologicum Pontificum, & Conciliorum omnium, quæ à S. Petro uſque ad hæc noſtra tempora celebrata ſunt. In quo annuatim Pontificum vitæ, eorumque Conſtitutiones, & Bullæ, Conciliorumque omnium, tàm Generalium, quàm Provincialium, Acta quoque Hæreticorum, & eorum perverſa dogmata, damnationes, confutationes, ſchiſmata, perſecutiones, eorumque extinctiones, & deniquè quæcumque inſignia in ipſa Dei Eccleſia acciderunt, breviter, & claré enarrantur. Lugduni ſumptibus Ludovici Proſt anno 1633. in fol. Vidi.

Summa Conciliorum omnium, quæ à S. Petro uſque ad Gregorium XV. celebrata ſunt: juxtà Chronologiam Cardinalis Baronij præcipuè, & aliorum Virorum illuſtrium Eccleſiaſtica monumenta, Hiſtoricaque, adjunctis in loca præcipua, & difficilia, quamplurimis annotationibus, cui etiam acceſsit Appendix omnium Conciliorum Galliæ, eorum, ſcilicet, quæ in hac Summa deſiderabantur. Dividitur in duos tomos in folio. In primo continentur præludia varia, annotationes ad Canones Apoſtolorum, & ad Concilia à primo Jeroſolymitano, quod celebratum fuit anno undecimo Chriſti uſque ad Aurelianenſe quintum habitum anno 552. Antuerpiæ 1623. ex typographia Plantiniana Balthaſaris Moreti. Secundus tomus continet reliqua Concilia, quorum ultimum fuit Mechlinenſe undecimum habitum 1607. Ibidem apud

apud eumdem typographum 1623. & Pariſijs in ſecunda editione apud Viduam Petri Chevalier anno 1639. Vidi.

Expoſitio in Bullam Clementis VIII. de largitione munerum omnibus Regularibus utriuſque ſexus interdicta. Lugduni 1623. Vidi.

Explicatio in Bullam Cœnæ Domini, & abſolutionem à caſibus dictæ Bullæ. Ibidem apud Ludovicum Proſt 1623. in 4. Vidi. Italicè verò ſcripſit:

Horologium ſpirituale, ſivè 24. meditationes in omnibus feſtis B. Mariæ Virginis. Romæ apud Guilielmum Pacloitum, anno 1625. in 8.

Horologium ſpirituale, ſivè 24. meditationes in totam Paſſionem Domini N. Jeſu Chriſti. Venetijs apud Joannem Baptiſtam Giotium 1626. tom. 1. in 8.

Exercitium Angelicum pro ſalutanda Deipara Virgine Maria. Ibidem apud eumdem 1626. tom. 1. in 8. Præter hæc à Genuenſi laudata, habemus hujus Coriolani:

De Concilijs Generalibus approbatis, & reprobatis breve Compendium, impreſſum Romæ typis Joannis Pauli Gellij, anno 1624. in 8. Vidi. Illuſtribus perfectionis teſtimonijs à Deo probatus, mortalis vitæ curſum peregit Romæ, anno reparatæ ſalutis 1625. ætatis ſuæ 63. nono Kalendas Januarij. De illo meminerunt Uvadingus, Alva, Marracius.

FRANCISCUS CORREA, Hiſpanus, Hiſpalenſis, Lector Jubilatus, Provincialiſque Miniſter Provinciæ Bæticæ Tertij Ordinis Regularis, ſcripſit, non autem edidit:

Sermones Adventuales, Quadrageſimales, Dominicales, de Chriſto, & Chriſtipara, ac de Defunctis. Aſſervantur M. S. tom. 8. in 4. in Bibliotheca Conventus Hiſpalenſis Dominæ noſtræ à Conſolatione. Vidi.

FRANCISCUS CORTERIUS, Italus, ex Oppido Montis Falci Regul. Obſervant. Provinciæ S. Franciſci, edidit libellum, cui titulum præfixit:

Lilium Angelicum. Venetijs anno 1608. in 4. Opus eſt Concionatoribus, utile, in quo continentur ſeptem lectiones ſuper 7. Sabbata Quadrageſimæ. Vidi.

FRANCISCUS COURTOT, Gallus, Regul. Obſervantiæ Doctoratus laurea inſignitus in Pariſienſi Academia, vernaculè emiſit opus inſcriptum Gallicè,

Scientia Moralis, anno 1694. teſte Dupin in Supplemento, tom. 3. vivebat anno 1704.

FRANCISCUS CUPANI, Siculus, ex Oppido Mytthi ineunte ætate litterarum diſciplinas amplexus, medicinæ operam dedit, ac botanicis ſtudijs apprimè addictus, in perſcrutandis varijs herbarum generibus mirum in modum æſtuare cœpit. Religionis Franciſcanæ, Tertij Ordinis Inſtitutum amplexus, Veronæ ſodales ſuos Philoſophiam, ac Panormi Theologiam docuit, interpoſita ſucceſsivis horis ex naturali propenſione botanicæ cognitione. Cum verò gravioribus diſciplinis explanandis colophonem impoſuiſſet, omnes ingenij ſui vires naturali Philoſophiæ impensè admovit, & examinandis præſertim plantarum qualitatibus, ſpeciebus, viribus toto pectore incubuit; ideòque in omnibus anni ſpatijs, aliquandò nive, imbre obrutus, Solis æſtu peruſtus, alijſque peregrinationis incommodis, Siciliam rariores herbas germinantem diuturno labore perluſtravit: innumera plantarum genera ſedulò perſcrutavit, & egregiam harum cognitionem aſſecutus, in multis deceptos Seplaſiaros oſtendit; novas indigitavit plantas, novaſque ipſarum virtutes detexit. Lapides etiam, foſſilia, animalia, aliaque ſcitu digna inſigni diligentia obſervavit, ideòque eximijs Phyſiologis meritò accenſendus. Publici juris fecit:

Catalogum plantarum Sicularum noviter adinventarum. Panormi apud Petrum Coppolam, & Carolum Adamum 1692. in fol. expanſo, quem expurgatum, & auctum hoc titulo iterùm in lucem emiſit:

Syllabus plantarum Siciliæ nuper detectarum. Ibidem apud Joannem Adamum 1694. in 16. Evulgavit etiam:

Hortum Catholicum, ſeu Illuſtriſ. & Excellentiſ. Principis Catholicæ, Ducis Miſilmeris, Comitis Vicaris, Baronis Prizis, necnon magni Baronis Siculianæ. Neapoli apud Franciſcum Benzi 1696. in 4. *cum Supplemento* in fine.

Supplementum alterum ad Hortum Catholicum continens plantarum paucarum quarundam Sicularum, ſivè Sicilienſium, in quas ipſe præcipuè, alijque nunc uſque irrepſere, emendationem, necnon Synonymiam, eaſque quę noviter ad præfatum Hortum acceſſerunt, atque illas, quas in eodem per oblivionem reliquerat, cum lapidum pauxillo, quos Sicania ſufficit. Panormi ex typographia Joſephi Gramignani 1697. in 4. Incompletum reliquit opus egregium in plures tomos diſtribuendum in fol.

fol. ſub prælo anno 1714. teſte Mongitore in Appendice 2. tom. 2. ſuæ Bibliothecæ Siculæ, ſub hac inſcriptione:

Pamphyton Siculum, ſivè Hiſtoria Naturalis Plantarum Siciliæ. Continet Plantas omnes in Sicilia ſpontè naſcentes, & exoticas eamdem incolentes, cum ſuis ethymologijs, certis proprij generis notis, Authorum, tùm veterum, tùm recentiorum Synonymis, vernaculis linguarum nominibus, deſcriptionibus, locis, vſu, & viribus complurtibus inſupèr ſtirpibus novitèr adinventis, & accuratè deſcriptis, quas denotat Aſteriſcus, locupletata, & demùm æreis imaginibus circitèr ſeptingentis è verò tractis, & graphicè inciſsis, in quibus non ſolùm plantæ novitèr adinventę, ſed quædam ab Authoribus tantum deſcriptæ, vel malè exculptę enumerantur illuſtrata. Huic accedit animalium, Siculorumque foſsilium curioſiſsima ſelectio. Opus olim incboatum ab admodùm R. P. Franciſco Cupani Tertij Ordinis S. Franciſci Sacrę Theologię Magiſtro ex Oppido Myrthi in Sicilia, Botanoſopho ſui temporis celeberrimo; nunc verò perfectum, omnibus numeris abſolutum, & in lucem editum ſummo ſtudio, & labore Antonij Bonnani, & Gervaſij Panormitani. Deceſsit Panormi, anno 1710.

FRANCISCUS DE C. V. M. Minorita Flander litteris mandavit Virginis Cultoribus gratiſsimum opus ſub titulo:

Cynoſura ſalutis, ſivè Patrocinij B. V. Mariæ obtinendi praxes optimę. Ipris 1644. in 16. ex Marracio in Appendice ad ſuam Bibliothecam Marianam, & Alva noſtro, col. 422. ſuæ Militiæ.

FRANCISCUS DABILA, Cyprus, ex Ordine Minorum ad Epiſcopatum Aſculitanum aſſumptus, prælo dedit:

Conciones Quadrageſsimales. Venetijs 1590. Ex Ludovico Dupin, ſæculo 17. & Joanne Hallevordio in ſua Bibliotheca Curioſa, impreſſa Francofurti 1676. in 4. Floruit ad finem ſæculi 16.

FRANCISCUS DELGADO, Hiſpanus, Regul. Obſervant. in Granatenſi Provincia alumnus, Jubilatus Lector, & apud Fidei vindices Theologus Cenſor, ſcripſit vernaculè:

Reſolutionem quarundam quęſtionum ſuper capitulum 6. Regulæ S. P. N. Franciſci. Granatæ apud typographiam Regiam, anno 1665. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DIAGO, Hiſpanus, Provinciæ Aragonenſis alumnus, Lector Jubilatus Collegij Cæſarauguſtani, Ex-Commiſſarius Provincialis, typis dedit opus prænotatum:

Statera Theologica, & Apologeticum in gratiam R. P. Fr. Joannis Perez Lopez. Gerundæ 1701. in 4. apud Hieronymum Pabel. Vidi.

FRANCISCUS DIAZ, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Caſtellanæ Provinciæ, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, Provincialis Miniſter, à confeſsionibus Regalis Conventus Excalceatarum Matritenſium, ſtruxit primitus:

Theoremata Theologica ex 1. Sententiarum Doctoris Subtilis, excuſa Compluti in officina Mariæ Fernandez 1662. in 4. Vidi. Inſupèr communes fecit vernaculè:

Panegyrim de S. Clara. Toleti per Auguſtinum Salas 1678. in 4. Vidi.

Orationem funebrem in Exequijs Soror. Laurentianæ Mariæ Gracian de Solorzano, Monialis Clariſſæ. Matriti typis Lucæ Antonij de Beemar 1676. in 4. Vidi.

Orationem funebrem Panegyricam in laudem Illuſtriſ. D. D. Fr. Alphonſi Vazquez de Toledo, Epiſcopi Gaditani. Compluti apud Franciſcum Garcia Fernandez 1674. in 4. Vidi.

Orationem funebrem in obitu Soror. Annæ Dorotheæ a Conceptione, Marchionis de Auſtria, Sanctimonialis Conventus Regij Excalceatarum Matritenſium. Matriti 1694. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DIAZ A S. BONAVENTURA, Hiſpanus, ex Galleciæ Regno, Regular. Obſervantiæ Compoſtellanæ Provinciæ Lector emeritus, ac Pater, Regius Concionator, & S. Officij Qualificator, totius Ordinis Diffinitor Generalis, ac in Romana Curia Procurator Generalis, necnon à Conſilijs Sacrarum Congregationum Rituum, ac Indicis, Vir planè litteratus, ac magnæ dexteritatis, & induſtriæ, plura ingenij ſui monumenta vel edita, brevique, vel edenda, vt audio, reliquit. Quæ ad notitiam meam devenere, ſunt:

Speculum Seraphicum Tertij Ordinis Franciſcani, Hiſpanicè. Compoſtellæ per Antonium Frayz 1683. in 4. Vidi.

Panegyrim de S. Bonaventura. Pinciæ per Philippum Franciſcum Marquez anno 1678. in 4. Vidi.

Hymnos tres in laudem ejuſdem Seraphici, ac S. Doctoris. Ibidem vidi. Tractatum inſcriptum:

Lux clara, in quo oſtendere nititur perutile Eccleſiæ eſſe Minoritas Obſervan-

vantiæ alumnos inter Academicos Salmantinos, numerari, ad Doctorumque gradus promoveri. Salmanticæ per Gregorium Ortiz Gallardo anno 1682. in fol. Vidi.

Directorium trium Ordinum S. P. N. Franciſci in tres partes diviſum, quarum prima illa Statuta, Decreta, Indulta, Brevia, Conſtitutiones, Declarationes, necnon documenta eiſdem conformia, ac ex eiſdem ſecuta refert, quæ (juxtà noviſsimas S. Sedis litteras, tàm quoad Indulgentias, & peccatorum remiſsiones, quàm quoad privilegia, & exercitia ſpiritualia dictarum perſonarum reſpectivè expeditas) praxi queunt mandari. Romæ typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ 1689. in 4. Vidi.

Relatio Miſsionum Occidentalium ſub vexillis Seraphici Inſtituti. Romæ anno Jubilei 1700. typis Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ in fol. Vidi.

Fructus Arboris Seraphici. Prodierunt in varijs Chartis expanſis, Romæ anno 1723. Vidi. Scripſit prætereà tomum in folio prænotatum:

Opus Apologeticum pro libris V. Matris Mariæ Jeſu de Agreda. Aſſervatur ineditum Matriti in Cella Procuratoris Cauſæ V. Matris. Vidi. Incipit Apparatus: *Illuceſcentibus noſtris temporibus.* Deindè:

Directorium Parochorum.

Curſum integrum Artium.

Curſum Theologicum.

Deſcriptionem Terræ Sanctæ.

Tractatus 72. ſuper Myſterium Immaculatæ Conceptionis.

Officium pro die, & Octava Conceptionis.

Conſultationes varias.

Elucidationem virgæ Aaron.

Bullarium Seraphicum Maximum. Hæc laudantur à Fr. Bonaventura Tellado in ſuo Promptuario Tertiariorum, & tom. 1. Chronic. Provinciæ Sancti Jacobi, lib. 3. cap. 6. Obijt Octogenarius, Romæ in Conventu Aracœlitano anno 1728.

FRANCISCUS DINET, Gallus, Concionator ex Recollectis Prov. Aquitaniæ, patrio idiomate litteris commiſsit:

Manuale Philoſophiæ Chriſtianæ. Rochellæ per Eſtiennum du Roſne 1634. in 12. Vidi.

FRANCISCUS DURAND, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector, Franciſco à Soſa, Miniſtro Generali à Secretis, Provinciæ Sancti Jacobi Miniſter, edidit Hiſpanicè:

Egregias inſtructiones pro varijs hominum ſtatibus, & conditionibus, ſub hoc titulo Hiſpanico: *Dictamen eſpiritual, y razones de eſtado para el diſereto Corteſano, que pretende ſerlo del Cielo, con muchos aviſos curioſos para todos los eſtados de el hombre; y muchos proverbios para los Predicadores Evangelicos de la palabra de Dios.* Valentiæ 1613. In 4. Vidi. Vivebat anno 1620. Eum commendant Uvadingus, Nicolaus Antonius, ac Barnabas Moreno in Hiſtoria Urbis Emeritenſis, lib. 5. fol. 324.

FRANCISCUS DURAN, Hiſpanus, in Diſcalceata S. Petri Granatenſi Provincia profeſſus, Sacræ Theologiæ Lector, ac Diffinitor, vulgavit:

Orationem funebrem in Obitu Fr. Alphonſi Mendez, anno 1689. typis Franciſci Ochoa in 4. Vidi. Inſupèr:

Concionem Panegyricam in Collocatione duarum Imaginum. Granatæ apud Franciſcum Ochoa anno 1697. Vidi.

FRANCISCUS ECHARRI, Hiſpanus, Eccleſiaſtes, ac Definitor Provinciæ Burgenſis Regular. Obſerv. publici juris fecit vernaculè opus prænotatum:

Inſtructio, ac examen Ordinandorum, unà cum Expoſitione Doctrinæ Chriſtianæ, ac declaratione præcipuarum materiarum moralium. Pampilone apud Alphonſum Burguete 1727. in 8. Vidi. Inſupèr ſcripſit:

De Obligationibus ſtatus Clericalis. Extat ad calcem operis præjacti.

Directorium Morale, unà cum Expoſitione Propoſitionum damnatarum. Pampilone apud Joſephum Joachimum Martinez 1728. in 4. Vidi. Amplectitur

Tractatum de Actibus humanis.

De Sacramentis.

De Præceptis Decalogi.

De Juſtitia, & Jure.

De Præceptis Eccleſiaſticis.

De Cenſuris.

De Directione Parochorum.

De Propoſitionibus damnatis, unà cum Definitionibus materiarum Moralium.

FRANCISCUS EICIA, Minorita, Hiſpanus, ſtylo ſignavit opus inſcriptum:

Theſaurus Angelorum, in quo pleraque habentur Prædicatoribus, & Confeſſoribus utilia. Aſturicæ anno 1547. in 4. Hunc Theſaurum adſcribuit Nicolaus Antonius Franciſco de Hevia, de quo infrà.

FRANCISCUS ELMETIUS, Minorita, edidit:

Ser-

Sermones tres de Annuntiatione. Ex Leone Pinelo in ſua Bibliotheca Mariana, quæ inedita extat in fol. in Bibliotheca Matritenſis Conventus S. P.N. Franciſci. Vidi.

FRANCISCUS EMPER, Hiſpanus, ſtrictioris Obſerv. Diſcalceatorum in Valentina Provincia S. Joannis ſectator, Eccleſiaſtes, ac Pater, Guardianum agens Conventus S. Joannis de Ripa litteris mandavit:

Acta V. Fr. Didaci Mazon ejuſdem Provinciæ alumni ab anno 1627. ad vſq 1647. Aſſervatur M.S. in 4. in Archivio laudatæ Provinciæ. Vidi. Incipit: *Reſerandi ſecretum.*

FRANCISCUS DE EMPOLI, ſeu EMPORIENSIS, ſtylo ſignavit:

Tractatum de Monte pietatis, contra quem ſcripſit Fr. Dominicus de Panthaleonibus, Dominicanus, vti narrant Authores Recentis Bibliothecæ Scriptorum Ordinis Prædicatorum, tom. 1. pag. 673. ſed quia ibidem affingunt: *Turpius errat Uvadingus ſuis nullo Auctore accenſens Minoribus, qui contra Minores ſcripſit, dùm intereà Fr. Franciſcum de Empoli S.T. M. ac reverà ſuum negligit, ac omittit*; idcircò dignum videtur, de tanto Viro pauca ponere à Fr. Antonio Terrinca, parte 3. ſui Theatri Genealog. Provinciæ Tuſciæ, tit. 3. ſerm. 5. pag. 215. num. 18. exſcripta:
,, *Franciſcus Emporienſis*, inquit, *olim*
,, *Tuſciæ Miniſter*, Sacræ Theologiæ Ma-
,, giſter famoſus, facundus Concionator,
,, & in Jure Canonico verſatiſsimus Flo-
,, rentiæ florebat (teſte Scipione Ammi-
,, rato Antiq. Hiſtor. Florent. part. 1. to-
,, mo 2. pag. 56. litt. A. B.) anno 1388.
,, quo inſtructæ aciei Minoriticæ dux
,, factus *de Montis Pietatis erectione*, à
,, Senatu Florentino excogitata, honeſta-
,, te, vtilitate, ordine, & eloquentiſsimè
,, ſolemnibus Concionibus, ſubtiliſsimè
,, publicis diſputationibus, atque eruditiſ-
,, ſimè, & nervosè *ſcriptis* adverſus Præ-
,, dicatores, & Eremitas Auguſtinenſes,
,, qui ſub Magiſtro Petro Strozzio inſigni
,, Theologo Ordin. Prædicatorum aciem
,, inſtruxerat adverſam, prædicans, diſſe-
,, rens, & ſuadens oſtendit ſubſtinuitque
,, poſſe ſine vlla odioſa, & injuſta vſuræ
,, labe, atque ideò licitè, quod illi nega-
,, bant, & tanquam vſurarium damna-
,, bant, pecuniam iſtiuſmodi Montium
,, mutuandari accepto pignore, vel & de-
,, nariolo, obolo, ſextante, aut bagatti-
,, no (nomina ſunt diverſorum Regionum
,, denarioli tenuiſsimi pretij) per ſingulas
,, libras detentæ pecuniæ in mercedem
,, Officialium, & ſtipendium gubernato-
,, rum, qui pio huic operi inſerviunt,
,, aliarumque expenſarum levamen. Doc-
,, trina vtique ſana, quam & Authores
,, graves tradunt, & Summi Pontifices
,, approbant, dùm peculiarium *Montium*
,, erectiones laudant, & ſuis diplomatibus
,, confirmant. Etenim, Montem Urbis Ve-
,, teris Pius II. anno 1464. Peruſinum
,, Paulus II. anno 1467. Viterbienſem Six-
,, tus IV. anno 1472. & Savonenſem 1479.
,, Mantuanum Innocentius VIII. anno
,, 1486. Cæſenatem, & Parmenſem anno
,, 1488. Patavinum Alexander VI. anno
,, 1493. & demùm Leo X. in Concilio
,, Lateranenſi, Seſſ. X. pium hoc inven-
,, tum pauperum ſubſidium Bulla, quæ in-
,, cipit *inter multiplices* approbavit, & qui
,, contrarium prædicaverint *Eccleſiaſticis*
,, *officis cenſuris.* Hactenùs Terrinca.

FRANCISCUS ESQUEVIO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Prov. S. Jacobi, recenſente Fr. Jacobo de Caſtro, tom. 1. Chronicor. hujus Provinciæ, lib. 3. cap. 6. fol. 117. exaravit:

Summam caſuum conſcientiæ.

Tractatum pro juvamine agonizantium. Utrumque deſidero.

FRANCISCUS EVERARDUS, Minorita (verbis utor noſtri Marchant, tit. 12. fundam. 12. §. 12. fol. 165.) magnus Concionator. Qualem ſe adverſus Hæreticos exhibuerit adhùc monumenta poſthuma loquuntur, ſpecialitèr

Hiſtoria ſeptem Fratrum Machabæorum, cujus M. S. Concionibus eruditiſsimis explicatum vidi, in quo inimitabili penicillo vitam impiam, mores perfidos, doctrinam inſanam, per duellium Hæreticorum deſcribit. Qui Brugenſi Civitate in poteſtatem Regiam ad annum 1589. ſolertia Ducis Parmenſis reſtituta, primus illius deſtructi Conventus Guardianus ad expurgationem Hæreticorum maximè idoneus Brugas miſſus eſt.

FRANCISCUS EXAMIN, Hiſpanus, Minorita, ac excellens Magiſter in Sacra Pagina, opus egregium compoſuit Latinè, cui nomen dedit:

Pſalterium ad laudatorium. Extat ejus codex membraneus in 4. exaratus pulchris, ac deauratis litteris Valentiæ in Bibliotheca Cœnobij S. Michaelis PP. Hieronymianorum, ex donatione Ferdinandi Aragonum Ducis. Vidi. Conſtat tribus tractatibus. In primo habentur: *Pſalmi de laude Creatoris.* Incipit: *Creator omnium*

nium Dux. In ſecundo: *Pſalmi de Vita Chriſti Domini, ejuſque Matre puriſsima, Angelis, & Apoſtolis.* Incipit: *O inaſtimabilis dilectio!* In tertio: *Pſalmi de ordinatione vitę hominis viatoris, ac de ejus planctu.* Incipit: *O quantum inceſſantèr!*

FRANCISCUS FABRIANENSIS, Italus, Concionator eximius, qui non pauca didicit à B. Leone ſocio S. P. N. Franciſci, Vir ſanctiſsimis meritis, ac miraculis inclytus, commendatus à Dominicano Dominico Scevolino in Hiſtoria
„ Fabrianenſi hiſce verbis: *Fuit Vir Dei*
„ Fr. Franciſcus Fabrianenſis in omnibus,
„ & Deo charus, in vita ſanctiſsimus, in
„ operibus perfectus, in inceſſu gravis, &
„ humilis; in ſermone ad menſuram com-
„ poſitus, ſingula verba ad Dei honorem,
„ & proximorum dirigens ædificationem.
„ Quotidiè celebrabat devotè, gravitèr,
„ & reverentèr. Converſabatur inter ho-
„ mines ſuavitèr, & religiosè, obediebat
„ Superioribus promptiſsimè, errantes re-
„ prehendebat dulcitèr, & charitativè, in
„ omnibus ſuis actionibus exemplaris, in
„ viſitandis infirmis ſolicitus, in fovendis
„ tribulatis, & ſublevandis oppreſsis ad-
„ mirabilis, aſsiduus, & indefeſſus. Nihil
„ tam curabat, quàm prævenire, aut cu-
„ tare ſcandala, & peccatores ad pœni-
„ tentiam reducere, quos paſsim ab erro-
„ ribus ad veritatis ſemitam revocabat.
„ Tribus cæcis viſum, paralyticum vnum
„ conſolidavit, claudorum quatuor greſ-
„ ſus firmavit, duobus ſurdis auditum ap-
„ peruit. Matrem, & filiam à lepra mun-
„ davit, & alia penè innumera miracula
„ in vita perpetravit. Poſt mortem ad Ec-
„ cleſiam S. Franciſci innumerus concur-
„ rebat populus corpus ejus veneraturus,
„ neque diebus, neque noctibus ab ejus
„ conſpectu volebat recedere, & beatum,
„ felicemque judicabat, qui manum, vel
„ pedem poſsit attingere, ſed feliciorem,
„ qui veſtis exiguum, licèt ſegmentum,
„ aut minimam poſſet abſcindere particu-
„ lam. Unuſquiſque prout potuit piè ali-
„ quid decerpſit, ita vt neceſſe fuerit
„ alias veſtes corpori *contegendo adbibere.*
Audito S. Bonaventuræ obitu conſcripſit verſu Leonino:

Carmen lugubre laudatum in Martyrologio Franciſcano die 20. Aprilis, §. 7. Alia ligato ſermone ab eo elaborata periere. Scripſit:

Tractatum de Officio, & Dignitate Prælati, & Sacerdotis Religioſi. Habebat penès ſe M. S. Uvadingus.

De veritate, & excellentia Indulgentiæ S. Marię de Portiuncula. Duo hujus tractatus Latini fragmenta habes apud Illuſtriſ. Cornejo, tom. 2. Chronic. Ordinis, lib. 5. cap. 36.

Sermones varios. Ex Uvadingo.

Artem prędicantium. Ex eodem.

Chronica Ordinis Fabriani dicta apud laudatum Cornejo ibidem adducentem vnicum fragmentum. Hoc opus crederem indiſtinctum à *Chronicis Provinciæ Marchiæ* ab eodem Servo Dei conſcriptis, quibus vtitur Arturus in Martyrologio Franciſcano die 5. Septembris, §. 3. & alibi. Deceſsit in Patria anno 1322. vbi magna colitur veneratione. De eo latè Uvadingus, tom. 2. & 3. Annalium: Arturus ad diem 20. Aprilis, quibus adhærent Continuatores Bollandi.

FRANCISCUS FAUNUS A CANTHIANO, Minorita Conventualis, edidit Italicè:

Monile, ſeù Coronam 15. Roſarum, in quibus agitur de Myſterijs Gaudioſis, Dolorioſis, & Glorioſis B. Mariæ. Venetijs 1622. (quo clarebat) in 4. typis Franciſci Baba. Vidi.

FRANCISCUS FAURE, Gallus, Minorita, ac Regius Concionator commendatur à Jacobo Le-Long, lib. 3. Bibliothecæ Gallicæ, num. 1377. ob ab ea habitam:

Orationem funebrem in obitu Gaſparis IV. de Colygni Exercituum Imperatoris. Pariſijs cuſſam litteris Prouveray 1649. in 4.

FRANCISCUS FAXARDO, Hiſpanus, in Oppido Nobès, Toletani Archiepiſcopatus natus, genere clarus, Regul. Obſervantiam profeſſus in Prov. Caſtellæ Lectoris emeriti, Regij Concionatoris, S. Officij Qualificatoris, ac Confeſſarij Dominarum Diſcalceatatum Matritenſium muneribus functus, & quod præcipuum eſt; non ſolùm ſcientia, ſed Religione, & virtutibus præclarus; vt cunctos ad arctam ſanctitatis vitam invitaret perutile opus conſcripſit, cujus inſcriptio:

Exercitium practicum virtutum, editum ſtudio Fr. Joannis Picazo Theologi, Authoris diſcipuli, Compluti 1730. in 8. Vidi. Obijt Franciſcus iſte bonus odor Chriſti, Matriti circa annum 1725. apud ſuos ſepultus. Ejus exemplaris vita miſſa fuit ad Capitulum Generale Ordinis Mediolani celebratum anno 1729.

FRANCISCUS FELIX, Hiſpanus, Matritenſis, Sacræ Theologiæ Lector Com-

Complutenſis emeritus, Vir ſubtilis ingenij, & claræ doctrinæ, Provinciæ Caſtellæ Definitor, edidit diſputationes Theologicas, quas vocavit:

Tentativas Complutenſes in duos tomos diviſas. Primus continet materias, *de Fine ultimo hominis*, *de Beatitudine*, *de actibus humanis*, *bonitate*, *& malitia humanorum actuum*, *de Conſcientia*, *de Habitibus*, *& virtutibus*. Compluti apud Antonium Vazquez, anno 1642. in 4.

Secundus tomus in duas partes dividitur, quarum prima complectitur tractatus de *Viſione Dei*, de *Peccato actuali*, de *Peccato originali*, de *Peccato habituali*. Secunda pars habet tractatus de *Gratia*, *juſtificatione*, *& merito*, quem dicavit Petro de Urbino, ſuo olim Magiſtro, ex Comiſſario Generali Familiæ Ciſmontanæ primum Epiſcopo Caurienſi, & poſteà Archiepiſcopo Valentino, Viro doctiſſimo, & prudentiſſimo. Ibidem in officina Mariæ Fernandez, anno 1645. Hæc Uvadingus, ac Nicolaus Antonius. Emiſit inſuper:

Principium Complutenſe. Compluti ex officina Mariæ Fernandez 1646. in 4. Sub præjacto titulo habentur tractatus:

De Scientia Dei.

De Prædeſtinatione, ac Reprobatione.

De Trinitate. Ineditum reliquit volumen.

De Angelis, ac alium *de Incarnatione*. Prodijt hic Pariſijs ex officina Jacobi Queſnel, anno 1641. in 4. ſtudio Fr. Ægidij Nuble Minoritæ, diſcipuli Authoris.

FRANCISCUS FELTRENSIS, Minorita, Italus, ſicut recenſet Fr. Petrus de Alva in ſua Militia Univerſali, col. 424. *correxit Breviarium Romanum* anno 1513. excuſum Venetijs 1518. in 4. magno.

FRANCISCUS FERNANDEZ, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Conceptionis, Vir pius, doctus, & prudens, Chriſtianiſsimæ Galliarum Reginæ à ſacris confeſsionibus, ſcripſit Hiſpanicè, & edidit:

Directorium vitæ ſpiritualis, *& exercitia ſpiritualia*. Pariſijs apud Antonium Bertier, anno 1643. in 12. Claruit exemplaritatis nota anno 1653. Extat hujuſce memoria apud Nicolaum Antonium, & Uvadingum.

FRANCISCUS FERRARIENSIS, Minorita, recenſentibus Poſſevino tom. 1. *Apparatus*, Toſigniano, & Uvadingo edidit:

Quadrageſimale. Floruit anno 1546. teſte Fr. Auguſtino de Uvite de Scriptoribus illuſtribus Ordinis Minor. pag. 66.

FRANCISCUS FERRIZ, Hiſpanus, Cæſarauguſtæ natus, Aragonenſis Provinciæ, Regul. Obſerv. filius, Lector Jubilatus, & Ex-Miniſter Provincialis, prælo dedit Hiſpanè in 16.

Compendium, *& Sumulas Orationis Mentalis*. Cæſarauguſtæ 1624. per Joannem de la Naja, & Quarraner. Dùm autem Viſitatoris munere fungeretur in Carthaginenſi Provincia, luci publicæ dedit in 4. patrio idiomate:

Sermonem in Exequijs ab illa Provincia Seraphica celebratis in Seraphico Marciano Conventu pro Eminentiſſimo Cardinali D. D. Gabriele de Trejo & Paniagua. Murciæ 1630. per Ludovicum Beros. Obijt in Seraphico Cæſarauguſtano Cœnobio, die 5. Maji, anno 1631.

FRANCISCUS FEVARDENTIUS, Gallus, Sacræ Theologiæ Doctor, Conſtantiæ Neuſtriacæ circa annum milleſsimum quingenteſsimum quadrageſsimum primum, natus Bajocis, humaniores litteras edoctus, ibidem Franciſcanis nomen dedit. Pariſios translatus firmiores ætatis labores ſubijt ex Cathedra docens, ex roſtris aſsiduè concionatus. Inde ad præcipuas Galliarum Urbes profectus, ubique dogmaticè contra exurgentes, & adoleſcentes hæreſes prædicavit, nullo loco acritèr non inſectatus Calviniſtas. Senectutis tandem portum Bajocum ipſum, quod juvenilis contentionis illex, & quaſi igniculus fuit, humilitèr elegit, nullam ambiens aliquandò dignitatem inter ſuos, aut honorem inter exteros. Atqui ibidem non quidem languori, non tempori, vti ipſe in Epiſtola nuncupatoria ſuæ Theomachiæ ad Cardinalem de Oſſato præfatur, non inertiæ, deſidiæque ſe dederat, quamvis ſenem, ſed aſsidua, vel meditatione, vel lectione, vel ſcriptione, vel concione Reipublicæ Chriſtianæ prodeſſe ſtudebat, vt qui mature cœpit proficere, ad vltimum vitæ ſpiritum perſiſteret, & quidem in vltima ſenectute inſignem, vtilemque illum librum Theomachiam Calviniſticam edidit. Cum enim anno milleſsimo ſexcenteſsimo ſecundo, ætatis ſexageſsimo tertio, Turone litteras dediſſet ad Antonium Poſſevinum, & Catalogum à ſe Scriptorum librorum inſtantèr poſcenti miſiſſet, commonuit ſe tunc dialogos illos adornaſſe, quibus ſexcenti errores Calvinianorum refellebantur, & in præ-

præcitata Epiſtola ad Cardinalem D.Oſſatum ſuos in illa non tàm effæta, quàm tremula ætate pios conatus pro Eccleſia Dei contra Hæreticos defendenda, & continuos, quos pro ea ſubivit indefeſſe labores exprimens: *At ego* (inquit) *qui tot annos, ſivè meditor, ſivè ſcribo, ſivè concionor, quod dare teſtimonium mei laboris majus, meliùſque poſſem, quam ſi pro virili mea parte conor boces etiam doliolum meum terreum verſare, atque agitare, & aliquatenùs hoſtium irruentium impetum, impreſſionemque retardare.* Hunc, *quem totius antiquitatis, & eloquentiæ quaſi Theſaurum* appellat Mathurinus Quadratus in ſua Epiſtola ad Archiepiſcopum Ebredunenſium, multis, digniſque encomijs, à virtute, pietate, & doctrina laudant paſsim Authores, ab ejuſque operibus adeò vulgatis, vt ea ignorare nequeant qui alia norunt, vel PP. illuſtrantur, vel S.Pagina dilucidè exponitur, vel Concionatores inſtruuntur, vel errores Hæreticorum, contra quos verbum ejus velut facula ardebat, ſolidè confutantur. Quare Indicem eorum texens, ſingillatim ſubjicio:

§. I.

DE EJUS COMMENTARIJS in Sacram Scripturam.

IN *totius Sacræ Scripturæ Gloſſam ordinariam, & Poſtillas Nicolai Lyrani,* vnà cum Joanne Dradræo, & Jacobo Cucillyo, Pariſienſibus Doctoribus, Viris inſignibus, & eruditis multum, diùque laboravit, additis ad marginem Authoribus, & locis, è quibus ſententiæ fuerunt decerptæ. Lugduni primò, mox Venetijs, deindè alijs in locis. Sanè verò accuratam illam operam integram præſtare non potuerunt vrgentibus typographis editionem, & tumultibus Gallicis rem litterariam interturbantibus. In hujus operis præfatione ad Sixtum V. Pontificem Maximum, ita inquit: *Non parum operis, ac ſtudijs in his recenſendis poſuimus, Beatiſſime Pater, quando PP. interpretationes ad ipſos fontes revocare, eoſdem ad marginem ſignare, inſupèr, & ex univerſa aque pia, ac erudita antiquitate locupletare ſtuduimus, ipſas denique perdocti Domini Nicolai Lyrani poſtillas ad ipſius Authographon, quod ex Conventu Verlonienſi, Provinciæ Normanniæ, in qua noſtrum Beatiſſimi P. Franciſci Ordinem profeſſus eſt, ad nos adferri curavimus, diligentèr contulimus.*

In librum Ruth Commentarios, in quibus copiosè traditur quidquid ad Hiſtoriam, Fideique Chriſtianæ, ac morum rationem pertinet. Pariſijs apud Sebaſtianum Nivellium anno 1582. & anno 1585. in 8. Vidi. Et Antuerpiæ 1585. Vidi.

In librum Eſther Commentarios præcipuè Concionatoribus accommodatos. Ibidem eodem anno, & Coloniæ apud Mylium anno 1594. & apud Birchmanicum anno 1595. in 8. in Pariſijs 1585. Vidi.

In Jonam Prophetam Commentarios, ex Veterum Patrum Hæbreorum, Græcorum, Latinorum ſcriptis collectos, & Chriſtianis Myſterijs, ac Concionibus aptatos. Ibidem apud Henricum Falckemburgium anno 1595. in 8. Vidi.

In Epiſtolam ad Romanos. Pariſijs anno 1599. in 8. Vidi.

In Epiſtolam D. Pauli Apoſtoli ad Philemonem. Pariſijs, & in Germania anno 1587. Vidi.

In vtramque Epiſtolam D. Petri. Pariſijs apud Nivellium anno 1598. & 1600. in 8.

In D. Jacobi Epiſtolam. Plerique ejus auditores calamo ex ore dictantis Pariſijs exceperunt; ſed deinceps ille Commentarium ad illam edidit Pariſijs apud Michaelem Sonnium anno 1599.

In D. Judæ Epiſtolam faciliori methodo, Coloniæ anno 1595. apud Henricum Falckemburgium, in quo Commentario Veterum, & Recentiorum Hæreſiarcharum mores ſcitè deſcribuntur. Vidi.

Super duo S. Lucæ prima capita, in quibus Chriſti Dei, & Domini, ac Sanctiſſimi Præcurſoris Hiſtoria ſeptem, & viginti Homilijs per Adventum explicatur. Pariſijs apud Claudium Chappelet 1605. in 8. Vidi.

§. II.

DE OPERIBUS SS. PP: ALIOrumque Authorum ab eo illuſtratis, ac editis.

S. *IRENEI Martyris cum eruditiſſimis ſcholijs.* Primò Pariſijs an. 1576. poſteà auctioria Coloniæ Agrippinæ anno 1595. qui per eum quaſi revixit; certè eſt plurimùm illuſtratus. *Vitam ejuſdem Sancti*, præfixit initio operis.

S. II.

S. Ildephonſi Toletani Archiepiſcopi ad Codices multos M. SS. collata, & emaculata, maximè vero librum de Virginitate illibata Mariæ emendavit, & auxit. Pariſijs apud Sebaſtianum Nivellium anno 1576. quæ à Margarino Bigneo in Bibliothecam Veterum Patrum ſecundæ editionis relata ſunt, & in ſequentibus editionibus ſemper appoſita. Prætereà:

Sermones 12. in præcipuis ejuſdem S. Dei Genitricis Mariæ Ferijs. Ibidem, & ſeorſim Pariſijs apud Sebaſtianum Nivellium anno 1578. in 8. Vidi.

S. Ephrem Syri opera Gallicè reddita. Pariſijs apud Nivellium, & Sonnium anno 1583. Iterùm apud eoſdem anno 1590. Tertiò à Chapeleto anno 1602.

In Michaelis Pſelli librum de ſeptem Synodis, Commentarios adhibuit, quibus præfationem adjunxit, in qua Recentiorum Hæreticorum cum Cacodæmonibus, & Magis convenientiam deſcribit. Pariſijs apud Guilielmum Chaudiere anno 1576. Poſſevino teſte.

Notæ in Arnobij conflictum cum Serapione. In Bibliotheca PP. Coloniæ, & Pariſijs anno 1624.

Hieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani Cenſura Orientalis Eccleſiæ, per eumdem recognita. Pariſijs anno 1589. in 8. apud Bibliothecam Barberinam, tomo 1. pagina 408.

Bibliotheca Veterum Patrum, à Margarino de la Bigne edita, ab eo ſimùl cum Dradræo, & Gilberto repurgata, & aucta fuit. Vide editionem Pariſienſem ſub ſigno Navis, anno 1589.

§. III.

DE EIUS SCRIPTIS CONTRA Hæreticos.

Appendicem ad libros Alphonſi à Caſtro contra Hæreſes, in tres libros diſtributam, quibus quadraginta Hæreſes ab eodem Alphonſo, vel prætermiſſæ, vel poſt illius mortem natæ ad deprehenſæ refelluntur. Pariſijs apud Nivellium, & Sonnium anno 1578.

De Virginitate, atque Invocatione Virginis Mariæ. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, anno 1579.

Dialogos ſeptem quibus ducenti Calviniſtarum errores graviſſimi perſpicuè refelluntur, & ſolidè confutantur. Coloniæ in officina Birchmannica anno 1595. in 8. Primò quidem Gallicè prodierunt Pariſijs, apud Nivellium anno 1585. iterùm apud eumdem anno 1590. Vidi.

Secundam Hebdomadam Dialogorum, quibus examinantur quadringenti ſexaginta quinque eorumdem errores. Pariſijs apud Sonnium.

Theomachiam Calviniſticam ſexdecim libros profligatam, quibus mille & quadringenti hujus ſectæ noviſſimæ errores, quorum magna pars nunc è ſuis latebris eruitur, diligentèr excutiuntur, & refelluntur. In his confeſsio Fidei Hugonoticæ, & Catechiſmus Calvinianus, Divinis, Eccleſiaſticis, ac ipſorummet Hæreſiarcharum ſcriptis, reprehenduntur, & confutantur. Pariſijs apud Nivellium ann. 1604. in folio magno. Vidi.

Brevem aſſertionem Cœlibatus. Pariſijs apud Claudium Chapellet anno 1606. Hæc omnia Latinè; Gallicè verò:

Reſponſiones ad nobilis Viri quæſtiones, anteà quidem Hæretici, & poſteà conſtantis Catholici. Pariſijs apud Nivellium, anno 1597.

Examen Catechiſmi Calvinianorum. Pariſijs apud Sonnium, & Nuam ann. 1600.

Idem locupletatum Refutatione adverſus Hæreticum Miniſtrum, quæ convicti ſunt Calviniſtæ ſexcentorum ſexaginta errores. Ibidem apud eoſdem anno 1601.

Amica admonitio Prædicatoribus, & Miniſtris verbi de ducentis triginta erroribus in eorum Fidei confeſsione contentis. Pariſijs apud eoſdem anno 1601.

Intermanducationes (entremangeries) *miniſtrales; Reſponſiones ad Aphoriſmos Brovaldi prætenſi Miniſtri Charentoni, & prætenſæ falſificationes.* Cadomi in Normannia anno 1601. & Pariſijs eodem anno.

Dialogos alios ſeptem contra Calviniſtas. Antuerpiæ 1598. teſte Ludovico Dupin, ſæculo 17.

Bella Miniſtrorum Hæreticorum ſuper fundamenta Fidei Catholicæ. Pariſijs typis Claudij Chapellet anno 1604. in 8. apud Bibliothecam Telletianam, folio 115.

De Cultu B. Virginis contra quendam Anonymum, è Calviniſtarum grege Miniſtrum. Extat ad calcem ſui S. Ephrem.

*** *** ***

§. IV.

DE OPERIBUS QUÆ AD prælum matura habebat anno 1602.

INeditis adſcribo ſequentia hactenùs mihi ignota, ſed ab Uvadingo poſt Poſſevinum recenſita.

Homilia in librum Judith.

Homilia in plures Pſalmos.

Homilia in Danielem.

Commentaria in tres D. Joannis Epiſtolas.

Expoſitio Orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, & Symboli Apoſtolorum.

Homilia in Quadrageſimam.

Homiliæ in Dominicas dies, & Sanctorum feſtivitates.

Lactantij Firmiani opera cum ſeptem M. SS. Codicibus collata, & ab erroribus vindicata, atque annotationibus ad ſingula capita illuſtrata. Demùm, vt refert Hippolytus Marracius apud Militiam noſtri Alva, col.425. ſcripſit:

Homilias de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Et ſanè pro hoc myſterio multum elaboravit, vt videre eſt apud ipſum in notis ad S. Irenæum, lib.3. cap. 33. & alibi. Obijt 7. Januarij anno 1612. omnium mærore; ſed Reipublicæ Litterariæ,& Franciſcanæ Fevardentium alium relinquens, de quo immediatè. Nonnulla primi Fevardentij (quem non immeritò inter doctos doctiſſimum appellat Petrus Courcier *in negotio ſæculorum Mariæ*) ſubminiſtrat ex ejus Homilijs in Job, Ludovicus Bail, part. 2. ſuæ Bibliothecæ Concionatoriæ, cap. 112. Fevardentij hujus effigie adornatur celebris Bibliotheca Dominæ noſtræ de Salizeto, appoſito carmine hoc:

Pues tu ſu Demetrio has ſido:
De bonor mil eſtatuas llenas
Te dè la Igleſia tu Athenas.

FRANCISCUS FEVARDENTIUS, alter, præcedentis ex ſorore nepos, Doctor Pariſienſis in magno Conventu ejuſdem Urbis Philoſophiam, & Theologiam profeſſus, virtute, & doctrina avunculo ſimillimus, his verbis à doctiſſimo Viro Joanne de la Haye, ejus familiari amico dignè commendatur in Indice Authorum quibus confirmat ſuos conceptus in Geneſim. *Vir fuit* (inquit) *pietate inſignis, ſilentij amantiſſimus, fide in Deum, fidelitate in proximum clariſſimus, ſolicitudine, ac vigilantia admirandus, conſuetudine jucundiſſimus, moribus integerrimus, charitate eximius, laboribus infractus, humilitate eminentiſſimus, inferiorum ſodalis, diſcipulorum amor, Prælatis obſequentiſſimus, in rebus ſolicitandis fortiſſimus, modeſtia ſingularis, prudentia laudatiſſimus, caſtitate eximius, virtutum denique, ac ſcientiarum genere inſtructiſſimus, qui corona Doctorali in alma facultate Pariſienſi, eam caput ſapientiſſimum redimiſſet, & Theologiam profeſſor primarius in Doctoris Subtilis ſuggeſto per annos aliquot perlegiſſet, graſſante lue, ſummo omnium bonorum mærore, juvente Deo, ſcriptis ſolidiſſima ſcientia relictis aliquandò in lucem edendis, peſte interijt*, anno Domini 1631. Præ reliquis ſcripſit:

Fidei controverſias contra Calviniſtas.

Materias Theologicas in primum Sententiarum. Uvadingo teſte, & Bonaventura Baro, tom.1. Opuſc. part.14. §.2.

FRANCISCUS FICHET, Italus, Regul. Obſervantiæ alumnus, recenſente Uvadingo, edidit vernaculè:

Exercitia ſpiritualia pro impetranda gratia Dei. Lugduni anno 1622.

FRANCISCUS FILLIGELLUS DE ASCIANO in Provincia Tuſciæ Minorum Conventualium, Sacræ Theologiæ Magiſter, Etruſco carmine, opus egregium:

De Conformitatibus à Bartholomæo Piſano ſtructum, tranſtulit. Ex Terrinca, part.3. Theatri Tuſciæ, pag. 200. & Uvadingo, tom. 4. ad annum Chriſti 1399. num.43.

FRANCISCUS FLORENTINUS, Provinciæ Tuſciæ alumnus, propter diuturnum verò Magiſterium in Univerſitate Paduana, cognomento Paduanus, tùm ob eminentem doctrinam, tùm ob ſingularem facundiam in declamando, tùm ob vitæ probitatem, atque in agendis dexteritatem à Summis Pontif. Nicolao V. Calixto III. Pio II. Paulo II. & Sixto IV. in magna veneratione habitus, eruditè ſcripſit:

Chriſtianarum inſtitutionum librum ad Bravinum Martellium.

De Excellentia conditionis humanæ.

De Divinis item operibus.

De lapſu hominis. Præfatio incipit: *Cuperem amantiſſime Bravi.*

Librum de Aſtrologorum parvipendis judicijs, ac de incantationibus, & divinationibus nullo modo ferendis, ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis, ad Nicolaum Pontificem Maximum.

Breviloquium, ac de Epidemia ad Petrum Coſmi filium.

De inſenſata cura mortalium ad illuſos hujus vitæ amatores. Incipit: *Cum quotidiè meum cogito.*

Tractatum de flocipendendo vulgò, & contemnendis ejus ineptijs, & de quidditate fortunæ. Extant ejuſdem:

Epiſtola gratulatoriæ ad Sixtum IV. & ad Petrum Medicem. Incipiunt: *Feliciſſime Paſtor.* Prætereà:

Orationes coràm præfatis Summis Pontificibus habitæ. Habentur hæc omnia Florentiæ in Bibliotheca S. Crucis, vti recenſet Poſſevinus, Uvadingus, laudatus Terzinca ibidem, & Michael Pocciantius in ſua Florentina Bibliotheca.

FRANCISCUS FORERIUS, Franciſcanus. Ita legitur apud Minoritam Sera in Catalogo Scriptorum, quem præfixit ſuo *Libano Mariano*, at nullum Scriptorem *Forerium*, hactenùs novi à Dominicano diſtinctum, cujus mentio extat apud Poſſevinum, & alios Nomenclatores.

FRANCISCUS FORMA, Minorita, quem Hiſpanum, ac Catalanum eſſe credit Nicolaus Antonius, edidit Hiſpanicè, & Gallicè:

Novam deſcriptionem Cataloniæ, & ſuæ Comitatuum illius, cum tabulis. Pariſijs in fol. apud Sebaſtianum Cramoiſy, anno 1643. Laudatur à Uvadingo, & Alphonſo Laſſor in ſuo *Univerſo calamo delineato*, tom. 1. fol. 251.

FRANCISCUS DE FRANCHIS, natione Italus, Patria à Vetro, Capuccinus, Vir eruditione, & doctrina admodùm præſtans, propter jucundam morum ejus elegantiam omnibus charus, & amabilis, & eminentem in concionando facundiam, & dulcedinem valdè celebris, qui etiam ſuam Lucaniæ Provinciam magna cum prudentiæ, & Regularis Obſervantiæ laude, per integrum ſex annorum curriculum adminiſtravit; ſcripſit, & evulgavit Commentaria doctiſsima ſuper Oſeam Prophetam, quibus hunc præfixit titulum:

Salvator myſticus, ſivè Oſeas enucleatus, tom. 3. in fol. Eſt opus ſummo ſtudio elaboratum, ſubtilitate Moralium conceptuum, atque SS. PP. Doctorumque placitis in expoſitione, tùm litterali, tùm morali, ac myſtica adductis. Primus totus fuit impreſſus Panormi apud Alphonſum de Iſola, anno 1643. Secundus Salerni apud Franciſcum Favium, anno 1647. Tertius verò Neapoli apud Hyacinthum Paſſerum 1650. De eo meminit Uvadingus, in de Scriptor. Ordinis Minorum.

FRANCISCUS FRANCINUS, Hiſpanus, Tertij Ordinis, Vir pius, & devotus, totus intentus meditandæ Chriſti Paſsioni, ſua quotidiana exercitatione, ad methodum brevem, claram, & facilem hoc meditandi genus ita reduxit, vt vtili quidem libello, phraſi non inculta, illam docuerit. Libri titulus eſt:

Paſsio Chriſti meditata, ſivè expenſa per Franciſcum Francinum Tertij Ordinis S. Franciſci oblata devotioni Chriſtianæ. Prodijt Romæ apud Franciſcum Monetam, anno 1641. in 16. Laudatur à Bordonio in ſuo Chronologio, Uvadingo, ac Nicolao Antonio, Regno Aragonum Franciſcum hunc adſcribente.

FRANCISCUS FREMIN, Minorita, Gallus, Sacræ Theologiæ Pariſienſis Doctor, emiſit:

Commentaria in Geneſim. Pariſijs 1567. in 8.

Commentaria in Exodum. Ibidem in 8. anno 1579. Utrumque opus commendat Jacobus Le-Long in ſua Bibliotheca Sacra, pag. 732. Hunc credo indiſtinctum à Firmino Capitis de quo ſuo loco.

FRANCISCUS FRESNEDA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Granatenſis, Lector Jubilatus, communem fecit:

Orationem funebrem in obitu Illuſtriſs. D.D. Joannis de Moſcoſo Antiſtitis Malacitani ad Civitatem Urceſenam habitam. Cudit Malacæ Joannes Renæ 1617. in 4. Vidi.

FRANCISCUS FRISATUS, Minorita, notis illuſtravit:

B. Jacoponi Rhythmos, & Poemata, vti Uvadingus narrat.

FRANCISCUS DE FUNIANO, Italus, Provinciæ Bononienſis Minorum Capuccinorum alumnus, tùm in Sacris Litteris, tùm in Philoſophicis, ac Theologicis facultatibus excellens, Vir illibatæ conſcientiæ candore inſignis, multa ferunt ſcripſiſſe Concionatoribus vtilia, ex quibus, licèt ineditum aſſervatur in Bibliotheca Ariminenſi, Genuenſi teſte:

Volumen vnicum Concionum, & Sermonum de virtutibus, & vitijs. Ejus virtutes recenſet Boverius, tom. 1.

Annal. ſuorum ; §. 6. Claruit anno 1579.

FRANCISCUS GALVE, Hiſpanus, Valentinus, à teneris annis virtuti, & litteris deditus, ab Illuſtriſsimo Urbis Valentiæ Archiepiſcopo Eccleſiaſticæ Militiæ adſcriptus, & animarum curæ poſteà præfectus eſt. Sed qui ad perfectionem Evangelicam aſpirabat, in arcto, & paupere Diſcalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ Conventu S. Joannis de la Ribera nominato, Ordinem Minorum intravit, qui poſtquam propriæ perfectioni vacaſſet, aliorum vilitatibus ſervire volens, ad Philippinas mitti curavit, indeque Miſsionibus Apoſtolicis deditus, in Japponium tranſivit. Sed cum in crudeli omnium Sacerdotum, & Prædicatorum expulſione Nangaſacho Manilam redire coactus fuiſſet, occulti talenti impatiens, iterùm in Japponium reverti meditatur. Quare Malacam peregit, & in opportuna navigatione iter optatum aggredi tentans, timore nautis, & mercatoribus ab Imperatore Japponij incuſo impeditus fuit. Quid faceret fervidus Prædicator? O mirum amoris adinventionem! Habitum Æthiopis induit, & nigrum colorem vultui ſuperinduxit; ſicque ſe remigem triremis locavit, & hac felici arte per mille labores, per mille pericula ad Japponij littus acceſsit; vbi cum miros fructus produceret, tandem martyrij coronam percepit. Proditus enim à falſo Chriſtiano, foris fideli, intus idolatra, in carcerem dejectus eſt, cum P. Hieronymo ab Angelis, Societatis Jeſu, & alijs quinquaginta, & vno fidelibus, die 4. Decembris, anno 1623. ignis combuſtione in odorem ſuavitatis Deo oblatus eſt. Hic primus volumina tria in fol. Hiſpanicè conſcripta:

De Vitis Sanctorum, ſub titulo:

Flos Sanctorum in Japponicum ſermonem tranſtulit. Pariter libellos alios:

De Doctrina Christiana. Ex oculato teſte V. Fr. Didaco à S. Franciſco in Relatione Martyrum Japponenſ. Manilæ impreſſa 1625. Fr. Martino à S. Joſepho, part. 2. noſtrorum Chronic. lib. 4. cap. 17. & alijs. Conſule 1. part. meæ Bibliothecæ, pag. 86. & in 2. pag. 28. verba illa S. Bernardi: *Cognoſcit Eccleſia, quæ & ſimulatur nigredinem, vt decorem participet. Non confunditur nigra videri, nigra dici, &c.*

FRANCISCUS GARCES, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Eccleſiaſtes, ac iteratò Guardianus, vernaculè emiſsit:

Metaphoras Evangelicas. Valliſoleti apud Joſephum de Rueda 1679. in 4. Vidi. Sunt Conciones variæ, de quibus ſub eodem titulo communem fecit, tomum 2. ibidem in officina Antonij Rodriguez 1686. in 4. Vidi. Spem fecit in Prologo *Quadrageſimalium.* Setſim publicavit:

Panegyrim de S. Roſario. Uxamæ ex typographia Epiſcopali 1671. in 4. Vidi.

De Inventione S. Crucis. Pinciæ per Joſephum Portoles in 4. Vidi.

De Patriarchis Sanctis Dominico, ac Franciſco. Ibidem apud Joſephum de Rueda in 4. Vidi.

FRANCISCUS GASCO, Hiſpanus, ex Galleciæ Regno, in Compoſtellana Provincia Regul. Obſervantiæ virtutibus, & doctrina excellens, Clementi VIII. Pontifici Maximo in magna veneratione habitus fuit. Inedita reliquit:

Commentaria in Evangelia ad mentem SS. PP. Aſſervantur in Bibliotheca Conventus S. Antonij Monfortenſis, vti recenſet Fr. Jacobus de Caſtro, tom. 1. Chronic. laudatæ Provinciæ, lib. 3. cap. 6. fol. 119.

FRANCISCUS GENARDUS, Capuccinus, Patria Camberenſis, Provinciæ Sabaudiæ Concionator, Vir religioſis virtutibus clarus, tùm contemplativæ, tùm activæ vitæ chariſmatibus decoratus; qui ad Miſsionarij Apoſtolici munus exercendum deſtinatus, prædicatione, Catechiſmo, Doctrinæ Chriſtianæ explicatione plurimos ab Hæreticali morbo, & perfidiæ languore liberavit, & ad Orthodoxam fidem amplectendam perduxit, ſcripſit Latinè:

Hiſtoriam Epiſcoporum Civitatis Auguſtæ Prætoriæ. Extat M.S. in Bibliotheca Epiſcopi Salutiarum. De eo meminit Genuenſis, poſt Andream Roſſotum in Syllabo Scriptor. Pedemontij.

FRANCISCUS GEORGIUS, Venetus, variæ eruditionis Vir, qui poſtquam annis multis à juventute, & in firmiori ætate, vel publicè docuit, vel populis prædicavit; poſtremum quod ſupererat ætatis per otium, & deſidiam tranſigere non eſt paſſus. Scripſit itaque in ſenili ætate:

De Harmonia totius mundi Cantica tria. Venetijs apud Bernardinum Vitalem, anno 1525. Pariſijs apud Andream Berthelim, anno 1544. & 1546. in fol. Vidi.

Problematum in Sacram Scripturam libros

bros ſex (non octo, vti habent Uvillotus, & Poſſevinus) in quibus tria millia loca Sacræ Scripturæ, atque id genus res alias, vt ipſe haber in Epiſtola præliminari ad Lectorem, explanavit. Venetijs apud Bernardinum Vitalem, anno 1536. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, 1574. in 4. Vidi tomos ſex. Platonicæ doctrinæ, & Thalmudicis Hebræorum inanibus arcanis nimis intentus, vtrumque opus Cabaliſtarum, & Platonicorum placitis ita reſpertit, vt in Romano Indice prohibita ſint, donec expurgentur. Quæ verò corrigenda, aut expurganda erant, minutim ad notavit Index expurgatorius Hiſpanus. Graviora notarunt Sixtus Senenſis, Robertus Cardinalis Bellarminus, Antonius Poſſevinus, & Marinus Marſenus Ordinis Minimorum in fine Commentariorum in Geneſim, vti obſervavit Uvadingus ſubdens ſcripſiſſe inſuper:

Vitam B. Claræ Bugniæ, Venetæ Clariſſæ, cujus confeſsiones excipiebat. Habetur in 4. part. lib. 10. Chronic. Bartholomæi Cimarelli.

Carmina ſpiritualia Italica, eo metri genere, quod vocant, *terza rima*, quæ multorum manibus Venetijs teruntur. Obijſſe anno 1510. referunt Uvillotus, Miræus, & Poſſevinus, ſed cum B. Clara prædicta obierit anno 1514. vti ipſe Georgius enarrat, ac Harmoniam Clementi VII. & Problemata Paulo III. ipſe dedicaverit, oportet, vt circà annum 1540. adhùc vixerit. Miniſtrum agebat Provinciæ S. Antonij anno 1523.

FRANCISCUS A GIOYA, Italus, Lector Theologus, ac Cuſtos Provinciæ Reformatæ Sancti Nicolai in Apullia, Latinè, & in 4. ſcripſit:

Hiſtoriam hujus Provinciæ ab ejus fundatione, vſque ad annum 1661. Incipit: *Provincia hæc*. Vidi Matriti in Archivio Generalis Ordinis, pluteo proprio laudatæ Provinciæ, manip. 1. num. 1.

FRANCISCUS GLAVINCH, Iſtrianus, Regul. Obſerv. alumnus, Theologus, Apoſtolicus Prædicator, ac Pater Provinciæ Boſnæ Croaciæ anno 1646. ſcripſit in fol. idiomate Italico:

De Origine, & Rebus memorabilibus hujus Provinciæ. Extat in Archivio Ordinis Matritenſi. Vidi.

De Tranſlatione domus Virginis è Nazareth, in Tarſactum propè flumen in confinibus Liburniæ ſitam, eodem idiomate, & eodem anno in fol. Extat ibidem. Vidi. Fuit quoque M. S. apud noſtrum Alva vt ipſemet enarrat, col. 427. ſuæ Militiæ. Item edi curavit Annalyſim Puriſsimæ Conceptionis conſcriptam à Fr. Andrea de Peruzzinis, de quo ſuperiùs. Item:

Manum Chriſti amoris diviſam in quinque libros, quorum ſinguli ſub quinis Alphabeti litteris diverſas materias comprehendentes plurimis, & Sacræ Scripturæ locis, & Patrum ſententijs, deniquè & moralitatibus exornati ſunt. Venetijs apud Joannem Salis anno 1625. in 4. Vidi. Ejus in laudem Fr. Candidus Barbaritijus ejuſdem Provinc. alumnus, Epigramma conſcripſit, cujus initium:

Junge manus manibus Chriſti (qui eternis) Amoris,
Et quicumque cupis noſcere quid ſit Amor.

FRANCISCUS GOMEZ, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Mexicanæ S. Evangelij, ineditas reliquit, vti ex Antonio Leonio narrat Nicolaus Antonius:

Vitas quorumdam Venerabilium ejuſdem Inſtituti, ac Provinciæ. Inſuper, ex Vetancurt in ſuo Monologio Franciſcano, pag. 138. conſcripſit:

De Idiomate Mexicano varia, quæ prælum expectant.

FRANCISCUS GONZAGA, à Sereniſsima Ducum Mantuæ progenie, Caroli Marchionis Guazoli filius, adoleſcentiori ætate ſpreto mundo, & Aula Philippi II. Regis Hiſpaniarum, vbi inter pueros Regios educabatur, Compluti, Religioſiſsimi Cœnobij Franciſcani Superiores verentes Regis indignationem, ſi ad ſuum conſortium inſtantèr petentem admitterent, vel invitos coegit, vt ſuam veſtem donarent. Abſolutis tyrocinio, & ſtudijs omnibus, propter præſtantes animi, & corporis dotes, propter ſingularem virtutem, & præſtantem doctrinam gratiſsimus, regreſſus in Italiam, Patribus Provinciæ S. Antonij ſe aggregavit, à quibus paulò poſt, electus eſt Miniſter Provincialis. Quo in munere ita ejus eluxit virtus, conſtantia, & inſtaurandæ Religionis nonnihil inclinatæ ſtudium, vt in Comitijs Generalibus anno 1579. Pariſijs, totius Ordinis Miniſter Generalis omnium ſuffragijs ſit electus. Per octenium hoc functus miniſterio, diſciplinæ regulari reſtituendæ, & erroribus eliminandis totus intentus, nulli pepercit labori. Hoc expleto officio, aſſumptus eſt ad Cephaludenſem in Sicilia Epiſcopatum, deindè ad Pa-

Papienſem eſt translatus, mox Mantuanus renuntiatus Epiſcopus, ſanctiſsimè iſtas gubernavit Eccleſias, eaque ſanctitatis opinione deceſsit, vt de connumerando Cœtui Sanctorum agatur in Curia Romana. A Clemente VIII. Apoſtolicæ Sedis Nuntius amandatus in Galliam de pace inter Hiſpanum, & Gallum acturus, ea præſtitit, quæ tam nobilem Dei Servum decebant. Multa ei tunc conceſſa à Rege Chriſtianiſsimo honorum, & Regiæ munificentiæ diplomata penès ſe conſervabat Uvadingus noſter. Neque ſolùm ita glorioſè operatus eſt, verùmetiam laudabilia tranſmiſsit ad poſteros ſui ingenij monumenta. Scripſit itaque;

De Origine Seraphicæ Religionis Franciſcanæ, ejuſque progreſsibus.

De Regularis Obſervantiæ inſtitutione, forma adminiſtrationis, legibus, ejuſque Ordinis propagatione. Opus ingens quatuor partibus diſtinctum, æneis etiam pulcherrimis iconibus illuſtratum, in quo quaſi in tabula vnico obtutu ſtatus tantæ Religionis aſpici poſſet, & qui in ea militant, in ea ſeſe familia eſſe lætarentur, quam Deus Abrahæ benedictione mirificè multiplicaſſet. Adjecit inſupèr quantoperè eadem familia fuerit honeſtata in Cœlis, copia, præſtantiaque Martyrum, Confeſſorum, Virginum; in terris autem numero Fratrum, dignitatibus Pontificum, Cardinalium, Patriarcharum, Epiſcoporum, & Doctorum. Quin & ob oculos poſuit, quot extent Monaſteria, quam antiqua, quibus ornata privilegijs, quæve proximè ſubſunt Miniſtro Generali. Præterea de numerò, fundatione, rebus inſignibus Monaſteriorum Ciſmontanorum, quæ proximè ſubſunt Miniſtris Provincialibus. De Ultramontanis, item de Tranſmarinis, & ad quos pertinent Monaſteria Indiarum Orientalis, Occidentalis, Novæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani. Opus autem ipſum prodijt Romæ è typographia Dominici Baſæ, anno Domini milleſsimo quingenteſsimo octuageſsimo ſeptimo in fol. & Venetijs 1603. & 1606. in 4.

Epiſtolam qua omnes Minoritas ad exactam Regulæ obſervantiam hortatur. Eam præfixit operi laudato.

Statuta Barcinonenſia ad Concilij Tridentini Canones revocavit; eaque in Monaſterio, ſivè, vt vocant Conventu Sancti Joannis Regum Toleti, per generalem habitam Congregationem ab omnibus recepta ſunt.

Manipulum Fratrum Minorum, ejuſſu collectum. Pariſijs per Michaelem Sonnium anno 1582. in 4.

Epiſtolam ad univerſos Ordinis Superiores de pace, & unione conſervanda anno 1579. Habetur in libro nuncupato *Ocularia Minorum*, pag. 32.

Epiſtolam Paſtoralem, Lutetiæ excuſam; dùm in ſupradicta legatione Gallicana verſaretur, miſsit ad populum, & Diœceſim Mantuanam.

Conſiderationes ſpirituales ad Sacerdotes, & Parochos ſuæ Diœceſis Mantuanæ. Prodierunt Mantuæ apud Franciſcum Oſſannam, anno 1599. Elaboravit quoque;

Conſtitutiones pro Clariſsis, ac Tertij Ordinis alumnis, Italicè, impreſſas Romæ in 4. apud Bibliothecam Barberinam, tomo 1. pag. 483. Demùm;

De Doctrina Chriſtiana libros excudit, ac gratis popularibus diſtribuit. Vitæ ſanctitate conſpicuus deceſsit anno 1620. ſepultus in medio Choro ſuæ Cathedralis Eccleſiæ Mantuanæ. Pluribus de eo Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 28. Decembris. Gubernatis tom. 2. Orbis Seraphici, lib. 3. §. 56. Ejus Elogium pauçis complectitur Thomas Boſius de Signis Eccleſ. tom. 1. lib. 12. cap. 21. *Franciſcus Gonzaga*, inquit, *Epiſcopus Caphalonus, & illius Ordinis anteà ſummus præfectus: Vir nobilitate quidem generis præſtans, ſed longè præſtantior admirabili vitæ innocentia, & puritate.*

FRANCISCUS GOTTUS, Minorita, Theologiæ Profeſſor, collegit:

Compendium Biblicum ſingula Divinorum Librorum capita ſingulis quatuor diametris Jambicis perſtringens, neglecta tamen pedum, & Syllabatum menſura. Incipit Geneſ. cap. 1.

Ante ſit, lux producitur,
Dividens aquas congregat,
Ornatus factis additur,
Producta Ada ſubjugat.

Prodijt Lugduni ex officina Joannis Creſpin anno 1529. Vidi.

FRANCISCUS GOTMANNUS, ſeù GUZMAN, Hiſpanus, Toleranus, Regul. Obſerv. Caſtellanæ Provinciæ, Concionator eruditus, prælo dedit volumen in 8.

De Cœlibatu Miniſtrorum Sacrorum Altaris. Venetijs apud Gratioſum Perchacinum anno 1569. & Toleti litteris Franciſci Guzmani 1566. Vidi. Ejus in laudem cecinit Franciſcus Turrinius:

Præ-

Præmia quanta tibi voplant de cœlibe, vita;
Quamque ſit innumeris illa beata modis,
Vis capere, & geſtare ſinu, manibuſque libellum?
En tibi qui totus gemmeus irradiat.
Hunc Divinorum Interpres Franciſcus, & idem
Stirpis Guzmanæ gloria, compoſuit:
Hæc redolent charta nardum, thymiamata quid non?
Authoris vitam teſtificatur opus.

FRANCISCUS GREGORIUS, Theologus, Minorita, complevit:

Commentaria Fr. Richardi de Media Villa, Minoritæ, ſuper 4. Sententiarum. Venetijs in fol. anno 1489. abſque nomine typographi apud Bibliothecam Conventus S. Mariæ Bethleemiticæ Provinciæ Angelorum in Hiſpania. Vidi.

FRANCISCUS GUADIX, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Provinc. Bæticæ, Philoſophiæ Lector, emiſit à ſe habitam:

Orationem funebrem in Exequijs ſuorum FFr. defunctorum. Hiſpali formis Joannis Antonij Tarazona 1687. in 4. Vidi.

Horologium Solis, ſeu Panegyrim de Sacratiſſima Eucharistia. Ibidem per eumdem, ac eodem anno in 4. Vidi.

FRANCISCUS DE GUADIX, Minorita, Hiſpanus, Cœnobij Granatenſis aliquandò Præfectus, Cenſorque Theologus apud Fidei Judices Apoſtolicos, ſcripſit:

De Vocabulis ex Arabica lingua ad Hiſpanam derivatis. Neſcio, ait Nicolaus Antonius, tom. 1. fol. 329. cujus lemmatis opus, quo ſæpiùs vtitur in eruendis hujus originibus, Sebaſtianus Horoſco, & Covarrubias *in Theſauro Linguæ Caſtellanæ.*

FRANCISCUS GUERRA, Hiſpanus, ex Oppido Villagarcia, Palentinæ Diœceſis, Regul. Obſervant. Prov. Conceptionis Sac. Theologiæ Profeſſor emeritus, in Scholis argumentator acerrimus, è roſtris declamator celeberrimus, varia eruditione inſignis, cum Joannes à Campanea totius Ordinis Generalis Miniſter eum à Secretis ſibi delegiſſet, & in Miniſteriatu ſucceſſorem cuperet, à Philippo IV. Hiſpaniarum Rege promotus eſt ad Epiſcopatum Gaditanum in Bætica, poſteàque ad Placentinum. Opus egregium, ac Virginis cultoribus gratiſſimum exaravit ſub titulo:

Majeſtas Gratiarum, ac Virtutum omnium Deiparæ Virginis Mariæ. Prodijt tomis duobus in fol. Hiſpali ex typographia Joannis de Ribera anno 1659. Vidi, ejuſque Authographum aſſervatum Pinciæ in Conventu Regul. Obſerv. Paratum habebat ad prælum anno 1650. vti Uvadingus narrat, variæ lectionis opus *De Quadripartita locutione B. Virginis Mariæ in Evangelio*, ex quo Concionatores multa, & ſingularia depromere poſſent Virginis encomia. Obijt Placentiæ anno 1658.

FRANCISCUS GUEVARA, Hiſpanus, ex Regul. Obſerv. Prov. Aragonenſis, Lector emeritus, prælo dedit, à ſe habitam in populo gravi:

Orationem funebrem in Exequijs Caroli II. Hiſpaniarum Regis. Cæſarauguſtæ per Dominicum Gaſcon 1701. in 4. Vidi. Obijt anno 1720.

FRANCISCUS GUIDUS, à Monte Florum, in Diœceſi Ariminenſi, ex Tertio Ordine Regulari, celebris Concionator, ac Regul. Obſerv. *Speculum* promulgavit, nempè:

Vitam S. Marcianæ, Virginis, & Martyris, vulgari lingua. Bononiæ typis Franciſci Cacanei 1632. Eum commendat Bordonius in ſuo Chronologio, cap. 18.

FRANCISCUS HAROLDUS, Hybernus, Limericenſis, ſtrictioris Obſerv. alumnus, Pragæ, Viennæ, & Romæ Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac in Romano Collegio S. Iſidori Lector emeritus, necnon totius Ordinis Chronographus generalis indefeſſo ſtudio concinnavit tomis duobus in folio magno:

Epitomen Annalium Ordinis Minorum, in lucem quondam productorum tomis 8. in fol. à V. P. Fr. Luca Uvadingo. Romæ ex typographia Nicolai Angeli Tinaſsij, anno 1662. Vidi. Exaravit etiam fideliſsima enarratione.

Vitam laudati Fr. Lucæ Uvadingi. Habetur in capite tomi 1. Epitomes Annalium.

Vitam, & Acta B. Alberti à Sartiano, ex relatu laudati Collegij. Ineditum reliquit:

Supplementum Catalogi de Scriptoribus Ordinis Minorum à Uvadingo editi. Hactenùs non vidi; laudatur verò non rarò à D. Nicolao Antonio in ſua Biblioth. Hiſpaniæ. Inſupèr, morte præventus, ineditum etiam reliquit à Gubernatis in ſuo Orbe Seraphico, ſæpè citatum.

Annalium Ordinis Seraphici, tomum 9. Debitum naturæ ſolvit anno 1685.

FRAN-

FRANCISCUS HEBELINO, Hiſpanus, Apoſtolicus Concionator in Caſtellana Provincia Regul. Obſervantiæ communes fecit vernaculè à ſe habitas:

Orationem de S. Roſa Viterbienſi in collocatione cujuſdam Imaginis ejuſdem Sanctæ. In 4. Vidi.

Concionem de S. P. N. Franciſco. Salmanticæ per Eugenium Garcia 1683. in 4. Vidi.

FRANCISCUS HENNO, Germanus, ex Recollectis Provinciæ S. Andreæ Lector Jubilatus, Vir religioſis moribus præditus, ac doctrina nulli ex doctioribus ſui temporis poſtponendus, ea condidit, quæ juſſu DD. Epiſcoporum manibus teruntur Clericorum in Flandria, eis vtentes in ſuis hebdomadalibus diſputationibus. Publicavit ergo:

Theologiam Dogmaticam, Moralem, & Scholaſticam. Tomus primus continens tractatus:

De Deo Trino, & Uno.

De Vitijs, & Virtutibus.

De Actibus Humanis.

Et in Decalogi Præcepta. Prodijt Coloniæ Agrippinæ ſumptibus Uvilhelmi Metterninch 1718. in fol. Vidi. Tomus ſecundus in fol. complectens tractatus;

De Reſtitutione.

De Jure, & Juſtitia.

Verbi Divini Incarnatione.

De Statu Religioſo.

Necnon de Sacramentis in genere, & ſpecie. Ibidem. Vidi. Prodierunt quoque Venetijs ex officina Antonij Bortholi 1719. tom. 2. in fol.

FRANCISCUS HENRIQUEZ, Hiſpanus, ex Urbe Palmenſi Inſulæ Canarienſis Lector Jubilatus, S. Officij Qualificator, ſuæque Provinciæ S. Didaci Canarienſis Regul. Obſerv. Ex-Definitor, anno 1728. quo nonagenarius vivebat, ad prælum habebat volumina duo in 4. Primum:

De Supernaturalitate entis. Secundum Hiſpano Sermone:

De Imaginibus quæ in Inſulis Fortunatis apparuerunt. Ex relatione laudatæ Provinciæ.

FRANCISCUS HEREDIA, Hiſpanus, Apoſtolicus Concionator, ac Pater Mexicanæ Provinc. Sancti Evangelij, ejuſque Pro-Miniſter, ac Generalis Procurator Provinciarum Novæ Hiſpaniæ, in Capitulo Generali Ordinis Valliſoleti celebrato anno 1670.

Orationem funebrem in Exequijs Comitum de Chinchon habuit, ibidemque typis dedit in 4. Vidi.

FRANCISCUS HERRERA, Hiſpanus, Provinciæ S. Jacobi, Regul. Obſervantiæ, apud Salmanticenſes inſignis Theologiæ Profeſſor, ex Procuratore generali Ordinis, Archangelo à Meſſina Miniſtro generali à Secretis, Vir religioſiſſimus, & mitis, ſcripſit:

De Angelis, tom. 1. Salmanticæ anno 1595. in fol. Vidi.

Volumen magnum de Peccatis. Salmanticæ 1600. in fol. Sunt Commentaria in 2. Sententiarum. Vidi.

Commentaria in primum, & ſecundum Sententiarum. Tomis duobus Salmanticæ 1589. 1590. & 1595. in fol. per Andream Renaut. Vidi.

Expoſitionem in Regulam Minor. Ex Uvadingo, & Nicolao Antonio.

Inſtitutiones Chriſtianas. Hiſpanicè, ſeù *Sermones Quadrageſimales.* Medinæ 1604. in 4.

Manuale Theologicum, & reſolutiſſimam dilucidationem principalium quæſtionum, quæ communitèr in quatuor libris Sententiarum diſputantur. Romæ 1606. in 32. & 1610. multis erroribus expurgatum apud Guilielmum Facciotum. Vidi. Barcinone 1611. Pariſijs 1616. noviſsimè repurgatum à mendis editionum, cura Ludovici Cavalli ejuſdem Ordinis Lugduni recoctum typis Hieronymi de la Garde 1642. in 16. Moritur Placentiæ in Italia circà annum 1600.

FRANCISCUS HERRERA, Hiſpanus, ex Regul. Obſervantiæ Prov. Caſtellæ, & Complutenſis Concionator, ex præſcripto Superiorum exaravit:

Vitam, ac miracula V. Fr. Juliani à S. Auguſtino Laici ejuſdem Provinciæ, de cujus Canonizatione agebatur. Tribus tomis in 4. inediti, ſed licentijs, & approbationibus roborati aſſervantur Compluti, in Archivio Cœnobij S. Didaci. Claruit anno 1608.

FRANCISCUS HERRERA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Conceptionis Lector Jubilatus, ac Provincialis Miniſter, Regius Concionator, & à Concionibus Imperatricis Margaritæ Mariæ, Vir exquiſitæ eruditionis, morte immatura ereptus, dumtaxàt litteris tradidit graves orationes à ſe habitas, ex quibus ad manus meas devenere:

Oratio funebris in Exequijs Eliſabethæ Pache o. Comitiſſæ de Graxal. Pinciæ apud Joſephum de Rueda 1671. in 4.

Alia

Alia in Exequijs Architalaſſorum Caſtellæ. Ibidem per Bartholomæum Portolez 1668. in 4.

Alia in obitu Auguſt. Imperatricis Margarita Mariæ Auſtriacæ. Viennæ typis Leopoldi Voigt 1673. in 4.

Alia in Exequijs Philippi IV. Hiſpaniarum Regis. Matriti in typographia Regia 1675. in 4.

Alia in Exequijs Illuſtriſ. D. D. Fr. Joannis de Villamar., Epiſcopi Tudenſis Urbis in Gallæcia, primitùs laudatæ Provinciæ Conceptionis alumni. Valliſoleti litteris Bartholomæi Portolez 1666. in 4.

Alia, pro vindicatione Imaginis Crucifixi à Patientia dicti in Conventu Matritenſi PP. Capuccinorum habita. Ibidem prodijt ex typographia Regia, anno 1674. in 4.

FRANCISCUS DE HEVIA (alijs NEVIA) Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Compoſtellanæ Provinciæ ſcripſit de tribus ſtatibus animæ, opus verè pium, cujus titulus eſt:

Speculum animæ. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez in 8. anno 1550. quo floruit Author diſtinctus à Franciſco Evia Authore cujuſdam *præparationis mortis* prohibitæ in Indice Concilij Tridentini. Nec ejuſdem eſt *Theſaurus Angelorum,* ſed Franciſci Eicia ſuperiùs laudati, ex Uvadingo. Sanè Author de quo ad præſens Franciſcus Hevia appellatur in Chronic. Provinciæ S. Jacobi, tom. 1. lib. 3. cap. 6.

FRANCISCUS DE HITA, Hiſpanus, Concionator, ac Cuſtos Mexicanæ Provinciæ S. Evangelij Concionem habitam in populo gravi de B. Petro Regalato, communem fecit, ſub titulo:

Regulus Seraphicus. Edita fuit Mexici in typographia Viduæ Franciſci Rodriguez 1696. in 4. Vidi.

FRANCISCUS HITA, alter, Hiſpanus, Matritenſis, ex Provincia Caſtellana Regul. Obſerv. Eccleſiaſtes Conventus Complutenſis, ſpem majorum faciens (vti conſtat ex Prologo) emiſit:

Panegyrim de S. P. N. Franciſco. Compluti per Antonium Duplaſtre 1635. in 4. Vidi. Alia deſidero.

FRANCISCUS HORANTIUS, hoc eſt ORANTES, Hiſpanus, Colendæ natus, Theologus, ac Provincialis Miniſter Provinciæ Conceptionis Regul. Obſerv. ad Tridentinum Concilium loco Illuſtriſ. D. D. Chriſtophori Fernandez, Epiſcopi Palentini miſſus, ad eum habuit elegantem Concionem. Ad nos reverſus, Regia authoritate, Murcienſe Tribunal S. Inquiſitionis viſitavit, eaque, vti ait Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, integritatis, doctrinæque laude conſpicuus vixit, vt Joanni Auſtriaco adjunctus ſit Miniſter à Sacramento Pœnitentiæ, copiarumque Belgicarum Vicarius Generalis. Quo cum vſque ad obitus diem illius vixit, cadaverque immaturè demortui Principis fortiſſimi in Hiſpaniam comitatus fuit. Sacris deindè Ovetenſis Eccleſiæ infulis accinctus XX. die Februarij anno M. DL. XXXI. tribus tantum annis ſupervixit ſuſcepto muneri, obijt quippè XII. Octobris M. DL. XXXIV. Quod ſepulchro ejus in eadem Eccleſia ſcriptum legi affirmat Ægidius Gonzalez Davila *in Theatro hujus Eccleſiæ.* Edidit Horantius noſter.

Locorum Catholicorum pro Romana Fide adverſus Calvini inſtitutiones, libros 7. ad Catolum Hiſpaniarum Principem. Venetijs 1564. & Pariſijs apud Jacobum Macæum, anno 1566. Cujus operis nomine, Guilielmus Eyſengrenius *Virum* appellavit Horantium *prophanarum, atque Sacrarum Litterarum peritiſſimum, atque in refellendis Hæreticis exercitatiſſimum.* Vidi.

Concionem jam laudatam *ad Patres Tridentini conſeſſus habitam* 1. Novembris M. D.LXII. Vidi. Extat in Concilio Tridentino editionis Lovanienſis, pagin. 312. & in Concilijs Labbei, tom. 14. columna 1425.

Epiſtolam, ſeù tractatum de quibuſdam quæſtionibus inter Philippum Marnixium Sanctæ Aldegondæ Abbatem, & Michaelem Bajum Academiæ Lovanienſis Cancellarium circa Eccleſiæ authoritatem, & Judicem Controverſiarum Fidei. Hanc nuper edidit, ſeù forsàn recudit *in Reſolutionibus ſuis Orthodoxo-Moralibus,* Thomas Hurtado, Clericus Regularis Minor. cum honorificentiſſimo Authoris elogio. Vidi.

De Juſtificatione. Opus laudat Illuſtriſ. Gonzaga, fortaſsis erit aliqua Locorum Catholicorum portio, ſeorſim edita.

Commentarij quoque *in librum Job,* doctiſſimi ab eodem ſcripti Antonius Daca meminit lib. 1. cap. 12. *Hiſtoria Ordinis Minorum.* Demùm ſcripſit:

Commentaria in Danielem, vti recenſet Fr. Mauritius Hylaretus Sabbato poſt Dominicam 1. Quadrageſimæ, fol. 288. hiſce verbis: *Orantius, Vir profectò de Litteris Divinis optimè meritus, cujus etiam doctæ ſcrip-*

ſcripta in Danielem Prophetam nondùm in lucem miſſa vidi. Ex quibus cum eſſem cum eo Mechliniæ, aliquot paginas, ipſo legente, magna animi voluptate his auribus attentiſſimè audivi.

FRANCISCUS HURTADO, Hiſpanus, Prædicator, Cuſtos Cuſtodiæ S. Catharinæ de Honduras, ac Pater Prov. de Guatemala Regul. Obſerv. de Conceptione Immaculata Deiparæ ſcribens, opus emiſsit prænotatum:

Lumina aurea Attributorum Virginalium. Salmanticæ apud Antonium Ramirez, auno 1628. in 4. Vidi.

FRANCISCUS HURTADO DE MENDOZA, Hiſpanus, Minorita, ſcripſit, ac edidit:

Sermonem pro die octavo Conceptionis Virginis Mariæ declamatum, in Hoſpitali Generali Civitatis Pampilonenſis, impreſ. ibidem 1620. in 4. vt teſtatur noſter Alva, col.433. ſuæ Militiæ.

FRANCISCUS A S. JACOBO, Hiſpanus, Diſcalceatæ S. Gabrielis Provinciæ clariſsimus filius, prophetiæ dono, ac inſigni vita conſpicuus Deiparam ſemper Virginem ſummoperè dilexit, vndè in ſchedula ſua manu exaravit Hiſpanicè pulcherrimum carmen publici juris factum, part. 1. meæ Biblioth. Minorum Diſcalceatorum, pagina 86. Ejuſdem Puriſsimæ Virginis juſſu, annullo ſingulari (aſſervatum vidi in Conventu, de Brozas dicto, laudatæ Provinciæ) ab eademmet acceptо, Myſterium Immaculatæ Conceptionis ſuæ coràm Regibus, & populis publicatum, vſque in ſtuporem docuit. Concinnavit carmen illud celeberrimum innumeris Gloſsis illuſtratum, nempè: *Todo el mundo en general.* Litteris mandavit:

Favores à Beatiſsima Virgine de Guadalupe acceptos. Non pauca hujus operis fragmenta vnà cum ejus vita vulgavit Fr. Joannes à Trinitate, part.1.Chronic.Provinciæ S. Gabrielis, lib.3. cap.42.

De vita ſua interiori Domino obtemperans volumen egregium ſcripſit. Aſſervatur in Extremadura, in Cœnobio PP. Hieronymianorum, Deiparæ, ſub titulo: *De Guadalupe Sacro*, ſtudio R.P.Fr. Roderici de Llerena ejus Confeſſarij. Animam reddidit ſuo Creatori, die octavo Immaculatæ Conceptionis Virginis Puriſsimæ, anno 1617. Agit de ipſo Chronologus Provinciæ S. Didaci in Bætica, part. 1. lib.1. cap. 10. & ſequentibus.

FRANCISCUS DE JARAICEJO, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector, almæque S. Gabrielis Diſcalceatorum Provinciæ Miniſter Provincialis, edidit:

Aliam de Cruce, aliam de SS. Sacramento Concionem, teſte ejuſdemmet Provinciæ Chronologo Fr. Antonio de Truxillo, lib. 8. cap.24. num. 21.

FRANCISCUS IDURRI DE LARREA, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Lector in Burgenſi Provincia Regul. Obſervantiæ, litteris mandavit à ſe habitam in medio Seniorum:

Orationem funebrem in Exequijs Illuſtriſ. D. D. Lucæ Conejero de Molina, Archiepiſcopi Burgenſis. Burgis per Joannem de Sila 1728. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DE JEPES, Hiſpanus, Llerenenſis, Provinciæ Angelorum Regul. Obſervantiæ Lector bis Jubilatus, ac Pater, S.Officij Qualificator, à Hiſpalenſis Diœceſis Examinibus. Tractatus Apologeticos M. S. pro Sacro Minor. Ordine juſſu Superiorum conſtruxit quorum Catalogus:

Apologia contra Hæreticos Novatores impugnantes Regulam S. Franciſci.

Apologia D. Bonaventuræ contra detrahentes Regulam S. Franciſci.

Apologia contra impugnantes Stigmata S. Franciſci.

Apologia contra illos, qui faciunt Fratres Minores Authores ſectæ Fratricellorum.

Apologia contra opinantes Fratres Minores fuiſſe Authores ſchiſmatis, tempore Joannis XII.

Apologiam contra calumniantes vitam, & doctrinam Joannis Duns Scoti, Doctoris Subt.

Apologiam contra præſumentes S. Franciſcum fuiſſe Monachum Auguſtinianum.

Apologia contra calumniantes Familiam Obſervantium ob nimiam auſteritatem.

Apologia contra calumniantes Familiam Obſervantium ob nimiam relaxationem.

Apologia contra impugnantes Indulgentiam Portiunculæ. Aſſervantur in Biblioth. Conventus S. Antonij Hiſpalenſis apud Cellam Generalium, volumine vnico in 4. Hæc Latinè, Hiſpanico autem ſermone extat ibidem ejuſdem Authoris volumen aliud in 4. amplectens:

Regulæ Seraphicæ expoſitionem.

Expoſitionem caſuum reſervatorum in Ordine Minor.

De Sacramentis in genere, & in ſpecie, Tractatum

De Legatis.

De tributis novis, ac vetuſtis tractatum.

Quæſtiones varias Regulares.

Præ-

Practicam Judicialem. Vidi. Laudatur in Chronic. laudatæ Provinciæ, lib. 10. cap. 10.

FRANCISCUS DE JEPES, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum alumnus, in Provincia S. Joſephi Eccleſiaſtes, ac Vicarius Provincialis, Vir ſanè eruditus, ad prælum habebat:

Doctrinam Novitiorum, teſte Fr. Franciſco à Matre Dei, in ſuo Catalogo Scriptorum Diſcalceatorum (quem M. S. habeo) num. 397. Obijt anno 1732.

FRANCISCUS A JESU MARIA DE SAN JUAN DEL PUERTO, Hiſpanus, Miſsionarius Apoſtolicus Regnorum Aphricæ, Sacræ Theologiæ Lector, Sancti Officij Qualificator, Hiſtoriographus Generalis Miſsionum Marochij, ac Terræ Sanctæ, peculiaris quoque ſuæ S. Didaci Provinciæ Diſcalceatorum in Bætica, ejuſque olim Diffinitor, Vir non vulgaritèr doctus in publicum miſsit:

Hiſtoriam Miſsionum Marochij. Hiſpali apud Franciſcum Garay, anno 1708. in fol. Vidi.

Partem primam Chronicorum Provinciæ Diſcalceatæ S. Didaci in Bætica. Ibidem in S. Didaci Conventu 1724. in fol. Vidi.

Seraphicum Patrimonium Terræ Sanctæ, ad Catholicum Regem Ludovicum I. Matriti ex officina Cauſæ V. Matris Mariæ Jeſu de Agreda, anno 1724. in fol. Vidi. Conſcripſerat etiam, vt oculatus teſtis:

Deſcriptionem brevem ludorum, munerumque, quibus Captivi Hiſpani natale Ludovici I. hilaritèr celebrarunt in Marochio. Hiſpali apud Franciſcum Garay 1708. Vivebat anno 1731.

FRANCISCUS A S. JOANNE EVANGELISTA, Hiſpanus, Provinciæ S. Pauli Diſcalceatæ alumnus, in Philippinis Provinciæ S. Gregorij Comiſſarius Provincialis, ac Guardianus Conventus Libonienſis, idiomate illius Provinciæ M.S. reliquit anno 1681.

Explicationem Doctrinæ Chriſtianæ. Vidi.

FRANCISCUS JOJUSIENSIS, Italus, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum alumnus; Vir doctrina, & eruditione inſignis, ac Diffinitor Generalis, ſcripſit vernaculè:

Dictionarium copioſiſsimum nominum, verborumque, in fol. Teſte Petro Tognoletto apud Antonium Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

FRANCISCUS A S. JOSEPHO, Hiſpanus; Diſcalceatæ Provinciæ S. Joſephi filius, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & Apoſtolicus Concionator; Vir pietate, & animarum zelo laudabilis:

Catechesim, unà cum expoſitione Doctrinæ Chriſtianæ, quondam conſcriptam ab Illuſtriſ. D.D. Fr. Franciſco Tapia, Hiſpalenſi Archiepiſcopo, illuſtravit, ac corolarijs ditavit, juxtà editionem, qua vtor, Matriti factam typis Antonij de Zafra, anno 1692.

FRANCISCUS JOSEPHUS DE BUSMANCHEUSEN, natione Germanus, ex Minoritis Capuccinis, latinè vulgavit opera prænotata:

Campus florum, ſivè ſermones per totum annum.

Zodiacus Marianus.

Planta Eccleſiæ.

Chriſtianus ſenex.

Affectiones ſpirituales.

Actus virtutum interiores erga devotionem B. Mariæ Virginis. Prodierunt anno 1690. teſte Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. Vivebat anno 1704.

FRANCISCUS JOSEPH CINTRUENIS, Hiſpanus, Concionator Apoſtolicus, ac Theologus, in Provincia Navarræ Minorum Capuccinorum, vernaculè emiſit:

Summam Theologiæ Moralis, ſeù quartam partem operum Fr. Jacobi de Corella, Capuccini. Matriti per Hieronymum Eſtrada 1704. & Barcinone apud Raphaelem Figuero 1705. in fol. Vidi.

Ejuſdem Summæ, tom. 5. Matriti apud Hæredes Gabrielis de Leon 1721. in fol. Vidi.

Triſagium ſpeciale devotum de SS. Trinitate, de Sacris Stigmatibus S.P.N. Franciſci, ac de Principibus Empyrei. Hiſpali formis Franciſci Laeſdael in 16. Vidi, ſed abſque anno editionis.

FRANCISCUS KNAIALUS, Minorita, Vir pius, ac valdè doctus ſcripſit:

Adverſus Deſiderium Eraſmum Roterodamum. Illuſtriſ. Gonzaga, cui adhæret Poſſevinus, & Uvadingus.

FRANCISCUS KRAVENDONUS, Minorita, inſignis Concionator, edidit:

Joannis Langeſpergij Sermones; è quibus etſi ille eliminaverit errores permultos, præſtat tamen ne legantur, cum Langeſpergius ſit prohibitus in Indice Romano. Ex Poſſevino, & Uvadingo.

FRANCISCUS LACHERE, Gallus, Provinciæ S. Bonaventuræ Regul. Obſervant. Diffinitor, emiſit:

Lau-

Laudem funebrem Franciſci le Roux. Eam celebrat Jacobus Le-Long in Supplemento Bibliothecæ Gallicæ, fol. 912.

FRANCISCUS LANNION, Gallus, Capuccinus, Provinciæ Britanniæ Concionator, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Miniſter Provincialis, Vir multiplicis eruditionis, & religioſæ vitæ titulis non incelebris, edidit Gallicè, ac prælis dari permiſit:

Orationem funebrem in obitu N. de N. Hæc Genuenſis in Appendice.

FRANCISCUS LAUDA, Minorita, Theologus, olim Sacri Montis Sion Præſul, edidit:

Jeroſolyma afflictæ, & humiliatæ deprecationem; ad Philippum IV. Hiſpaniarum Regem. Mediolani apud Hæredes Melchioris Malareſta, anno 1631. in 4. Anthoribus mihi Uvadingo, & Laſſor, tom. 1. *Univerſi calamo delineati*, fol. 500.

FRANCISCUS LAURENTIUS MARTINEZ, Hiſpanus, Sacræ Theologiæ Profeſſor in Granatenſi Conventu Regul. Obſerv. Hiſpanicè vulgavit:

Orationem funebrem in obitu V. Fr. Joannis Barrero, ejuſdem Conventus, & Provinciæ alumni. Granatæ per Nicolaum Prieto 1713. in 4. Vidi.

Orationem Eucharisticam pro Victoriis Philippi V. Hiſpaniarum Regis Catholici. Prodiit ibidem ex typographia Regia, anno 1713. in 4. Vidi.

FRANCISCUS LAZARUS DE GOYTI, Hiſpanus, Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſerv. Theologus, à ſe habitam in populo gravi, emiſit:

Panegyrim de Immaculata Conceptione Reginæ Sanctorum omnium. Toleti apud Auguſtinum de Salas 1677. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DE LEDESMA, Hiſpanus, Provinciæ S. Jacobi Regular. Obſerv. collegit opus illud ſatis tritum, & neceſſarium, quodque conficiendis Annalibus Uvadingo, & Emmanueli Rodriguez Quæſtionibus Regularibus ſcribendis magno vſui fuit, inſcriptum:

Monumenta Ordin. Seraphici, ſeù Compilatio generalis Regulæ, Privilegiorum, ac declarationum SS. Pontificum, &c. Extant iteratæ editiones, quorum aliàs ſuppreſſo nomine Authoris, aliàs verò in nominato loco vidi. Editio princeps facta eſt Salmanticæ typis Joannis de Porras 1506. in 4. magno. Deinceps ibidem 1511. in 4. ſub nomine Fr. Antonij del Rincon, ſuperiùs commemorati.

FRANCISCUS DE LEON, Hiſpanus, nobilibus parentibus à Turre Silenſi, vulgò *Tordeſillas*, Veteris Caſtellæ oriundus, in Peruanum Regnum parvulus tranſmeans, Provinciæ Limanæ Duodecim Apoſtolorum nomen dedit anno 1616. Vitæ ſpiritualis Magiſter factus, necnon Cuſtos, Diffinitor, ac Provincialis, ab Orationis ſtudio nunquam ceſſavit; undè librum edidit, cujus titulus:

Ars Orationis Mentalis. Provincialem agens, prænuntiata mortis hora, odoreque Virginitatis flagrans, diem clauſit extremum die 4. Junij, anno 1667. Ejus corpus in Conventu Limenſi S.P.N. Franciſci ſepulcrum corruptionem non viderat anno 1675. Ex relatione laudatæ Provinciæ, apud Archivium generale Ordinis Matriti repoſita. Vidi.

FRANCISCUS LONDRES, Italus Panormi natus, ex domicilio verò à Caſtronovo dictus, in Reformata Provincia Vallis Mazariæ Concionatoris, ac S. Theologiæ Lectoris Generalis, necnon Viſitatoris Provinciæ ſeptem Martyrum, titulo, & re ornatus, vernaculè emiſit:

Adventuale Sacrum unà cum Concionibus Sanctorum occurrentium. Panormi apud Petrum de Iſola 1652. in 4.

Menſam Sacram, ſeù Octiduum Eucharisticum Sacrum. Ibidem apud Hæredes Jacobi Maringo 1656. in 4.

Paradiſum Marianum pro Expectatione partus B. Virgin. unà cum Concione de Nativitate Domini. Ibidem apud Petrum de Iſola 1653. in 4.

Sermones Quadrageſimales. Ibid. apud Auguſtinum Boſſio 1664. in 4.

Concionum Quadrageſimalium, part. 2. quæ ſub prælo erat anno 1708. Latinè concinnavit opus egregium, ſub titulo:

Magnum humanæ conſcientiæ Theatrum ad hominis cujuſque ſtatus conſcientiam pertinens ſerie Alphabetica diſpoſitum. Tomi primi comprehendentis litteram *A.* pars prima prodiit Panormi in typographia Boſſij 1660. in fol. Obiit Panormi in Conventu Sancti Antonij 1675. inedita relinquens:

Curſum Philoſophicum.

Summam Theologicam.

Quæſtiunculas in Regulam Seraphicam, & alia, teſte Fr. Ludovico de Agrigento in ſua Hiſtoria laudatæ Provinciæ. Conſule Bibliothecam Siculam Antonij Mongitore, tom. 1.

FRANCISCUS LONGI, Diſcalceatæ Provinciæ S. Antonij in Luſitano Regno alumnus, in publicum miſit tomum inſcriptum:

Bre-

Brev. iarium Chronologicum. Adducitur à R. A. P. Emmanuele Leal, Luſitano, in opere, cujus titulus: *Criſol purificativo* in Catalogo aſſerentium magnum P.S.Auguſtinum Ordinis ſuorum Eremitatum, & Authorem, & profeſſorem fuiſſe, fol.355. his verbis: *Fr. Franciſco Longi, Capucho, no ſuo Breviario Chronologico*, pag. 110. Et infrà adducit Capuccinum Franciſcum Coriolanum, Authorem quoque alterius libri paritèr intitulati: *Breviarium Chronologicum.*

FRANCISCUS LONGUS. Vide ſuperiùs verbo *Franciſcus à Coriolano.*

FRANCISCUS LOPEZ VALDEMORO, Hiſpanus, Regul. Obſerv.Prov. Caſtellæ Lector emeritus, & à Cenſuris S. Officij, elaboravit:

Apologeticum pro elogio quod à Sacris Concionibus præmittitur in Hiſpaniarum Regnis. Prodijt Toleti 1662. in fol. Vidi.

FRANCISCUS LORENTE, Hiſpanus, Lector Jubilatus, ac iterato Guarnus in ſua Caſtellana ProvinciaRegul.Obſerv. emiſsit à ſe habitam Compluti:

Concionem Feria ſexta ante Dominicam primam Quadrageſsima. Ibidem typis Univerſitatis 1677. in 4. Vidi.

FRANCISCUS LUCA, Hiſpanus, Placentinus, profeſsione Laicus in Diſcalceata S. Gabrielis Provincia, ad Inſulas Philippinas zelo animatum ductus, & Provinciæ S. Gregorij ſodalis factus, verbo, & opere, Apoſtolico miniſterio inſerviens, proprijs manibus quindecim mille Indos, à ſe in lege Domini inſtructos, baptizavit. Scripſit opus Miſsionarijs vtiliſsimum, nempè:

Dictionarium idiomatum principalium illarum Inſularum. Floruit anno 1639. Conſulatur Fr. Antonius Truxillo, lib. 8. Chronic. laudatæ Provinciæ S. Gabrielis, cap.22. & cap.24.

FRANCISCUS LUCENILLA, Hiſpanus, ex Bætica Provincia Regul.Obſervant. Lector emeritus, & à Theologicis Cenſuris propoſitionum ad S. Officium ſpectantium, ſtylo ſignavit, ac emiſsit:

Tractatum pro defenſione Paternitatis R. P. Fr. Franciſci Suarez, ejuſdem Prov. Hiſpali 1648. in fol. Vidi.

FRANCISCUS LUGANO, Italus, Capuccinus, Prov. Mediolanenſis Concionator, Vir ſua ætate ab doctrinæ præſtantiam, ac morum probitatem valdè commendatus, compoſuit librum:

De Miraculis SS. Eucharistiæ. Ex Vannotio tom.3. apud Genuenſem, pag.118.

FRANCISCUS LUCAS, Brugenſis, recognovit, auxit, & edidit, tomis tribus:

Concordantias Bibliorum. Antuerpiæ 1606. in fol. Hæc Uvadingus.

FRANCISCUS LUENGO, Hiſpanus, ex Oppido Campo, Toletani Archiepiſcopatus, Provinciæ Caſtellæ Regular. Obſervant. & Cœnobij Complutenſis, alumnus, ac Salicetani Guardianus, Diffinitor, doctus Concionator, Vir profectò vita, ac virtutibus celebris, edidit.

Controverſias viginti quinque ſuper Regulam Fratrum Minorum. Compluti apud Antonium Vazquez, anno 1642. Vidi. Obijt in Religioſiſsimo Conventu de la Salceda, anno 1647. Conſule Fr. Euſebium Gonzalez, tom.6. Chron. Ordinis, lib.3. cap.32. pag. 492.

FRANCISCUS LUGNANUS, Italus, Regul. Obſerv. Provinciæ S. Franciſci, ſcripſit Italicè, & nitidis typis curavit evulgari:

Vitam, & Acta B. Joannis Buonviſij Lucenſis. Lugduni apud Horatium Cardonem, anno 1610. in 8.

FRANCISCUS LYCHETUS DE BRIXIA, in Scotiſtica doctrina toto Orbe celeberrimus, Vir feliciſsimi, & ſagaciſsimi ingenij, qui poſtquàm multis annis Sacram Theologiam legit, magnaque prudentia Prov. Candiæ, ac Religionis plurima terminavit negotia, in Lugdunenſi Capitulo anno 1518. magna Electorum congratulatione electus fuit in Miniſtrum Generalem totius Ordinis; Paleſtræ Litterariæ mandavit:

Commentaria in primum, ſecundum, & tertium ſcriptum Oxonienſe Joannis Scoti. Brixiæ anno 1517. in folio. Pariſijs 1520. Prodierunt cum annotationibus Sarnani Venetijs apud Zenatium 1589. Vidi.

Theoremata diſputata contra Auguſtinum Sueſanum Neapoli. Ex Uvadingo.

In Metaphyſicam Subt. Doct.

In 4. librum Sententiarum ad mentem ipſius. Id conſtat, vti obſervavit idem Uvadingus, ex Brevi Apoſtolico Leonis X. qui concedit Paganino de Paganinis Lanoro Brixienſi, librorum Impreſſori, privilegium, ne alij Typographi intrà decennium audeant imprimere dictos Commentarios: Verba Diplomatis ſunt: *Exponi nobis nuper feciſti, quod tu pro commodo, & vtilitate Profeſſorum Sacræ Paginę, Commentaria ſuper novem libros Metaphyſica, & quartum Sententiarum Subtiliſsimi Doctoris Joannis Scoti à ab-*

lecto filio Franciſco Lycheto, Ordinis Minorum Regular. Obſervantiæ, & Theologiæ Profeſſore non ſine magno labore, ac diutinis vigilijs edita, ne adeò vtilem, & excultum opus in grave damnum poſterorum, & Orthodoxæ Fidei jacturam deperiret, elegantiſsimis litterarum typis, ſumptibus tuis imprimere cœpiſti. Verum ne ex hujuſmodi tuo laudabili opere incommodum accipias, &c. In lucem autem non prodierunt. Inſupèr:

Quodlibeta ejuſdem Scoti magno & volumine commentatus eſt. Prodijt Venetijs apud Joannem Pratenſem anno 1520. & ibidem apud Joannem, & Andream Zenarum anno 1589. multiſque alijs in locis. Conſule Uvadingum, & Fr. Dominicum Gubernatis, tom. 1. Orbis Seraphici, fol. 200. Ad calcem Quodlibetorum extat Fr. Franciſci Flavij de Carticeto, Minoritæ, carmen ad omnes ejuſdem Ordinis profeſſores, vt ſequitur:

Fecerat Omnipotens duo lumina magna polorum
Conditor in noſtra Religione Deus.
Franciſcum Patrem, atque ducem, qui luce diurna
Dirigeret noſtros ad loca ſancta pedes.
Et Scotum vt ſcriptis nocturnas pelleret vmbras
Errorum nimio ſydere vbique micans.
Sed dudum heu tantis eadem fulgoribus Ordo
Religio extinctam luxit vtramque facem:
Donec reſpexit tandem lamenta Lycheto
Reddidit inq; vno lumen vtrumque Deus:
Huic debes Franciſce tuum Franciſcus, & ipſe
Qui regit Empyrei Paſtor ad aſtra gregem;
Hujus, & ingenio ſtygijs eductus ab vmbris
Huic debes, quidquid Scote decoris habes:
Te priùs horrebat nitidum modò (cerne) Lycheti
Gymnaſium meritis Pariſienſe fovit.
Ille tuos ſolvit nodos, obſcuraque pandens
Senſa facit clara lucidiora die.
Ergo pro tanto ſit munere ſumma tonanti
Gratia, ſint noſtro tempora longa Patri.

FRANCISCUS MACERATENSIS, Picenus, Prov. Marchiæ Regul. Obſerv. alumnus, teſtibus Toſigniano, Gonzaga, Poſſevino, & Uvadingo, adjecit:

Argumenta ſingulorum capitum ſeptem libris Joſephi de bello Judaico, quæ pro Epitome ſunt in fronte Latini Joſephi Venetijs olim excuſi.

FRANCISCUS MACLINIENSIS, Minorita, laudatur ab Antonio de Leon, pag. 175. ſuæ Geographicæ Bibliothecæ, ceu à quo prodiji:

De Situ Orbis, & Paradiſi Epiſtola, excuſa anno 1565.

FRANCISCUS MADERUELO, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Provinc. Caſtellæ, Concionator, vernaculè edidit:

Doctrinalem eruditionem Tertiariorum. Prodijt ſecundò nonnullis adjectis ab eodem Authore, Matriti ex officina Laurentij Garcia 1691. in 8. Vidi.

FRANCISCUS DE MADRID, Hiſpanus, Minorita, laudatur à Quiroga, lib. 2. Hiſtoriæ Matritenſis, cap. 147. ceù Author libri inſcripti vernaculè:

Theſaurus pauperum. Extat hujuſce memoria apud Nicolaum Antonium, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 338.

FRANCISCUS MADRY, Sabaudus, Regul. Obſervant. Provinc. S. Bonaventuræ Theologus inſignis, ſcriptit Gallica lingua:

Annotationes in Privilegia FFr. Minorum de Obſervantia Regulari. Lugduni apud

apud Gulielmum Voſſray, anno 1645. in 8. Vertit etiam ex Latino in Gallicam linguam:

Opuſcula abbreviata S. Franciſci, ibidem in 8. Ex Uvadingo, & Roſſoto de Scriptoribus Pedemontanis.

FRANCISCUS MAJORGA, Hiſpanus, Regular. Obſervant. Provinciæ Granatenſis, vti in Additionibus ad tomum Uvadingi *de Scriptoribus*, legi Matriti in Biblioth. Conventus S. P. N. Franciſci, edidit:

Rationale ſymbolicum de Excellentijs Seraphicis, hactenùs mihi ignotum.

FRANCISCUS DE MALLORCA, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Prov. Gotholaniæ, publicavit ſermone patrio:

Panegyrim de S. Thoma Aquinate, habitam Barcinone in ſolemnitate 40. Horarum, & erectione Militiæ Angelicæ. Barcinone per Raphaelem Fuiguero 1697. in 4. Vidi.

FRANCISCUS MANFREDUS, Italus, à Rhegio-Lepidi, Provinciæ Bononienſis Minorum Capuccinorum alumnus, Vir ſanguine clarus, ſed nobilitate doctrinæ, verbi Dei prædicatione, & religioſarum virtutum ſtemmate clarior, qui totam ſuam Provinciam ſua doctrina, & virtutibus plurimùm illuſtravit, plura exaravit. In lucem prodierunt, Genuenſi teſte, pagina 118.

Oratio de laudibus S. Caroli Borromæi ab eo habita in Eccleſia Cathedrali Placentiæ anno 1614. Ibidem apud Hæredes Joannis Baptiſtæ Bazachij 1614. in 4.

Oratio ad Cives Parmenſes in gratiarum actionem pro ortu Sereniſſ. Ducis Parmæ, & Placentię. Ibidem 1625. in 4.

Oratio in Beatificatione Sancti Franciſci Xaverij ab ipſo habita Bononiæ in Eccleſia PP. Societatis Jeſu. Bononiæ 1620. in 4.

Carmina varia, & elegiæ in ortu Magni Principis Etruriæ Ferdinandi. Bononiæ 1612.

Poema elegans, & pulcherrimum de laudibus Villę Arietinæ ad Sereniſſimum Ducem Parmenſem. Ibidem 1612.

FRANCISCUS MANINCONIUS, Somnienſis, Minorita, vernacula lingua edidit:

Concionum librum vnum, laudatum à Toſigniano, Poſſevino, & Uvadingo.

FRANCISCUS DE MARCHIA, Picenus, Minorita, ſcripſit:

Commentaria in libros naturales Ariſtotelis.

In quatuor libros Sententiarum.

In libros Methaphyſicorum.

In quatuor Evangeliſtas. Hæc Uvadingus. De eo autem noſter Alva, columna 437. Franciſcus de Marchia in diverſis tractatibus, præſertim in libro qui incipit: *Circà Virginis Matris præconia*, & tenet *Virginem Mariam conceptam fuiſſe abſque peccato.* Ita Antonius Cucharus, Epiſcopus Azernenſis in libro ſuo *de Conceptione*, fol. 63. columna 2. Et in 3. Sent. quæſt. 9. ſcripſit latè *pro Immaculata Virginis Conceptione*, vt fatetur R. P. Girandus Ronerius, Ordinis Prædicatorum, in tractatu ſuo contra Conceptionem, folio 37. à tergo. Sanè ſuis Commentarijs in tertium Sententiarum vtitur Gerardus Rondellus, Canonicus Leodienſis in ſuo opere *de Conceptione*, folio mihi 224.

FRANCISCUS A SANCTA MARIA, Hiſpanus, Minorita, patrio idiomate, ſcripſit:

Manuale Sacerdotum, & ſpeculum veri Chriſtiani, explicatis opportunè Miſſæ Cæremonijs. Granatæ 1592. Laudatur à Uvadingo, & Nicolao Antonio.

FRANCISCUS MARIA DE AMATIS, Italus, Minorita, vt ſuſpicor, litteris mandavit vernaculè:

Vitam B. Hyacinthæ Mareſcoti, Tertiariæ Franciſcanæ Regularis. Viterbij 1642. in 8. Ex tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 541.

FRANCISCUS MARIA ANGELI, Italus, Aſiſienſis, Conventualis, Sacræ Theologiæ Magiſter, quem meritò laudat Fr. Vincentius Coronelli, tom. 3. Bibliothec. Univerſ. num. 2943. morte præventus incompletam reliquit:

Hiſtoriam Conventus Aſiſienſis, ac Sepulchri Seraphici P. N. Franciſci. Floruit in Patria anno 1697.

FRANCISCUS MARIA ASSERMET, magnæ Provinciæ Franciæ Regular. Obſervant. Jubilatus, ac Facultatis Pariſienſis Doctor Theologus novum *Theologiæ Scholaſtico-Poſitivæ Curſum* non multis ab hinc annis aggreſſus, jam aliquot tomos in octavo protulit in lucem, recenſente Graveſſon, tom. 8. ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, part. 2. fol. 505. Ad manus meas devenere:

De Deo Uno, & Trino, tomi 2. in 8. magno. Pariſijs apud Petrum Giffart anno 1723.

De Divina Gratia, tomi 2. in 8. magno. Ibidem apud Stephanum Guneau 1715.

In eo refelluntur Janſenianorum, & aliorum dogmata, vindicatur Conſtitutio SS. P. N. Clement. XI. *Unigenitus, &c.* Et confutatur libellus Expoſtulationum Paſchaſij Queſnelli.

FRANCISCUS MARIA DE CAPELLIS, Capuccinus, Bononienſis, ejuſdem Provinciæ Concionator non vulgaris notæ, quem celebriores Italiæ Civitates cum jucunditate, & fructu audierunt; quique ad munia potiora ſuæ Provinciæ non ſemèl obeunda fuit promotus, ad majorem Sacerdotum commoditatem Latinè compoſuit opuſculum hac notatum Epigraphe:

Circulus Aureus, ſeù breve compendium Cæremoniarum, & Rituum, & fuit multoties impreſſum Bononiæ, Mediolani. Ultima editio, quæ eſt XIX. facta eſt Venetijs anno 1677. tom. 1. in 8. Inſupèr edidit Italicè alia opuſcula inſcripta:

Faſciculus florum. Eſt liber continens plures Orationes, & exercitia ſpiritualia.

Regula ad ordinanda ſpiritualia exercitia. Ibid. in 8. Prælis ſubmiſit etiam:

Nonnulla contra abuſum veſtitus mulierum mundanarum, vti refert Genuenſis in Appendice ad ſuam Bibliothec. Scriptorum Capuccinorum, & Torrecilla in Catalogo AA. pag. mihi 134.

FRANCISCUS MARIA BRANCHATI. Vide inferiùs *Laurentius Branchati.*

FRANCISCUS MARIA CASINUS, natione Italus, Patria ab Aretio, Provinciæ Etruriæ Concionator, Diffinitor inter Minores Capuccinos, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor; Vir ſubtili ad ſcholaſticas diſciplinas exponendas ditatus ingenio, erudita in perorando præditus eloquentia, religioſæ obſervantiæ ſedulus proſecutor, ac ſpectata morum gravitate decorus, evulgavit, & typis dari permiſit nonnullas Orationes, ſeù Conciones ab eo habitas in Civitate Maſſæ Ducalis. Sunt:

Concio de laudibus S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis ab eo habita die 25. Maji 1674.

Diſcurſus Panegyricus Virginis à Miſericordia Domus Maſſanæ Patronæ. Ibidem 1674.

Oratio funebris in obitu Excellentiſs. D. Mariæ Franciſcæ à Cybo. Ibidem 1678. apud Hieronymum Marinum.

Sermones pro diverſis alijs Sanctis. Ibidem apud eumdem 1678. tom. 1. in 16. Hactenùs Genuenſis. Vir iſte moribus ſanctus, ſenſibus profundus, eloquentia clarus, ac fervidus Concionator primò à Clemente XI. Pontifice Maximo, Sacri Palatij Apoſtolici Concionator inſtitutus, & poſteà S. R. E. Cardinalis creatus, duo in fol. edidit Concionum volumina, in quibus tùm argumenti gravitate, tùm ſtyli majeſtate, concinnitate, ordine, & methodo omnium Lectorum judicia rapit, vti aſſerit recens Graveſſon, tom. 8. ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, part. 2. fol. 505. Prodierunt in 4. tomis tribus Mediolani ex officina Franciſci Vigone, anno 1714. & 1715. ad Clementem XI. Pontif. Max. Vidi. Tomus primus amplectitur *Adventuale primum.* Tomus ſecundus *Adventuale quintum.* Tomus tertius *Adventuale nonum.* Ediderat quoque ſermone Italico:

Decem Orationes Panegyricas ad Excellentiſſimum Allericum II. Cybo Maſſæ Ducem. Ibidem anno, 1678. Pertractat de eo Fr. Antonius Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, pag. 200.

FRANCISCUS MARIA CUGIANUS, Canapenſis, à S. Georgio, Regul. Obſervant. Provinciæ Pedemontanæ alumnus, Vir pius, & erga Auguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſummè devotus, ſcripſit ad Fidelium excitandam, promovendamque pietatem Italico idiomate:

Opus ſpirituale pro digna celebratione Miſſarum. Item:

Tractatum brevem de interpretatione Cæremoniarum Miſſæ. Taurini 1608.

Vitam V. Bartholomæi à Salutbio. Extat M. S. Romæ in Conventu S. Petri in Colle Janiculo, quem vulgò Montorium, ſeù Montem aureum vocant. Ex Andrea Roſſoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij. Illuſtriſs. autem Britius in ſuis Monumentis Subalpinæ Provinciæ D. Thomæ, lib. 3. fol. 288. narrat *alia compoſuiſſe opuſcula ſpiritualia*, quibus Fidelium mentes ad Divinæ fruitionis amorem incendit.

FRANCISCUS MARIA A GENUA, ex Minoritis Capuccinis, typis dedit anno 1635.

Orationem in Anniverſario libertatis reſtitutæ Senatui Genuenſi. Laudatur à P. Auguſtino Oldoino in ſuo Athenæo Liguſtico, pag. 207.

FRANCISCUS MARIA GIANCARDUS, natione Ligur, profeſſione Capuccinus, recenſente Genuenſe, ex Marracio, Oldoino, & alijs, ſub nomine Divi Juliani Giancardi fratris ſui, in honorem Beatiſſimæ Virg. Mariæ opuſcula plura ſermone Italico compoſuit, quorum Catalogum ſubjicio:

Impulſiones ſpirituales pro ſeruitio Deiparæ. Genuæ apud Calenzanum 1630. & Monte Regali 1632.

Symbola Alaxij Patriæ ſuę. Genuæ anno 1653.

Hortus Sacer Dominę noſtræ à Suffragio de Alaxio. Ibidem 1651.

De Reliquijs translatis à Sardinia in Alaxium. Ibidem 1651.

Ciuitas Sacra Deiparæ, ſeù de Eccleſijs ſuis in Alaxio. Ibidem 1648.

Hiſtoria Sacra Apparitionis Deiparæ in Savona, Ibidem 1660. tomis tribus in 4.

Exercitia ſpiritualia, ac Nouendiale Sacrum in honorem Puriſsimæ Virginis à Savona. Ibidem 1660.

Hiſtoria Sacratiſsimæ Virginis, à Guardia in Ponzevera. Ibidem 1661.

Hiſtoria Puriſsimę Virginis, à Vigne, Genuenſis. Ibidem 1651.

Hiſtoria Sanctæ Mariæ à Pietate in Finali. Ibidem.

Genua Auguſta liberata, ac Coronata à Matre Dei.

Elogia L. Mirabilium Januenſium.

Vita Sancti Hugonis Confeſſoris Equitis Hieroſolymitani.

Corona gratiarum, ac miraculorum S. Mariæ, à Miſericordia Savonenſis.

Chronologia Sacra Originis, & fundationis Eccleſiarum, ac Conventuum Savonæ.

Miracula, ac gratiæ S. Mariæ à Pietate in Finali.

Vexillum Sacrum Puriſsimę Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis.

Vita V. Matris Domitillæ à Paola, Capuccinæ.

Hiſtoria S. Mariæ à Rapallo, vnà cum eius miraculis.

Cor Sancti Franciſci Minorum Patriarchæ.

Lingua S. Antonij Patauini.

Flores S. Birgittę, Reginæ Sueciæ.

Votum Immaculatæ Conceptionis Reginæ Angelorum.

Triumphus S. Marię à Guardia dicta.

Plaga Domini N. Jeſu-Chriſti.

Roſa aurea Sanctæ Marię à Miſericordia Savonenſis, in cujus Conventu obijt Author anno 1670.

FRANCISCUS MARIA GIOJA, Neapolitanus, ex Minoritis Capuccinis, S.Theologiæ Lector, exarauit vernaculè:

Mirandam conuerſionem Reginæ Singæ in Aphrica Meridionali. Neapoli apud Hyacinthum Paſſaro, anno 1669. in 4. Vidi. Agit de eo Nicolaus Toppi in ſua *Tom.I.* Neapolitana Bibliotheca. Scripſit etiam ex Genuenſi:

Vitam P. Antonij Caraffa Cajetani, Capuccini, Concionatoris, ac in Aphrica Miſſionarij Apoſtolici, qui obijt Loandæ Angolæ anno 1662. die 10. Julij. Prodijt Neapoli anno 1669. in 4. apud Hyacinthum Paſſerum.

FRANCISCUS MARIA GRASSINUS, Bononienſis, Tertiarius Regularis, in Muſicis præclarus, Magiſter Cappelæ in ſua propria Eccleſia S. Mariæ Charitatis, typis dedit:

Cantinelas admodulandum, duabus, tribus, quatuor, & quinque vocibus. Veneti per Franciſcum Magni 1653. Ex Bordonio in ſuo Chronol. Tertij Ordinis.

FRANCISCUS MARIA, Inſuber, Regul. Obſerv. edidit:

Compendiolum vitę ſpiritualis, opuſculum quidem ijs, qui Chriſti ſequelam profitentur, vtile, & breuitate gratiſsimum. Mediolani apud Joannem Baptiſtam Bidellum, anno 1621. in 24. Hæc Uvadingus.

FRANCISCUS MARIA PAGNETUS, Placentinus, Italus, Minorita, edidit:

Orationum, librum vnum. Obijt anno 1583. Laudatur à Toſigniano, lib.3.Hiſtoriæ Seraphicæ, littera F.

FRANCISCUS MARIA PAGNOTIUS, Italus, nobilis Piſtorienſis, Minorum Capuccinorum inſignis Theologus, & egregius Concionator, atque Sanctiſsimæ Virginis Mariæ pius cultor; deuotionem erga Deiparam, quam geſtauit in corde, eructauit ore, typiſque vniuerſo tradidit Orbi Chriſtiano, edens vernaculè:

De Origine, & progreſſu Sanctiſsimi Stellarij, vbi plura congeſsit ſcitu digniſſima, pro Myſterio Immaculatæ Conceptionis Matris Admirabilis. Piſtojæ 1654. in 4. vti teſtantur oculari teſtes Fr. Antonius de Terrinca, part. 3. Theatri Tuſciæ, pag. 201. & noſter Alva, pag. 438. ſuæ Militiæ. Vidi editionem factam ibidem per Petrum Antonium Fortunati 1655. in 4. *Prima Corona eſt Stellarum propter eminentiam ſui Sanctiſsimi Nominis. Secunda eſt liliorum propter candorem ſuę Immaculatæ Conceptionis. Tertia Roſarum propter maternam ejus erga peccatores pietatem.* Eum quoque commendat Genuenſis, ex Marracio.

FRANCISCUS MARIA PARISINUS, Gallus, Prouinciæ Lutetiæ Minorum

rum Capuccinorum Concionator, & Sacræ Theologiæ Profeſſor, Vir multiplicis doctrinæ, in Humanis, & Divinis Litteris egregiè inſtructus, ſcripſit, & edidit:

Dilucidationem in explicationem Iſagogicam myſticæ, ac ingenioſæ Patris Spiritus Sabatberij tabulæ, cui titulus: *Idealis umbra Sapientiæ Generalis*. Tom. 1. Opus eſt Theologicum Scholaſticum, & Morale. Item:

Iconologiam novam, ſivè novam deſcriptionem, & explicationem phyſicam, & Moralem ſingularum Hieroglyphicarum Imaginum, quibus conſtat, & componitur eadem Patris Sabatberij tabula. Tomus eſt alter. Pariſijs anno 1689. prodijt vterque.

FRANCISCUS MARIA PHILAMARINUS, à Neapoli, Capuccinus, Germanus Frater Eminentiſsimi Philamarini, Archiepiſcopi Neapolitani, & Cardinalis, Concionator, ac Provincialis Miniſter, & in illo Regno inter Conſultores S. Officij apud Miniſtrum Generalem, pro ſuprema, & vniverſali Sanctiſsimæ Inquiſitionis de Urbe Tribunali Decanus, vulgavit:

Tractatus de Divinis Revelationibus, quorum prior prophetias, oracula, inſpirationes, inſtinctus ſomnia, & id genus quamplurima continens, quæ vera ſint, quævè falſa oſtendens, omnes dœmonum detegit illuſiones. Poſterior verò ſeptem ſpicas, ſeù ſeptem diſcutit propoſitiones, ad quas hæc de revelationibus materia dirigitur. Neapoli ex typographia Hyacinthi Roſlarij 1675. in 4. Vidi. Pertractat de eo Nicolaus Toppi in ſuaBiblioth.Neapolitana, cui Genuenſis adhæret. Obijt anno 1683. in Patria.

FRANCISCUS MARIA RHINI, Panormitanus, de Politio dictus ex Reg. Obſervantia, Lector Jubilatus, Terræ Sanctæ Cuſtos, Sacri Montis Sion Guardianus, ac per totum Orientem Apoſtolicus Commiſſarius ab Alexandro VII.Pontif. Max. Hieroſolymitanique Conventus Preſul; qui mox in Capitulo Generali Valliſoleti anno 1670. celebrato in Generalem Miniſtrum eligitur: ſuamque ampliſſimam familiam magna dexteritate gubernavit. At muneris ſui anno quinto, à Carolo II. Hiſpaniarum Rege in Syracuſanum Epiſcopum electus eſt anno 1675. deinceps ad Agrigentinam Eccleſiam 1677. translatus, per plures annos optimi Paſtoris partes ſanctiſsimè explevit. Extant ſui ingenij monumenta:

Epiſtola Paſtoralis ad Fratres ſui Ordinis pro Regulari Obſervantia. Data Valliſoleti 31. Maji 1670. Extat apud Gubernatis, tom. 4. part. 2. à pag. 152. ad vſque 194.

Conſtitutiones pro vtraque Familia FF. Minorum. Ibidem à pag. 196. vſque ad 204.

Ordinationes pro regimine magni Conventus Lugdunenſis FF. Minorum de Obſervantia, & ejuſdem Provinciæ. Pariſijs 1672.

Synodus Agrigentina M.S. Meritis, honoribuſque oneratus ex hac vita migravit 4. Auguſti 1696. Conſule Mongitore, tom. 2. in Appendice ad tom. 1.

FRANCISCUS MARIA ANGELUS RIVOTORTO, Italus, Provinciæ S. Franciſci Conventualium, emiſsit opus prænotatum:

Collis Paradiſi amœnitas, ſeù Sacri Conventus Aſsiſienſis Hiſtoria. Montefaliſco ex typographia Seminarij 1704. in fol. Eſt opus poſthumum editum ſtudio Fr. Franciſci Antonij Felicis Caroli de Monte, ejuſdem Provinciæ alumni, ad Clementem XI. Pontificem Maximum. Vidi.

FRANCISCUS MARIA SENEGIENSIS, Capuccinus, Provinciæ Valloniæ alumnus, quem eadem Provincia pluribus titulis illuſtrem, ſcilicèt, Diffinitoris, Lectoris, ac Guardiani Genuenſi exhibuit, ac Virum ſpectabilem appellat, ſcripſit, ac edidit:

Sermones plurimos de Tempore, tom. 2.

Opera ſpiritualia varia, quorum inſcriptiones minimè exprimit laudatus Author.

FRANCISCUS MARIA SQUARCIAFICUS, Capuccinus, natione Italus, Patria Genuenſis, ejuſdem Provinciæ Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Provincialis Miniſter, Vir apud Genuenſem prudens, ac benignus, ac celebris Declamator, plura ſcripſit Philoſophica, & Theologica, quæ M.S. adhùc aſſervantur, Typis tamen mandari permiſit, Italico ſermone:

Orationem quam habuit Genuæ in Eccleſiâ Metropolitana ad Senatum Sereniſsimum Reipublicæ Genuenſis in die Unionis 12. Septembris. Genuæ apud Calenzanum, anno 1635. in 4.

*Orationem, quam expoſuit in eadem Eccleſia Metropolitana Sereniſſimo Duci, & Gubernatoribus, ac Procuratoribus Reipublicæ Genuenſis in die Annuntiationis B. Mariæ Virginis, anno 1637. quando fuit elec-

electa in Patronam totius Dominij Genuenſis.

Orationem alteram ab ipſo habitam in ipſamet Eccleſia, in die Coronationis Sereniſſimi Joannis Lucæ de Clavaris Genuenſis Reipublicæ Ducis 1627. Obijt Genuæ in Conventu Immaculatæ Conceptionis, Provincialem agens anno 1645. ſexto Nonas Auguſti, Religionis 23. ætatis verò 45. De eo meminerunt D. Michael Juſtinianus, & Raphael Sopranis de Scriptoribus Liguribus, pag. 105. verbo *Franciſcus.*

FRANCISCUS MARIA A STILO, Italus, Provinciæ Reformatæ S.P.N.Franciſci alumnus, volumen carminum exaravit lingua latina, cui titulus:

Chriſtipodos. Aſſervatur, ſed incompletum in Bibliotheca Conventus Scarzolarum laudatæ Provinciæ. Ex ejus relatione, apud Archivium Ordinis Matritenſe. Legi.

FRANCISCUS MARTIN, Ordinis Minorum, Gallus, edidit:

Sermonem de Conceptione Virginis Mariæ, vbi latè probat immunitatem à peccato originali. Extat M. S. in Bibliotheca Thuana Pariſijs in 4. antiquis characteribus. Hæc Fr. Petrus de Alva in ſua Militia Univerſali, col. 438.

FRANCISCUS MARTINEZ, Hiſpanus, ex Oppido Pinto propè Matritum, Concionatoris, ac Diffinitoris muneribus functus in Provincia Caſtellæ Regul. Obſervantiæ, publicavit:

Orationem funebrem in Exequijs V. Fr. Petri de Moreda, ejuſdem Provinciæ Patris. Matriti apud Thomam Rodriguez, anno 1730. in 4. Vidi. Ejuſdem extat Latinè:

Compendium Hiſtoriale laudabilis Vitæ ejuſdem V. Fr. Petri de Moreda, ad Capitulum Generale Ordinis Mediolani celebratum anno 1729. miſſum. Eſt opus in 4. cujus initium: *Hic Venerabilis.* Vidi.

FRANCISCUS A MARTYRIBUS, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinciæ S. Pauli, celebris Concionator, ad Segovienſem Civitatem habuit:

Panegyrim de SS. Ignatio de Loyola, ac Franciſco Xaverio, in eorum Canonizatione, excuſam Pinciæ in Typographia Viduæ Franciſci de Cordova 1622. in 4. Vidi.

FRANCISCUS MARZAL, Balearis, Minoricenſis, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, ac Generalis Lector in Aracœlitano Conventu, Artis Lullianæ valdè eruditus profeſſor, S. Officij Qualificator, ac Pater ſuæ Provinciæ Majoricarum Regularis Obſervantiæ, edidit:

Artem generalem vltimam Venerabilis Magiſtri, ac Doctoris illuminati Raymundi Lullij, à mendis correctam, diſtinctiùs diviſſam, notis marginalibus ornatam, atque Indicibus locupletatam. Cui præponitur *Archiologium vita, & doctrina ejuſdem Lullij.* Palmæ Balearum apud Hæredes Gabrielis Guaſp 1645. in 4.

De Arte inveniendi medium, Certamen Dialecticum. Palmæ 1666. typis Raphaelis Moya in 4. Vidi.

Reſolutiones quæſtionum B. Martyris Raymundi Lullij in quatuor lib. Sententiarum. Palmæ Balearum apud Petrum Fau 1673. in 4. Vidi.

Artem brevem B. Raymundi Lullij. Majoricæ per Raphaelem Moya 1669. in 4. Adjecta eſt,

Nova, & naturalis diſcurrendi methodus ex principijs Artis Lullianæ deducta, ſeù Logica reformata. Vidi.

Opuſculum morale in quo reſolvit quodnàm ſit juſtum pretium frumenti in Inſula Majoricarum. Ibidem editum anno 1650. Demùm vernaculè:

Exercitium S. Crucis. Ibidem typis Franciſci Oliver 1683. in 8. Vidi. Hunc Franciſcum commendant Uvadingus, ac Nicolaus Antonius in vtraque ſua Bibliotheca.

FRANCISCUS A MATRE DEI (olim GASPAR BARREIRO) Luſitanus, ex Canonico Evorenſis Eccleſiæ, Romæ Minorita factus, ac demùm Provinciæ Portugalliæ Regul. Obſervantiæ alumnus, & Theologiæ, quæ ad mores ſpectat Lector, compoſuit:

Coſmographiam Hiſpanicam, Gallicam, & Italicam. Connimbricæ editam anno 1561. in 4. per Joannem Alvarez:

Commentarium de Regione Ophir apud Sacram Paginam commemorata. Prodijt cum præfato opere, & ſeorſim Antuerpiæ apud Hæredes Joannis Belleri 1600. in 8. Item ex Nicolao Antonio, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, fol. 397. verbo *Gaſpar de Barreiros*, ſcripſit vernaculè:

Cenſuras 4. ſuper Commentaria Joannis Annij Viterbienſis. Prodierunt in 4. Inſupèr recenſente Nicolao Antonio, ſcripſit:

Vitam S. Franciſci. Latinam apud ſe eſſe brevitèr perficiendam, ait ipſe in Nuncupatoria Cenſurarum Epiſtola: confirmatque Lupus Frater ſuperiorum operum

tum editor: cujus meminit etiam D.Franciſcus Emmanuel, cent. 2. Epiſt. Q. & ante eum Marcus de Sciboa laudatus in Proœmio, 2. part. *Hiſtoria Ordinis Minorum*. Reliquit etiam *Genealogicum* neſcio quid, de quo & Reſſendius, non tamen ſine diffidentia, ad Quevedum refert:

As Linhagens ſcilicèt, quomodò hoc opus appellat Gaſpar Statius in ſuis Antiquitatibus, cap. 53.

FRANCISCUS A MATRE DEI, Hiſpanus, Matritenſis, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum Provinciæ S. Joſephi filius, Concionator, ac iteratò Guardianus, Vir litteris deditus, vernaculè ad prælum paravit anno 1728. volumen in 4.

De Scriptoribus ex Provincijs Diſcalceatorum S. P. N. Franciſci. Habeo penès me M.S. Inſupèr conſcripſit:

Hiſtoricum compendium Oppidi à Caſtellanis dicti Talavera de la Reyna, vti in prejacto opere teſtatur num. 396. ſubdens aſſervari in Archivio Conventus S. Angeli Cuſtodis Oppidi *del Moral*.

FRANCISCUS MATTHÆI, Hybernus, Corcagienſis, in Sacra Theologia, & Jure Canonico eruditus, Guardianus Collegij Lovanienſis Fratrum Hybernorum, Definitor, & Miniſter Provinciæ Hyberniæ, pro qua poſt tot perſecutionum ærumnas reſtituenda impigre laboravit, cum audiret quoſdam inſulſas, inſanaſque propoſitiones Regularibus Regni Hyberniæ adſcripſiſſe, & tanquam ab eis prolatas, Theologicæ facultati, & Archiepiſcopo Pariſienſi exhibuiſſe cenſurandas, celeritèrque ab his latum fuiſſe judicium; vt à tanta calumnia innocuos liberaret, in illorum defenſionem librum edidit, ſub nomine *Edmundi Urſulani*, ita prænotatum:

Examen Juridicum cenſuræ facultatis Theologicę Pariſienſis, & ejuſdem Civitatis Archiepiſcopi latæ, circa quaſdam propoſitiones Regularibus Regni Hybernię falsò impoſitas, in quo per exceptiones juris, & facti mala accuſatoris, & teſtium fidem, propoſitionum impoſtura, & præpopera cenſura divulgatio oſtenditur.

Tractatum de Stigmatibus Sancti Franciſci.

Alterum, pro defenſione privilegiorum eidem S. Franciſco, & Religioni ejus conceſſorum. Extant apud ſuos Conſodales Corcagiæ M.SS.

Brevem Hiſtoriam Provincię Hyberniæ, quam habuit M.S. Uvadingus qui ſubdit occiſum eſſe crudelitèr vario tormentorum genere in Urbe Corcagienſi ab Hæreticis Puritanis, qui Parlamenti Anglicani partes ſequebantur, ob ſuſpicionem, quod perſuaſerit tradi Catholicis Civitatem. Mira conſtantia, & invicta Martyris patientia cruciatus pertulit, bis demùm ſuſpenſus, anno 1644.

FRANCISCUS MAURUS HISPELLOS, Umber, adulta jam ætate, Minorita, prohibente patre, dùm vixit, ne in juventute fieret, religioſiſsimè vixit, & grandiore ætate Muſſas reſumpſit, quas in juventute coluit, ſuique Inſtitutoris S. Franciſci vitam, & geſta tredecim libris carmine heroico, nobili ſtylo decantavit, appoſito titulo *Franciſciados*. Divinum, & eruditum opus dixit Franciſcus Florentinus, multiſque alij laudant encomijs. Libertus Houſthemius Leodius Poeta opus plurimum commendabat, dicere ſolitus Authorem ingenti lætitia de opere conſummato perfuſum obijſſe. Librum ille dedicavit Coſmo Medico Hetruriæ Duci, optimo ſuo Mecænati, à quo etiam lauream reportavit. Pulchram teſtatur Uvadingus illius habuiſſe effigiem (originariæ, quæ in nobiliſsimo tabulario Sereniſsimorum Hetturiæ Ducum conſpicitur, exemplar) corollam à Coſmo Poetarum fautore accipientis. Prodijt opus primò Florentiæ, anno 1570. Deindè Antuerpiæ ex officina Plantiniana, anno 1572. in 8. Vidi. Incipit:

Aſtricomis Heroa manus, thoraca pedeſque, &c.

Aliam, recenſente Uvadingo, curavit fieri editionem Rothomagi anno 1634. Fr. Ludovicus Cavalli, Gallus, Bononienſis, Provinciæ Franciæ Pariſienſis alumnus, humanioris litteraturæ per quam peritus, eidem Uvadingo olim à ſtudijs, & religioſus ſocius, qui ad ſingulos libros argumenta, & notas marginales addidit, & in fine operis ſcholia ad quorundam locorum elucidationem cum Periphraſium Poeticarum Indice, præmiſſa brevi Authoris vita, & Epiſtola nuncupatoria ad Franciſcum Harlæum, Archiepiſcopum Rothomagenſem, Neuſtriæ Primatem.

FRANCISCUS MAURUS A MONTE GRANERIO, Minorita, vti Uvadingus narrat, ſcripſit, ac emiſsit librum prænotatum:

Schola Monachalis anno 1578.

FRANCISCUS MAUSOLENSIS, Gallus, Provinciæ Aquitaniæ Minorum Ca-

Capuccinorum Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus, Vir doctus, nec vulgariter eruditus, compoſuit aliqua opuſcula idiomate Gallico, videlicet:

De modo faciendi confeſſionem generalem.

De modo orandi, & meditandi.

De modo ignorantes catechizandi.

De modo gratiam Dei poſt confeſſionem conſervandi. Ex Genuenſi, pag. 119.

FRANCISCUS MAYRON, quem aliqui SCOTUM, alij ex MAYRONO, Pago ad Sereniſſimum Sabaudiæ Ducem ſpectante, alij verò, & rectiùs, Gallum affirmant natione Provincialem ex Urbe Dignenſi (vt oſtendit Fr. Lucas Uvadingus, tom. 3. Annalium ad annum 1323.) Minorum habitu ſuſcepto, ac Sacris Litteris ediſcendis addictus, ſub Joanne Scoto Inſtitutore tantum profecit, vt cum illum vix ex ephebis egreſſum eſſe credidiſſes, jàm inter Togatos, & laureatos recenſeretur, & in his Acuti, & Illuminati Doctoris appellatione gauderet. Celeberrimæ totius Orbis optimarum ſcientiarum litterariæ paleſtræ, quam Sorbonam appellant, Pariſijs inſtituendæ auctor fuit; in cujus rei monumentum prima publicarum, quæ in hoc Lycæo habentur, diſceptationum dies Franciſcanis, poſtrema, Dominicanis aſſignatur; vnde vulgatiſſimum illud dictum: *Franciſcanus aperit, Dominicanus Sobornam claudit.* A confeſſionibus quoque fuit S. Elzearij. Quæ ingenij ſui ſcripta reliquit monumenta, haùd facilè numerabis. Eorum autem ſeriem, quæ ad notitiam meam devénere hic exhibeam, & primò editorum.

Mayronis opera impreſſa.

Veritates ex libris S. Auguſtini de Trinitate collectæ. Hoc opus, ſeu expoſitio librorum XV. de Trinitate, vnà cum ipſiſmet libris S. Auguſtini, editum eſt anno 1520. Lugduni arte induſtrij Viri Jacobi Saccon in fol. Vidi in Conventu Martini Muñoz Provinciæ S. Pauli in Veteri Caſtella. M. SS. tom. 1. Biblioth. Anglicanæ, fol. 116. cod. 2224. num. 4. Et Hiſpali in Conventu S. Hermenegildi. Vidi.

Flores D. Auguſtini ex ſuis libris de Civitate Dei. Lugduni apud Guilielmum Rovillium 1580. in 12. Vidi. Inſupèr Extremaduræ in Bibliotheca Conventus S. Mariæ Magdalenæ Truxillenſis ſub littera L. vidi editionem antiquam in fol. Conſtat XXII. libris, & incipit: *Prima veritas eſt.* Explicit ita: *Expliciunt flores B. Auguſtini extracti per veritates ex libris de Civitate Dei, per famoſiſſimum Sacræ Paginæ profeſſorem Franciſcum de Mayronis Ordinis Fratrum Minorum.* Prodierunt etiam in fol. Lugduni 1520. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 2. pag. 48. Salmanticæ in Bibliotheca Majoris Collegij S. Bartholomæi extat codex membraneus illuminatus, in cujus calce ita legi: *Hic continentur flores extracti de libris B. Auguſtini de Civitate Dei in veritates redacti à Sacræ Theologiæ Doctore Venerabili Magiſtro Franciſco de Mayronis, additis pluribus notabilibus documentis, & argumentis Theologicis, Ethicis, & Phyſicis ex dictis veritatibus concluſis, ſubtilitèr ab eodem.* Habetur etiam in membranis Compluti, in Bibliotheca Collegij Majoris.

Flores in ejuſdem Doctoris librum Confeſſionum. Prodierunt cum Commentarijs Thomæ Anglici, impreſſis Toloſæ anno 1488. & Venetijs 1489. Extant Hiſpali M.S. in Collegio S. Hermenegildi. Vidi.

Explicatio Decalogi. Venetijs per Jodocum Badium, anno 1519. In 4. Vidi in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ. Pariſijs apud Joannem Ferlonium, anno 1619. & Baſileæ anno 1498. apud Lippenium, tom. 1. Bibliothecæ Theologicæ, pag. 494. In Bibliotheca Illuſtriſ. Antonij Auguſtini, Epiſcopi Tarraconenſis, anno 1586. extabat in membranis, annorum CL. forma minoris quadrati.

Conciones Adventuales. Venetijs per Bernardinum de Novaria 1481. in 4. Vidi.

Sermones Quadrageſimales. Ibidem, ac eiſdem typis. Vidi.

Sermones de Sanctis. Habuit M.S. Uvadingus, quo teſte aſſervantur in Archivio Servitarum Florentiæ in Codice pergameneo, ſimùl cum vita B. Philippi Benitij. Excuſi fuere Venetijs in officina Peregrini Paſqualij, anno 1593. Et Baſileæ anno 1598. in 4. Vidi. In Bibliotheca Paulina Lipſienſis Academiæ, vti conſtat ex ejus Catalogo (edito in 16. anno 1686.) pag. 74. & 152. & 190. aſſervantur M.S.

Sermones Mayronis, & ſermo ejuſdem de laudibus Deiparæ Virginis, & ſermones varij.

Commentaria ſuper Univerſalia, & Prædicamenta Ariſtotelis. Venetijs 1517. Vidi.

Commentaria in VIII. libros Phyſicorum. Ibidem, vnà cum Formalitatibus.

Com-

Digitized by Google

Commentaria in 1. *librum Sententiarum.* Triviſiæ per Magiſtrum Michaelem de Palma, anno 1476. in fol. Vidi. Et Baſileæ apud Nicolaum Keſſer 1489. in fol. Vidi.

Commentaria in 4. *libros Sententiarum.* Venetijs 1520. 1526. typis Octaviani Scoti 1556. & 1567. in fol. Vidi. Extant M.SS. in Bibliotheca Balliolenſi, cod. 60. Mertonenſi, cod. 37. teſte Jameſio. Et Salmanticæ in Bibliotheca Majoris Collegij S. Bartholomæi in Codice pergameneo in fol. ſcrinio 397. Vidi.

De Formalitatibus. Ibidem 1520. 1556. 1567. & 1517. cum annotationibus Hieronymi de Nuciarellis. Vidi.

Quodlibeta varia. Ibidem, eiſdem annis. Vidi.

De Expoſitione Divinorum Nominum. Ibidem, ac eiſdem typis, & annis. Vidi.

De Primo Principio. Ibidem cum præcedentibus. Vidi.

De Univocatione entis. Ibidem, & anno 1517. cum annotationibus Hieronymi de Nuciarellis. Vidi.

Conflatile. Ita inſcribitur: *Opus variarum quæſtionum ſuper* 1. *Sententiarum,* impreſſum Lugduni anno 1579. in fol. apud tom. 2. Bibliothecæ Barberinæ, pag. 48.

Tractatus de Angelis.

De Corpore Chriſti.

De Baptiſmo.

De Humilitate.

De Suffragijs mortuorum.

De Pœnitentia.

De Jejunio.

De Indulentijs. M.S. habuit Uvadingus. Thomas Jameſius ait aſſervari M.SS. Oxonij in Bibliotheca Mertonenſi, cod. 232. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica, cod. 47. & alibi.

De Septem Donis Spiritus S.

De ultimo judicio.

Commentarius in Orationem Dominicam.

Commentarius ſuper miſſus eſt. Uterque M. S. in laudata Bibliotheca Paulina Lipſienſis Academiæ, uti habetur pag. 190. ſui Catalogi.

Commentarius ſuper Canticum Virginis.

De Paupertate Chriſti, & Apoſtolorum. M. S. in Bibliotheca Paulina Lipſienſi, pag. 74. ejus Catalogi. Et apud tom. 2. Bibliothecæ Bodlejanæ, cod. 532. num. 65.

De Virtutibus, & Vitijs Capitalibus, M.S. habuit Uvadingus.

De Articulis Fidei. Ex his tractatibus nonnulli prodiere ſeorſim, omnes verò ſimul unà cum *Concionibus Quadrageſimalibus, & de Sanctis,* excuſi ſunt Baſileæ, anno 1494. in fol. formis Jacobi Pforzen. Vidi.

Sermones Dominicales per totum annum, Venetijs apud Pelegrinum de Paſchalibus 1493. in 4. Vidi.

De novo Sacerdote tractatus. Prodijt cum alijs ibidem ex ejuſdem officina. Vidi.

Conciones tres de Conceptione Virginis laudatæ à P. Salazario de Conceptione, ſæculo 14. fol. 434. Extant editæ in ejus Sermonario. Legi.

Quæſtiones duæ de Conceptione Virginis, impreſſæ anno 1507. & 1520. & iterùm editæ à noſtro Alva in ſuis Monumentis Seraphicis, pro Immaculata Conceptione.

Tractatus diffuſus de Conceptione Virginis in publicum miſſus ab eodem Fr. Petro de Alva, ibidem. Sanè, Matriti in Bibliotheca Conventus Regularis Obſervantiæ extat opus prædictum M. S. in 4. Codex eſt vetuſtus, papyraceus, cujus initium: *Circa Virginis Matris præconia mente devotiſsima inſiſtendo; quæritur utrùm Mater Domini fuerit concepta in peccato originali?* Et explicit: *Confirmare dignetur, qui de Virgine puriſsima natus fuit Jeſus Chriſtus, qui eſt benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.* Legi.

Opera inedita.

De Conceptu Virginali. Extat Cantabrigiæ in Bibliotheca S. Benedicti, cod. 391. teſte Thoma Jameſio.

De Dominio Civili. Ibidem in Bibliotheca publica S. Benedicti, cod. 47. 100. & 391. Ex eodem.

De Principatu temporali. Ibidem in eadem Bibliotheca, cod. 391.

Flores D. Auguſtini ſuper Geneſim in Bibliotheca Paulina Academiæ Lipſienſis, uti ex ejus Catalogo, pag. 190. conſtat. Vidi in 4. Hiſpali in Collegio S. Hermenegildi.

Flores ex Mirabilibus Sacræ Scripturæ. Ibidem pag. 202. laudati Catalogi.

Commentaria in S. Dionyſij Areopagitæ librum de Theologia Myſtica, rogatu Regis Siciliæ Roberti, cui apprimè charus fuit, Uvadingo teſte.

Super librum ejuſdem S. Dionyſij de Cæ-

Cæleſt. Hierarchia. Ejus codex pergameneus extat in Bibliotheca Hiſpalenſis Eccleſiæ, in 4. Vidi.

Flores D. Auguſtini de libro 83. *Quæſtionum.* Apud Bibliothecam Bodlejanam, tom. 1. fol. 116. cod. 22024. num. 6.

Flores D. Auguſtini ſuper Matthæum. Ibidem num. 8.

Flores D. Auguſtini ſup. Luc. Ibidem num. 8.

Flores de Quæſtionibus diverſarum Scripturarum. Ibidem num. 10. & 11.

Flores de Stoicis, & Epicureis. Ibidem num. 1.

Flores de ſermone ſuper ego ſum. Ex eodem ibidem.

De Oratione Mentali. Ejus codex vetuſtus vnà cum varijs Concionibus extat Barcinone in Bibliotheca Equitis D. Raymundi Dalmaſis. Incipit : *Sæpè rogatus.* Vidi.

Conflatus, ſivè quæſtiones variæ Theologicæ, quarum memor eſt Uvadingus. Aſſervatur Barcinone in eadem Bibliotheca in Codice pergameneo vetuſtis, ſed pulchris caracteribus. Incipit : *Circa primum.*

Mille quingentæ quæſtiones de varijs locis Sacræ Scripturæ, & dubijs Theologicis. Incipiunt : *Utrùm Chriſtus ſecundum naturam humanam.*

Interrogationes circa varias difficileſque materias. Incipiunt : *Licèt multi probatiſſimi Viri.* Utrumque opus apud ſe M. S. habuit in vno volumine N. Uvadingus, quod Franciſcus Ferrarienſis in Patria ſua ſcripſit anno 1456.

Commentaria in Geneſim. Incipit : *Quia ſecundum vulgatiſſimum.* Habetur in Bibliotheca Conventus Leodienſis Ordinis Minorum M. S. Authore mihi Uvadingo, apud quem erant nitido caractere exarata vſque ad diſtinct. 43.

Reportata in quartum Sententiarum. Initium : *Samaritanus, vulnerato apparens.*

Quodlibetales quæſtiones, quas in Codice M. S. vetuſtiſsimo, in quo plures continebantur quæſtiones, quam in quodlibetis editis, apud ſe habuiſſe teſtatur Antonius Pagius ad annum 1590. num. 11.

Logica, Phyſica, & Metaphyſica. Extant in fol. in Bibliotheca Toletana S. Joannis Regum ſub FF. num. 9. & ibidem num. 8. etiam in fol. alij tractatus M-ytr-nis. Vidi.

Reportata in librum ſecundum Sententiarum, recenſente Uvadingo, ac ex eodem.

In librum Retractationum S. Auguſtini, & in librum contra Epiſtolam fundamenti.

Commentaria in aliquos libros D. Anſelmi. Vidi M. S. in 4. in Bibliotheca Hiſpalenſis Collegij S. Hermenegildi. Demùm in Bibliotheca Galliarum Regia, & in Vaticana alia habentur *opera varia* hujus celeberrimi Authoris meritò commendati à ferè cunctis Nomenclatoribus, & pluribus in Martyrologio Franciſcano ad diem 26. Julij. Conſule Uvadingum in Syllabo, & Abbavilleum, part. 3. Bibliothecæ Concionat. pag. 228. Obijt Placentiæ anno 1325. Hoc Epitaphium etſi rude apponi curavit Franciſcus Samſon Miniſter Generalis:

Conditur obſcuro lumen, res pulchra ſepulchro:
  Doctrinæ hìc Sacræ gloria, luxque jacet.
Dogmata flete, quibus Franciſci de Mayronis,
  Extremam conſtat impoſuiſſe manum.
Vos quibus arma dedit Cœleſtia, flete Minores:
  En cecidit veſtri firma columna Chori.
Qui quantò excellit fulgentia ſydera Phœbus,
  Tantò alios ſuperat lumine : Doctor ave.

FRANCISCUS DE MAZZARA, Siculus, primo Sacræ Theologiæ Magiſter inter PP. Conventuales, deindè Provinciæ Panormitanæ Minorum Capuccinorum alumnus, ac Meſſanenſis Provinciæ Miniſter Provincialis, Vir, qui inſignem eruditionem cum præclaris Apoſtolicæ vitæ exemplis conjunxit, multa ſcripſit,

ſit, quæ temporis injuria periere. Extant M.S. Genuenſi teſte:

Prælectiones in libros Ariſtotelis, tom. 3. in 4.

Prælectiones Theologicæ ſecundum doctrinam Scotiſt. tom. 4. Obijt in Conventu Depranenſi anno 1588. Vide Boverium, tom. 2. Annal. Capuccinorum ad prædictum annum, num. 25. ac Fortunatum Hueber in Monologio Franciſcano 30. Januarij.

FRANCISCUS DE MAZZARA, alter, Siculus quoque, ac Capuccinus, Vit morum integritate, ac virtutum exemplo præclarus, qui Tyronibus addictus informandis Regularem Obſervantiam propaga vir, Panormitanam Provinciam rexit, & in Meſſanenſi Provincia Generalem Viſitatorem egit, obijt Panormi anno 1679. Prodijt ejus poſthumum opus Italicè ſcriptum, nempe:

Directorium ſpirituale pro inſtructione juvenum Capuccinorum. Panormi apud Dominicum Anſelmum 1679. in 12. Ex Antonio Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, litt. ra F.

FRANCISCUS MEDINA ARGUELLES, Hiſpanus, Prædicator Conventualis in Conventu Valliſoletano Regularis Obſervantiæ Provinciæ Conceptionis emiſit, in populo gravi habitam:

Concionem funebrem in obitu RR. P. Fr. Ludovici à T. rre totius Ordinis Seraphici Miniſtri Generalis. Excudit in eadem Urbe Antonius Figueroa, anno 1702. in 4. Vidi.

FRANCISCUS MEDIOLANENSIS, ejuſdem Provinciæ Minorum Capuccinorum Provincialis Miniſter, ac in Romana Curia, (vbi Clementi Papæ VIII. acceptiſsimus extitit) Procurator Generalis, Vir, non immeritò novus Apoſtolus Italiæ appellatus, & Immaculatæ Conceptionis Reginæ Sanctorum omnium acerrimus propugnator, exaravit:

Volumen, in quo doctiſsimè tractat de Immunitate ejuſdem Virginis Deiparæ ab omni peccati originalis macula. Citatur à Pagnotio, libr. de Maria triumphante, pag. 328. vti narrat Genuenſis pagin. 119. Conſule Boverium in ſuis Annalibus, tom. 2. ad annum 1583. quò Romæ curſum conſumavit.

FRANCISCUS MEDRANO, Hiſpanus, Minorita, laudatur à Nicolào Antonio, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ ex Antonio Leone, titul. XIV. ſuæ Bibliothecæ Indicæ Orientalis, ceù à quo prodierunt:

Hiſtoria novi Regni Granatenſis, nec non

Ars lingua Moſca dicta, illius regionis vulgaris.

FRANCISCUS MEDRANO, alter, Hiſpanus, in Oppido Tordeſillas in Veteri Caſtella natus, ex Minoritis converſis, vernaculè emiſit:

Orationem pro agonizantibus ſuper Orationem Dominicam. Excudit Matriti Dominicus Garcia anno 1648. in 8. teſte Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ, pag. 340.

FRANCISCUS MELLADO, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Provinciæ Angelorum Definitor, ex præcepto Andreæ Camacho, Miniſtri Provincialis, collegit omnia, quæ in Archivis prædictæ Provinciæ reperire potuit monumenta, compegitque ex omnibus:

Hiſtoriam prædictæ Provinciæ, quam ad Uvadingum miſsit. Laudatur in Chronicis laudatæ Provinciæ.

FRANCISCUS MELLAGHLIN, Hybernus, Athlonienſis, ſtrictioris Obſervant. alumnus, in Seminario Cathedrali Imolæ olim Theologus, ac emeritus in Romano Collegio S. Iſidori, ſub titulo: *Philoſophia accommodata*, publici juris fecit:

Curſum integrum Philoſophicum, in tomos 4. diſtributum. Tomus primus complectitur, *tàm Summulas, quàm Philoſophiam in communi.* Amplectitur ſecundus, *univerſam Logicam.* Tertius, *Metaphyſicam, tàm generalem, quàm particularem*, Quartus, *univerſam Phyſicam.* Bononiæ typis Petri Mariæ Montij 1704. & 1706. in 8. Vidi.

FRANCISCUS MENABIO, Etruſcus, Sacræ Theologiæ Lector, ſtrictioris Obſerv. alumnus, edidit lingua vernacula:

Compendium mirabilium, quæ Deus operatus eſt in Sacro Monte Alverna. Florentiæ apud Petrum Neſtium 1636. Scripſit inſuper, quam apud ſe habebat noſter Alva, ipſomet atteſtante col. 440. ſuæ Militiæ.

Hiſtoriam Provinciæ Tuſciæ Reformatorum.

FRANCISCUS MENDOZA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Prov. Caſtellæ, Hiſpanicè reddidit opus egregium:

De Origine Seraphicæ Religionis à Illuſt. Gonzaga Latinè editum, Authore mihi Salazario, lib. 2. Chronic. præfatæ Provinciæ, cap. 23.

FRAN-

FRANCISCUS MENESSES, Hiſpanus, Minorita, quem Virum eruditum vocat, & laudat Philippus Labbe, è Societate Jeſu *in Lectore erudito ad menſam*; ſcripſit:

De Accentibus, & quantitate Syllabarum. Prodijt Pariſijs apud Robertum Stephanum. Hæc Uvadingus. Fuit Author iſte clariſsimo Doctori Antonio Nebriſſenſi ſumma benevolentia, atque familiariate conjunctus, ac in Grammatica nulli ſuo tempore ſecundus poſteritatique dedit Summulam proſſadaicam, quam prænotavit:

Brevis, ac dilucida accentuum collectio, Typis dedit Salmanticæ Joannes Giunta, anno 1546. in 8. Vidi. Quæ in hoc libello continentur, ſunt:

Accentus explicatio.

Octo dictionum Ordines:

Apologia reſolutoria pro Magiſtro Antonio Nebrixenſi.

Confirmatio confutatoria:

Vera vocalium litterarum intelligentia.

Reſtitutio accentuum pravè locatorum.

Alphabetum vſualium dictionum.

Corruptę prolationis emmendatio. Ediderat quoque librum inſcriptum:

Compendium difficilium accentuum, in quo de accentibus Sacræ Paginæ agit; ipſe enim Author de reſtitutione accentuum agens, ſuique compendij memor, ait: *Diſputationem non exiguam, quam in Compendio noſtro ſuper librum primum Regum capite vigeſimo ſexto inſervimus.* Hoc Compendium Hiſpali editum fuiſſe, ipſique adnexuiſſe Alphabetum Nebriſſenſe de peregrinarum dictionum accentu, teſtatur idem Meneſius in ſuo præjacto tractatu *de Octo dictionum Ordinibus.*

FRANCISCUS MEUDONENSIS, Capuccinus, Pariſiorum Provinciæ Concionator, & in humanioribus litteris admodùm excultus, penitiora tùm dicendi, tùm ſcribendi arcana linguæ ſcrutatus, non ſine ingenti ſui labore, & ſtudio, æqualique præſertim juniorum addiſcentium commodo, & vtilitate compoſuit, & publici juris fecit librum, quem prænotavit Gallicè, Genuenſi teſte pagina 120.

Spiritus Orthographię vniverſalis, tom. 1. anno 1689.

FRANCISCUS MILON, Conventus Olivarum Provinciæ Colonienſis, primum Philoſophiæ Lector, deindè Theologiæ, demùm Provinciæ Britanniæ Miniſter Provincialis, Latinè reddidit Franciſci Bonaldi, Societatis Jeſu, libellum inſcriptum:

Divina Eccleſię Oeconomia. Ex Uvadingo.

FRANCISCUS A MILONCIO, Italus, Prov. Baſilicatæ in Regno Neapolitano alumnus, emiſsit:

Ordinarium Sacrorum Rituum, tùm Miſſæ, tùm Divini Officij, teſte Fr. Maximo a Piſticio in Hiſtoria M. S. laudatæ Provinciæ apud Archivium Ordinis Matritenſe. Legi.

FRANCISCUS MIRABELLA, Italus, Neapolitanæ Provinciæ Principatus alumnus, Vir verè doctus, & in omnibus ſcientijs, præſertim Philoſophia, ac Theologia verſatus, totam Philoſophiam in breve compendium reduxit. Appellatur,

Diadema Philoſophorum. Floruit circà annum Domini 1344. Ex Hiſtoria M. S. Reformatæ Provinciæ Principatus, quam legi Matriti in Archivio Ordinis.

FRANCISCUS MOLINA, Hiſpanus, Valentinæ Provinciæ Regul. Obſervant. exaravit:

Declarationem quatuor Pſalmorum memoratam à Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Bibliothec. ex Fr. Ludovico Revolledo in Catalogo Scriptorum Ordinis ad calcem ſuorum Chronicorum.

FRANCISCUS DE MOLINS, Gallus, Provinciæ Lugdunenſis Minorum Capuccinorum Eccleſiaſtes, Sacræ Theologiæ Profeſſor; Vir in ſcholaſticis diſciplinis admodùm verſatus, edidit, ait Genuenſis pag. 120.

Integrum Curſum Philoſophicum ad mentem Scoti in 3. tom. in 8. diſtributum, Lugduni anno 1687.

FRANCISCUS MOLOY, Hybernus, ſtrictioris Obſerv. & ad S. Iſidorum Urbis Lector Jubilatus, ſcripſit:

De Incarnatione Verbi Divini ad mentem Doctoris Subtilis. Prodijt Græci anno 1645. in 4. teſte noſtro Alva, col. 441. ſuæ Militiæ Univerſ. Ligato ſermone concinnavit:

Jubilationem Genethliacam in honorem Sereniſsimi Proſperi Balthaſaris Philippi Hiſpaniarum Principis. Romæ typis Nicolai Angeli Tinaſsij 1658. in 4. Vidi. Exaravit etiam, ac edidit:

Lucernam Fidei. Demùm:

Grammaticam Latino-Hybernicam. Ex relatu laudati Collegij.

FRANCISCUS MONACHUS, Mechlinienſis, Minorita, Geographicarum rerum haud ignarus, emiſsit;

Epiſtolam de Orbis ſitu, ac deſcriptione, in qua de Presbyteri Joannis ditione, deque Paradiſi terreſtris ſitu diſſerit. Antuerpiæ 1565. in 4. apud Uvithagium.

Regiones Septentrionales in Tabulas deſcripſit, & conſpiciendas dedit. Ibidem typis Silveſtri à Pariſijs. Primum opus vidi editum in 8. Authorem laudant Uvadingus, & Laſſor, tom. 2. *ſui Univerſi*, fol. 436.

FRANCISCUS MONDONO, Italus, olim Provinciæ Papienſis, poſteà verò ad Provinciam Reformatam S. Antonij translatus, Vir fuit in confeſsionibus Mantuæ, Patavij, ac Veronæ aſsiduus, omnibuſque charus, ſcripſitque idiomate patrio:

Viam ſalutis. Patavij 1651. apud Sebaſtianum Sardi.

Documenta ſpiritualia, apud eumdem 1652. & alia quædam opuſcula. Obijt Veronæ menſe Septembri anno 1653. Ex relatione laudatæ Provinciæ S. Antonij, pag. 19.

FRANCISCUS A MONTE ALVERNIA, ex nobili Familia Luſitanica de Barros cognominata, cum Inquiſitoris Apoſtolici in Patria fungeretur munere, ad ſtrictiorem vitæ normam vocatus, Ordini Seraphico nomen dedit, vixitque in eo magna cum pietatis fama, ac vernaculè exaravit, quorum tamen nihil lucem publicam viderat anno 1672. nempè:

Commentaria Philoſophica juxtà Scoti mentem. Vernaculè verò:

De Monarchia Romana in ſtatu Regni, Imperij, ac Reipublica.

De Nobilitate Luſitanica, ſeù nobilibus Luſitania familijs. Agunt de eo Nicolaus Antonius, tom. 1. fol. 343. & Gerardus Erneſtus, pag. 136. ſuæ Bibliothecæ Genealogicæ.

FRANCISCUS A MONTEAUREO, Italus, Regul. Obſerv. Prov. Principatus, ſcripſit:

Chronologicam deſcriptionem hujus Provincia, ex ejuſdem Hiſtoria concinnata in fol. à Fr. Blaſio à S. Gregorio laudatæ Provinciæ alumno, quæ inedita aſſervatur Matriti in Archivio Ordinis. Vidi.

FRANCISCUS A MONTE CALERIO, Pedemontanus, ejuſdem Prov. Minorum Capuccinorum Theologus, & Eccleſiaſtes, Vir genere clarus, clarior verò ſuis Apoſtolicis Miſsionibus, quibus Vallicolas Subalpenſes à fide ab errantes Catholicæ Eccleſiæ reconciliavit, & Draconenſem Pagum ab hæreſi expurgavit; Italicè ſcripſit:

Narrationem Hiſtoricam ſua Miſsionis in Vallibus Macra, & Draconerij, cum relatione earum rerum, quæ ſimùl cum ſocijs operatum eſt pro reductione Vallicolarum ad Fidem Catholicam. Ad Sereniſsimum Principem Victorinum Amadæum Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis, &c. Filium primogenitum. Eum commendat Genuenſis pag. 120.

FRANCISCUS MONTEGRINUS, Minorita, Italus, Regul. Obſerv. alumnus, Indicibus illuſtravit copioſiſsimis, libros tres Hiſpanicos,

De Contemnendis Mundi vanitatibus à Fr. Didaco Stella elaboratos, juxtà editionem Venetam Joannis Guerigli 1626. Italico ſermone factam.

FRANCISCUS A MONTE POLITIANO, Italus, Provinciæ Tuſciæ Minorum Capuccinorum alumnus, ac Marcelli II. vii recenſet Genuenſis ex Boverio, conſanguineus, Vir vitæ pietate, ac ſapientia illuſtris, ineditas reliquit Latinè:

Annotationes ſuper quatuor Prophetas Majores, præcipuè ſuper Ezechielem. Obijt anno 1571. Laudatur à Jacobo Le-Long, fol. 730. ſuæ Bibliothecæ Sacræ.

FRANCISCUS MONTERONI, Neapolitanus, ex Reformata Provincia S. Nicolai, Theologus, Vir per ignem, & aquam probatus, Deo, Philippo IV. Hiſpaniarum Regi, & hominibus dilectus, qui Eccleſiaſticas Dignitates non ſemèl humilitati poſtpoſuit, & (vt fertur) prophetico ſpiritu claruit, ſtylo ſignavit:

Hiſtoriam ſuam, in qua Epiſtolæ plures ad memoratum Regem pluraque ſcitu digna continentur. Aſſervabatur M. S. in fol. in Bibliotheca Illuſt. D. D. Antonij de Brizuela, Giennienſis Epiſcopi, nunc autem Matritii in Conventu Regul. Obſerv. Vidi. Scripſit quoque:

Apologias varias pro ſe, ſuaque doctrina. Ineditæ in fol. tom. 12. aſſervantur in Bibliotheca Matritenſis Conv. Regul. Obſervant. Vidi. Item:

Apologiam pro Myſterio Immaculata Conceptionis Deipara. Ad Dominum migravit anno 1685. die 18. Februarij, apud ſuos tumulatus.

FRANCISCUS A MONTILLA, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Gregorij in Philippinis alumnus, & Cuſtos, Magiſter S. Philippi à Jeſu in Novitiatu, Commiſſarius Viſitator Provinciæ S. Didaci Diſcalceatorum in Mexicano Regnò, Vir verè Apoſtolicus, ac zelo ani-

animarum inſignitus ad ſuam S. Joſephi Diſcalceatorum Provinciam, in qua profeſſionem emiſſerat, decurſis Indiæ Orientalis, diverſis Regnis, reverſus, morte præoccupatus in Oppido de Almodovar del Campo, ejus Parochialem Eccleſiam ſuo corpore, poſt animæ ſeparationem in illis verbis: *In manus tuas, &c.* ditavit, copioſam ſanctitatis opinionem relinquens. Ineditum reliquit volumen:

De Propagatione Fidei in Inſulis Philippinis. Pluribus de eo, part. 1. meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceatorum, pag. 89. & tom. 1. meorum Chronic. Provinciæ S. Pauli, pluribus in locis.

FRANCISCUS MORENO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Angelorum, recenſentibus Uvadingo, Marracio, ac Nicolao Antonio, emiſit in 4.

De Conceptione B. Virginis Mariæ, volumina duo. Hiſpali apud Alphonſum Gamarram 1617.

FRANCISCUS MORENO, alter, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Eccleſiaſtes, ac Tertiariorum Viſitator in Civitate Angelorum, ad ejus Eccleſiam habuit:

Orationem in publicatione Bullæ Cruciatæ, ibidem excuſam typis Joannis de Villa Real 1697. in 4. Vidi.

FRANCISCUS MORENO DE ROBLES, Hiſpanus, Provinciæ S. Michaelis Regul. Obſervantiæ Concionator, & à Synodalibus Examinibus Diœceſis Auguſtæ exaravit vernaculè volumina duo prædicabilia, ſub titulo:

Sylva variorum florum, faſciculus Conceptuum, Vidi M.S. in 4. in Bibliotheca Conventus S.P.N. Franciſci Urbis Auguſtæ. Emiſit autem quod viderim:

Orationem funebrem in obitu Matris Eliſabethæ Theodoræ à Regibus, Sanctimonialis in Conventu S. Crucis de Zafra Extremaduræ, in 4. Vidi. Clarebat Author anno 1664.

FRANCISCUS MOTA, Hiſpanus, Caſtellanæ Provinciæ Minorum Capuccinorum alumnus, ac Concionator Apoſtolicus, vernaculè edidit:

Compendium Summæ Moralis editæ à Fr. Martino de Torrecilla ejuſdem Inſtituti alumni, *adjectis expoſitione propoſitionum damnatarum, ac alijs ad mores ſpectantibus*. Matriti in officina Antonij Roman 1698. in 4. magno. Vidi.

FRANCISCUS MUÑOZ, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Caſtellæ Lector emeritus, ac Diffinitor publicavit à ſe Hiſpanicè habitas

Panegyrim de glorioſa Aſſumptione Virginis. Toleti typis Auguſtini de Salas 1677. in 4. Vidi.

Panegyrim de S. Clara Virgine. Ibidem per eumdem 1678. in 4. Vidi.

FRANCISCUS MUSCA, Pactenſis, indiſtinctus eſt à Franciſco Vita de quo inferiùs. Conſule Antonium Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, verbo *Franciſcus Vita Polyntius.*

FRANCISCUS NAVARRO, Hiſpanus, ex Oppido *Alpharo* in Veteri Caſtella, Minorita devotus, latinè dedit:

Manuale ad uſum Chori juxtà Ritum Fratrum Minorum. Salmanticæ 1606. in 4. Ex Nicolao Antonio, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 345.

Carmina pro Immaculata Conceptione Virginis, impreſſa cum alijs Baezæ 1618. in 4. reſte noſtro Alva, col. 441. ſuæ Militiæ.

FRANCISCUS NAVARRENSIS, alter, Minorita, in utroque jure doctiſsimus reliquit:

Summam de Caſibus Conſcientiæ. Hæc Fr. Bernardinus Sannig in Synopſi Hiſtorica Scriptorum ex Ordine Minorum apud ſuum tom. 1. Scholæ Philoſophicæ.

FRANCISCUS NICOLAI, Minorita doctus, ſed magis humilis, laudatus à Poſſevino, Uvadingo, & Marracio ſcripſit, ac edidit:

Adverſus calumnias Franciſci Lamberti in Regulam S. Franciſci. Antuerpiæ typis Hillenij anno 1528.

FRANCISCUS A S. NICOLAO SERRATE, Hiſpanus, ex Provincia Diſcalceatorum S. Didaci, in Bætica Concionatoris, Sacræ Theologiæ Lectoris, Diffinitoris, ac Cuſtodis muneribus præclarè functus, Vir variæ, atque inſignis eruditione inſignis, litteris quoque bonis excultus, non pauca ligato ſermone exaravit, ab alijs edita. Edidit ipſe libellum ſuæ nuncupatum Provinciæ, cujus inſcriptio:

Roſa Philoſophica, in cujus ſpinis, folijs, & granulis, Logicam, Phyſicam, Metaphyſicam, & Ethicam adumbrantibus univerſæ Philoſophiæ potiſsima Controverſiæ Scotici aſſerendæ proponuntur. Gadibus apud Chriſtophorum de Requena 1505. Gravioribus autem deditus, ac Superiorum juſſu, in publicum, ad ſuæmet Provinciæ utilitatem, miſit:

Cæremoniale pro Sacrificio Miſſæ celebrando, Divinoque Officio perſolvendo.

Manuale pro functionibus de Tempore, & Proceſsionibus.

Traductionem Regulæ, & Teſtamenti Seraphici, unà cum duabus Decretalibus ſuper Regulam, exijt, & exivit. Prodierunt ſeorſim hæc omnia Hiſpali, ex typographia Conventus S.Didaci anno 1722.

Doctrinam Novitiorum unà cum compendijs expoſitionis Regulæ, myſticæque Theologiæ. Ibidem. Vidi. Laudatur part.1. Chron. laudatæ Provinciæ, lib.7. cap. 15. num.172. Communes quoque fecit:

Duas graves Conciones funebres, quarum prima prodijt Hiſpali ex officina Joannis Franciſci de Blas, anno 1705. ſecunda ex officina Franciſci Garay anno 1712. Utramque vidi. Devotione ductus vulgarem quoque fecit:

Novendiale S. Paſchalii Sacrum. Emiſit etiam:

Compendium Hiſtoricum Sanctorum, ac Venerabilium Diſcalceatorum S.P.N.Franciſci., in quo præcipuè recenſet alumnos Provinciæ S. Gabrielis ferè innumeros aliarum Provinciarum Excalceatarum miſſos faciens. Hiſpali in Conventu S.Didaci 1729. in 4. Vidi. Demùm, ſtylo ſignavit, etiam Hiſpanico idiomate, opus egregium inſcriptum:

Annus æternus, Dies antiqui. Amplectitur *Evangelicos Diſcurſus pro ſingulis Dominicis totius anni*, Concionatoribus perutiles, præcipuè verò *Scholæ Chriſti* alumnis, in quorum gratiam adjecit *Meditationes breves, ac Jaculatorias Orationes.* Hiſpali ex typographia Cœnobij S. Didaci, anno 1732. in fol.Vidi. Ætatem exigit.

FRANCISCUS NIGRO, Capuccinus, nobilis Genuenſis, Patria Savonenſis, ſuæ Familiæ Vicarius Generalis, omnium virtutum genere refertus, Divini Verbi ſtrenuus Concionator, quatuordecim annorum ſpatio Urbano VIII. adfuit in Concionibus in Sacello Pontificio, & plenus dierum obijt in Patria circà annum 1645. Extant typis excuſæ Genuæ 1638. hujus Authoris:

Conciones Adventuales, & Quadrageſimales, habitæ coràm Urbano VIII. Item:

Sermo in Anniverſario Genuenſis Concordiæ.

De Concionatoriæ opus, ſeù Rhetorica Eccleſiaſtica, à prophanis, & Catholicis Scriptoribus deprompta, & in 4. tractatus diviſa, vt referunt Raphael Sopranus, & Michael Juſtinianus apud Biblioth.Liguſticam, fol.198. Habetur M.S. in Genuenſi Bibliotheca formoſo ſatis caractere, vti recenſet Author Biblioth. Script. Capuccinorum, pag. 121. quo teſte inedita quoque reliquit:

Syllabum omnium Declarationum, quæ facta ſunt à Sacra Congregatione ſuper Concilium Tridentinum. M. S. in Bibliotheca Portus Mauritij.

Sermonem de Paſsione Domini N. Jeſu Chriſti, ab eo habitum in die Paraſceves in Metropolitana Eccleſia Genuenſi anno 1609. die 17. Aprilis.

FRANCISCUS A NOLA, Italus, ſtrictioris Obſerv. Reformatorum alumnus, recenſente noſtro Alva in ſua Militia, col.441. litteris conſignavit:

Relationem, ac arborem ſuæ Provinciæ S. Angeli, quam apud ſe ineditam habuit.

FRANCISCUS DE NOVA CURIA, vulgò *Nieuwvenhove*, olim Conventus Gandenſis, Brugenſis Dunquarkani Guardianus, Sacras Litteras docuit; & Concionatoris munere in ampliſsimis Flandriæ Civitatibus egregiè functus, ſcripſit ſermones multos 3.tomis. Continentur in primo:

Sermones in totius anni Dominicas. Secundo tomo:

Doctæ Conciones in Evangelia, quæ per annum in Eccleſia proponi ſolent ad Sanctorum memoriam, cum legendis quorundam Sanctorum. Tertio tomo:

Conciones in Evangelia Quadrageſimalia cum explanatione Paſsionis Dominicæ.

Commentarium ad Epiſtolam Pauli ad Epheſios.

Expoſitio Regulæ Fratrum Minorum.

De Caſibus reſervatis Epiſcopo à Jure, conſuetudine, & ſtatutis Synodalibus, ſaltèm Tornacenſibus.

Oeconomiam Chriſtianam, in qua agit de ſocietate conjugali, herili, & externa.

De ſeptem Eccleſiæ Notis Sacris, vel Sacramentis Axiomata.

In Orationem Dominicam.

In Symbolum Apoſtolorum.

In Hymnum Evangelicum, Gloria in excelſis Deo.

In Hymnum Veni Sancte Spiritus.

Collationes quatuor ad Sacerdotes in primitijs.

Tractatus de Virginibus, & Viduis ex utroque Teſtamento.

De Viſu, & aſpectu Dei.

Sermones in profeſsione Monachorum, & Religioſorum.

De ſeptem Doloribus Glorioſæ V.Mariæ.

Tractatum de fructibus ſpiritus, propoſito themate D. Pauli: *Fructus autem ſpiritus.* Hæc omnia teſte Ludovico Dupin in

in Supplemento impreſſa ſunt Gandavi, vbi deceſsit anno 1562. die 8. Junij, ſepultus ex adverſo Capituli, charus ſuis, clarus cæteris. Eum commendat Poſſevinus, Uvadingus, & alij.

FRANCISCUS NOVARIENSIS, Minorita, qui eruditione vtriuſque Juris, & virtute clarus floruit ann. 1460. emiſsit:

Summam de Caſibus Conſcientiæ, laudatam poſt Toſignianum, à Uvadingo. Lege Arturum ad diem 29. Aprilis in Martyrologio Franciſcano.

FRANCISCUS NUGENTIUS, Hybernus, Miſsionis Hybernicæ Capuccin. Inſtitutor; in Provinc. Belgica, cujus fuit alumnus, ſæpiùs Guardianus, & Definitor, Prov. Coloniæ Fundator, ac Commiſſarius Generalis; Vir piiſsimis vitæ moribus exornatus, (Genuenſi vtor pag. 122.) præclaris ingenij, ac induſtriæ dotibus perpolitus, ſcientiarum ferè omnium merce abundè refertus, Hebræi, ac Græci idiomatis interpretandi adeò excellens, vt transfuſus in eum Hebræorum, ac Græcorum Authorum genius videretur; cum eſſet in Theologia Myſtica eximius Magiſter, ac longa temporis exercitatione verſatus, præclarum opus ſcripſit in defenſionem Joannis Taulerij, cujus titulus eſt:

Taulerus expenſus, ac defenſus, ejuſque doctrina veluti erronea ab æmulis vindicata, tom. 1. in 4. Scripſit etiam aliud opus myſticum, ſub titulo:

Secreta itinera Orationis, tom. 1. in 8.

FRANCISCUS DE NUIT, Gallus, Prov. Franciæ Minor. Capuccinorum Concionator, ac Sacræ Theologiæ Profeſſor, edidit Latinè opuſculum inſcriptum:

Turris David ædificata cum propugnaculis, milleque clypei ex illa pendentes, ad defenſionem Conſtitutionum Regularium FFr. Capuccinorum, tom. 1. in 8. Laudatur à Dupino in Supplemento, & Genuenſi.

FRANCISCUS NUÑEZ, Hiſpanus, Regul. Obſervant. Provinciæ Compoſtellanæ, quem doctum, ac eloquentem appellat Nicolaus Antonius, tom. 1. Bibliothecæ Hiſpanæ, pag. 127. publici juris fecit ſermone Hiſpano:

Simulacrum, ſeu ſpeculum peccatorum dormientium, ſeu in peccatis ſordes trahentium. Salmanticæ ſecundò impreſſum anno 1571. apud Mathiam G.ſt in 8.

Tractatum de Filio Prodigo. Ibid. 1575. in 8.

Adnotationes in Evangelia, quæ cantantur in Adventu. Ibidem per Joannem Fernandez 1595. in 4.

Advertentias, ſivè *Notas in quatuor Chriſti Evangelia duobus tomis diſtinctas*. Primus prodijt Salmanticæ anno 1595. ſecundus 1599. ex officina Didaci de Cuſio. Memoratur à Uvadingo, & Ludovico Dupin in Supplemento, tom. 3. Floruit circà annum 1590.

FRANCISCUS ODOARDUS, Mancinus à Parma, Sacræ Theologiæ Doctor, Collegiatus Ex-Provincialis Tertij Ordinis S. P. N. Franciſci de Pœnitentia nuncupatus, necnon Examinator Synodalis, ac Conventus ejuſdem Civitatis Prior, publici juris fecit opus poſthumum R. P. Fr. Franciſci Bordonij:

Super cenſuram ſortilegiorum frequentiùs occurrentium in S. Tribunal Inquiſition.

Tractatum de Legatis in aliquibus caſtigatum.

De Miraculorum Eſſentia, &c. unà cum quæſtione: An Deus faciat ſemper id quod meliùs eſt, & de Advocato mulierum (contra quendam Hæreticum) quæ probantur de ſpecie hominum, Paſsionis Chriſti, atque æternæ ſalutis participes. Parmæ typis Pauli Montij anno 1703. in fol. Vidi.

FRANCISCUS DE OJEDA VARGAS, Hiſpanus, Lector bis Jubilatus Prov. Bæticæ Regul. Obſerv. edidit:

Panegyrim de Domina noſtra à Miraculis Beſipponis Patrona. Hiſpali apud Franciſcum Garay 1711. in 4. Vidi. Ejuſdem habentur

Oratio funebris in Exequijs Caroli II. Hiſpali per Franciſcum Garay 1701. in 4. Vidi.

De Adventu S. Jacobi in Hiſpaniam; teſte Comite de Mora, pag. 30. ſuæ Hiſtoriæ Toletanæ.

FRANCISCUS ORDAS, Hiſpanus, Prædicator Provinc. Granatenſis, Regul. Obſerv. vulgavit:

Epigramma ad Innocentium X. Pontif. Max. in laudem Immaculatæ Conceptionis D. S. V. M. Incipit:

Urbs Domina inſignis ſanctarum (ſumme) Granata. Extat fol. 315. lib. inſcripti: *Elogia Mariæ SS.* juxtà editionem Granatæ factam 1651. typis Franciſci Sanchez in 4.

FRANCISCUS ORLEANS, ſeu AURELIANENSIS, natione Gallus, Theologus Minorita, vernaculè dedit Deiparæ cultoribus librum prænotatum:

Magnalia, ac Prærogativa Virginis. Pariſijs 1658. in 8. Ex Fr. Petro de Alva, col. 442. ſuæ Militiæ Univerſalis.

FRANCISCUS DE ORPHEIS, Minorita, recenſente Uvadingo, ſcripſit:

De Ornatu mulierum librum vnum, hactenùs mihi ignorum.

FRANCISCUS ORTIZ, Hiſpanus, quem Pincianum facit Ægidius in Theatro hujus Eccleſiæ, Regul. Obſerv. Caſtellanæ Provinciæ, ac ſenior duobus ſequentibus ejuſdem nominis, cognominis, ac Provinciæ alumnis, (quem non rectè Uvadingus confundit cum Franciſco Ortiz Lucio) Vir non vulgaris prudentiæ, ac doctrinæ, ſuaque tempeſtate meritò dictus Concionatorum Monarcha, in Turriſculanæ Conventu hæc elaboravit, Fratris Germani cura deinceps edita, videlicèt:

De Ornatu animę librum ſingularem. Compluti typis Joannis Brocar 1548. in 4. Vidi.

Quadrageſsimale, ſeù Expoſitionem ſuper Pſalmum L. opus ſanè egregium. Ibidem tomis duobus in 4. impreſſum anno 1549. In hac editione Typographus Brocarius plurium aliorum operum ineditorum in ſexdecim voluminibus, Catalogum publicavit, in quibus iſta continentur:

Quaſtiones ad Moniales. Utrùm: *Poſsint in particulari aliquid poſidere?*

Reſponſa ad Comitem de Miranda circà venationem probibitam.

Tractatus de Homicidio voluntario.

De Commendatoribus Calatravę conjugium contrahentibus cum diſpenſatione.

Declarationem clauſulę Bullarum. Si Indulgentia plenaria aquiparetur Baptiſmo?

Tractatus de Baptiſmo Conſtantini.

Tractatus de juſto pretio, & penſionibus.

Tractatus de Abſolutione non danda poſt mortem.

Tractatus circà Regulam Tributarij ſimulatoriè tranſeuntis.

Tractatus de Diſpenſatione cum inceſtuoſo.

Reſponſiones circà quaſdam propoſitiones male ſonantes.

De Retractatione Ludovici Vives.

Deciſio circà Fidejuſſorem, & juſtum pretium.

Deciſio circà negotium D. Gaſtonis de la Corda.

Deciſio circà agitationem Taurorum ex voto.

Expoſitio ſuper illud Joannis: Ante ſex dies Paſchæ.

Alia ſuper C. cum infirmitas, de Pœnitentia, & Remiſ.

Objecta quędam contra Abulenſem.

Quaſtio circà reſtitutionem captorum in venatione prohibita.

Dubia circà Mauros converſos in Regno Valentia.

Reſponſa ad diverſas quaſtiones tangentes dominos Vaſſallorum.

Reſolutio ſuper ſtatum Regię Anglorum.

Quaeſtio ſuper Matrimonio Inſulanorum.

Reſolutio tractatus: An liceat ducere relictam fratris?

Dubia pro Infidelibus Novę Hiſpania.

Reſolutiones paſſuum notabilium in quibus Lyra, & Burgenſis diſcrepent ſuper Evangelia.

Quadam dubia circà Matrimonium cum reſponſionibus.

Annotationes ſuper aliqua dicta Evangeliſtarum.

Documenta ex Chryſoſtomo, & alijs.

Dubia ſuper vltimum cap. D. Marci.

Annotationes contra Gregorium Ariminenſem, & aliquos alias.

Annotationes contra Adrianum in Quodlibet. & 4. Sententiar.

Annotationes contra Canonem Gabrielis.

Annotationes contra Martinum de Magiſtris.

Annotationes ſuper librum Oratorium Religioſorum Antonij Guevara.

Annotationes ſuper operibus Origenis.

Super Operibus Hilarij.

Super Operibus Chryſoſtomi.

Super Operibus Auguſtini.

Paſſus difficiles B. Hieronymi, & ſuper omnibus operibus ejus.

Paſſus dubij, & difficiles in operibus B. Ambroſij.

Tractatus brevis de Temporibus, & geſtis Conciliorum.

Tabula Alphabetica reſolutiva Conciliorum.

Sermones de Adventu.

Alij in Quadrageſsima.

Alij tres de Puriſsima Virgine.

Alij tres in Sexageſsima, & Quinquageſsima.

Super illud Exodi 33. Eſt locus apud me.

Quaeſtio: An Chriſtus vt homo fuerit Rex temporalis? Cum alijs quaeſtionibus.

Quędam extracta ſuper materiam ſeptem peccatorum mortalium.

Super Pſalm. 14. Domine quis habitabit in Tabernaculo tuo.

Lex Amoris.

Quadam ſummaria Annotatio eorum, de quibus poteſt in Quadrageſsima pradicari.

Annotationes ſuper Myſticam Theologiam Henrici Herpij.

Annotationes ſuper libros, qui dicuntur Diffe-

Differentia librorum, & agonia mortis à *D. Vanegas editos.* Inſuper emiſsit vernaculè volumen prænotatum:

Formatio vitæ Chriſtianæ, ſub quo titulo agit primo *de Inſtructione vitæ Chriſtianæ*. Secundo *de Pœnitentia virtute*. Tertio *de Sacramento Pœnitentiæ*. Eſt editio antiqua abſque loco, in 4. Didaco Dazæ, Hiſpalenſi Archiepiſcopo dicata. Memoratur à Nicolao Antonio in ſuis Appendicibus M. S. apud Regiam Bibliothecam Matritenſem.

Epiſtolas familiares. Compluti per Brocatium 1552. & Cæſaraugustæ typis Bartholomæi de Naxera in 4. Vidi.

De Vita Chriſti ejuſque miſericordijs ligato ſermone Hiſpanico. Ibid. cum opere immediatè laudato.

Pro Congregatione Capitulari, ſub themate: *Viaete, vigilate, orate, Orationem Latinam.* Ibidem fol. 81.

Opuſcula varia ſpiritualia. Ibidem fol. 99. Legi.

Soliloquium inter animam, & Deum. Compluti 1551.

Expoſitionem in Orationem Dominicam à S. Franciſco illuſtratam, & in alia ejus Opuſcula. Ibidem 1551. Deceſsit exemplaritatis nota in laudato Turris Lacunæ Conventu, ante annum M.D.XLVII. Agunt de eo Dupinus, Nicolaus Antonius, ac P. Salazarius in Chronicis Caſtellanæ Provinciæ, lib. 2. cap. 230. Conſule Arturum in Martyrologio Franciſcano die 24. Martij, §. 6.

FRANCISCUS ORTIZ ARIAS, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Caſtellæ, Doctor Theologus, ſcripſit, Annæque Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ Sereniſsimæ inſcripſit:

Myſteria Paſsionis D. N. Jeſu Chriſti, tribus partibus. Compluti apud Ferdinandum Ramirez, anno 1578. in 8. Edidit quoque:

De Remedio contra peccatum. Matriti 1603.

FRANCISCUS ORTIZ LUCIUS, Hiſpanus, Provinciæ Caſtellæ Regularis Obſervantiæ Diffinitor, egregius Eccleſiaſtes, Vir (inquit vetuſtus Author Bibliothecæ Hiſpanicæ) ſpectabilis famæ, & litteraturæ non vulgaris, ſcripſit:

Summam Summarum, ſivè inſtructiones, & documenta pro omnibus ſtatibus. Compluti 1595. & Majoricæ 1599. Editio tertia facta eſt Matriti in officina Michaelis Serrano 1603. in 8. Editio quarta, & locupletior ibidem typis Ludovici Sanchez 1610. in 4. Vidi.

Expoſitionem in Regulam, ſivè Compendium declarationum, tùm Summorum Pontificum, tùm etiam aliorum præſtantiſſimorum Doctorum, ſuper Evangelicam Regulam S. Franciſci, ſecundo correctum, & emendatum. Matriti apud Viduam Alphonſi Gomeſij, anno 1585. in 8. Prodijt primò ibidem ex officina Franciſci Sanchez 1584. in 8. Vidi.

Flores Sanctorum, ſeù Vitas Jeſu Chriſti, Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Ad D. Petrum Portocarrero Conchenſem Antiſtitem, ſupremum rerum Fidei Cenſorem, anno 1597. & iterùm Matriti apud Michaelem Serrano de Vargas 1605. in fol. Vidi.

Viridarium de quatuor Noviſsimis, & fine vitæ humanæ in quatuor tractatus diviſum; de Morte, Judicio, Inferno, & Gloria. Matriti apud Michaelem Serranum de Vargas, anno 1602. Et ibidem 1610. & 1608. per Ludovicum Sanchez in 8. Vidi.

Viridarium de Divinis Floribus Sacerdotis Chriſtiani, in quo oſtenduntur qualitates, dignitates, & reverentia debita præcellenti huic officio. Matriti apud Michaelem Serrano, anno 1601. in 12. Vidi.

Tractatum de juſto pretio frumenti, & hordei Philippo III. Hiſpaniarum Regi ſacrum. Matriti per Laurentium de Ayala 1600. in 4. Vidi. Prodijt, ſub titulo: *Reſpublica Chriſtiana.*

Conciones de Pœnitentia ſuper miſerere. Compluti apud Joannem Iñiguez 1595. & Majoricæ 1599. in 4. Vidi.

Myſticam Theologiam. Matriti per Ludovicum Sanchez 1608. In 16. Agit in hoc libro de Sacramentis, ac Peccatis.

De Principe Chriſtiano, Judice Chriſtiano, ac Judicum ſpeculo tractatum, publicatum Matriti anno 1606. formis Joannis Flamenco in 4. Vidi.

Conſiderationes Lucij. Salmanticæ anno 1597. in 4. Ex Nicolao Antonio, tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Scriptorum Hiſpaniæ.

De Creatione Mundi, peccato Adami, ac de Adventu tractatum. Prodijt cum ſuis *Floribus Sanctorum.* Matriti anno 1605. Vidi.

Viridarium Divini Amoris, ac locorum communium. Compluti primùm 1589. in fol. deindè ab Authore ipſo locupletatum anno 1592. in fol. Viginti tractatus ſunt, nempè:

De

De Amore mulierum.
De Oratione.
De Otio, praviſque congreſsibus.
De Amore patrum erga filios.
De Amore conjugatorum.
De Amore Dei.
De Amore inimicorum.
De Patientia.
De Lachrymis.
De Peccato.
De Baptiſmo.
De Pœnitentia.
De Conſcientia.
De Dignitate Sacerdotali.
De Sacramento Altaris.
De Conſideratione mortis.
De Judicio finali.
De Inferno.
De Gloria.
Compendium Alphabeticum Concionatoribus utiliſsimum, ad calcem præfati operis. Extat hujuſce Lucij honorifica mentio, apud Nicolaum Antonium, Uvadingum, alioſque Nomenclatores.

FRANCISCUS DE OSSUNA, Hiſpanus, Bæticus, Regul. Obſervantiæ alumnus, ac Commiſſarius Generalis Indiarum, Vir doctrina, & pietate inſignis, quem S. Tereſia à Jeſu commendat in libro de *Vita ſua*, cap. 4. doctiſsimas, ac pijſsimas lucubrationes in vulgus protulit, tàm latino, quam vulgari ſermone. Nonnullarum mentionem faciens ipſemet Author in Prologo ſuæ *Partis Meridionalis* (de qua infrà) exarato Pariſijs anno 1533. ,, ita inquit: Decrevi quadruplex opuſ- ,, culum ſcribere juxtà quadruplicem ,, mundi partem, quorum primum agit de ,, toto Chriſti adventu, & hoc vocatur ,, pars orientalis, quia ortus eſt nobis Sol ,, Juſtitiæ. Hoc primum à S. Andrea uſ- ,, que ad Epiphaniam procedit ſub hoc ,, thema: Miſſus eſt Gabriel Angelus, ad- ,, modùm Concionatorum doctiſsimorum ,, Galliarum conditum, qui tempore ad- ,, ventus omni die concionantur. Alterum ,, autem opuſculum agit de tota Quadra- ,, geſsima, per omnes ferias ſuas, in cujus ,, vltimaHebdomadaChriſtus occiditur, ob ,, idque vocatur pars Occidentalis com- ,, plectens celeberrimam Paſsionem. Ter- ,, tium autem opus agit de totis Domini- ,, cis anni, & hoc vocatur parsMeridiona- ,, lis, in qua, velut in medio clariſsimoVita ,, Domini Jeſu verſatur per omnes Domi- ,, nicas ejus. Quartum autem opus agit ,, de præcipuis Sanctis, & hoc etiam con- ,, ſequentèr nuncupatur pars Septentrio- ,, nalis, vbi ſunt Stellæ magnæ, id eſt, vni- ,, verſitas magnorum Sanctorum, quæ de- ,, derunt lumen in cuſtodijs ſuis, id eſt, in ,, obſervantijs, & cuſtodia conſiliorum ,, Chriſti, qui eos à meridiè ſuæ vitæ illuſ- ,, tres fecit. Dùm ergo bonus ille Concio- ,, nator B. Franciſcus compertum haberet, ,, quod conſumatio ſermonis eſt motio ,, cordis in auditoribus, quod quatuor ,, paſsiones habet; illa quatuor nobis ,, commendavit populo ingerenda, qui- ,, bus faciliùs cor agitatur. Quibus & ego ,, adjunxi quatuor opuſcula, quorum jam ,, memini. Nàm Adventuale facit ad gau- ,, dium. Quadrageſsimale verò ad triſti- ,, tiam. Dominicale autem ad timorem. ,, Sanctorale denique ſpem noſtram eri- ,, git. De his autem quatuor voluminibus ,, noſtris, paritèr quatuor opiniones au- ,, dies; nàm in Hiſpania dicitur, quod ,, ſunt cujuſdam Patris Condiſcipuli mei ,, Viri ſanè ingenio celebris. Secundò au- ,, tem dùm hæc volumina in partibus Ga- ,, lliarum examinationi obtuliſſem, dictum ,, eſt, quod erant Formon Viri equidem ,, magnæ ſapientiæ. Tertiò qui legerunt ,, alia volumina mea, quæ jam dudum ,, edidi, aſſerunt etiam totum hoc meum ,, eſſe mancipium. Quartò autem ego ipſe ,, dicam opinionem meam, quia cum Spi- ,, ritus Sanctus doceat omnem veritatem ,, fidei neceſſariam, ſi aliquid fidelibus, ,, ac commodum in his voluminibus re- ,, pertum fuerit, Spiritui Sancto defera- ,, tur, quem qui accipit conſequentèr hu- ,, miliabitur, & ſe illic inveniet compre- ,, henſum: omnis homo mendax. Creden- ,, tes olim cum Spiritum Sanctum vellent ,, accipere omnia deferebant pedibus ,, Apoſtolorum, & ſic Scriptores omnia ,, deferant pedibus Magiſtrorum ſuorum, ,, & ipſi Magiſtri Magiſtris ſuis, donec ,, doctrina bona reducatur ad illum, qui ,, docet hominem ſcientiam. Ecce, Pa- ,, ter optimè qualitèr excutio manus meas ,, ab omni munere laudis, quia in rei veri- ,, tate mihi non remanet niſi labor, & ve- ,, xatio invidiæ etiam eorum qui ſunt ju- ,, niores, & ſenſu, & tempore. Unum cre- ,, das, quod ſcilicèt nulli opuſculo indi- ,, diſſem nomen meum: quia primum li- ,, brum, videlicèt de Myſtica Theologia ,, emiſsi abſque nomine Authoris, nunc ,, autem quia in Gallia ſuboritur ſuſpicio ,, quando libri carent nomine coactus ſum ,, illud meis apponere, non tamen ad oſ-

„ tentationem, ſed ad propriam correc-
„ tionem, vt ſcilicèt poſſim commoneri
„ ad vlteriorem limam eis proculdubiò
„ neceſſariam. Ego enim, teſte Deo, fa-
„ teor plura dictaſſe olim, quæ dùm la-
„ bentibus annis lego, vix poſſum crede-
„ re meam benè ſcripſiſſe, vndè ſi per-
„ derentur illa, neſcirem ſimilia dictare,
„ niſi Suggeſtor Spiritus iterùm adveni-
„ ret, qui vbi vult ſpirat, & intellectum
„ dat quibuſcumque parvulis. In hoc au-
„ tem volumine vltra omnium Dominica-
„ lium Evangeliorum expoſitionem ſunt
„ plures ſermones ad varia propoſita con-
„ ducibiles, vt patebit in feſtorum Indice.
Ejus opera ſunt:

Sermones de B. Virgine ſuper illa verba: Beatus venter qui te portavit, &c. Toloſæ apud Jacobum Collomiers 1533.

Sanctuarium Biblicum cum ſermonibus VIII. Deiparæ Virginis, ſub hoc themate: *Ipſa conteret caput tuum pro Sabbatis Quadrageſimæ, & Reſurrectionis ſequentis.* Ibidem eodem anno in 4. Vidi.

Commentarius ſuper Evangelium Miſſus eſt, &c. Antuerpiæ 1535.

Expoſitionis ſuper Miſſus eſt, alter liber, vbi agitur *de Hominis reformatione in Paradiſo delitiarum deformati, ac per Incarnationem Filij Dei in Paradiſo Virgineo reparati.* Ibidem eodem anno. Librum hunc, Antuerpiæ manens Author, prælo ſubjecit.

In Pſalmum 50. Miſerere mei Deus, &c. Uvadingo referente.

Trilogium Evangelicum, ſivè de Chriſti Paſsione, Reſurrectione, & Aſcenſione. Antuerpiæ apud Gaſparem Cocum, anno 1536. Pariſiiſque ſequenti in 8. Vidi. Poſthumum prodijt *Concionum* Syſtema ſcilicèt:

Pars Meridionalis in accommodas biſce temporibus allegorias, ermeniaſque mirabiles Evangeliorum Dominicalium totius anni. Nuncupavit hanc ex Cœnobio Pariſienſis Urbis in quo degebat anno M.D.XXXIII. Illuſtriſ. D. Alphonſo Manrique Hiſpalenſi Archiepiſcopo. Cæſarauguſtæ 1546. Medinæque anno 1554. Romæque apud Dominicum Baſſam, anno 1590. in 8. Cæſarauguſtæ in ædibus Joannæ Millian 1549. in 8. Vidi.

Pars Occidentalis in accommodas biſce temporibus Evangeliorum Quadrageſimalium expoſitiones à Dominica Septuageſima vſque ad Feriam ſecundam Reſurrectionis. Simùl editi ſunt *ſeptem illi ſermones ſuper Beatus venter, & Paſsio compaſſionis.* Pariſijs anno 1546. in officina Petri Gealtherot in 8. Cæſaraug. eodem anno. Lugduni 1560. Venetijs 1572. apud Jacobum Simbenum, Medinæque anno 1554. Pariſijs apud Vivantium 1548. Vidi.

Tractatus de Euchariſtia. Hiſpanicè in 4. anno 1443. loco editionis non expreſſo. Vidi in Matritenſi Bibliotheca Conventus Regularis Obſervantiæ S. P. N. Franciſci. Prodijt etiam in lucem vulgari Italiæ ſermone cum hoc titulo: *Convivium gratia Sanctiſsimi Sacramenti Altaris*, interprete Julio Zanchini. Venetijs apud Joannem Baptiſtam Ciotti 1599. in 12. Vidi.

De Myſtica Theologia, ſivè Hiſpana, ſivè Latina lingua ſcripſit, ſuppreſſoque nomine in lucem edidit, quod ipſe refert in laudata Meridionalis partis præfatione; Sermone Hiſpano ea publicavit, quæ, vti ait Nicolaus Antonius, opere pretium eſſet prælo denuò ſubjici, nempè:

Abecedarium ſpirituale circunſtantiarum Paſsionis Domini aliorumque Myſteriorum: quinque voluminibus. Pars prima prodijt Hiſpali ex officina Joannis Cromberger, anno 1528. in 4. & quidem in Italicum vertit Franciſcus Moneta, editque Venetijs 1583. apud Tolotum. Secunda pars Hiſpali anno 1530. typis Joannis Varelæ cum hac notatione: *Secunda pars Abecedarij ſpiritualis, vbi cuilibet litera exercitia correſpondentia aguntur*; aliæ alibi excuſæ ſunt. Saltèm quinta Pars *Solatium pauperum, monitaque divitum* nuncupata, poſt Authoris obitum prodijt in publicum Antonio Guevaræ Mindonienſi Epiſcopo nuncupata, Burgis 1541. Demùm prodijt egregium hoc Abecedarium ſeptem voluminibus Hiſpali 1554. in 4. Vidi. Tertiam partem publicavit Fr. Joannes de Torres Caſtellanæ Provinciæ, Matriti typis Regijs, anno 1638. in 4. ſpem faciens novæ editionis totius Abecedarij.

Polus ſtatuum Virginalis, Conjugalis, ac Vidualis. Burgis apud Joannem Junti 1541. 1550. 1510. in 4. Vidi.

De quinque Plagis Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod opus, vt laudatus Nicolaus Antonius narrat, ex Hiſpana in linguam Italicam vertit Sebaſtianus Abbas, Siculus Regiæ Majeſtati à ſacris, Romæque edidit apud Guillielmum Facciotum 1616. in 4. Obijſſe creditur circà annum ſalutis M.D.XL.

FRANCISCUS OVANDO MOGOLLONIUS DE PAREDES, Hiſpanus, Ca-

Cacerenſis in Extremadura, Miniſter Provinciæ S. Michaelis, Regul. Obſerv. ſtylo ſignavit:

Breviloquium Scholaſticę Theologię. Prodijt Salmanticæ apud Hæredes Matthæi Gaſtij, anno 1584. & Matriti 1587. in 4. Vidi.

Commentaria in 4. librum Sententiarum. Matriti apud Petrum Madrigal eodem anno in 4. Vidi. Inſuper reliquit:

Elucidationem Philoſophię naturalis, & rationalis, tom. 3. in 4. quam ineditam vidi Extremaduræ in Pace Julia in Bibliotheca Conventus Regul. Obſerv. ſub N. num. 234.

In Regulam Fratrum Minorum. Ibidem in 8. ſub R. num. 8. Vidi. Laudatur à Nicolao Antonio, & Uvadingo.

FRANCISCUS PACTENSIS, Minorita Conventualis, ex Philippo Cagliola in Manifeſt. Provinciæ Siciliæ Ordin. Minor. Conventualium, explor. 3. manifeſt. 1. edidit librum:

De ſitu Orbis, & deſcriptione ejuſdem. Antuerpiæ. Dubitat Uvadingus an alius ſit, à Franciſco Vita Polynthio, de quo inferiùs, ſed ab hoc diſtinctum putat Antonius Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ, littera F.

FRANCISCUS PACTENSIS, vide *Franciſcus Vita.*

FRANCISCUS PAGIUS, Gallus, ex Minoritis Conventualibus, Sacræ Theologiæ Doctor Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſiſsimus, publicavit:

Breviarium Hiſtorico Chronologicum, Criticum, illuſtriora Pontificum Romanorum geſta, Conciliorum Generalium acta, necnon complura tùm Sacrorum Rituum, tùm antiqua Eccleſię diſciplinę capita complectens. Antuerpiæ typis Joannis Vander 1718. in 4. volum. 4. Vidi. Et poſteriorem Venetam editionem. Seorſim ſcripſerat:

Catalogum decem veterum Summorum Pontificum. Prodijt ibidem anno 1705. unà cum egregio opere Fr. Antonij Pagi, de quo ſuperiùs.

FRANCISCUS PALUDANUS, Antuerpienſis, Provinciæ Germaniæ inferioris, ſæpè Guardianus, aliquandò Commiſſarius Viſitator, & Provinciæ Diffinitor, ac tandem Miniſter, edidit lingua Belgica:

Manuale Chordę, ſivè Cinguli S. Franciſci cum aliquot meditationibus, & documentis pijs. Lovanij apud Bernardinum Maſium, annò 1613.

Vitam S. Eliſabethę Reginæ Portugallię, Flandricè, ac Gallicè. Lovanij 1627. Laudatur à Continuatoribus Bollandi ad diem 4. Julij, pag. 172. num. 11.

Stemmata, ſeu Genealogias duarum ſanctarum Reginarum, videlicèt *Eliſabethę Portugallię, & Joanne Valleſiæ, Franciæ, delineavit ære inciſa.* Antuerpiæ. Commendatur hoc opus ab Arturo in Martyrologio Franciſcano die 4. Februarij, & ab Illuſtriſ. Manero, cap. 21. Vitæ laudatæ Joannæ, fol. 118.

Relationem ad Regem Hiſpaniarum ſuper converſione Novi Mexici, Gallicè. Bruxellis apud Franciſcum Vivien, anno 1631. in 4. Vidi.

De Tertio Ordine Franciſcano, teſte Fr. Joanne Maria Veronenſi ſecundo Syllabo AA. apud ſuos Annales V. Tertij Ordinis Franciſcani. Obijt Antuerpiæ, ait Uvadingus, vltimo die triennij expleti ſui Provincialatus anno 1631. die 21. Septembris.

FRANCISCUS DE PAMPLONA, Minorita Hiſpanus, ſcripſit, ac edidit:

Poemata aliaque carmina de Immaculata Conceptione Virginis, vtì narrat in ſua Militia Univerſali, col. 444. Fr. Petrus de Alva.

FRANCISCUS PANIGAROLA, (Uvadingo vtor) Mediolani nobilibus parentibus, Gabriele Viro Senatorio, & Eleonora Caſata, ineunte anno milleſſimo quingenteſsimo quadrageſsimo octavo, progenitus, in pueritia ſpecimen dedit futuræ virtutis. Florentiæ anno milleſſimo quingenteſsimo ſexageſsimo ſeptimo, ſuſcepto Minorum Inſtituto in Tyrocinio Magiſtrum habuit Virum religioſiſſimum, magni Ducis Hetruriæ Confeſſarium, ab Aloyſio Puteo Miniſtro Generali huic muneri deſignatum. Eum mox fecit in litteris profectum, vt ſpem magnam ſuperioribus ingeſſerit præclari hominis, ingentiſque honoris ſibi, ſuoque Inſtituto comparandi. Sanctus Pius V. qui ex familiari colloquio, habitiſque in Urbe magno omnium aplauſu ſermonibus, perſpectam habuit adoleſcentis foecundiſſimam indolem, vt Lutetiam Pariſiorum iret ſtudia Theologica diligentiùs proſecuturus, humaniſsimè perſuaſit, juſsitque, vt Cardinalis Alexandrinus ſuus nepos, qui tunc in Galliam Sedis Apoſtolicæ Legatus mittebatur, eum haberet in committatu. Lutetiæ mirùm in modum profecit in ſtudio linguarum, Hebraicæ præſertim, & Græcæ, in perquirendis Sacræ Scripturæ ſenſibus, in evolvendis Conſilijs

lijs OEcumenicis, & Sanctis Patribus, in legendis Hiſtorijs Eccleſiaſticis, & feligendis Chriſtianæ eloquentiæ puris ornamentis. Hinc doctè, graviter, & venuſtè cœpit declamare, adeòque vniverſis placere, vt ipſos ſæpè Reges Chriſtianiſsimos habuerit auditores. In Italiam regrediens anno milleſsimo quingenteſsimo ſeptuageſsimo nono, per obvias Civitates, in quibus præſertim verſabantur Itali mercatores, doctiſsimas habuit Conciones, quarum fama in Patriam, Florentiam in Urbem, vbi potiſsimum noſcebatur, ſedulò prævolavit. Atque eam minimè quidem inanem fuiſſe probavit vbique, dùm ad Superiorum Imperium, & Principum vota, in optimis quibuſque Italiæ Civitatibus magno ſui ſodalitij nomine, & animarum lucro prædicaret. Ea fuit in dicendo vis, & energia, vt quocumque vellet audientium animos flecteret; ea venuſtas, & gratia, vt ſemper placeret, ea prudentia, vt quos corripiebat, non exarcerbaret. Creſcente quotidiè Viri fama, & dicendi venuſtate (quam ſpecioſa vultus forma, pulchra totius corporis ſtructura, vox ſuavis, & ſonora plurimum juvabat) audire cœpit: *Demoſthenes Chriſtianus*, *Italus Chryſoſtomus*, *Leo vulgaris*, *Concionatorum norma*, *cætus Catholici delitiæ*, *Lyra ſuggeſti*. Adeò gratus fuit Aulæ Romanæ, vt cum optimi quique Italiæ Principes eum ſibi ad prædicandum mitti à Gregorio XIII. ardentèr expoſcerent, Pontifex reſpondere ſolerer, non debere ſe vt alijs Urbibus placeret, Romæ diſplicere; & Urbem hanc, omnium potiſsimam, tanto ſpoliare ornamento, vt alias illuſtraret. Concionatorum itaque factum Magiſtrum, & prædicantium normam, omnes imitari cupiebant, ſed non aſſequebantur; omnes eloquentiam præferre, ſed non pertingebant; atque ille ſe Prædicatorem dici putabat, qui Panigarolæ poſſet cenſeri diſcipulus. Fuit in Urbe vnus, qui inter reliquos proprius accedere videbatur, & venuſtius Panigarolæ dicendi modum præferebat, ad quem audiendum tanquam Panigarolæ comparandum, dùm Hieronymus Cardinalis Albanus invitaretur, ſcitè reſpondit: *Neminem debere exemplar Prototypo præferre, neque Magiſtro neglecto diſcipulum audire.* Prædicabant ſimul in Urbe Franciſcus Toletus, Societatis Jeſu, Alphonſus Lupus, Hiſpanus Minorita, & Panigarola. Primus doctiſsimè; ſecundus vehementiſsimè; tertius facundiſsimè prædicabat: ita vt in vulgarem abierit ſententiam: *Toletus docet*, *Lupus movet*, *Panigarola delectat.* Monitus ille Toletum ſibi doctrina, Lupum ſpiritum monitionis præferri; rogatuſque vt oratorios miſſos facerer ornatus, integro Quadrageſsimali curriculo ea dixit doctrina, & ſpiritu compunctionis, vt vtrique palmam in ijs, in quibus excellebant, præripuiſſe, ſit judicatum. Undè nobilis in Curia Prælarus, qui dicentem ſemper audiebat, ita cecinit:

Roma quid exquiris? qui delectare ſolebat,
Panigarola docet, Panigarola movet.

Quanta vis inerat dicendi, vel inde probatur, quod peccatores in vitijs ſeneſcentes ad pœnitentiam, pellices ad continentiam, fœneratores ad reſtituendum, in ſæculo fluctuantes ad religionis portum feliciter attraxerit, hæreticos plurimos, eoſque Magnates in Gallia, & Sabaudia ad fidem perduxerit. Neapoli vna dumtaxat Concione aureorum duodecim millia pro Xenodochio incurabilium collegerit, ſodalitatem Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ à ſe inſtitutam annuo redditu quatuor aureorum millium locupleravit; Eccleſiam Italorum Antuerpiæ, Cœnobij Genuenſis ſuorum Confratrum potiſsimam partem, excelſam, pulchramque turrim campanariam Conventus Veneri *à Vineis* nuncupati fabricari, domos Mediolanenſes duas S. Angeli, & Viridarij, Taurinenſem, aliaſque partim refici, partim magnis incrementis fecerit ædificari. Nulla fermè erat Italiæ Civitas, quæ à Panigarolæ Concionibus fructus non perciperet copioſos; nullus locus, in quo non cuperetur audiri, nullus Europæ angulus, ad quem nomen, & fama non penetrarit. Tandem ad celſiorem vocatus gradum anno 1586. creatus eſt Epiſcopus Chriſtopolitanus, & Ferrarienſis ſuffraganeus, mox anno ſequenti, rogante Duce Sabaudiæ promotus eſt ad Eccleſiam Aſtenſem. Dùm hanc prudentiſsimè, & religioſiſsimè gubernaret, à Cardinale Cajetano juvente Sixto V. Romam evocatur, atque inde mittitur cum eodem Cardinale Galliarum Legato pro confirmandis, & juvandis Catholicis contra Hæreticos per vniverſum illud Regnum dominari cupientes, deſignato. Compoſitis in Gallia rebus, & Henrico IV. poſt abjuratam hæreſim ad Regnum admiſſo, regreſſus Panigarola ad ſuam Eccleſiam, omnes boni

Præ-

diolanenſi Patritio. Impreſſæ ſunt Mediolani apud Pacificum Pontium, anno 1594. Vidi.

Orationes funebres duas in mortem B. Caroli Borromæi Cardinalis S. Praxedis. Bononiæ apud Alexandrum Benaccium, anno 1584. Venetijs 1603. in 8. Florentiæ apud Sormallelum 1585. in 4. Vidi.

Synodi duæ, quas in ſua Eccleſia Aſtenſi celebravavit, additis Epiſtolis Paſtoralibus.

Epiſtola inſignis Paſtoralis ad ſuos Diœceſanos ex Gallia ſcripta eo die, quo Pariſienſis obſidio ſoluta fuit. Prodierunt ſimul Aſti 1589. in 4. apud laudatam Barberinam ibidem.

Compendium tomi primi Annalium Cardinalis Baronij. Venet. anno 1593. Prima editio facta eſt Romæ 1590. in 4. Vidi.

Declamationes habita ad ſuos Eccleſiaſticos. Venetijs 1597. in 8.

De Titulis Cardinalium.

De Peſte.

De Obſidione Pariſienſi. Ex Uvadingo.

Tabula 24. ex varijs Concilijs, & Apoſtolicis Viſitationibus. Papiæ 1504. in 4.

Carmina. Inter Delicias Poetarum Italic. & inter illuſtres Poetas Italic. apud Bibliothecam Barberinam, tom. 2. pag. 159.

Latina nondùm excuſa.

Paraphraſis in libros Phyſicorum Ariſtotelis.

Volumina quinque Commentariorum in Scotum.

Apparatus in Theſes ſupradictas Pariſienſes.

Tractatus de ſenſibus Sacræ Scripturæ.

Chronologia Biblica.

Cenſura in Conſtitutiones Pariſienſes Molinei.

Cenſura in varia opera contenta in Bibliotheca Veterum Patrum.

Volumen magnum Viſitationum Aſtenſium.

Libri duo pro inſtituendis eis, qui viſitaturi ſunt Diœceſes.

Apologia contra Gebennenſes.

Oratio habita in Comitijs Generalibus habitis Romæ ad Aram Cœli.

Compendium ſecundi tomi, & dimidium Tertij Annalium Cardinalis Baronij.

Compendium Manualis Navarri.

*** *** ***

Italica nondùm edita.

Grammatica Italo-Gallica.

Tractatus de Memoria locali.

Narratio Concionatoria quadripartita victoriæ Navalis ſub Pio V. habitæ contra Turcas Echinadas.

Tractatus contra Atheiſmum.

Lectiones viginti duæ ſuper Catechiſmo ad Parochos recitata Florentiæ.

Lectiones variæ in caput primum Jeremiæ.

Tomus magnus Epiſtolarum ab eo ſcriptarum in libros ſex diviſus.

Tranſlatio operum S. Gregorij Nazianzeni in Idioma italicum.

Compendium omnium operum ſpiritualium Ludovici Granatenſis.

Annotationes, ſivè Declarationes copioſæ in varia loca Cornelij Taciti pro inſtructione Chriſtianorum Principum.

Sermones Quadrageſimales per ſex annos Romæ habiti.

Sermones variorum argumentorum abſque ordine ſoluti.

Undeſim ſuprà centum loca Sacræ Scripturæ ab eo explicata. Demùm, ex Abbate Ghilino, tomo 1. ſui Theatri Litteratorum, pag. 118. volumen:

De Infirmitate Caroli Emmanuelis Sabaudiæ Ducis.

Opera inchoata, ſed imperfecta.

Lectiones aliquot in Jeremiam recitatæ in Urbe ad Sanctum Laurentium in Damaſo.

Sylva omnium Librorum Sapientialium ad varia capita reductorum pro formanda Arte Ethica, Politica, & Oeconomica Chriſtiana.

Diſcurſus centum ſuper Paſsionem Chriſti Domini à centum Concionibus ſuprà citatis in eandem Paſsionem diſtincti. Ex his, triginta tantum ſunt completi.

Vita Davidis Prophetæ per lectiones explicata in Eccleſia Minorum Regul. Obſervantia Mediolanenſi, nuncupata Viridarij.

Oratorium Medicina ſpiritualis, ibidem explicatum.

Phraſes ſelectæ Petrarchæ, & Taſſi Poetarum.

Expoſitio litteralis libri Job.

Theologia Davidica in plures libros diſ- tinc-

FRANCISCUS PEÑA, Hiſpanus, Canonicus Mexicanæ Eccleſiæ, ac deinceps Minorita, typis mandavit:

Panegyrim de S. Franciſco P. N. Ex Fr. Petro de Alva, tabul. 1.

FRANCISCUS PEÑA, alter, ex Regul. Obſerv. Provinciæ Sancti Michaelis, Lector Jubilatus, Guardianum agens Cazarenſis Cœnobij in Extremadura communem fecit:

Orationem in Translatione Oſſium D. Didaci de Ovjedo, à ſe habitam. Salmanticæ typis Didaci Cuſsio, anno 1626. in 4. Vidi.

FRANCISCUS PEREZ DE MARRULLA, Minorita Italus, emiſsit opuſculum in Charta expanſa:

De Antiqua devotione erga Immaculatam Conceptionem Virginis. Prodijt Pariſijs 1646. in fol. teſte noſtro Alva, col. 447. ſuæ Militiæ Univerſalis.

FRANCISCUS PEREYRA JA SYLVA, Luſitanus, ex præſcripto V. Tertij Ordinis Seraphici, cujus erat alumnus in Provincia Portugalliæ, exaravit, ac emiſsit vernaculè:

Viam Cœleſtem Tertiariorum S. Franciſci. Ulyſsipone apud Mauricium Vincentium de Almeydas 1731. in 12.

FRANCISCUS PERDICHIZZI, natione Italus, Patria Mylenſis, profeſſione Capuccinus, Cœnobiorum Oppidi S. Luciæ, ac Mylarum Guardianus, ſtylo ſignavit opus Italicè inſcriptum:

Il Melazzo Sacro, citatum à Philippo Amico in Relat. Hiſtoriæ Mylarienſis, pag. 14. 15. 16. & alibi. Ineditum erat anno 1706. quo Author ſexagenario major vivebat. Conſule Mongitore, tom. 1. Bibliothecæ Siculæ.

FRANCISCUS DE PESQUERA ET AGUILAR, Matritenſis, (olim Conſiliorum advocatus) Prov. Caſtellæ Regular. Obſerv. Concionator, M. S. reliquit opus inſigne ſub titulo:

Promptuarium Alphabeticum Practicarum, & Theoricarum Concluſionum, atque Reſolutionum Juris Civilis, Canonici, necnon Regni, in fol. Aſſervatur in Biblioth. Matritenſis Conventus Regul. Obſervantiæ. Prologus incipit: *Cum patientia velut Clypeo.* Vidi.

FRANCISCUS A S. PETRO DE ALCANTARA, Hiſpanus, ſtrict. Obſerv. Diſcalceatorum, Provinc. Sancti Joſephi Theologus emiſsit, præmiſſo examine S. Inquiſitionis:

Panegyrim de SS. Euchariſtiæ Sacramento. Tom. 1.

Matriti typis Bernardi Peralta 1729. in 4. Vidi.

FRANCISCUS PETRONIUS, dictus A S. ANNA, Agrigentinus, ſtrictior. Obſerv. Sacræ Theologiæ Lector, Provinciæ Vallis Mazatiæ Reformatorum De, ︎ſinitor, ac S. Inquiſitionis Siciliæ Librorum Cenſor, eruditione clarus, & in SS. PP. voluminibus verſatiſsimus, laudem promeruit non vulgarem. Typis dedit librum inſcriptum:

Arbor decora, & fulgida Genealogiæ SS. Joachim, & Anna, Davidicæ ſtirpis gemino virente ſtipite Nathan, & Salomonis exornata, quinque efferens Parentum Chriſti ramos, totidem ætatibus Incarnationem præcedentibus reſpondentes. Tomus 1. & 2. Drepani typis Joſephi la Barbera 1686. in fol. Vidi. Agitur de eo tom. 1. Bibliothecæ Siculæ. Obijt anno 1697.

FRANCISCUS PICARDUS, ſeu PICHARDI, Minorita Gallus, Theologus Pariſienſis, dedit vernaculè Concionatoribus:

Inſtructionum Chriſtianarum, volumen in 8. impreſſum Pariſijs anno 1564. & 1570.

Sermones Adventuales. Ibidem 1561. & 1568. in 8. Enarrationes iſtæ ſpirant, inquit cum Poſſevino Uvadingus, inſignem pietatem, Vir enim fuit ſubjungit Poſſevinus ſua ætate celebris, quique multa paſſus eſt ob ſinceram Evangelij prædicationem. Porrò qui eas legerit, intelliget ad eum illa Ezechielis verba poſſe pertinere: *Et ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebatur.*

FRANCISCUS PICART, Minorita Gallus, ac Pariſienſis Doctor, (niſi indiſtinctus à præcedenti ſit, quod dubitat noſter Alva, col. 448. ſuæ Militiæ) compoſuit:

Officium Conceptionis Deiparæ ſemper Virginis Mariæ, quo vtuntur Sanctimoniales Monaſterij Chalenſis, Ordinis Sancti Benedicti, quod fuit editum Pariſijs per R. P. Hilarionem de la Coſte, Minimum, anno 1658. in 8.

FRANCISCUS PICHON MERINERO, Hiſpanus, Matritenſis, Regul. Obſerv. Prov. Caſtellanæ, Lector emeritus, ac Diffinitor, Examinator Synodalis Toletani Archiepiſcopatus, Supremi S. Inquiſitionis Tribunalis Qualificator, emiſsit eruditum tractatum:

De Deo Incarnato. Toleti anno 1659. in 4. in officina Franciſci Calvo. Vidi.

De Virtutibus ſupernaturalibus opuſcula:

Quem Deus, & qualem Patrem demiſit ab Aſtris,
Explicet vt veterum dogmata ſancta Patrum.
Fallor? An exortus noſtro alter Scotus in Orbe
Subtili ingenio, judicioque gravi eſt?
Quam doctè Franciſcus agit, quam diſſerit altè
De nato Unigena, Biſgenitoque Deo?
Quam benè virtutes aperit, mortalibus ægris,
Quæ ſummi referant aurea clauſtra Poli?
Quam facilè ſeptem retegit myſteria ſacra,
Quæ Patri equævus Filius inſtituit?
Aretina igitur tali ſe jactet alumno
Terra, armis quondam, divitijſque potens;
Hinc magno ſuperum Regi pro munere tanto
Ingentes grates nocte dieque ferat.

Obijt Mantuæ anno 1616. ætatis ſuæ 63. *Virtute vixit, famâ vivit, Gloria vivet.* Laudatur à Benedicto Podio Bonitij apud præjectum Terrinca ibidem fol. 200.

FRANCISCUS PIZAMILIUS, profeſſione Minorita, edidit:

Catalogum Beatorum, ac Sanctorum Ordinis, laudatum in Supplementis Annal. Uvadingi ad annum Virginei partus 1264. num. 2.

FRANCISCUS DE LA PLATA, Hiſpanus, Regul. Obſerv. Lector Jubilatus in Conventu S. Franciſci Hiſpalenſis, publicavit:

Sermonem de S. Nicolao Tolentino. Hiſpali per Alphonſum Rodriguez Gamarra in 4. anno 1609. Vidi.

Concionem de S. Joanne Evangeliſta. Ibidem anno 1609. per Gabrielem Ramos. Vidi.

Panegyrim de S. Clara. Ibidem per eumdem 1609. in 4. Vidi.

De S. Joanne Ante Portam-Latinam. Ibidem apud Alphonſum Rodriguez 1609. in 4. Vidi.

De Converſione S. Pauli. In eadem Urbe eiſdem typis 1609. in 4. Vidi.

De S. Clemente Pontifice, & Martyre ad Hiſpalenſem Eccleſiam. Ibidem, ac eiſdem formis in 4. Vidi.

De S. Joanne Evangeliſta. Ibidem per Gabrielem Ramos 1609. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DE PLATEA, Italus, Bononienſis, apud Trithemium, & Bergomenſem Doctor Divinarum Scripturarum, & Juris Pontificij non medio criter eruditus, ac egregius Divinorum Sermonum Declamator, multa elucubravit ad multorum Inſtructionem, & ædificationem. Ea ſunt:

Summa Myſteriorum Chriſtianæ Fidei, in qua complectitur tractatus varios ſecundum Theologorum morem, nempè;

De Reſtitutionibus.

De Uſuris.

De Actu Matrimoniali.

De Cenſuris Eccleſiaſticis, quæ omnia olim impreſſa fuerunt anno 1473. Patavij in 4. & ſub titulo: *De Reſtitutione Uſurarum, & Excommunicatione*, Pariſijs 1476. Venetijs 1477. & Spiræ 1489. in fol. Vidi. Prætereà ejuſdem

Tractatus de Excommunicatione, extat quoque inter collectos juris tractatus tom. XIV. ſtylo etiam ſignavit:

Sermones varios, teſte Uvilloto. De eo Poſſevinus, & Uvadingus, qui in ſuo de Scriptoribus, ait haberi apud ſe M.S. aliquos ex his tractatibus impreſsis. De hoc celebri Minorita, qui Nunrij Apoſtolici officio præclatè functus fuit, agitur cum laude in Martyrologio Franciſcano die XVII. Decembris.

FRANCISCUS POLYGRANUS, Germanus, ferventiſsimus Verbi Divini Præco, contra omnes Fidei hoſtes, qui Germaniam infeſtant, Vit quem laudum præconijs merito cumulavit Fr. Henricus Helmeſius Provinciæ Saxoniæ alumnus, & fuſiùs Reynerius Pagingius Dentius in præfatione ad ſuas Conciones de Sanctis, „ſcribens: *Vir fuit magno*, ac divino in-„ge-

„ genij acumine, dexter, ſanctuſque non „ minùs, quam eruditus, vt amœnus Concionum ſuarum ſtylus demonſtrat. Tam „ autem in litteris cum prophanis, tùm „ Sacris etiam verſatus fuit, vt cum doctiſsimis quibuſque facilè conferri poſsit, „ quod & verborum munda puritas, & „ ſententiarum gravitas oſtendunt:::: Totum hoc Homiliarum opus tanta eſt „ doctrina gravitate, eloquentia, & amœnitate, pietate plenum, vt in eo nihil „ vlteriùs Divinæ Philoſophiæ candidati „ ad abſolutam concionandi methodum „ *deſiderare poſsint*. Sunt igitur Polygrani noſtri:

Poſtilla in Evangelia ab Adventu vſque ad Pentecoſtem. Coloniæ apud Hæredes Arnoldi Birckmani 1580. in 8.

Poſtillę in Evangelia à Pentecoſte vſque ad Adventum. Ibidem eiſdem typis 1560. Vidi. Ejuſdem:

Poſtilla in Evangelia juxtà Ritum S. Eccleſiæ per ſingulas anni totius Sanctorum ferias diſtributa. Ibidem apud eumdem 1559. Vidi. Ejuſdem:

Poſtilla Epiſtolarum omnium, quæ Dominicis diebus in Eccleſia per anni circulum recitari ſolent. Ibidem eiſdem typis 1560. in 8. Vidi.

In Epiſtolas Pauli librum vnum. Coloniæ 1570. Incipit: *Qui vtramque.*

In Paſsionem Domini eruditos, & elegantes Commentarios. Ibidem 1560. Uvadingo teſte.

Aſſertiones quorundam Eccleſiæ dogmatum, ab alijs quondam, à Lutheranis denuò in dubium revocatorum. Incipiunt: *Si ſeparaveris pretioſum à vili.* Edita ſunt Coloniæ apud Joannem Birchmanum, anno 1571. in 8. ſed prohibitæ ſunt in Romano Indice, donec expurgentur. Extat hujuſce Authoris honorifica mentio apud Ludovicum Bail, part. 3. Biblioth. Concionator. fol. 423. cap. 92.

FRANCISCUS A PONTE, Hiſpanus, profeſsione Capuccinus, officio Apoſtolicus Concionator, elaboravit:

Doctrina Chriſtiana Catechiſmum idiomate proprio Indorum Nationis Cayma. Prodijt Matriti ſtudio Fr. Matthæi de Anguiano, ejuſdem Inſtituti alumni, ex officina Regia anno 1703. in 4. Vidi.

FRANCISCUS A PONTE LONGO, Faventinus, Sacræ Theologiæ Magiſter, edidit:

Commentaria in Logicam Ariſtotelis. Hæc Uvadingus.

FRANCISCUS PORTERO, Hybernus, Medenſis Miniſter Provinciæ Hyberniæ ſtrict. Obſerv. Lector bis Jubilatus, ac Sereniſ. Majeſtat. Britanic. Theologus, & Hiſtoricus publicavit:

Compendium Annalium Eccleſiaſticorum Regni Hyberniæ. Romæ apud Tinaſsium 1690. in 4. In linguam Gallicam vertit Sebaſtianus Mambre Cramoiſy. Evulgavit etiam opera inſcripta:

Securis Evangelica ad hæreſis radices poſita, &c. Romæ 1675. in 4.

Palinodia Religionis prætenſæ Reformatæ, &c. Romæ 1679. in 4. Vide Ephem. VII. Erudit. Italiæ anno 1679.

Syſtema Decretorum Dogmaticorum ab initio naſcentis Eccleſię per Summos Pontifices, Concilia Generalia, & particularia hucuſque editorum, in quo inſupèr recenſentur præcipui cujuslibet ſæculi errores, adverſi impugnatores Orthodoxi. Item recurſus, & appellationes hactenùs ad Apoſtolicam Sedem habitæ. Magno volumine prodijt Avenione in fol. ex typographia Franciſci Sebaſtiani Offray, anno 1693. Vidi.

De Abolitione conſuetudinis præſtandi juramentum reis. Romæ typis Cameræ 1696. in 4.

Interpretatio numeri 666. Anſtelodami per Jacobum Juniorem 1677. in 8. Hæc duo opera mihi ignota recenſentur in Bibliotheca Joſephi Renati, ſub titulis: *Porter Franciſcus. Porterus Franciſcus.* Demùm, ex relatu Romani Collegij S. Iſidori, cujus alumnus fuit, ſcripſit quoque:

De Amphibologia.

FRANCISCUS POTERON, Gallus, ex Recollectis Provinciæ S. Dionyſij, Vir exemplaritatis nota inſignitus, librum edidit, cui titulus præfigitur:

Sanctus Bonaventura ſelectus, ſeù Regularis diſciplinę, & perfectionis praxis. Pariſijs 1632. teſte Arturo die XIV. Julij, §. 8.

FRANCISCUS DEL POZO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Angelorum, Ex-Diffinitor, & à Cenſuris Theologicis S. Officij, emiſsit:

Panegyrim de omnibus Sanctis Religionis Seraphicæ, ad Capitulum Generale habitam. Edita extat à fol. 343. Hiſtoriæ Capituli Generalis Toletani.

FRANCISCUS PRADIEL, Minorita, Gallus, Baccalaureus Licentiatus, Concionator Regius Ludovici XIII. & XIV. & Caſtrorum Regiorum Eleemoſynarius, ſcripſit Gallicè:

Tracta-

Tractatum de voluntate Dei in Sacramento Altaris adverſus Petrum Molinæum hæreticum Miniſtrum, anno 1617.

Triumphum Verbi Dei pro defenſione Fidei Catholicæ contra Miniſtros Hæreticos, anno 1618.

De excellentia, & dignitate Orationis, anno 1620.

Tabulam Hiſtoricam, anno 1623. Latinè edidit:

De fraterna concordia ad Ludovicum XIII.

Triumphum Verbi Dei prædictum ex Gallico Latinum fecit. Alia quædam ad prælum matura habebat, uti teſtatur Uvadingus hic. Laudatur à Ludovico Dupin, ſæculo 17. & Fr. Didaco Lequile *de Scriptoribus qui pro Fide Romana dimicarunt*, apud tom. 2. ſui Terlegislatoris, tract. 6. lib. 11.

FRANCISCUS PRIVITERA, Catanenſis, ſtrictioris Obſervantiæ Reformatorum Meſſanenſis Provinciæ, Lector Generalis, ac Pater, S. Inquiſitionis Conſultor, & Cenſor, Vir prudentia, doctrina, & eruditione clarus, qui Oratorem egit, ab Legatus in Hiſpaniam à Catanenſi Urbe, edidit latinè opus egregium:

Manuale Antiſtitum, ſeù de dextra, & ſiniſtra Epiſcoporum, in quo quid poteſt, quidvè non poteſt Epiſcopus? Ferè qualibet in materia, ordine abecedario diſpoſita juxtà probabiliora DD. placita, dilucidè reſolvuntur. Catanæ typis Biſagni 1683. in fol. Italicè:

Elogium S. Euplij Martyris Catanenſis. Ibidem apud eumdem 1691. in 4.

Epitome Vitæ S. Agathæ, Virginis, ac Martyris. Ibidem apud eumdem 1690. in 4. Ad calcem extat *Funeſta tragædia Urbis Catanenſis, ejuſque terremotus.* Prælo paraverat:

Panegyrim de S. Joſepho.

De Feria ſexta Hebdomadæ Sacræ.

Kalendarium Romanum Hiſtoricum. Obijt Catanæ 18. Januarij 1702. De eo pluribus Antonius Mongitore in ſua Bibliotheca Sicula, tom. 1.

FRANCISCUS PUEYO ET ABADIA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Aragonum Lector Jubilatus, ac Pater, necnon à Concionibus Catholici Hiſpaniarum Regis, prælo dedit:

Quadrageſimale eruditum adjectis nonnullis Concionibus Sanctorum. Matriti per Lucam Antonium de Bedmar & Narvaez 1703. in fol. Ejus inſcriptio: *Speculum Evangelicum.* Vidi. Obijt Cæſarauguſtæ 1722.

FRANCISCUS QUARESMINUS, Inſuber, Laudenſis, Vir pius, & religioſæ converſationis, Sacræ Theologiæ Lector, Guardianus Jeroſolymitanus, & Commiſſarius Terræ Sanctæ, ſuæ Provinciæ Mediolanenſis Regul. Obſerv. Miniſter, & Ordinis Procurator Generalis, edidit duo magna volumina,

Elucidationis Terræ Sanctæ, Hiſtoricæ, Theologicæ, & Moralis. Prodierunt Antuerpiæ apud Balthaſarem Moretum, anno 1639. Vidi. Laudatur à P. Milliet de progreſſu Matheſeos, cap. 5. & Imbonato in ſua Bibliotheca Latino-Hæbraica.

De quinque vulneribus Domini noſtri Jeſu Chriſti varia, pia, & luculenta tractatio, in qua de eorum prædeſtinatione, cauſis, figuris, circunſtantijs, prophetijs, effectibus, & admirandis agitur. Opus egregium in quinque tomos diſtributum, omnibus Chriſti fidelibus, ſed præcipuè Verbi Dei Præconibus, utiliſsimum, Venetijſque impreſſum in fol. iiſdem tomis quinque ſumptibus Hæredum Joannis Baptiſtæ Combi, anno 1652. Horum diviſionem refert Author in Prologo his verbis: Totum hoc opus de Sacratiſsimis Domini noſtri Jeſu Chriſti vulneribus, & Paſſione in quinque tomos dividimus, & quemlibet tomum in tres ſpeciales libros partimur, modo quo ſequitur.

Tomi primi argumentum, & diviſio.

Tomus primus, qui eſt de Chriſti, & Sacrorum ejus Vulnerum prædeſtinatione, de Vulneribus in genere, atque de eorumdem figuris, & prophetijs, in tres dividitur libros. In primo libro diſſeritur de Chriſti Domini, & Sacrorum ejuſdem Vulnerum æterna prædeſtinatione, & electione. In ſecundo libro de Sacrorum Vulnerum figuris, & prophetijs, tàm ex Veteri, quàm ex Novo Teſtamento, & aliundè etiam exceptis diſſeritur. In tertio verò libro tractatur in genere de Plagis, Livoribus, Puncturis, & Vulneribus, quæ diverſis temporibus in ſuo Corpore admiſit D. N. Jeſus Chriſtus.

*** *** ***

To-

Tomi 2. argumentum, & diviſio.

Secundus tomus, qui eſt de cauſis, & circunſtantijs Sacrorum Chriſti Paſsione Vulnerum, in tres dividitur libros. In primo libro agitur de Cauſis efficientibus, & Phyſicis Sacrorum quinque Vulnerum Reparatoris noſtri. In ſecundo libro de Cauſis Moralibus. In tertio demùm libro de Varijs Sacrorum quinque Vulnerum circunſtantijs ſermo inſtituitur.

Tomi 3. argumentum, & diviſio.

Tomus tertius, qui eſt de aliquibus fructibus Sacrorum Vulnerum Reparatoris noſtri, in tres libros dividitur. In primo libro tractatur de Amaris fructibus, quos ex Crucis Ligno, & Sacris quinque Vulneribus D. Jeſus Chriſtus collegit. In ſecundo oſtendimus, quam rationabilitèr hi fructus Vulneribus Salvatoris tribuantur, quomodòque notitia eximij Myſterij Sanctiſsimæ Trinitatis, & Incarnatione Filij Dei indè manavit. In tertio ſermo erit de ſuavibus fructibus, quos Chriſtus ab inſtanti ſuæ Incarnationis, ac deinceps in anima, & corpore collegit.

Tomi 4. argumentum, & diviſio.

Tomus quartus; qui eſt de alijs paritèr fructibus Vulnerum, & Paſsionis Domini, in tres dividitur libros. In primo libro de illis differitur fructibus, quos ex victrice palma Sanctæ Crucis, & Sacratiſsimis D. Jeſu Vulneribus collegit Eccleſia Militans. In ſecundo de illis, quos purgans percepit Eccleſia, & de alijs, qui in ſubterraneis habitantibus locis obveniunt. In tertio demùm libro de fructibus, quos Sacra Triumphans apprehendit Eccleſia, tractatur.

Tomi 5. argumentum, & diviſio.

Tomus quintus, & vltimus, qui eſt de varijs miraculis, & prodigijs Paſsionis, & Vulnerum Chriſti Domini, in tres paritèr partitur libros. In primo libro agitur de prodigijs, & mirabilibus, quæ ab illius Paſsionis principio vſque ad mortem, & Reſurrectionem acciderunt. In ſecundo de illis, quæ viſa fuerunt à Domini Reſurrectione, & de alijs quæ ſecuta fuère vſque ad ejuſdem Aſcenſionem, prout ex Sacris Litteris, & vetuſtis Scriptoribus edocemur. In tertio demùm, & vltimo libro ſermo erit de prodigijs illis, & miraculis Sacrorum Vulnerum, & Paſsionis Domini, quæ longa temporum ſucceſsione, à Chriſti Domini Aſcenſione, ac deinceps in Chriſtiano Orbe operata fuere: factis ſuper eiſdem ſpiritualibus, ac moralibus obſervationibus. Poſteà de quamplurimis Cruci pro Chriſti fide, & amore affixis, ac plagatis ſermonem faciemus, prout approbatis Scriptoribus referuntur. Ac demùm in calce hujus vltimi libri, & operis ſubjiciemus brevem, ac vtilem modum meditandi Paſsionem Domini. Hactenùs Author. Prodierunt etiam Venetijs 1652. Vidi.

Pro Confraternitate Sanctiſsimi Stellarij B. Virginis Mariæ tractatum vnicùm, ad prælum maturum anno 1648. teſte Marracio in ſua Bibliotheca Mariana. Prodijt verò Panormi 1648. ſub nomine ſuppoſito in 4. Lege noſtrum Alva, col. 451. ſuæ Militiæ.

Apparatum pro reductione Chaldæorum ad Catholicam Fidem. Prodierat anno 1647. vti Uvadingus narrat.

Jeroſolymę afflictę, & humillimã deprecationem ad Philippum IV. Regem Catholicum, vt libertatem ex Turcarum tyrannide aſſequatur. Mediolani apud Hæredes Melchioris Malateſtæ, anno 1631. in 4. Laudatur ab Alphonſo Laſſor, tom. 1. *ſui vniverſi calamo delineati*, fol. 500.

Quæſtiones circa receptionem pecuniæ: Ex Fr. Petro de Alva, tab. 2. de Expoſitoribus Regulæ Seraphicæ. Ineditos reliquit.

Adverſus errores Armenorum, tomos tres in fol. quorum Authographum aſſervatur in Bibliotheca Conventus S. Franciſci Laudenſis, in quo, exemplaritatis nota inſignitus obijt, circà annum 1660.

FRANCISCUS DE QUESADA, Hiſpanus, Concionibus deditus in Conventu S. Petri Apoſtoli Oppidi de Priego. Diſcalceatæ Provinciæ S. Petri de Alcantara in Granatenſi Regno, ineditum reliquit opus verè ſpirituale, quod elaboraverat in 4. ſub titulo;

Ars

Ars generalis Meditationis, & Contemplationis ſuper Artem generalem Doctoris Illuminati, & Martyris glorioſi Raymundi Lullij. Vidi in noſtro Conventu S.Gabrielis Segovienſi, vbi aſſervatur.

FRANCISCUS QUINONIUS, ſivè Regulari more *ab Angelis* nuncupatus, Hiſpanus, Legionenſis, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Angelorum, Vir illuſtris, qui per omnis Religionis gradus ad Generalatus ſupremum doctrinæ, & virtutis merito conſcendit; atque indè poſtquam multis itineribus, & laboribus pacem inter Clementem VII. & Carolum V. firmaverat, & Pontificem à multis tribulationibus liberaverat, ad Cardinalatum anno 1527. aſſumptus, titulos obtinuit S. Pancratij, S. Praxedis, S. Crucis in Jeruſalem, ac demùm Epiſcopus Præneſtinus, anno 1540. poſtquam multa præclara geſſit in Cardinalatu, deceſſit apud Verulas, atque indè translatus ſepulturam accepit in Templo S. Crucis, quod ipſe varijs picturis, & fabricis exornavit. Scripſit:

Regiſtrum accuratiſsimum ſui Generalatus, quod nitido charactere apud Uvadingum M. S. aſſervabatur.

Breviarium Romanum ex Sacra Scriptura, & probatis Sanctorum Hiſtorijs compoſuit à Paulo III. commendatum, & approbatum, ac Clementis VII. hortatu, grata precum forma concinnatum. Prodijt Romæ 1536. Pariſijs typis Ambroſij Girault 1542. in 4. Ibidem per Franciſcum Muguet in 8. majori. Ibidem 1545. in 12. apud Kerver. Lugduni 1540. in 16. 1547. in 8. 1548. in 8. typis Theob. Pagani, & alibi. Vidi. Subjicio ex Uvadingo de hoc opere judicium Authoris Conſultationis de reformandis Horis Canonicis, cap. 6. „*Quinonius* in ſuo Breviario multa præſtitit doctè, & prudentèr. Primum enim pleraque Reſponſoria, Verſus, Antiphonas, atque alia ejuſmodi, quæ vel malè cohærebant, vel nihil, aut parum ſignificabant, omninò ſubſtulerat, etſi quæ alia ſubſtituerat, ea demùm præcedentibus tàm appoſitè conjunxerat, vt vbique ſenſum congruentem, concordemque referrent. Deindè Pſalterium vniverſum ita digeſſerat, vt per vnamquamque Hebdomadam, etiamſi feſta intervenirent, abſque vlla repetitione quotidiana, eaque tædioſa, qualis nunc contigit, recitaretur. Quo pacto ſenſim ab Eccleſiaſticis, quibus olim vniverſum illud teneri memoritèr injunctum erat, abſque vllo etiam ſtudio diſcebatur. Scripturæ verò Sacræ Lectiones ita diſtinxerat, vt ipſa vno ordine, vnaque ſeriè quotidiè perlecta quolibet anno tota abſolveretur; quo pacto Eccleſiaſtici hiſtorias ipſius integras abſque diverticulo facilè, ſuaviterque cognoſcere poterant. Nec interim Sanctorum vitas omiſſerat, ſed eas in vltima lectione paucis explicaverat ita vt eorum ſolemnitatibus celebrandis, & audientium, & legentium animis inſtruendis ſatis eſſet. Hymnos verò, cæteraſque lucubrationes humanas aliquatenùs expolierat, ac ſatis Latinas fecerat. Hæc autem omnia ita coaptaverat, vt iſtud Officium, licèt vniverſa, quæ neceſſaria ſunt, atque etiam ampliùs, quam illud, quo nunc vtimur, contineret, multo tamen brevius, atque compendioſius eſſet. Undè nec inſipidum propter prolixitatem haberi poterat. Quibus de cauſis non tantum à multis Theologis, ijſque eruditis atque prudentibus, & à Summis Pontificibus Clemente VII. ac Paulo III. comprobatum eſt, ſed etiam promulgatum. Nec video quare deindè prohibitum fuerit, niſi fortè, quod ea quæ ſunt optima, propter leves, atque nullius penè momenti cauſas multis, haud rarò diſplicent, *veluti iſtud Officium.*

Compilationem omnium privilegiorum Minoribus conceſſorum fieri curavit, quæ prodijt Hiſpali 1530.

Regulam Sanctimonialium B. Virginis Conceptæ, vti ex Illuſtriſ. Marco Ulyſiponenſi narrat Georgius Eggs in ſua Bibliotheca Purpurata. Jacet in laudata Baſilica S. Crucis cum hac brevi inſcriptione:

Franciſcus Quignonius Cardinalis
S. Crucis in Hieruſalem.
De morte, ac reſurrectione cogitans
Vivens ſibi poſuit:

Ex

Expecto donec veniat immutatio mea;
Viator brevi te ſecuturum
Memento.

FRANCISCUS RACOLIUS, Minorita, Italus, ſcripſit:

De Stigmatibus S. Franciſci. Piſauri habetur, vti narrat Uvadingus.

FRANCISCUS RAGATIUS, Cremonenſis, Theologus, & Juris vtriuſque Doctor inſignis interfuit in Sacro Concilio Conſtantiæ, deinde factus Epiſcopus Bergomenſis, vixit in Epiſcopatu ann. 34. Hic apud Philippum Mariam Vice-Comitum Mediolanenſium Ducem fuit in pretio habitus, & in Concilio Baſilienſi Orator pro Religione Franciſcana: Exaravit:

Homilias Dominicales totius anni, & alia quæ deſiderantur, recenſentibus Poſſevino, & Uvadingo. Obijt Bergomi anno 1470.

FRANCISCUS RASINUS A CERCENASCO, dictus MARTINENGUS, ex Ordine Minorum ad Epiſcopatum Nicienſem aſſumptus, edidit:

Statuta Synodalia Diœceſis Nicienſis, & *Catalogum Epiſcoporum Nicienſium.* Niciæ apud Caſtellum. Hujus laudes, merita, dignitates, & virtutes declarantur in inſcriptione, quam hic appono, ex Andrea Roſſoto in Syllabo Scriptorum Pedemontij, ſita in Sacello Corporis Chriſti, quod ipſe à fundamentis erexit, & quod ſepulchrale ſibi, ſucceſſoribuſque Epiſcopis ſtabilivit:

D. O. M.
Virginique Deiparæ.
Per Illuſtri, ac Reverendiſs. D. D. Fratri Franciſco
Martinengo Pedemontano è Cercenaſco,
Epiſcopo Nicienſi, & Comiti Drappi,
Qui quamplurimis ſub Regula S. Franciſci
Minor. Obſerv. Præfectus officijs,
Concionatoris, Lectoris Generalis, Guardiani,
Definitoris,
Ac Provincialis.
Poſtmodùm in Theologum, tùm verò in Conſiliarium,
Ac à Sacr. Confeſsion. Invictiſsimi Sereniſsimique
Caroli Emmanuel Sabaudiæ Ducis aſſumptus,
varijſque
Legationibus, præſertim ad Belgas, Galliam, Hiſpanias,
Et Romam functus. Tandem cum ab eodem
Sereniſsimo
In Epiſcopatum Nicienſem præſentatus, Magnuſque
Eleemoſynarius creatus,

Quod

Quod hoc Sacellum decori Eccleſiæ ſuæ conſulens in honorem
Sanctiſsimi Euchariſtiæ Sacramenti,
Ea pro ſuis, & Succeſſorum in Epiſcopatu cineribus;
Ære proprio à fundamentis erexerit,
De Confraternitate Sanctiſsimi Corporis Chriſti benè,
Optimèque meritò, ejuſdem pij Sodales in grati
Animi memoriam, poſuere.
Anno Domini M. DC.XX. Idibus Octob.

Extat hujuſce honorifica mentio apud Franciſcum Auguſtinum ab Eccleſia in ſua Chronologica Hiſtoria Pedemontanæ Eccleſiæ, fol.197.

FRANCISCUS REGIS, ſeù REGIUS, Belga, Theologus, & Eccleſiaſtes inſignis, à Carolo V. Imperatore libentèr auditus, ſcripſit Gallico idiomate:

Commentarium in Orationem Dominicam.

Sermones varios. Nivellis, rebus humanis exemptus, (cujus loci Cœnobium, Principum, quibus erat à Sacris Concionibus, eleemoſynis à fundamentis erexit,) Vir inſigni pietate, ac virtute, morumque humanitate præditus. Ex Poſſevino, & Uvadingo.

FRANCISCUS RELIO, Hybernus, Cavanenſis, Burgenſis Provinciæ Regul. Obſervantiæ alumnus, ac Sacræ Theologiæ Lector, publici juris fecit:

Curſum Philoſophicum ad mentem Doctoris Subtilis, laudatum à Fr. Antonio Caſtel, part. 1. tom. 2. Theologici, pag. 79. quæſt. 2. num. 48. Tomus ſecundus, quem vidi, prodijt Pampejopoli ex officina Martini à Labayen, anno 1651. in 4.

FRANCISCUS REPANTUS, Picenus, Patria Æſinus, profeſsione Capuccinus, Vir pijſsimus, & Regularis Obſervantiæ ſtudioſiſsimus, Prædicator Apoſtolicus, qui ſuæ Patriæ deſignatus Epiſcopus, renuit accipere, ſcripſit:

Circulum Divini amoris in quo, quo pacto Deus diligendus ſit ſuper omnia diſſertiſſimè traditur. Romæ anno 1521. tom.1.

Explicationem Doctrinæ Chriſtianæ, quæ plurimum à Marcello Secundo Summo Pontifice collaudata, juſſu ejuſdem Pontificis inter Vaticanæ Bibliothecæ Codices fuit aſſervata.

Reſponſionem ad ſingulos articulos Concionatoribus Capuccinorum tranſmiſſos per Cardinalem Carpenſem tunc Ordinis Protectorem, jubente Paulo III. Summo Pontifice. Ab Obſervantibus ſimùl cum Bernardino Aſtenſi tranſivit ad Capuccinos, inter quos egregiam virtutis, & prudentiæ opinionem aſſecutus, factus eſt Vicarius Generalis. Obijt Peruſij octogenarius, & vltra anno 1549. ejuſque merita Deus poſt mortem nonnullis ſignis, & miraculis declaravit. De eo pluribus Genuenſis, pag. 122.

FRANCISCUS RICARDUS, Minorita, Gallus, Uvadingo teſte, recognovit, correxit, & edidit:

Textum Petri Lombardi in lib. 4. Sententiarum. Pariſijs 1541.

FRANCISCUS RIPOL, Hiſpanus, ex Regul. Obſervantiæ Provinciæ Catalaunienſis, generalis Concionator, Theologus, Notarius Apoſtolicus, Commiſſarius, ac Procurator totius Familiæ Terræ Sanctæ compilavit, in publicumque miſſit:

Bullas Pontificias, ac Regias Litteras pro Locis Terræ Sanctæ. Romæ ex typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, anno 1655. in 4. Vidi.

FRANCISCUS RIVOLLIANUS, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ S. Jacobi, litteris mandavit vernaculè:

Seraphicam Hierarchiam Sanctorum Ordinis Minorum 1632. Uvadingo teſte.

FRAN-

Google

FRANCISCUS DE ROBLES, Hiſpanus, ex Minoritis Obſervantibus Caſtellanæ Provinciæ, ſcripſit:

Rationem accentuum omnium ferè dictionum difficilium tàm linguæ Latinæ, quàm Hebraicæ, nonnullarumque Græcarum; ſed præcipuè earum, quæ per Sacras Litteras ſparguntur; cum quibuſdam Orthographiæ regulis, & additionibus Joannis de Robles. Toleti anno 1572. in 8. Et Compluti 1523. Vidi. *Cum copia accentuum in Breviarium Romanum, & in Regulam D. Auguſtini*, prodijt Toleti ex officina Fratrum Ferrarienſium, anno 1552. in 8. Vidi.

FRANCISCUS A RODRIASEM, Polonus, Provinciæ Bohemiæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir eruditus, qui Miſsionarij Apoſtolici, juventibus Superioribus, munere aſſumpto, doctrinam, non voce tantummodò, ſed etiam facto tradens, quamplurimos à Catholica Fide aberrantes, ad Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Gremium reduxit, ſcripſit latinè:

Tractatum de quibuſdam Controverſijs, ſivè Reſponſiones ad ſeptuaginta objectiones ab Hæreticis confictas. Prodierunt primò latino Idiomate Raudónicij, anno 1620. Poſteà ab Authore in ſermonem Teuthonicum translatæ, fuerunt impreſſæ ibidem anno 1627. apud Paulum Seſsium, tom. 1. in 4.

Directorium pro noviter converſis ad Fidem Catholicam. Ocomuoy in Moravia 1633. apud Nicolaum Ardech, tom. 1. in 8.

Scalam Cæli Eſt liber de rebus ſpiritualibus. Ibidem 1636.

Vitam S. Antonij Ulyſsiponenſis (vulgò de Padua) *cum varijs doctrinis, & annotationibus; necnon reſolutionibus difficultatum pro ſatisfactione vulgi.* Pragæ 1645. & 1646. typis Georgij Zypars, tom. 1. in 4.

Exercitia ſpiritualia pro captu omnium ſtatuum, & conditionibus perſonarum. Ibidem apud eumdem 1647. tom. 1. in 8. De hoc Authore meminit, Uvadingo, & Lequile adhærens Fr. Dionyſius Genuenſis, pag. 123.

FRANCISCUS DE ROJAS, Hiſpanus, ex Toletana Urbe, Regularis Obſervantiæ Caſtellanæ Provinciæ, Sacræ Theologiæ Lector, ac Theologus Cenſor apud Supremæ Inquiſitionis Patres, Concionator magni nominis, nec vulgariter doctus, edidit:

Commentaria in concordiam Evangeliſtarum juxta tranſlationes litterales, anagogicas morales, & allegoricos ſenſus; ſecundum ordinem Evangeliorum totius anni, partim latino, partim populari ſermone, duobus tomis. Matriti apud Joannem de Cueſta 1621. in fol. Vidi. Hoc egregium opus confundit immeritò Nicolaus Antonius cum alio ejuſdem Authoris inſcripto:

Catena aurea SS. Eccleſiæ Doctorum per maris abyſſum Evangelicæ Hiſtoriæ navigantium, in qua tranſlationes antiquiores, & neothericæ adducuntur, quæ ad litteralem, & moralem ſenſum utiliùs conducunt. Lugduni ſumptibus Philippi Borde 1651, tribus tomis in fol. Vidi.

Annales Ordinis Minorum (ab anno primo Ordinis, vſque ad annum 102.) Hiſpanico ſermone ad Philippum IV. Catholicum, & Magnum Regem. Valentiæ in officina Hæredum Chryſoſtomi Garriz, anno 1652. tomis tribus in fol. Vidi. Inſuper ipſomet recenſente in prologo tomo primo hujus operis præfixo, ſcripſit, ac edidit:

Super Pentatheucum volumina duo, mihi hactenùs ignota.

Veſpertinas orationes de oprobrijs Chriſti. Matriti typis Regijs 1634. in 4. tom. 2. Agit quoque in ſecundo de *ſeptem Verbis Domini in Cruce.* Vidi. Prodierunt ejuſdem, & etiam vernaculè:

Sermones Quadrageſimales. Ibidem, ac eiſdem formis 1628. in fol. Vidi.

Theatrum funerale Eccleſiæ. Ibidem 1636. in 4. Vidi.

Elucidarium Sanctarum Virginum, & Martyrum. Matriti ex typographia Regni 1634. in fol. Vidi.

Elucidarium Deiparæ ſemper Virginis. Ibidem 1643. in fol. Vidi.

Fragmenta SS. PP. à Dominica Septuageſimæ, uſque ad Dominicam in Albis. Cæſaraugutæ in officina Viduæ Petri Verger 1647. in 4. tomis duobus. Vidi.

Orationem funebrem in obitu Philippi III. Hiſpaniarum Regis. Prodijt Matriti in fol. Aſſervatam vidi in Bibliotheca Regia Matritenſi, fol. 3008. tomi M. Si inſcripti: *Succeſſus anni 1619.*

Panegyrim de Sacris Stigmatibus B. P. N. Franciſci. Matriti apud Viduam Alphonſi Martin 1626. in 4. Vidi. Spem fecit quarti voluminis *Annalium Ordinis.* Necnon alterius tomi *de Paſsione Dominica.* Claruit circà annum 1656. De eo, ſed diminuto calamo Dupinus, & Nicolaus Antonius poſt Uvadingum.

FRANCISCUS ROMERO, Hiſpanus,

nus, ſtrictioris Obſervantiæ Diſcalceatorum ſectator (teſte Fr. Antonio de Truxillo, Provinciæ S. Gabrielis Chronologo, lib. 8. cap. 24. num. 22.) Eccleſiaſtes devotus, ac Guardianus Valentinus in Extremadura, communem fecit:

Orationem habitam ad Capitulum Provinciale ſuæ S. Matris jam memoratæ, anno 1675. Vidi.

FRANCISCUS DE ROMORANTINO, Capuccinus, Gallus, Provinciæ Britanniæ Concionator, ac Miſſionarius Apoſtolicus in Paleſtina, Vir in Humanis, ac Divinis Litteris eruditus, ſcripſit opus latinè, cujus titulus eſt:

Anatome Alcorani Mahumeti, tom. 1, in folio. Ex Genuenſi, pagina 124.

FRANCISCUS LE ROY, Gallus, Provinciæ Franciæ alumnus, Sacræ Theologiæ Bachalaureus, ac Diffinitor Generalis Ordinis, recenſente ex Uvadingo Fr. Berbardo Sannig in Synopſi, dùm Pariſijs legeret ſcripſit:

Expoſitiones ſuper multa Ariſtotelis axiomata. Inſupèr publicavit opus prænotatum:

Formalitatum, ſeù plurium ſcientiarum Metaphyſico cocuntium ordine ſcita commixtio. Pariſijs per Joannem le Bove 1603. in 8. Vidi. In laudem operis, & Authoris accinebat Fr. Dionyſius Debarſo Pruvinicus, Bach. Theol. ejus à puero vbique conſocius:

Quid tibi pro meritis ſtudioſa Caterva Sophorum
Debeat, & quanto dignus honore ſies?
Teſtis erit tanti Regina, auctrixque laboris
Pallas, tùm ſtudij tot monumenta tui:
Voluiſti Sophiæ ſociata volumina prudens
Hactenùs, vndè omnis quæſtio nota tibi eſt;
Indè Regi, revides cauſis infuſſa ſecundas
Themata, docto, & das diſcutienda gregi.
Hìc liber eſt nullos prorsùs moriturus in annos,
Et dabit ingenio præmia digna tuo.

FRANCISCUS ROYO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Aragonum, Sacræ Theologiæ Lector, prælo mandavit:

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis Mariæ. Cæſaraugustæ per Petrum Ximenez 1727. in 4. Vidi.

FRANCISCUS A ROSARIO, Luſitanus, Portuenſis, ſodalis Excalceatorum Provinciæ S. Antonij Braſilienſis, ex numero Laicorum Cœnobij S. Mariæ à Nivibus, Oppidi Pernambuco, ac ſingularis pietatis Vir, ſcripſit vulgari lingua:

De Ritibus conſuetudinibus veſtituque Marañonum. Cecidit hìc liber in manus Batavorum cum eodem Pernambuci Oppido. Scripſit item:

Catechiſmum Braſilica lingua. Commendatur à Georgio Cardoſo, tom. 3. Agiologij Luſitani, ad diem 28. Junij, fol. 850. Obijt in Urbe Bahia hujuſmet Regni Regia 28. Junij 1649. Pertractavi de eo, part. 1. meæ Bibliothecæ Minorum Diſcalceatorum.

FRANCISCUS ROUSSEL, Minorita, Flander, vulgavit in chartis expanſis Duaci anno 1659. Inſulis anno 1648. Valencenis 1659. & 1653. ac Duaci 1650.

Theſes generales ex univerſa Theologia deſumptas ad mentem Doctoris Subtilis, ac propugnatas. Lege Fr. Petrum de Alva, col. 453. ſuæ Militiæ Univerſalis.

FRANCISCUS RUBEUS DE PIGNANO, Picenus, Minorita doctus, ſcripſit:

Commentaria in primum Sententiarum Scoti, laudata à Toſigniano, & Uvadingo.

FRANCISCUS DE RUVERE. Vide verbo *Sixtus IV.*

FRANCISCUS RUGINIUS, Italus, à Cotonio in Mediolanenſi Ducatu, Concionator, ac Theologus eruditus Provinciæ Romanæ Minorum Capuccinorum, cum ingenium Poeticum ſimùl cum proſſa haberet elegans, ſcripſit, & evulgavit:

Epigrammata varia , & Diſtica ad Eminentiſſimum D. D. Dominicum Gymnaſium S. R. E. Cardinalem ampliſſimum: Romæ apud Guilielmum Facciottum, anno 1625. Extat hujuſce honorifica mentio apud Genuenſem , fol. 124.

FRANCISCUS A SACCIA , Siculus , primò Regul. Obſervantiæ alumnus, demùm Panormitanæ Provinciæ Minorum Capuccinorum adſcriptus , Concionator, Definitor , Theologus inſignis , ac vitæ ſanctimonia clarus , poſteritati reliquit:

Lecturas Philoſophicas , & Theologicas ſecundum mentem Scoti , quæ ſicut Genuenſis habuit ex relatis , conſervantur in Bibliotheca Panormitana apud FF. de Obſervantia. Obijt Panormi anno 1575. ejuſque geſta deſcribit Boverius , tom. 1. Annalium Capuccinorum.

FRANCISCUS SALAZAR , Hiſpanus , ex Ordine Minorum ad Epiſcopatum Salaminienſem aſſumptus , Romæ edidit:

Orationem habitam in Exequijs Marcelli Cardinalis Creſcentij. Meminit poſt Uvadingum Nicolaus Antonius , tom. 1. ſuæ Bibliothecæ Hiſpanæ. Incipit , Toſigniano teſte : *Mecum ipſe.* Ejuſdem fortè eſt , vti opinatur idem Nicolaus Antonius in ſuis Appendicibus M. S. in Regia Matritenſi Bibliotheca aſſervatis:

Oratio ad PP. Synodi Bononiæ congregatos in feſto Pentecoſtes , ſacrificium peragente Reverendiſſimo Cardinali S. Crucis Apoſtolicæ Sedis Legato. Bononiæ per Bartholomæum de Bonardo , anno 1547. in 4. Scripſit demùm:

Epiſtolam de Monte Alvernia , quæ extat in Dialogo antiquo , vt narrat Fr. Petrus de Alva , tabula prima.

FRANCISCUS (NANIUS) SAMPSON , quem alij Brixiæ , alij Senis ortum , ac educatum narrant , puer octennis à matre , Deo ſub tutela S. P. Franciſci oblatus in Cœnobio Senenſi Minorum Conventualium , ibidem initiatus, & litteris imbutus eſt. Tanta verò ſtudiorum ſolertia feliciter per omnes religioſo Viro dignas ſcientias pervenit , vt ab humanioribus litteris ad Rhetoricam, Philoſophiam , & Theologiam veloci greſſu conſcendens , brevi Vir eruditiſsimus evaſerit , Magiſterij gradum ſit aſſecutus , & nobili conſortio Theologorum Collegij Bononienſis adſcriptus; Romæ anno 1477. coràm Sixto IV. Summo Pontifice in graviſsima doctorum Virorum diſputatione de Immaculata Conceptione B. V. Mariæ , cujus devotiſsimus erat , eas partes ſuſtinuit , eaque dexteritate adverſantium nodos objectioneſque diſſolvit , vt admiratus Summus Pontifex, Sampſonem appellarit , quaſi ea facilitate difficultatum objectarum nodos , qua Sampſon Philiſtæorum vincula , diſciderit. Adhæſit ergo homini Sampſonis agnomen , relictoque Patronymico , ſemper audivit. Miniſter Terræ Sanctæ anno 1469. die 27. Maji renuntiatus , cum in Conventu Senatum juriſdictioni , & filiationi Mediolanenſis Paternæ Provinciæ , in qua adoptatus fuerat , renuntiaſſet , & huic maternæ redijſſet , anno ſequenti 1470. Etruſci Patres in Miniſtrum Provincialem ſibi præfecerunt ; indè ad ſupremam Ordinis Præfecturam aſſumptus , prudentiſsimè, & ſine querela , æqua Conventualium , & Obſervantium laude, & bono clavum cum tenuiſſet annis 24. & menſibus aliquot , die 27. Octobris 1499. ætatis ſuæ 85. Florentiæ in Conventu S. Crucis res deſeruit humanas , marmoreo in medio Templi donatus ſepulchro. Poſteritate reliquit:

Commentaria in librum Ethicorum Ariſtotelis.

Quæſtiones (ſed imperfectas) *in VIII. libros Phyſicorum.* Incipiunt , Uvadingo teſte : *Recollecta forma quæſtionum.* Extat hujuſce honorifica mentio apud Uvadingum , & pluribus apud Terrinca, part. 1. Theatri Genealogici Tuſciæ , pag. 13. Alitèr de hoc homine loquitur , vt ſui moris eſt Abrahamus Bzovius , cujus calumniam modeſtè eliminat Gubernatis , tom. 1. Orbis Seraphici, lib. 3. §. 39. fol. 194. num. 4.

FRANCISCUS SANCHEZ DEL CAMPO , Hiſpanus , devotus Minorita, librum exaravit , cui titulus:

Paſsio duorum. Compluti 1597. in 8. Vidi. Commemoratur à Nicolao Antonio ex Uvadingo.

FRANCISCUS SANCHEZ GARCIA , Hiſpanus , Provinciæ Caſtellæ Concionator , ac V. Tertij Ordinis Viſitator, ſcripſit:

Brevem expoſitionem Regulæ Tertiariorum S. Franciſci , unà cum tractatu de Indulgentijs. Matriti typis Regijs 1680. in 16. Vidi.

FRAN-

FRANCISCUS A SANCTIS, Hiſpanus, Segovienſis, inter Patres Trinitarios primò adſcriptus, mox ad ſtrictiorem vivendi formam à Deo vocatus, plantatus in Provincia Diſcalceatorum S. Pauli Apoſtoli, jejuniis, mortificationibus, oratione, ac animarum zelo omnibus exemplar fuit. Romam pedeſter, nudiſque pedibus migravit, Neapolimque veniens, ſuis ferventiſſimis Concionibus tota commota eſt Civitas, multiſque extitit cauſa ſalutis. In ſuam Provinciam reverſus, ejuſque ſæpè Guardianus, ac Diffinitor factus, Regalem S. Froylani Legionenſem Conventum regens ad meliorem vitam tranſijt 31. Decembris, anno 1612. Ejuſque ſanctitatis fama excitatus illuſtriſſimus Legionenſis Antiſtes, & cæteri Religionum Prælati illius exequias piè celebrarunt. Scripſit, non tamen edidit:

Commentaria in Evangelium S. Joannis; opus commendatum à pluribus Nomenclatoribus, præcipuè verò à noſtro Fr. Matthæo à Nativitate in ſua latina Hiſtoria Provinciæ S. Pauli, fol. 35. hiſce verbis: *Franciſcus de Sanctis, Segovienſis, ſæpè Guardianus, Diffinitor, ac Commiſſarius Provincialis, ſcripſit: Commentaria continua in Sacroſanctum Evangelium D. Joannis, quem teſtor me vidiſſe, pluraque legiſſe in ipſo volumine M. S. & inſcripto in initio, & ſubſcripto in fine manu Authoris in noſtro Conventu Sancti Bernardini Matritenſis.* Ejus vitam communem feci, tom. 2. meorum Chronicorum ejuſdem Provinciæ, lib. 2. cap. 13.

FRANCISCUS SANCTORATIUS, edidit Romæ anno 1619.

Medullam Ariſtotelis. Hæc Uvadingus.

FRANCISCUS SANTANDER, Hiſpanus, Provinciæ Bæticæ Minorum Capuccinorum alumnus, ac Diffinitor Generalis, Hiſpanica fecit:

Exercitia Minorum Capuccinorum à quodam Italo Capuccino diſpoſita. Hiſpali per Franciſcum Sanchez Reciente, anno 1723. in 16. Vidi.

FRANCISCUS SANTOS, Hiſpanus, ſtrictioris Obſervantiæ, Provinciæ Diſcalceatorum S. Gregorij Diffinitor, typis commiſit in fol.

Vocabularium idiomatis Tagali, Manilæ excuſum partim in typographia S. Thomæ, demum verò noſtri Conventus.

FRANCISCUS SANTIORUS, vide *Santiorus.*

FRANCISCUS SANZOLES, Hiſpanus, Provinciæ S. Jacobi Regularis Obſervantiæ alumnus, illaudatus a Fr. Jacobo de Caſtro in Catalogo Scriptorum laudatæ Provinciæ, Concionatoribus dedit latino ſermone:

Funerale in Exequijs defunctorum, Conſiderationes ad morum compoſitionem ſuper Epiſtolas, & Evangelia Officij Defunctorum. Salmanticæ typis Joannis Fernandez, anno 1585. in 8. Vidi.

Indices, ac Reportoria ad omnia opera Fr. Ludovici Granatenſis Dominicani. Ibidem in 4. Vidi. Meminit Uvadingus, ſecùs verò Nicolaus Antonius. In prioris operis laudem carmen ſubjicio:

Dùm Manes condis tumulis venerande Sacerdos,
Et ſuperos funerum ſic meminiſſe doces:
Jam muto cineri laudem, & bona verba, preceſque
Fundemus, quervlis verba canenda ſonis
Jam ſuus, & tumulis honor, & ſua cura ſepulchris;
Et prex accenſa teſtificanda face.
Spargite aquam, cleri ſacri, & lugubria ad aras
Carmina: nam Manes flebile carmen amant.
Urite odoratos ignes, redolentia thura,
Quæque, & Arabs mittit, quæque Sabæus aget,
Vos quoque pallentes vmbræ Sanzolia dona
Accipite excultis emodulata modis.

FRANCISCUS SAVONENSIS, vide inferiùs, verbo *Sixtus.*

FRANCISCUS SCARERIUS, Minorita, ac Epiſcopus Sagetanus, edidit:

Vitam S. Ludovici Epiſcopi, cujus individuus comes fuit. Ex Arturo in Martyrologio Franciſcano ad diem 19. Auguſti, §. 3.

FRANCISCUS SCUDERINUS ET DE S. STEPHANO, ex Oppido Salæ Parthenici, Tertij Ordinis Regul. Sacræ Theologiæ Magiſter, Vir ſanctitatis famâ clariſsimus Provinciam Siculam, ſemel, & iterùm rexit, & Diffinitoris Generalis munere effulſit. In rigidiſsimis pœnitentijs, charitate, obedientia, puritate, paupertate, patientia, cæteriſque virtutibus verè imitator P. ſui Franciſci. Magna ſanctitatis opinione ad Aſtra migravit Romæ in Collegio Siculo S. Pauli ad Arenulam 1. Aprilis 1701. ad cujus obitum magnus, ac penè incredibilis concurſus advolavit; obque omnium moleſtas pietatis inſtantias per tredecim dies (raro in Urbe exemplo) in ſepultus, Principum, Dynaſtarum, Epiſcoporum, Matronarum, ac cujuſcumque ordinis oſcula excepit, qui certatim demortui reliquias exquirebant. Non ſolùm ejus veſtes in fruſtra pluties deciſſæ ſunt ab irruente populo, verùm etiam, & ſedes, ex qua fidelium confeſſiones audiebat. Aliqui ex Cardinalibus ejus reliquias venerati fuere, admirati, præſertim quod cadaver poſt decimum tertium diem incorruptum, ac flexibile, vividùm ſanguinem emiſſerit. Alia mira narrantur, quæ alijs deſcribenda relinquo. Quæ ſcripſit, & propè diem edenda erant anno 1708. hæc ſunt:

Teſtamentum ſpirituale.

Horologium Paſsionis Chriſti Domini.

Opuſcula Aſcetica. Hæc Antonius Mongitore in ſua Bibliotheca Sicula, tom. 1.

FRANCISCUS A SECLI, Sacræ Theologiæ Lector, Provinciæ Reformatæ S. Nicolai primum Cuſtos, deindè Miniſter, deſcripſit Italicè:

Iter Jeroſolymitanum, additis diſtincta, perfectaque notitia Locorum Sacrorum, quæ in Terra Sancta ſub cultu Chriſtiano conſervantur, & deſcriptione regionum Syriæ, & Paleſtinæ, necnon brevi tractatu de ritibus, erroribus, & moribus quarundam nationum infidelium, & ſchiſmaticarum, & modo ad Fidem Catholicam reducendarum. Prodijt Licij apud Petrum Micholium, anno 1639. Hæc Uvadingus, cui adhæret Laſſor, tom. 1. ſui univerſi calamo delineati, pag. 501. Edidit quoque vernaculè:

Novenam pro Expectatione partus Virginis Mariæ, in qua etiam agit de Immaculata Virginis Conceptione. Impreſ. Trani 1637. in 12. Ità Hippolytus Marracius in Bibliotheca, & in Catalogo.

FRANCISCUS SERA, Hiſpanus, Dertuenſis, Regul. Obſervantiæ, Lector bis Jubilatus, Provinciæ Catalauniæ Pater, Inquiſitionis Qualificator, in Diœceſibus Barcinon. Dertuenſ. Gerund. ac Cælſonenſi Synodalis Examinator, ac Studiorum Regens, evigilavit Concionatoribus utiles lucubrationes ſequentes, Sermone Latino opus prænotatum:

Libanus Marianus. Secunda editio facta eſt Matriti 1720. in fol. Vidi. Ejus in Prologo deſcribitur operis methodus hiſce verbis:

Liber 1. *agit de ſitu, celſitudine, & amænitate Libani, ac ejus collibus.*

Liber 2. *de aquis, fluminibus, ac fontibus Libani.* Spem facit librorum ſequentium, quorum editiones non vidi.

Liber 3. *de mineralibus, ac lapidibus pretioſis Libani.*

Liber 4. *de alijs gemmis, ac lapidibus pretioſis Libani.*

Liber 5. *de aromatibus, ac floribus Libani.*

Liber 6. *de arboribus cultis, & fructiferis Libani.*

Liber 7. *de arboribus incultis, & ſylveſtribus Libani.*

Liber 8. *de avibus Libani.*

Liber 9. *de animalibus terreſtribus Libani.*

Liber 10. *de reptilibus Libani.*

Liber 11. *de Cœlo Libani.*

Liber 12. *de cuſtodibus Libani.* Nativo autem ſermone emiſit:

Quadrageſimale continuum adjectis quibuſdam concionibus feſtivis, duobus tomis in fol. Barcinone typis Joannis Jolis 1692. Ibidem 1696. per Joſephum Caſarachs. Vidi. Matriti 1719. per Nicolaum Rodriguez Franco.

Panegyrim gratulatoriam pro victoria ab Hiſpanis reportata. Barcinone 1695. per Raphaelem Figuero in 4.

Orationem funebrem in Exequijs R. P. M. Fr. Joſephi de Bearn & Foix, Lectoris Jubilati, & Patris Provinciæ Catalauenſis. Barcinone per Martinum Gelabert 1691. in 4. Vidi.

FRANCISCUS A SEXTO, Capuccinus, Provinciæ Genuenſis Theologus, ac Provincialis Miniſter, Vir ſanè doctrina, ac virtutibus clarus, Innocentio quoque XI. Pont. Max. charus, à quo Romanæ Provinciæ Apoſtolicus Viſitator ordinatus

natus, illam ſapientiſsimè direxit, typis mandavit:

Orationem de laudibus S. Evaſij Epiſcopi, & Martyris ab eo habitam in Civitate Caſalenſi in Eccleſia Cathedrali in die feſto ejuſdem Sancti 1. Decembris. Fuit impreſſa in eadem Civitate apud Mantham, anno 1656.

Orationem, quam habuit Genuæ in die Præſentationis B. Mariæ Virginis ad Ducem, & Senatores Sereniſsimæ Reipublicæ Genuenſis. Genuæ apud Calenzanum, anno 1667.

Operationes Dei admirabiles in concurſu populorum ad Sacellum, & Imaginem Beatiſsimę Virginis Mariæ (vulgò de Laghetto) *nuncupatę propè Niciam.* Taurini per Carolum Gianellum 1654. in 8.

Vitam, & geſta P. Zacharia Boverij Salutienſis Diffinitoris Generalis Capuccinorum. Genuæ apud Calenzanum 1665. in 4.

Sermones diverſi generis ad Novitios Capuccinorum pro acquirenda perfectione, tom.2. in 4. Primus tomus fuit impreſſus Genuæ apud Franchellum, anno 1682. Secundus ibidem apud eumdem anno 1685.

Sermones morales ad utriuſque ſexus Regulares ab ipſo habitos in varijs temporum occaſionibus. Tom. 2. Primus tomus in 4. prodijt Genuæ apud Franchellum, anno 1678. Secundus ibidem apud eumdem, anno 1681. in fol. Evulgavit inſupèr Italicè volumen in fol. prænotatum:

Tyrannus privatus qualitatibus neceſſarijs ad regimen, ſeù Principatum. Genuæ apud eumdem 1689.

Sermones 40. pro tempore orationis quadraginta horarum faciendos. Omnia hæc opera leguntur ſermone Italico, latinè verò prælo ſubmiſsit:

Aucupium Ibis : Hoc eſt confutationes objectionum Elenchiſtę cujuſdam Anonymi in Apologiam pro Annio Fr. Thoma Mazza. Ad Illuſtriſ. D.D. Coſmam Centurionem ex Centurionibus Ultramarinis Urſinis Marchionibus Stepæ, Patritium Genuenſem. Ronchi apud Antonium Georgium Franchellum 1676. in 4. Inſupèr ineditas reliquit:

Philoſophię, ac Theologiæ Lecturas, quæ ſex volum. in 4. aſſervantur in ſuorum Genuenſi Bibliotheca, teſte Fr. Dionyſio Genuenſi, pag. 126. Meminerunt, apud eumdem Auguſtinus Oldoinus, Marracius, & alij.

FRANCISCUS SICLENSIS, Siculus, Regul. Obſervantiæ alumnus:

Opuſculum edidit Antonio Mongitore ignotum, ſed ab eo in ſua Bibliotheca Sicula laudatum ex Placido Samperio in Iconologia M. V. lib. 2. pag. 152. & Stephano Mauro in ſua Meſſana, cap. 21. pag. 194.

FRANCISCUS SICLENSIS, alter, Provinciæ Syracuſanæ Minorum Capuccinorum alumnus, Vir in facultate Medica peritus, naturalium, & artificialium medicamentorum diligens obſervator, ſcripſit:

Volumen de rebus Medicis, quæ ſunt in quotidiano uſu, & quas perfectè callere debent Medici, & Pharmacopęi. Prodijt Venetijs anno 1675. Reliquit:

De Herbis volumina tria, ac de earum virtute, ac præparatione. Servantur, ait Mongitore laudatus, inedita in Cœnobio Siclenſi.

FRANCISCUS SIGUENZA, Hiſpanus, ſtrictiori Obſervantiæ Diſcalceatorum deditus in Provincia S. Joſephi (cujus Diffinitor fuit) ac Theologiam, quæ ad mores ſpectat docens, vernaculè edidit:

Expoſitionem brevem in Regulam S. Franciſci. Prodijt primò Matriti, apud Ludovicum Sanchez, anno 1613. in 4. & poſteà Italicè reddita Venetijs apud Joannem Baptiſtam Combi, anno 1627. in 16.

Declarationem ejuſdem Regulæ à Summis Pontificibus factam.

Inſtructionem Novitiorum. Pertractant de eo Uvadingus, Nicolaus Antonius, & alij.

FRANCISCUS DE S. SIMEONE, Piſanus, dictus *de Empoli*, Provinciæ Tuſciæ alumnus, ac Theologus Oxonienſis, recenſentibus Mariano, Toſignano, Ulyſsiponenſi, & Uvadingo ſcripſit:

Determinationes, & Gloſſas ad Conſtitutiones Regni Siciliæ, & ad Ritus magnæ Curię Vicariæ ejuſdem Regni. Extant in grandi volumine Gloſſarum ejuſdem Regni. Dubitat Poſſevinus, an hæ Gloſſæ (quippè quæ videantur alienæ à ſtudio, & profeſsione Monachali) ſint hujus Franciſci, an alterius. Floruit ſub annum 1550. Oxonij in Anglia.

FRANCISCUS A SORIA, Hiſpanus, Concionator Jubilatus in Mexicana Provincia S. Evangelij Regul. Obſervantiæ, haud pœnitenda elaboravit, ex quibus

bus alia inedita extant, alia verò excuſa. Hæc ſunt:

Manuale exercitiorum ſpiritualium pro Chriſti Domini vindicatione, vernaculè. In Urbe Angelopolitana anno 1686. in 4.

Speculum proficientium, eodem ſermone, ac ibidem M. S. reliquit volumen inſcriptum:

Mors in vita. Inſupèr opus egregium pro practica Sacramentali, & Fidei, ſub titulo:

Paſtor zeloſus. Atteſtatur Fr. Auguſtinus Ventancurt in Chronicis laudatæ Provinciæ, fol. 143. num. 44.

FRANCISCUS DE SORIANO, Hiſpanus, Granatenſis Provinciæ Regul. Obſerv. alumnus, librum vulgavit inſcriptum:

Concertatio Theologica pro Immaculata Virginis Conceptione. Granatæ 1648. in 4. Nicolaus Antonius ex noſtro Alva in Militia, col. 458. Inſupèr:

Panegyrim de Immaculata Conceptione Virginis. Ibidem per Martinum Fernandez 1616. in 4. Vidi.

FRANCISCUS SOSA, Hiſpanus, Toletanus, Provinciæ S. Jacobi, Vir nobilis, & doctus, promptiſsimi, & ſolidiſſimi quidem ingenij, qui per annos multos Sacram Theologiam Salmanticæ profeſſus, tandem creatus eſt totius Ordinis Miniſter Generalis, mox Epiſcopus Canarienſis, deindè Uxanenſis, demùm Segovienſis, deſignatus à Philippo III. Hiſpaniarum Rege ad Paulum V. Regius Orator, vt controverſiam circà puritatem Conceptionis Virginis Mariæ tandem dirimeret; morte præventus non potuit hac fungi legatione, in qua ſubſtitutus eſt Antonius à Trejo, ejuſdem Inſtituti, & Provinciæ, ex Vicario Generali totius Ordinis Epiſcopus Carthaginenſis. Scripſit varios tractatus, & quidem doctiſsimos, ſed lingua vernacula, videlicèt:

Expoſitionem in Conſtitutionem Clementis VIII. de largitione munerum. Salmanticæ apud Joann. Fernandez, anno 1596.

Myſterium Conceptionis Virginis eſſe diffinibile.

Informationem circà ſtatum hujus controverſiæ ad Philippum III. Regem Hiſpaniarum.

Reſponſionem ad Orationem Doctoris Mexiæ de la Cerda, de hoc eodem argumento.

Encomia, & decora ejuſdem Conceptionis.

Cenſuram, ſeù judicium circa librum Venerabilis Sororis Joannæ à Cruce.

Regulam, ſeù profeſsionem Fratrum Tertij Ordinis non obligare illos ad peccatum mortale.

Inſtitutum hoc, ſeù ſodalitium eſſe verè Ordinem, non verò Confraternitatem.

Non eſſe multiplicandas Religionis in Hiſpania.

Reſponſionem ad duos tractatus, emiſſos pro Republica Veneta, Pauli V. mandatis, & cenſuris olim refraganti. Omnia prodierunt Salmanticæ ex officina Antonij Vazquez anno 1623. in 4. Vidi. His acceſsit, ſed Latinè, tractatus alter prænotatus: *Sanctorale Seraphicum*, elaboratus à Fr. Joannetinô Niño, ejuſdem Provinciæ alumno. Emiſsit quoque laudatus Soſa vernaculè:

De Obligationibus Epiſcopi ex Regularibus aſſumpti. Opuſculum excuſum in 4. Matriti anno 1631. & alibi. Vidi.

De Theologia nonnulla ſcripſiſſe audio, maximè, apud Fr. Bonaventuram Baro, tom. 1. Opuſculorum, part. 14. §. 11. Appendicis, litt. F. Sed plùs vltrà in Regia Bibliotheca Matritenſi, vbi in Appendicibus M. S. Nicolai Antonij hæc legi, ac excerpſi. *Superioribus cunctis molis, & forsàn meriti, exaravit opus, quod in Vaticano codice M. S. 5512. aſſervatum vidimus, ſcilicèt, de Juriſdictione, & optimo genere procedendi in cauſis Regularium libros ſex ad Clementem VIII. Papam.* Hæc ibi. Curſum conſummavit Matriti 1617.

FRANCISCUS DE SOUSA TAVARES, Luſitanus, Malacæ olim Urbis Præfectus in Luſitana India, ſæculo deindè relicto, Minorita factus, ſcripſiſſe dicitur, neſcio quid Aſceticum, ſivè vt Cardoſus rei Author apud Nicolaum Antonium, tom. M.S. Addition. loquitur:

De Vocatione. Eboræ 1587. Idem Cardoſus apud eumdem, alium noſtri Souſa laudat librum:

Doctrina Chriſtiana inſcriptum, Ulyſsipone editum 1564.

FRANCISCUS DE SOTO, Hiſpanus, vnus ex duodecim primis Apoſtolis novi Orbi, ſcripſit, Uvadingo teſte:

Expoſitionem in Lamentationes Jeremiæ Prophetæ.

Tractatulum ſuper Præconium Paſchale, Exultet, quo in Sabbato Sancto benedicitur Cereus Paſchalis.

Contemplationes de Jeſu Chriſto Crucifixo, & univerſa ejus Paſsione.

Me-

Meditationes de Doloribus, quos B. Virg. Maria paſſa eſt ad pedem Crucis in conſpectu Filij in ea confixi. Uvadingo adhæret Nicolaus Antonius, ſed vterque fallitur. Hæc enim, & alia opera, monumenta ſunt Fr. Andreæ de Soto, eidemmet ab ipſis attributa. Neque aliquid ſcripſiſſe tradunt quotquot Vitam narrarunt Fr. Franciſci de Soto, cujus virtutes, ac merita pluribus recenſet Arturus in Martyrologio ad diem 18. Auguſti.

FRANCISCUS SPINELLUS, Neapolitanus, ex Marchionibus de Paula, & ideò de Paula vocatus, Provinciæ Conſentinæ Minorum Capuccinorum Concionator; Vir religioſis moribus venuſtus, doctrina, & eruditione præſtans, prædicationis munere admodùm commendatus, ſcripſit, & edi permiſit:

Concionem, & tractatum de Epiſtola Beatiſſimæ Virginis Mariæ ad Meſſanenſes. Meſſanæ 1634. Alia etiam ſcripſit opuſcula, quæ ſtudens humilitati abſque ejus nomine circumferuntur. De eo meminit Marracius de Scriptoribus Marianis, & Uvadingus, quibus adhæret Laſſor, & Genuenſis.

FRANCISCUS SPINETI AB AQUA PUTRIDA, Regni Neapolitani Vico, Minorita, ſcripſit,

Quæſtiones in quartum Sententiarum. Ex Uvadingo, & Sannig in Synopſi.

FRANCISCUS A SPIRITU SANCTO, Hiſpanus, ex Diſcalceata Provincia S. Didaci Mexicani, Provincialis Miniſtri munere functus, perutilem evulgavit:

Doctrinam Novitiorum. Mexici 1636. in 4. Eum commendat Fr. Balthaſar de Medina in ſuis ejuſdem Provinciæ Chronicis, lib. 4. cap. 26. fol. 216.

FRANCISCUS STEPHANI, Minorita Italus, publici juris fecit:

Breves Commentarios in 4. librum Sententiarum S. Bonaventuræ. Venetijs apud Lazarum Sandis, anno 1504. in fol. Ex præcitatis.

FRANCISCUS SUAREZ DE RIBERA, Emmanuelis Suarez de Ribera, Gallaici, celebris Chirurgi filius, natione Hiſpanus, Patria Salmantinus, meus Germanus Frater, & paritèr Fr. Petri à Sancto Bonaventura, ac Fr. Joſephi à S. Bernardino, Concionatorum, ſtrictior. Obſerv. Diſcalceatorum Prov. S. Pauli in Veteri Caſtella, ſe ipſum quoque Ordini Seraphico dedit, ſub eorum Inſtituto, qui ſæcularia ſua negotia, Tertij Ordinis Sancti Franciſci Regula moderantur. Hic ergo Salmantinæ Academiæ Medicus Doctor, ac Regiæ Societatis Hiſpalenſis Medico-Chimicæ alumnus, medicina facta Segobiæ, Methymnæ Campi, alijſque haud ignobilibus Populis, & apud Domum Excellentiſſimi Ducis de Alburquerque, demùmque cum Medicis Catholici Hiſpaniarum Regis D. D. Philippi V. connumeratus; fructuoſa experientia, necnon aſſidua, tùm Modernorum, tùm Antiquorum, Philoſophorum, Aſtrologorum, Medicorum, Chimicorum, Chirurgicorum, ac Pharmacopolicorum lectione excellentèr inſtructus, vulgavit hactenùs, ſed vernaculè:

Chirurgia Chimicę, volumina duo in 8. Salmanticæ typis Eugenij Antonij Garcia 1709. Vidi.

De Quina Quina tractatum. Habetur ad calcem tomi 2. Chirurgiæ Chimicæ.

De Antimonio, ejuſque virtutibus, ſub titulo: *Clavicula Regulina.* Matriti apud Didacum Martinez 1718. in 4. Vidi.

Chirurgiam Methodicam, Chimicam reformatam, in 5. libros diſtributam. Matriti per Joannem de Ariztia 1719. in 4. Vidi.

Febrilogiam Chirurgicam. Prodijt ibidem, ex eadem typographia 1720. in 4. Vidi.

Reſolutiones Medicarum Conſultationum; opus in tres libros diviſum. Matriti formis Antonij Gonzalez 1721. in 4. Vidi.

Margaritam Mercurialem, ſeù Arcaniſſimum Antigallicum. Ibidem in officina Joannis de Ariztia 1721. in 4. Vidi.

Chirurgiam naturalem certam, opus in tres libros diſtributum. Matriti per eumdem 1721. in 4. Vidi.

Scrutinium Medicum, in quinque libros diviſum. Ibidem typis Franciſci del Hierro 1723. in 4. Vidi.

Reflexiones Anticolicas. Ibidem apud eumdem 1723. in 4. Vidi.

Medicinalium Obſervationum Theſaurum, in quatuor libros diſtributum. Matriti per Franciſcum del Hierro 1724. in 4. Vidi.

Medicinam illuſtratam, Chimico-Galenicam, tomis duobus in 4. Prodijt vterque Matriti ex typographia Franciſci del Hierro 1724. Vidi.

Medicinam invincibilem legalem, ſeù de Febribus complicatis, opus in quinque diviſum libros. Ibidem per eumdem 1726. in 4. Vidi.

Chirurgiam Sacram. Ibidem, ac eiſdem typis 1726. in 4. Vidi.

Sa-

Salutis Theatrum in ſex libros diſtributum. Continet per plura medica experimenta, perutiles quoque Reſolutiones. Ibidem per eumdem 1727. in 4. Vidi.

Scholam Medicam quatuor in libros diviſam. Matriti apud Franciſcum del Hierro 1727. in 4. Vidi.

Medicinam Curialem. Matriti 1726. in 4. Vidi.

Medicinam Elementalem. Itidem per eumdem 1728. in 4. Vidi.

Apologiam pro Medicina, ſub titulo: *Templador Medico.* Ibidem 1726. in 4. Vidi.

Theatrum Chirurgicum Anatomicum. Matriti formis Franciſci del Hierro 1729. in 4. Vidi.

Excitatorem Medicum, adjecto pauperum pharmacopolio. Matriti typis Dominici Fernandez 1729. in 4. Vidi.

Priſtinæ Medicinæ reſtaurationem, opus bipartitum. Ibidem apud Alphonſum Balvas 1731. in 4. Vidi.

Clavis Medico-Chirurgica univerſalis, at Dictionarium Medicum, Chirurgicum, Anatomicum, Metallogicum, Botanicum, Zoologicum, Pharmaceuticum, Chymicum, Hiſtorico-Phyſicum, opus egregium per pluribus laminis illuſtratum, & in tomos plures alphabetica methodo diviſum. Tomus primus, & ſecundus prodierunt Matriti ex typographia Viduæ Franciſci del Hierro 1730. in 4. magno. Vidi, Cenſoris munere. Tomus tertius exeuſus fuit ibidem 1731. in 4. magno. Vidi. Amplectuntur dumtaxàt litt. A.B.C.

Secreta 17. *Doctoris Curvo publicata, & illuſtrata*, laminis nonnullis adjectis. Matriti per Dominicum Fernandez 1732. in 4. Vidi, Cenſoris munere.

Deploratorum Remedia, ex experientia deſumpta. Matriti apud Alphonſum Balvas 1732. in 4. Vidi.

Dioſcoridem illuſtratum, valdèque auctum. Matriti ex officina Viduæ Franciſci del Hierro 1732. in folio. Vidi. Inſuper ſtylo ſignavit, edidit verò ſub nomine Doctoris Alphonſi Sanchez.

Cathedram Medicam in qua fraudes deteguntur circà Moralem Philoſophiam, & propugnatur RR. P. Fr. Benedictus Feijoò, Ordinis S. Benedicti. Matriti apud Franciſcum del Hierro 1727. in 4. Vidi. Sub nomine Joſephi Pradillo, Regiæ Familiæ Chirurgi, emiſit:

Chirurgiam triumphantem in duos tomos in 8. diſtributam. Matriti ex eadem typographia, anno 1728. & 1729. Vidi.

Ad prælum denùm matura habet propè diem cudenda.

Remediorum Deploratorum, Tom. 2.

Scholæ Medicæ, Tom. 2.

Philoſophiæ D. Olivæ originem: fundamenta Medica.

Medicinam practicam aſtutam.

Naturæ ſub. natorium, & quintam eſſentiam Medicinæ, ac Chirurgiæ experimentalis.

Dictionarij Medici, Tomum 4. Vitam degit; ſed quia ſcriptum eſt: *Laudet te alienus, &c.* ſilentium ago.

FRANCISCUS DE SUBIRATHIS, Hiſpanus, ex Catalaunenſi Provincia Regularis Obſervantiæ, ac Cœnobij Illerdenſis U bis à D.N. Jeſu nuncupati Guardianus, ſcripſit:

Memoriale Apologeticum, & ſatisfactionem ad S. Franciſci devotos in ſuis Stigmatibus. Barcinone apud Viduam Matebat 1651. in 4. Vidi.

FRANCISCUS SURIANUS, Venetus, poſt alias ſui Ordinis Præfecturas Jeroſolymis fuit Guardianus Conventus Montis Sion, ubi etiam ſtylo ſignavit:

Hiſtoriam Terræ Sanctæ, vernaculo ſermone, quam M. S. penès ſe habuiſſe teſtatur Uvadingus.

Indulgentias explicuit Latinè, quas lucrantur accedentes ad Templum B. Mariæ de Portiuncula in planitie Aſiſij à primis veſperis Kalendarum Auguſti, uſque ad Occaſum Solis diei ſequentis. Initium eſt: *Indulgentiam ipſius fuſis lachrymis poſtulemus.* Hoc opus commendat Alphonſus Laſſor, tom. 1. ſui *Univerſi calamo delineati*, fol. 108.

FRANCISCUS TAMARIT, Minorita Hiſpanus, laudatur à Fr. Antonio Caſtel, tom. 2. in 2. Sententiat. quæſt. 52. numero 38. fol. 160. ceù Author operis Theologici:

De Angelis. Me autem Judice indiſtinctus eſt à Fr. Hieronymo Tamarit, de quo inferiùs agam.

FRANCISCUS TAMAYO, Hiſpanis Scriptoribus Ordinis Minor. adſcribitur in Syllabo Uvadingi, ſed immeritò, fuit enim profeſſione Minimus, uti fatentur Nicolaus Antonius, tom. 1. ſuæ Bibliot. & Fr. Petrus de Alva in ſua Militia.

FRANCISCUS TANTIUS, Belga, Urbis Brugenſis, & Conventus alumnus, Dunkerkenſis, & Drupenſis Guardianus, Pariſijs aliquot annos Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ impendit, cum magno fructu, & ſcripſit:

In Magiſtrum Sententiarum. Ætate florenti ad feliciorem vitam migravit anno 1601. Conſentiunt Uvadingus; & Sannig.

FRANCISCUS DE TAUSTE, Gapuccinus (à Genuenſi illaudatus) natione Hiſpanus, Provinciæ Aragonum filius, ac Apoſtolicus Concionator conſtruxit:

Artem, necnon Dictionarium Indicum variorum idiomatum Provinciæ Camanæ in Nova Batica. Matriti excudit Bernardus de Villa-Diego 1680. in 4. Inſuper, idiomatibus communibus Indis, vernaculè dictis *Chaymas, Cumanagotos, Cores, Parias*, & alijs ejuſdem Regionis vertit:

Doctrinam Chriſtianam. Habetur ad calcem præjacti operis. Vidi.

FRANCISCUS TEDDE, ex Provincia Sardiniæ, Regul. Obſervantiæ Lector emeritus, ac Pater, necnon à Theologicis Cenſuris S. Officij, vulgavit, quod ſciam:

Orationem Panegyricam de Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento: Calare apud Joannem Baptiſtam Pani 1684. in 4. Vidi.

FRANCISCUS TERESTIUS, Italus, Bergomenſis, olim J. V. D. Provinciæ Brixienſis Minorum Capuccinorum Provincialis Miniſter, ac Commiſſarius Generalis, Vir notiſſimæ doctrinæ, ac pietatis, Latiné ſcripſit:

Praxim criminalem pro judicijs Regularium, evulgatam tamen ſub nomine cujuſdam Religioſi Ordinis Minorum Conventualium; cujus operis Authorem fuiſſe dictum P. Franciſcum juratam fidem fecit P. Alexius Bergomas ejuſdem Patris ſocius, & Secretarius, uti narrat Genuenſis, pag. 127.

FRANCISCUS TERRONES, Minorita, Hiſpanus, emiſit:

Panegyrim de Immaculata Virginis Conceptione, laudatam à noſtro Alva in Militia Univerſali, col. 460.

FRANCISCUS TIRADO, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Aragonenſis, edidit vernaculè:

Manuale in auxilium agonizantium. Cæſarauguſtæ 1614. typis Joannis de Larumbe. Uvadingus, & Nicolaus Antonius.

FRANCISCUS TITELMANUS, Belga, ex Haſſelleto agri Leodienſis Oppido, Lovanij ita diligentèr bonis litteris operam navavit, ut ſexto decimo ætatis anno omnium ingenuarum artium diſciplinam, necnon Hebraicæ, Chaldaicæ, & Græcæ notitiam perfectè videretur aſſecutus. Suſcepto Minorum apud Lovanienſes Inſtituto, in id totus incubruit, ut quam ſibi propoſuerat vitæ normam perfectè obſervaret. Adjuncta itaque ſcientiarum peritia, quam antea fuerat adeptus, cum regulari diſciplina, talis inter ſuos apparuit, ut dignus videretur, qui ſtudioſum abſoluto curriculo Philoſophiam, & Theologiam publicè profiteretur. Rexit itaque annis multis ea in Urbe Cathedram modò alios docens, modò contra Hæreticos, ſubdoloſque hoſtes ſcribens, energiæ rationum miram immiſcens pietatem. Undè meritò de eo Nicolaus Vernulæus, fol. 173. ſuæ Academiæ Lovanienſis: *Franciſcus Titelmanus Lovanij ſummus Philoſophus, ſummus Theologus. Talem ſe ſcriptis publicis probavit, ipſe ab omnibus probatus. Magnæ doctrinæ majorem pietatem junxerat, & hac Franciſcanę Familia illum adſcripſit.* Scripſit contra Jacobum Fabrum Stapulenſem adhùc viventem, qui malè ſentiebat de Fide; & ut cæcutieos in diverſos errores impingebat, ac contra ipſum ſtrennè decertans, ſe acerrimum Fidei defenſorem non obſcurè præſtitit. Scripſit etiam contra Eraſmum Rhoterodamum, virum, etſi de humanioribus litteris benemeritum, atro tamen in rebus fidei carbone notatum, qui eodem tempore Baſileæ publicè docebat, cujus ſcripta, cum ad manus Titelmani perveniſſent, illaque apertè Hæreſim ſapientia cerneret, in ea acerrimè invectus, illum calamo exagitare cœpit, atque adeò inſectatus eſt, ut ipſe Eraſmus ſæpè dicere ſoleret, *ſe nullius præter Titelmani eruditionem pertimeſcere.* Alia plura luculenter ſcripſit, ex quibus ad manus meas devenere:

In omnes Epiſtolas D. Pauli. Pariſijs 1532. in 8. & 1534. in 12.

In omnes Epiſtolas Canonicas. Ibidem 1553. Antuerpiæ 1529. apud Hillenium in 8. & 1544. Venetijs 1547. Lugduni 1553. in 8.

De Authoritate Apocalypſis S. Joannis, lib. 2. ad Eraſmum. Antuerpiæ 1530. in 8.

Meditationes Sacræ pro cordis in Deo ſtabilitione. Antuerpiæ 1536. typis Michaelis Hillenis.

Vita Joannis de Myſica Lovanienſis J. V. D. & Oratio in funere ejuſdem. Ex Antonio Teiſſerio in ſuo Catalogo, fol. 94.

Annotationes adverſus Lutherum quibus Joannes Ekius ſuum Enchiridion lo-

co-

corum communium illuſtravit juxtà editionem factam Lugduni typis Jacobi Crofet 1540. in 12.

Commentaria in omnes Pſalmos David juxtà veritatem vulgata, & Eccleſiæ uſitata editionis Latina, quæ & ipſa integra, & illibata ex adverſo opponitur, Pſalmis ſingulis ſingula argumenta ante ſe monſtrantibus totam Pſalmi virtutum, atque materiam, quaſi per modum Epitomæ ſummatim complectentia; poſt elucidationem verò adjunctis prolixioribus annotationibus, quæ Commentariorum locum habent. Pariſijs 1540. & 1546. Antuerpiæ 1567. & Lugduni apud Guilielmum Rovillium 1588. in fol. & Antuerpiæ 1573. volumin. 3. in 12.

Elucidatio Canticorum, quæ Eccleſiaſticus vſus appellat *Ferialia*, cum annotationibus ex Hebræo, atque Chaldæo, in quibus quidquid ex veritate Hebraica occurrit difficultatis tractatur, & exponitur. Antuerpiæ apud Philippum Nuntium ſub ſigno Ciconiæ 1553. in fol.

Paraphraſtica elucidatio in librum Job cum annotationibus. Pariſijs 1550. Lugduni 1553. & Antuerpiæ 1566. apud Joannem Stellium in 8.

Commentaria in Eccleſiaſtem Salomonis cum annotationibus ex Hebræo, & editione Græca per ſingula capita. Lugduni apud Guilielmum Rovillium, anno 1555. Pariſijs 1545. Antuerpiæ 1552. in 12. & ibid. per Simonem Coceum 1536. in 8.

Commentaria in Cantica Canticorum, cum annotationibus ex Hebræo, Chaldæo, & Græco textu. Lugduni 1575. Pariſijs 1577. & 1581. & Antuerpiæ 1552. & 1545.

Commentaria in Sacroſanctum Evangelium Jeſu Chriſti, ſecundum Matthæum. Pariſijs apud Audenum Porrum 1546. tom. 1. in folio. Lugduni apud Rovillium 1556. & Antuerpiæ 1576.

Commentarium in Sacroſanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundum Marcum. Antuerpiæ 1543.

Commentaria in Sacroſanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundum Joannem, additis annotationibus, ſicut & in ſuperioribus Evangelijs ad loca difficiliora. Pariſijs 1545. 1547. 1551. 1553. & 1563. Et Compluti 1566. in 8.

Collationes quinque in Epiſtolas ad Romanos contra Eraſmum Rhoterodamum. Antuerpiæ 1530. in 8.

Collatio pro editione vulgata Sacr. Scripturæ. Ibidem 1530.

Epiſtola Apologetica pro opere ſuarum Collationum ad Eraſmum Rhoterodamum, Antuerpiæ 1530. in 8.

Commentaria in Hymnos Eccleſiaſticos. Pariſijs 1562.

Summa Myſteriorum Chriſtianæ Fidei ex authoritate Divinarum Scripturarum Veteris, ac Novi Teſtamenti congeſta, atque in pias contemplationum formulas commodè digeſta. Lugduni 1557. 1565. & 1567. per Rovillium in 16. Et Venetijs apud Joannem Bertanum 1575.

Commentaria in tractatum de ſeptem verbis Domini Arnoldi Carnotenſis D. Bernardo familiaris. Antuerpiæ apud Martinum Cæſarem, anno 1532. in 8.

Expoſitio Ceremoniarum Sacroſancti Sacrificij Miſſæ. Antuerpiæ 1528. & Lugduni 1556. Lugduni per Joannem Falconium 1551. in 8.

Expoſitio Sacri Canonis Miſſæ, per modum Supplementi ad Expoſitionem Odonis, Epiſcopi Cameracenſis. Ibidem 1561. Pariſijs 1544. in 8.

Expoſitio in Officium de ſuperbenedicta Trinitate. Ibidem apud Hernellium anno 1530. & Lugduni 1558. Antuerpiæ 1630. in 8. Gallicè reddita.

Meditationes Sacræ diviſa in ſeptem diſtinctiones juxtà numerum dierum Hebdomadæ. Ibid. 1545. & Lugduni per Theobaldum 1550. in 16. *unà cum Expoſitione Miſſæ*.

De Exercitijs Religioſorum. Lugduni 1548.

De Prematura morte bonorum. Lugduni 1544. & 1573. Antuerpiæ 1565. & Venetijs 1593.

De Sacramentis Eccleſiæ tractatus diverſi. Pariſijs 1542. Lugduni 1573. & Antuerpiæ 1565.

De Fide Religione, & moribus Æthiopum. Antuerpiæ apud Joannem Coccinum, anno 1534. & Pariſijs 1545. in 8.

De Deipara Virgine Maria contemplationes ſeptem lectu digniſſimæ, & quæ inſignem, ſuavemque ſpirant devotionis odorem. Lugduni 1562.

Theſaurus Chriſtianæ Fidei quem ſcripſit lingua Theutonica. Antuerpiæ 1565. & Lugduni 1576.

De Conſideratione Dialectica libri ſex, Ariſtotelici Organi, hoc eſt, totius Dialecticæ ab Ariſtotele tractatæ ſummam complectentes. Pariſijs 1554. Coloniæ 1546. Lugduni 1547. 1565. & 1575. apud Rovillium in 8. Regali.

Compendium Philoſophiæ naturalis, ſivè de Conſideratione rerum naturalium, earum

ramque ad ſuum Creatorem reductionem, lib. 12. Lugduni per Joannem Falconium 1551. in 8. Pariſ. 1557. & Lugduni 1596. apud Bartholomæum Vincentium in 8. Regali. Strictioris Obſervantiæ Regularis cupidus tranſivit anno 1535. ad Congregationem Capuccinorum, inter quos ſumma humilitate, infirmorum curæ; humilibuſque deditus officijs, electus in Vicarium Provinciæ Romanæ, obijt ſanctiſsimè poſt biennium à ſua tranſmigratione ad Capuccinos. Anticoli 1537. Qui, Scriptores recenſent Eccleſiaſticos, Sixtus Senenſis, Bellarminus, Poſſevinus, & noſtri, hujus Viri ſcripta ſummoperè ab eruditione, & pietate commendant. Pluribus de eo Genuenſis ex Uvadingo. Conſule Arturum in Martyrologio Franciſcano die 12. Septembris. Copioſè ejus vitam deſcripſit Gallico idiomate Arnoldus de Raiſſa. Uvadingus, ejus in laudem pangebat:

Hic calamo reſerat Scripturę ſenſa profunda
Aurea, cui Dominus ſanctaque verba dedit.

FRANCISCUS DE TOLOSA, Hiſpanus, Cantaber, hujuſque Provinciæ Regul. Obſerv. alumnus, in vulgus dedit Hiſpanicè opus egregium, nempe:

Demonſtrationes Catholicas. Juliobrigæ 1612. in fol. Vidi. Extat Authoris mentio apud Nicolaum Antonium, ac Lequile ex Uvadingo.

FRANCISCUS TOLOSANUS, Gallus, Provinciæ Occitaniæ Minorum Capuccinorum Theologus, ac Provincialis Miniſter, qui prædicatione Chriſti Crucifixi excellens, per diverſas Galliæ Urbes, vti narrat Genuenſis pag. 131. plurima animarum lucra Chriſto, & Eccleſiæ reportavit; præſertim in Miſsionibus de Sevenes, in quibus tanquam lucerna lucens, & ardens charitatis facibus agitatus, Hæreticorum converſioni per plures annos efficaciter incubuit: præclara poſteris doctrinæ, ac pietatis ſuæ lumina dedit: ſcripſit enim, & typis ſubmiſit nonnulla opera idiomate Gallico, quæ ſic inſcribuntur:

Perfectus Miſsionarius. Pariſijs apud Dionyſium Thierry, anno 1662. tom. 2. in 4.

Impietas proſtrata Tranſilij Miniſtri Factionis Calviniane. Pariſijs apud Dionyſium Thierry, anno 1657. tom. 1. in 8.

Miſsionarius Apoſtolicus; hoc eſt, *Conciones variæ ad Miſsionarios ſpectantes*, tom. 8. in 8. Ibidem apud eumdem 1664. In primo tomo continentur 24. Conciones de Peccato. In ſecundo totidem de Pœnitentia. In tertio agitur de quatuor Noviſsimis. In quarto de Virtutibus Theologicis. In quinto, & ſexto de Virtutibus, & Vitijs. In ſeptimo, & octavo habentur Conciones pro Dominicis totius anni. Evulgavit etiam eodem idiomate:

Conciones de Feſtis Sanctorum per annum occurrentibus, tom. 2. in 8. Pariſijs apud Thierry, anno 1673.

Conciones de Feſtis, & Myſterijs Jeſu Chriſti, & Beatiſsima Virginis Mariæ, tom. 1. in 8. Ibidem 1673.

Vitam, & geſta Dominæ de Liſtannac Fundatricis Ordinis Deiparæ. Toloſæ apud Joannem Poich, anno 1672. in 8.

Hiſtoriam Sacratiſsimi Sacelli Virginis Deiparę de Gradu nuncupatæ, cui famulantur PP. Capuccini, tom. 1. in 8. Vivebat anno 1675. & inſudabat in reſtingendis omnibus operibus P. Franciſci Tielmani in 3. tom. in fol. quæ anteà in parvis voluminibus ſparſim jacebant, & Lugduni quamprimùm imprimi curabat.

FRANCISCUS TORAL, Hiſpanus, Idubedenſis Provinciæ Bæticæ Regularis Obſervant. filius, ac Provincialis Miniſter Provinciæ S. Evangelij, necnon Epiſcopus Jucatani apud Indos Occidentales, primus omnium advenarum didicit linguam Popolocam, regionis Tecamachalci, in eaque edidit:

Grammaticam.

Dictionarium.

Varia opuſcula Catecheſis Chriſtianæ. Uvadingus, & Nicolaus Antonius, ſed præ omnibus Fr. Joannes de Torquemada, tom. 3. Hiſtoriæ Provinciæ S. Evangelij, lib. 19. cap. 33. & lib. 20. cap. 65. Floruit anno 1571. Ejus virtutes recenſet Arturus in Martyrologio Franciſcano ad diem 20. Aprilis. Conſule Ægidium Gonzalez, tomo 2. Theatri Eccleſiaſtici Indiarum, pag. 212. & Torres in Chronicis Provinc. Granatenſis Regul. Obſerv. tract. 3. cap. 25.

FRANCISCUS DE TORANO, Neapolitanus, Prov. Romanæ ſtrictioris Obſerv. Diffinitor, & generalis, Theologiæ in Conventu S. Franciſci Trans Tyberim Lector, edidit:

Firmamentum Virginum. Editioni parabat:

Immaculatę Deiparæ Biblia, in quibus ſingulos Sacri Codicis libros, librorumque capita, perpetuam, ac illibatam ejuſdem Dei-

FRANCISCUS A TRIVILLO, Italus, ſtrictioris Obſervantiæ alumnus, inedita reliquit:

Chronica Minorum Reformatorum Mediolanenſium. Eis vtitur Fr. Dominicus Gubernatis, tom. 2. Orbis Seraphici, lib. 7. cap. 3. pag. 350. & alibi.

FRANCISCUS A TURANO, Italus, ex Reformatis Provinciæ Romanæ, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac Diffinitor, publici juris fecit:

Breve Compendium aliquarum reſolutionem ad Generales Miniſtros totius Ordinis S. P. N. Franciſci, necnon ad Provinciales Commiſſarios, alioſque ſuperiores ſpectantium. Romæ typis Ludovici Grignan 1645. Eum commendat Fr. Angelus à Lantuſca in relatione M. S. ejuſdem Provinciæ, fol. 43. apud laudatum Archivium.

FRANCISCUS A VALLECCHIA, Italus, in Provincia Tuſcia Regularis Obſervantiæ Concionator Generalis, Lector Jubilatus, ac Guardianus patrij Conventus S. Franciſci Petræ Sanctæ ſcripſit, teſte Fr. Antonio Terrinca in ſuo Theatro Tuſciæ, part. 3. tit. 1. pag. 201.

Rationale Seraphicum, in quo quamplures reſolutiones è Sacræ Theologiæ, vtroque Jure, ac Doctoribus congeſsit.

Vineam Seraphicam, in qua, quæ poſſint, vel non Superiores Regulares vtriuſque ſexus differit.

Deceptiones humanæ ſapientiæ, & illuminationes Divinæ ſapientiæ, vbi Litterarum Naturam, vim, atque ſignificationes oſtendit.

Viridarium diverſarum materiarum, quo flores diverſarum ſcientiarum collegit. Metro ſcripſit opus Comicum morale.

Juventus decerpta inſcriptum. Alia etiam ſcriptitabat anno 1682.

FRANCISCUS VALENTIA PADI, Italus, Minorita, magna ſubtilitate diſſolvens pulcherrimarum quæſtionum nodos, ſcripſit, ac edidit:

In Metaphyſicam Ariſtotelis, opus laudatum à Piſano, Rodulpho, Uvadingo, & Illuſtriſsimo Britio in ſuis Monumentis Provinc. Subalpinæ D. Thomæ, lib. 3. fol. 288.

FRANCISCUS VALERIUS POLIDORUS, Italus, Patavinus, Minorita doctus, à Uvadingo illaudatus in Syllabo, emiſit volumen in 8.

De feſtis diebus Chriſtianorum, ac Judæorum. Lipſiæ anno 1597. teſte Imbonato in ſua Bibliotheca Latino-Hebraica. Vide Bibliothecam magnam Rabbinicam, part. 2. pag. 392. & ſequentibus.

FRANCISCUS VALESIUS, Anglus, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, Dublinij, & Sancti Iſidori in Urbe Guardianus, ac Theologus Imperialis, typis mandavit:

Dictionarium Hybernicum, in fol. Inſupèr, ſermone Anglico opus inſcriptum:

Funiculus triplex, in quo agit de Indulgentijs, ac Privilegijs conceſsis à Romana Sede, tribus Ordinibus S. P. N. Franciſci. Tomis duobus in 8. Obijt anno 1718.

FRANCISCUS DE EL VALLE OTAÑES, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Bæticæ filius, ac Concionator, prælo mandavit vernaculè:

Defenſorium juriſdictionale Cappellanorum Claſsis Regiæ. Hiſpali 1674. in 4. Vidi.

FRANCISCUS DE VARESIO. Vide ſuprà, verbo *Carolus Franciſcus.*

FRANCISCUS DE VEGA, Hiſpanus, Concionator in Caſtellana Provincia Regular. Obſervant. communem fecit vernaculè:

Vitam S. Joannis de Capiſtrano. Matriti typis Thomæ Junti 1623. in 4. Vidi.

FRANCISCUS VELAZQUEZ, Hiſpanus, Prædicator, & Diffinitor Diſcalceatæ Provinciæ S. Joannis Baptiſtæ, poſteris reliquit:

Tractatum de doctrina, & diſciplina Novitiorum, excuſum Valentiæ anno 1650. apud Viduam Joſephi Gaſch. Vidi.

FRANCISCUS DE VERA, Hiſpanus, Regul. Obſervantiæ Provinciæ Angelorum Eccleſiaſtes, ac Novitiorum Moderator, typis paravit:

Ceremoniale Romanum Miſſale, Chorale. Hiſpanico idiomate excudit Hiſpali Joannes Franciſcus, anno 1713. in 4. cura Fr. Alphonſi de Guadalupe ejuſdem Provinciæ alumni. Vidi.

FRANCISCUS VERVOORDT, Provinciæ Germaniæ inferioris Miniſter, Concionator eloquentiſsimus, ſcripſit libellum, cui titulus:

Veſtis nuptialis amoris Dei, quem Henricus Pipinus Provinciæ Miniſter correxit, & edi curavit. Devixit Mechliniæ poſt natum Servatorem anno Domini 1555. Novembris 24. Ex Poſſevino, Suvertio, & Uvadingo.

FRANCISCUS VIDAL ET NOJA, Hiſpanus, natione Catalaunus, Provinciæ Aragonenſis filius, Doctor Pariſienſis, & à Secretis Regis Aragoniæ, & totius Hiſpaniæ Ferdinandi Catholici, Epiſcopus Zephaludenſis, prælo dedit:

Poſtillas ad Scoti Mariani Doctoris libros. Hæc R. P. Fr. Angelus Vidal Catalauniæ Provinciæ Chronologus, tom. 8. M.S. in fol. fol. 3. num. 14. Videatur Uvadingus, tom. 7. Annal. ad ann. 1484. fol. 180. num. 56. Franciſco Vidal de Noja adſcribitur à Nicolao Antonio:

Saluſtius Hiſpanè redditus excuſus. Lugduni 1529. in fol. deindè Antuerp. 1554.

FRANCISCUS VIDAME, Minorita, Italus, vernaculè emiſit:

Sermones varios excuſos Venetijs 1562. & 1565. Latinitati donati per Bernardinum Seraphinum impreſsi fuere anno 1576. Obijt anno 1573. Fides ſit apud Ludovicum Dupin, ſæculo 16.

FRANCISCUS DE VILLAFRANCA, cognomento Italus, ſed natione Hiſpanus, ac Caſtellanæ Provinciæ Regul. Obſervantiæ alumnus, Vir exemplaritatis nota inſignitus, ſcripſiſſe dicitur, ſed non in lucem edidiſſe plures tractatus:

De rebus Indicis.

De Prædeſtinatione. Hæc Nicolaus Antonius ex Fr. Petro Salazar in Hiſtoria Caſtellanæ Provinciæ, lib. 7. cap. 23.

FRANCISCUS DE VILLANUEVA SIRGUERO, Hiſpanus, Apoſtolicus Concionator, ac Theologus Compoſtellanæ Provinciæ, in eodemque Archiepiſcopatu Examinator Synodalis, ſermone Hiſpano conſcripſit, publicæque utilitati dedit:

Miſcellaneum Sacrum, ſub cujus titulo habentur tractatus *de Oratione.*

De auditione Miſſæ.

Exercitiorum Sacrorum.

Indulgentiarum, necnon alia *Opuſcula Myſtica.* Excuſum fuit primò Salmanticæ in officina Mariæ Eſtevez Viduæ 1700. in 12. Secundò Compoſtellæ per Antonium Rodriguez, anno 1722. Eſt editio auctior. Vidi.

FRANCISCUS VILLALOBOS, Minorita, Hiſpanus, commentatus eſt Latino ſermone:

Hiſtoriam naturalem Plinij. Compluti anno 1524. in fol. Atteſtantur Uvadingus, & Konigius in ſua Bibliotheca, litera V.

FRANCISCUS DEL VISSO, Hiſpanus, ex Minoritis Capuccinis Provinciæ Bæticæ, Concionator, ac Guardianus Hiſpalenſis Conventus, exaravit vernaculè librum prænotatum:

Clypeus Theologiæ Moralis ſuper Bulla Innocentij X. in gratiam militium. Gadibus anno 1726. in 4. Vidi.

FRANCISCUS VITA POLYNTHIUS, Siculus, è Civitate Pactorum oriundus, Minorita inſignis, qui interfuit Concilio Tridentino, ſuamque operam præſtitit apud Petrum de Aragonia, Cardinalem Archiepiſcopum Panormitanum, luculentèr ſcripſit:

De Juſtificatione.

De Confeſsione vetuſtate.

De Euchariſtia contra Hæreſes. Prodierunt Venetijs apud Signum Spei 1548. in 8. Alia plura edidiſſe narrat Fr. Philippus Cagliola, exploratione 5. manifeſtationis primæ ſuæ Provinciæ Siculæ Minorum Conventualium. Floruit circa annum 1550. Pluribus de eo Antonius Mongitore, in ſua Bibliotheca Sicula.

FRANCISCUS A VITRIO, Capuccinus, à Genuenſi illaudatus, edidit Uvadingo teſte:

Commentarios in Jonam Prophetam. Editio ſecunda facta eſt Neapoli anno 1645. tomis duobus.

FRANCISCUS UNDEFESSI, Reg. Obſervantiæ, Italicè reddidit:

Vitam B. Pilingotti Tertiarij Franciſcani, quam Latino ſermone fecit communem Papebrochius ad diem 1. Junij.

FRANCISCUS URBINA, Hiſpanus, Provinciæ Diſcalceatorum S. Gabrielis, Sacræ Theologiæ celebris Lector, in Caurienſi, Paciſque Auguſtæ Epiſcopatu Synodalis Examinator, S. Officij Qualificator, ejuſque Supremi Conſilij, Regiuſque Concionator, edidit Conciones varias, ſingillatim, videlicèt:

Concionem de Nativitate Domini ad Catholicos Hiſpaniarum Reges. Matriti anno 1693. apud Antonium Roman in 4. Vidi.

